non scripserat: quoniam nuptias sine dubitatione dicebant damnari: quod uero in eis nasceretur ab omni esset liberum obligatione peccati: & cum plurimos contra huiusmodi pestiferum dogma catholicos introduxisset testes: ita intulit dicens: Nec sanctum Hieronymum quia presbyter fuit contemnendum arbitris: qui graeco & latino in super & hebraeo eruditus eloquio: ex occidentali ad orientalem transiens ecclesiam: in locis sanctis atque in litteris sacris usque ad decrepitam uixit aetatem: cuius nobis eloquium ab oriente in occidentem instar solis lapidis resplenduit. Omnes denique uel pene omnes: qui ante illum aliquid ex utraque orbis parte de doctrina ecclesiastica scripserant: legit: nec aliam de hac re: quam praedixi: tenuit: proposuitque sententiam. Qui cum exponeret Ionam prophetam apertissime dixit: quod etiam paruuli peccato offensionis Adae tenerentur obnoxii: Haec Augustinus in praedicto libro. Idem itaque hieronymus contra Celsum: Porphyrium: & Iulianum Augustum rabidos aduersus christum canes: & contra infectatores ecclesiae: uel eos qui putant ecclesiam nullos philosophos & eloquentes habuisse doctores: magno desudauit ingenio: ut sciant quales & quanti uiri eam fundauerint: extruxerint: atque ornauerint: & desinant fidem nostram rusticam simplicitatis arguere: suamque potius imperitiam recognoscere. Innumeris praeterea libris apostolorum prophetarumque constructionibus. Et post pauca: Nunc inquit mysterium iniquitatis operatur: & garric unusquisque quod sentit. Ego solus sum: qui cunctos gloriam mordeam. Pluribus quippe ait: qui me dicunt hoc opus inflammatum inuidiae facibus scribere: breuiter respondebo: nunquam me haereticis pepercisse: sed omni egisse studio: ut hostes ecclesiae: mei quoque hostes fierent. Impossibile est otio & longum de isto uiro: eiusque districtae uitae: & illius moribus retexere omnia. Vnius enim miraculi huius monasterii quoddam praeforum simile: quod per succedentium relationem memoriae nondum religio abstulit: & a religiosis uiris: qui caelestis patriae amore Bethleem fuerit: huc est delatum: huic compendioso necesse sermone. Quadam namque die aduersa sperante: cum beatus hieronymus una cum fratribus (ut monachis mos est) ad sacram lectionem audiendam sedisset: & praecipua diuina: subito tribus claudicans: quarto suspensus pede: ingens leo cenobii clausa ingressus est: quo utique uiso fratres perterriti: nonnulli in fugam sunt: ut est metus fragilitatis humanae: conuersi. Sanctus uero hieronymus ueluti aduentanti hospitii intrepidus leonis aduentui obuiauit. Qui uidelicet dum sibi pariter propinquasset: & quia loqui leo ut suae naturae est: minime poterat: utrumque ualuit praedicto patri: laesi: quam habebat pedis: obtulit plantam: uocatisque tunc fratribus praecipit: ut diligenter laelum abluerent pedem: inquirentes cuncta: cur leo claudicans iret. Quod dum factum studiose fuissent intuitu: uulneratam a sentibus inuenerunt plantam leonis. Ei igitur alimento diligenter adhibita cura cesset de laesione ictu ilico conualuit. Omni ergo beluae feritatis deposita rabie: cepit inter eos ultro citroque quasi domesticum & tranquillum animal: pariter commemorari. Hoc etenim beatus hieronymus cognito: sic fratribus ait: eia fratres: studiose adinuicem rogo perpendite: quid huic leoni operis congrui nostrae utilitatis addamus: quatenus ab eo leuiter perfici: & efficaciter fieri possit: quia certe credo: quod non tantum pro sui pedis salute huc illum miserit deus: qui ei mederi sine nobis potuerat: quantum ut nobis suae uisitationis demonstraret indicio: per hunc nostrae necessitati mirabiliter se uelle praebere iuuamen. Tunc praedicti fratres tale concorditer humiliterque patri responsum dedere dicentes. Tu pater bene uidelicet nosti: quod asinus qui a saltu usui nostro ligna deferre solitus est custodis sollicitudine indiget: & ne a qualibet improba bestia deuoretur: satis ueremur. Idcirco ergo si tibi placet: & rectum uidetur: huic leoni aselli nostri iniungatur sollicitudo: ut eum subsequens ducat ad pastum: reducatque remeans domum. Ita & factum est. Nam iniuncta leoni cura asini: more pastoris industrii cundo ad pastum socius incessanter itineris cura pascendo ubicunque defensor tutissimus erat. Verum tamen ut se cibaret: & asinus solitum perficeret opus: consuetis semper horis cum eo domum redibat: interea dum haec dilato tempore gererentur: ducto quadam die ad loca pascuae asino graui leo ultra modum somno oppressus obdormiuit. Leone namque tunc grauiter soporato: contigit: ut per eandem uiam negociatores gradientes olei emendi causa pergerent in aegyptum: qui ipsum saepe uidentes asinum pascentem dum neminem uidissent adesse custodem: iniqua surripiente cupiditate rapientes: secum duxerunt. Expergiscens itaque leo quid sibi damni accidisset nesciens: ut requireret tamen pascentem: quem commissum habuit: ire cepit: qui cum solito non appareret in loco pascendi: constrictus de erimine leo: moestitia anxius rugiendo aliqua parte diei huc illucque ibat: quaerens quem perdidit. Sed cum iam omnis reperiendi asini spes fuisset ablata: ad monasterii ianuam ueniens perstitit: conscius enim culpae non ausus est ingredi: quod prius cum asello solebat. Quem beatus hieronymus una cum fratribus uidens ad cellae fores morari: & quia non solita hora fuerat reuersus instigante famis necessitate compulsus putauerunt eum occidisse animal suum: nolentesque ei tribuere annonam consuetam dicebant Vade & reliquum aselli quod tibi remansit munda: tuamque ingluuiem reple. Et licet haec illi dicerent: erant tamen incerti utrum hoc malum an nos is perpetrasset. Quapropter exeuntes fratres ad loci pascua: quo iam factum animal deducere leo solitus erat: longe lateque peragrantes: ut quoddam mortis indicium potuissent inuenire: qui nullum interemptionis eius signum reperientes: redeuntes: studuerunt hoc beato hieronymo inuenire: quo adito ait fratribus: Obsecro uos fratres quae sustineatis asini damnum: hunc tamen ne exasperetis: neque abiciatis leonem: sed eum ut dudum gubernantes: praebentesque alimenta nutrite: incidentesque in nemore ligna: ut caueat asini nobis huc trahens deferre ualeat moderate: nec tentes ligata. Ita & factum est. Cum sibi opus tunc nequam crebrius gereret: & iam redeundi tempus negociatorum adesset expleto die quadam opere: quis animal brutum: diuinitus tamen utputo admonitum exiens iuit ad agrum: huc illucque discurrens gyrando: nosse plenius cupiens quid fuisset de socio suo factum. Qui fatigatus iam nimium: quod ad duplicis itineris locum deuenit sublimem. Quo dum anxius ut poterat: circumspicendo prospiceret: cernens procul ueniens contra se homines: cum onustis camelis: quos praecedens

asinus ueniebat: sed q̄a ualde p̄cul erat: hūc cognoscere minime potuit: tamē pedetēti se illis obuiā obtulit. Mos
q̄ppe illi dicit̄ eē regionis: ut quotiēs cū camelis lōgius p̄fiscunt: totiēs antecede te asino fumē camelos gestā
te collo subsequant̄ cameli. Nā dū p̄dicti itinerātes. i. negociatores appropinquassēt leoni: ille cognito asino
sæuū rugiēs: cū igenti strepitu irruit in eos: neminē nēpe lædens eos. Qui oibus statim relictis: dementesq; ut di
gni fuerāt effecti: fugā cōuersi sunt. Quibus uidelicet fugiētibus terribiliter rugiens leo p̄cutiebat cauda for
titer terrā: p̄territosq; camelos sicut erāt onusti ante se ad cellā ire coegit. In solitā ergo rē fr̄es uidentes: q; p̄ce
dēs asinus sarcinatiq; i medio cameli: & subsequēs eos terga leo pariter ueniret: mox exeūtes modeste curaue
rūt bt̄o nūciare Hieronymo: quo audito foras egrediēs ianuās monasterii pate fieri iussit benigne: summūq; si
lentium i perauit dicens: hospitibus nr̄is: id est camelis: uel asino auferentes sarcinas eos leuiate: pedesq; abluite:
escas p̄bete: expectātes qd̄ i hoc facto suis uoluerit domus seruis demonstrare. Oibus deniq; quæ erga came
los fuerāt iussa p̄actis: cœpit leo ut dudū huc atq; illuc gratulabūsus p̄ claustra monasterii ire: singulos se fra
trū uestigiis sternēs: & q̄si de p̄petrata quā nō fecerat culpa: alludēs cauda ueniā postulabat: Quo uiso fr̄es p̄ce
nitentiā agētes: ei credulitatis cōtulissēt crimē: dicebant. Ecce pastorē nr̄m quē paulo ante uoratorē crudeliter
dānabamus: cū quāto eū p̄conii miraculo: ut huic crimē auferret: ad nos dignatus est mittere domus. Beatus
ergo Hieronymus futuros p̄scius sic fr̄ibus ait. Parati estote fratres in iis quæ uisui refectiōnis sūt necessaria:
ut hi qui nobis sunt futuri absq; molestia ut dignū est hospites suscipiant. Mox utiq; imperata subsecuti ueloci
quæq; obediētia sūt expleta. P̄actis quoq; iussis: sermocinātib; cū beato Hieronymo fr̄ibus subito uenit nū
cius: qui diceret ante monasterii fores hospites adesse: qui cœnobii patrē uellēt uidere. Hoc sæpe dictus p̄ audi
to: portas cellæ pate fieri: eosq; ingredi iussit: qui quibus uocati erubescēdo tamē itroeuntes: uisq; bt̄o Hieronymo
eius se prostrauere uestigiis: pro culpa ueniā postulātes: quos ipse clamēter eleuās admonuit: ut suis cū gratia
rū actiōe utētes rebus: alienas tāgere nō usurparēt: ac deinde sub dei p̄sētia caute uiuerēt semp. Quia nimis
p̄dicatiōe explicata: p̄cepit ut reficerent: receptisq; camelis abiret. Tūc illi una uoce pariter dixerūt. Obse
cramus p̄: ut ad ecclesiæ luminaria: necessitatēq; fr̄m dimidiū liquoris olei: qd̄ attulerunt cameli suscipi iubeas
q̄a scimus: & certi sumus: q; plus p̄p̄ uestra q̄ pro nr̄a utilitate: ut negociaremur: proximus in ægyptū. Quibus
beatus Hieronymus ait: nō recte p̄culdubio postulatis: q̄a ualde dux uidet̄: ut nos qui aliis cōpati: aliorūq; ne
cessitatē subleuare dātes debemus: uos grauemus: uia q̄bus non indigemus tollētes. Tūc illi neq; inquit huc
cibū: neq; quæ nr̄a sūt accipiemus: nisi qd̄ poposcimus prius iusseris fieri: ita sicut p̄diximus: nunc dimidium
qd̄ attulerūt cameli olei liquorē suscipiatis: & deinceps pollicemur nos nostrosq; hæredes uobis uestrisq; succel
foribus oī āno olei mēsurā hinc esse duros. Sicq; cōstrictus beatus Hieronymus coactisq; eos p̄cibus uio
lentis: quæq; rogauerāt ipleri p̄cepit: sūptis quoq; cibo ac benedictiōe cū camelis accepta: exultātes gratulan
tesq; ad p̄pria remearē. Hæc aut̄ Bethleē acta: & ab icolis locis illius hactenus asserēdo ita fuisse narrant. Beth
leē uero locus splēdidus ciuitas fuit Dauid in tribu Iuda: ubi quōdā domus atq; Saluator: ut ipleret̄ p̄phetia.
Veritas de terra orta est: in p̄sepio itra speluncā ex uirgine nasci dignatus est: & paruulus uaguit. Quod p̄
sepe auro argētoq; ornatū: sicut s̄ctus refert Antonius: incessanter in eo luminaria ardēt: plurimiq; seruoꝝ dei
habita culis undiq; circumdat. Os enī speluncæ ad ingrediendū oīno angustū est: in cuius utiq; ore: id est ipsius
p̄sepii ingressu bt̄us Hieronymus saxū scalpēdo monumētū sibi fieri iussit. Tāta uero idē corporis lassitudine
fatigatus est: ut etiā i stratu suo iacens funiculo ad trabē suspēsus: supinisq; manibus apprehēso erigeret̄: ut scili
cet officiū monasterii prout poterat exhiberet: trāseuntesq; in squallore corporis uocisq; tenuitate dies plurimi
fluerent. Dehinc ipse uir beatus in libroꝝ abundantia fultus dictis suis sancto spū dedicatis: immobilē catholicæ
turrim Ecclesiæ cōtra p̄fidoꝝ iacula cōsumauit. Pergunt itaq; ad uisitandū consolandūq; Hieronymū dum in
labore esset itidē catholici seniores: Ad beatūq; Augustinū Episcopū secū qd̄ aīo ecclesiæ catholicæ cooperātē:
corpore aut̄ in Africa scribētem: sic inter cætera scripsit. Nostra habuimus t̄pa: & cucurrimus quāto potuimus
nūc te currente & lōga spatia trāsmittēte nobis debet̄ oīū. Igī idē beatissimus diebus uitæ suæ in speciali ope
re irreprehensibiliter cōsumatus: nonagesimo octauo ætatis suæ āno i domino requieuit. Bethleem eū alma tenet
iteꝝ: uēturo domo offerēdū. Dormiuit aut̄ beatus Hieronymus anno i perii Theodosii iunioris duodecimo: im
perante utiq; illo: cuius anni nec inchoant̄: nec finient̄. Qui uiuit & regnat per imortalia sæcula sæculorum.

Expositio Symboli Ruffini Aquilegiensis præbyteri ad laurentium papam: In qua singulos articulos si dei noui ac ueteris testamenti auctoritatibus confirmat: & hæreses contrarias destruit. Epistola Prima.



MHI Quidem Fidelissime Papa Laurenti ad scribendum animus non est tam cupidus: q̄ nec idoneus: scienti non esse absq; periculo multoꝝ iudiciis ingenium tenue & exile comiterere. Sed quoniam (ut cum uenia tui dixerim) id temere in epistola tua per Christi me sacramenta quæ a nobis maxima cum reuerentia suscipiuntur astringis: ut aliquid tibi de fide secundum symboli traditionem rationeq; componam q̄uis supra uires nostras sit pondus præcepti (Nō. n. me la tet sententia sapientū quæ probe admodum dicit: quia de deo & uera dicere periculosum est) tamē si expeditionis a te impositæ necessitatem orationibus iuues: dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia q̄ ingenii presumptione tēta bimus: quæ quidem non tam perfectoz exerciis digna uideantur: q̄ quæ ad paruuloꝝ in Christo & incipientium librent auditum. Equidē comperi nonnullos illustrium tractatoꝝ aliqua de his pie & breuiter edidisse. Photinū uero hæreticū scio eatenus scripsisse: nō ut rationē dictoz audietibus explanaret: sed ut simpliciter fideliterq; dicta ad argumentū sui dogmatis traheret: cum in his uerbis sanctus spiritus prouiderit nil ambiguū: nil obscurum: nil a reliquis dissonans uideri: quia in his uere completur prophetia quæ dicit: Verbum. n. consumans & breuians iniquitatē: quia uerbum breuiatum facit dominus sup̄ terram. Nos ergo simplicitatē suam uel uerbis apostolicis reddere & signare tētabimur: uel quæ omiſsa uidentur a prioribus adimplere. Sed ut manifestius fiat argumentum uerbi huius ut diximus breuiati: causam qua hæc traditio ecclesiis data est ab origine repetemus. Tradunt maiores nostri q̄ post ascensionē domini cū per aduentū spiritus sancti supra singulos quosq; apostolos ignea lingua sedissent: ut loq̄lis diuersis uariisq; loquærent: per quod eis nulla gens extranea: nulla lingua barbaries inaccessa uideret & in uia: præceptū eis a domino datū hoc ad predicandū dei uerbum ad singulas quæq; proficisci nationes. Discessuri itaq; ab inuicē normā sibi prius futuræ prædicationis in cōmune constituūt: ne forte alii alio abducti diuersum aliquid his qui ad fidē Christi inuitabant exponerent. Omnes igitur in uno positi: & spiritu sancto repleti: huiusmodi futuræ sibi ut diximus prædicationis indicium in unum cōferendo quod sentiebat unusquisq; componūt: atq; hanc credentibus dandam esse regulam statuūt. Symbolū autē hoc multis & iustissimis ex causis appellari uoluerunt. Symbolum. n. græce & indicium dici potest & collatio: hoc est quod plures in unum conferūt. Id enim fecerunt apostoli in his sermonibus in unum conferendo quod unusquisq; sensit. Indicium autē uel signum iccirco dicitur. quia in illo tempore sicut paulus apostolus dicit in actibus apostolorum refertur multi ex circumeuntibus iudæis simulabant se esse apostolos Christi: & lucri alicuius uel uentris gratia ad prædicandum proficiscebantur: nominantes quidem Christum sed nō integris traditionū lineis nuntiantes. Ic circo istud indicium posuerunt: per quod agnosceretur is qui Christum uere secundū apostolicas regulas prædicaret. Deniq; & i bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: quoniam & armorū habitus par: & sonus uocis idem: & mos unus est. Atq; eadē instituta bellādi nequa doli surreptio fiat: symbola distincta unusquisq; dux suis militibus tradit: quæ latina signa uel indicia nuncupantur: ut si forte occurrerit quis de quo dubitetur symbolum prodat si sit hostis uel socius. Ic circo deniq; hæc non scribi chartulis aut membranis: sed requiri in credentium cordibus tradiderunt: ut certum esset hæc neminē ex lectione quæ interdum peruenire etiam ad infideles solet sed ex apostolorum traditione didicisse. Discessuri igitur ut diximus ad prædicandum istud unanimis & fidei suæ apostoli inducium posuere: non sicut filii Adam discessuri ab alterutrum tūrem ex latere cocto & bitumine cōstruēt: cuius cacumen usq; ad cælum pertingeret: sed monumenta fidei quæ starent aduersum faciem inimici e lapidibus uiuis & margaritis dominicis edificantes: quam neq; uenti impellerent: neq; fulmina subruerent: neq; tempestatum ac procellaz turbines promouerent. Merito igitur illi ab inuicem separandi turrem superbiz ædificantes linguaz confusione damnati sunt: ne unusquisq; posset aduerrere proximi sui loquelam. Isti uero qui turrem fidei cōstruebant omnium linguarum scientia & agnitione donati sunt: ut illud peccati: hoc fidei probaretur inditium. Sed iam nobis etiam de ipsis aliquid contrectandum est margaritis: in quibus primo in loco fons & origo ponitur: cum dicitur Credo in deum patrem omnipotentem. Vex prius q̄ incipiam de ipsis sermonum uirtutibus disputare: illud non impune commemorandū puto q̄ diuersis ecclesiis aliqua in his uerbis inueniuntur adiecta. In ecclesia tamen urbis romæ hoc non depræhenditur factum: quod eo propterea esse arbitror q̄ neq; hæresis ulla illic sumpsit exordiū: & mos mihi seruatur antiquus eos qui gratiam baptismi suscipiunt publice id est fidelium populo audiente symbolum reddere: & utiq; adiectionem huius saltem sermonis eorum qui precesserunt in fide non admittit auditum: In cæteris autem locis quantū intelligi datur propter nonnullos hæreticos addita quedam uidentur: per quæ nouellæ doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur: quem in aquilegiensi ecclesia lauacri gratia suscepimus. Credo igitur primo omnium ponitur sicut paulus apostolus ad hebræos scribens dicit. Credere enim primo omnium accedentē ad deum oportet: quia est: & credentibus remunerator sit. Sed & propheta dicit. Nisi creditis non intelligitis. Vt ergo intelligentia auditu pateſcat teste: primo omnium te credere profiteris: quia nec mare quis ingreditur: & liqdo a profundo se se cōmittit elemēto nisi se prius credat posse saluari: nec agricola semina sulcis obruit: & fruges spargit in terram: nisi crediderit uenturos imbres affuturum quoq; solis teporem:

De deo dicitur periculosum est

Symbolum quare
fructum

Integris lineis

Monumenta fidei e margaritis
& uicis lapidibus edificantes

Credo

Nulla hæresis p. roma
sumpsit exordium.

Socius

Inditium

quibus terra confota segetes multiplicata fruge producat: ac uentis spirantibus nutriat. Nihil deniq; est: quod in uita geri possit: si non credulitas ante Precesserit. Quid igitur mirū si accedentes ad deum credere nos primo omnium profiteamur: cum sine hoc nec ipsa exigi possit uita cōmunis. Hoc autem iccirco in principiis premisimus: quia pagani nobis obiicere solent: q; religio nostra quia rationibus deficit in sola persuasione consistat: & ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid posse nisi precesserit ius credendi: Deniq; matrimonia contrahuntur: quia creditur successura posteritas: & pueri discendis artibus traduntur: quia magistrorū in discipulos transfundenda creditur disciplina. & imperii insignia unus suscipit: dum credit sibi populos & urbes armatum etiam exercitium paritur. Quod si hæc singula nisi prius crediderit futura nullus aggreditur: quomodo non multo magis ad agnitionem dei credendo ueniat. Sed uideamus quid iam breuius hic sermo symboli proponat. Credo inquit in deum patrem omnipotentem. Orientales ecclesie omnes pene ita tradunt. Credo in unum deum patrem omnipotentem: & rursum in sequenti sermone ubi nos dicimus & in Christum Iesum unicum filium eius dominum nostrum: illi tradunt: & in unum dominum nostrum Iesum Christum unicum nisi filiū eius. Vnū scilicet deum & unum dominum secundū auctoritatem Pauli apostoli profiteamur. Sed de hoc insequentibus locis repetemus. Nunc interim quod ait In deum patrem omnipotentem uideamus. Deus secundū quod opinari potest humana mens naturæ ipsius uel substantiæ quæ est super omnia appellatio est. Pater arcani & ineffabilis sacramenti uocabulum est. Deum cū audis substantiam intellige: sine initio: sine fine: simplicem: sine ulla admixtione: inuisibilem: in corporeū: ineffabilem: inestimabilem: in quo nihil adiunctū: nihil creatū sit: sine auctore. est enim ille qui est omnino omnium auctor. Patrem cū audis filii intellige patrem: qui filius supradictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus nisi habeat uel possessionem uel seruum cui dominetur: & sicut nemo magister dicitur nisi discipulū habeat: ita & pater nullo pacto quis dici potest: nisi filium habens. Hoc igitur ipso noie quo deus pater appellatur cū patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo autē deus pater genuerit filium nolo discutias: nec te curiosius ingeras in profundo arcani: ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem peritacius perscrutaris exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere cōcessus est perdas aspectū. Aut si putas in hoc omni indagatiōis genere utendū: prius tibi propone quæ nostra sunt quæ si consequenter ualueris expedire: tunc a terrestribus ad cælestia: & a uisibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primo si potes quomodo mens quæ intra te est generet uerbum: & quid sit in ea memoriæ spiritus: quomodo hæc cū diuersa sint rebus & actibus unū tamen sint uel substantia uel natura: & cum emente procedant nunq̄ tamen ab ipsa separentur. Et si hæc quis in nobis & maxime nostra substantia habentur: tamē tanto nobis occulta uidentur quanto aspectui corporeo inuisibilia. De apertioribus requiramus. Fons quomodo in se generat fluuiū: quo autē spiritu rapidum fertur fluentū: Quid est q; dū unū & in separabile sit fluuius & fons: nec fluuius fons: nec fons fluuius intelligi aut appellari potest: & tamen qui uiderit & fontem. Exerce te prius in horum explanatione: & discute si potes quæ habentur in manibus: & tunc ad horū similia ueniamus. Nec putes q; te statim de terra ascendere sua deā super cælos: sed prius si te placeat ad iustud firmamentum quod oculis uidet educam: & ibi si potes naturam huius uisibilis luminis discute quomodo ignis iste celestis generet ex semetipso splendorem lucis: quomodo etiam perducatur uaporem. & cum tria sint in rebus: unum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris: scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto eē differentius & eminentius: quanto creator creaturis potentior: quanto artifex opere suo præstantior: quanto ille qui semper est eo qui ex nihilo cœpit esse nobilior. Credendus est ergo deus esse pater unicus filii sui domini nostri non discutiendus. Neq; enī fas est seruo de natalibus domini disputare. Contestatus est pater de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum: & ipsum audiri iubet. Filius dicit qui uidet me: uidet & patrem meum. Ego & pater unū sumus. Et ego ab eo exiui: & ueni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filii uoces medius se discussor interferat: & diuinitatem diuidat: affectum separet: substantiam rumpat: spiritum secet: neget esse uerum quod ueritas dicit. Est ergo deus pater uerus tanq̄ ueritatis pater: non extrinsecus creans: sed ex eo quod ipse est filium generans id est quia sapiens sapientiā: quia iustus iusticiam: quia sempiternus sempiternum: quia immortalis imortalem: quia inuisibilis inuisibilem: quia lux splendorē: quia mens uerbum. Quod autē diximus orientis ecclesia tradere unum uerum deum patrem omnipotentem & unum dominum: hoc intelligendum est unum numero dici sed uniuersitate. Verbi gratia: Si quis dicat unum hominem aut unum equū: hic unū pro numero posuit. potest. n. & alius homo esse & tertius: uel equus. Vbi autē secundus uel tertius non potest iungi: unus si dicatur non uniuersitatis sed uniuersitatis est nomen. Vt si exempli causa dicamus unum solem: hic unus ita dicitur: ut uel alius uel tertius addi nō possit. Unus ē enī sol. multo magis ergo deus cū unus dī unus nō nūeri sed uniuersitatis uocabulo nūcupat. i. q; ppea unus dī q; alius non sit. Similiter & de dño accipiendū ē q; unus sit dñs Iesus christus p quē deus pī dñatū oīum tenet. Vnde & sequens sermo oīpotentē pronunciat deū. omnipotens autem ab eo dicitur q; omnium teneat potentatum. Teneat autem omnia pater per filium sicut & apostolus dicit: Quia per ipsum creati sunt omnia uisibilia: siue troni dominationes siue principatus siue potestates. Et iterum ad hæbreos scribens dicit: Quia per ipsum sæcula instituit. & ipsum constituit hæredem uniuersorum. Quod si per ipsū sæcula instituit pater: & per ipsum creati sunt omnia: & ipse est hæres omnium: ipsum ergo & potētatum omnium tenet: quia sicut de luce & ueritas de ueritate: ita de oīpotente omnipotens natus est: ut in apocalypsi Ioānis scriptū ē. Et requiem non habent die ac nocte dicentes: Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. qui erat & qui est & qui uenturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicitur qui uenturus est. & quis est alius

terra confota

non exaltet uita cōmunis
exigi non potest

religio nra merito deficit

mentales estis

humana mens de deo
comparatur

quid

deus dicitur

mens generat seruum

mens quæ splendorē & uaporem

non est fas seruo de natalibus
domini disputare

mens uniuersitatis nomen

unus sol

unus deus

omnipotens unus

et inuisibilis

lux

uis

deus

pater

nisi

flumin

uiderit

unus

per

Paraphraſis huius dicitur

Hicſus ſaluator

Chriſtus uel dicitur
regnum nomen in
pontificatus

Unus eſt uer- men ſenfus
ab

Exempla nō proū
habent ſimilitudines

Natus manet mortuus

Exempla nō in aly qſt ſctū

ſubſtantiam
Unus

inde Sabelli

ſperat

non

non

est alius q̄ uenturus ē niſi ieſus chriſtus filius dei: His addit̄ iuiſibileſi paſſibile. Sciēdū q̄ duo iſti ſermōes i eccle-
ſia romana ſymbolo non habentur. Conſtat aut̄ apud nos additos hæreſeos cauſa Sabellii illius profecto quæ
a noſtris patripaſſia appellat̄ .i. quæ patrē ipſum uel ex uirgine natū dicit: & uiſibilem factum eſſe uel paſſū af-
firmat in carne. Ut ergo excluderet talis impietas de patre uident̄ hæc addidiſſe maiores: & inuiſibile patrē at
q̄ impaſſibile dixiſſe. Conſtat eni filiū nō patrē incarnatū: & ex carne natū: & ex natiuitate carnis filiū uiſibile
& paſſibile factum. Quātum aut̄ expectat ad illā deitatis mortalē ſubſtantiā quæ una ei eadēq̄ cum patre ē:
ibi neq̄ pater neq̄ filius neq̄ ſpiritus ſanctus uiſibilis aut paſſibilis credit̄. Secundū dignationem uero carnis af-
ſumptæ filius & paſſus in carne eſt. Quod & propheta prædixerat ubi ait: Hic deus noſter nō reputabitur al-
ter ad eū: qui inuenit omnem uiā diſciplinæ: & dedit eam iacob puero ſuo: & iſrael dilecto ſuo: poſt hæc i terris
uiſus eſt & inter homines conuerſatus eſt. Sequitur poſt hoc: Et in Ieſum chriſtū unicū filium eius dominū no-
ſtrum: Ieſus hæbrei uocabuli nomen quod apud nos ſaluator dicitur. Chriſtus chriſmate .i. ab unctiōne appel-
latur. Legimus enim in libris Moysi q̄ Auſes Nauæ filius cum electus eſſet dux populi cōmutato nomine de
Auſe Ieſus cognominatus ſit: quo. ſ. oſtenderetur hoc eſſe nomen: quod principibus & ducibus conueniret: his
dumtaxat qui ſalutem ſequentibus ſe populis darēt. Itaq̄ & ille Ieſus appellatus eſt qui eductum de terra egypti
populū & de erroribus heremi liberatū in terrā repromiſſionis induxit. Et hic Ieſus qui populū de ignoran-
tiā tenebris eductū: & de mundi erroribus euocatū introduxit ad regna cælorū. Chriſtus quoq̄ uel pontifica-
le uel regiū nomen eſt. Nam prius & pontifices unguento chriſmatis conſecrabantur & reges: Sed illi ueluti
ueluti mortales & corruptibiles ungebantur. hic uero ſancto ſpiritu perunctus chriſtus efficitur: ſicut ſcriptu-
ra de eo dicit: quem unxit pater ſpiritu ſancto miſſo de cælis. Et Eſaias præſignauerat dicens ex perſona filii:
ſpiritus domini ſuper me: propter quod unxit me: euangelizare me miſit pauperibus: Quia ergo oſtendimus
quid ſit ieſus qui populū ſaluet: & quid ſit chriſtus qm̄ pontifex factus ſit in eternum: nunc ex conſequenti-
bus de quo dicantur iſta uideamus: Unicum filium inquit eius dominum noſtrum. Poſt hoc docet nos quia Ie-
ſus iſte de quo diximus: & Chriſtus de quo expoſuimus unicū filius dei & noſter dominus eſt. ne forte humana
putes iſta uocabula terrenum te aliquid doceāt: ideo ſubiungit Unicum hunc eſſe filium dei dominū noſtrū.
Unus enim de uno naſcitur: quia & ſplendor unius eſt lucis: & unū eſt uerbum cordis. nec in numerū pluralē
deſluit in corporea generatio: nec in diuiſionē cadit: ubi q̄ naſcitur nequaquā a generante ſeparantur. Unicus eſt ut
menti ſenfus: ut cordi uerbum: ut forti uirtus: ut ſapientia ſapienti. Nam ſicut ſolus ſapiens pater: apoſtolo dicit̄
tur: ita & ſolus filius ſapientia nominatur. Unicus ergo filius eſt. & cum ſit gloria: ſempiternitate: uirtute: regno
potestate: hoc quod pater eſt: omnia tamen hæc non ſine auctore ſicut pater: ſed ex patre tanq̄ filius habet. cūq̄
ſit ipſe omnium caput: ipſius tamen caput pater eſt. Sic enim ſcriptum eſt: Quia caput chriſti deus eſt. Filium
ſane cum audis: nolo generationem carnalis natiuitatis aſſumas: ſed memento hoc de incorporea dici ſubſtan-
tia & naturæ ſimplicis. Si enim ut ſupra iam diximus uel in eo quod cor generat uerbum: uel mens ſenſum: uel
lux ex ſe parit ſplendorem: nihil horū requiritur: nec ulla in tali generatione fragilitas cogitatur: quanto prius
& ſacratius de ore oijum creatore cenſendum eſt: Sed fortatte dicas: iſta quam memoras in ſubſtantiua eſt ge-
neratio: neq̄ enim lux ſubſtantiuum facit ſplendorem: aut cor ſubſtantiuum generat uerbum. Filius autem dei
ſubſtantialiter aſſeritur generatus. Ad hoc primo omnium illud dicimus cum etiam in cæteris proferuntur exē-
pla: non per omnia tamen ſimilitudinem ſeruare poſſunt rei illius: cui præbere putantur exemplum: ſed unius
alicuius partis: pro qua uidentur aſſumpta: ſimilitudinem tenent. Verbi gratia: Ut cum in euangelio dicit̄. Si-
mile eſt regnū cælorū fermento quod abſcondit mulier in farinæ mēſuris tribus: Nunquidnam putabimus re-
gnū cælorum per oia ſimile eſſe fermento: ut ſubſtantiua illa ita palpabilis ſit ac fragilis: ut & acida fieri poſſit &
corrupta: Sed ad hoc ſolum exemplum iſtud uidetur aſſumi: ut oſtenderetur ex parua prædicatione uerbi dei
humanas mentes fidei fermento poſſe coaleſcere. Similiter & cum dicitur. Simile eſt regnū cælorū reti miſſo i
mare: quod ex omni genere piſciū abſtrahit. Et in hoc nūquid putandū eſt: q̄ naturæ lini: quo rete operamur:
ac nodis quibus maculæ neſcuntur: regni cælorum ſubſtantiua per oia cōferat̄: Sed ad hoc ſolum uidetur aſſū-
pta cōparatio: ut oſtenderetur quia ſicut rete de profundo maris piſces aducit ad littus: ita de profundo ſæculi
huius errore humana animæ regni cælorum prædicatione liberantur. Ex quibus conſtat exempla in omnibus
his quorū exempla ſunt eſſe ſimilia: Alioqn ſi eadē eēt oia: iam non exēpla dicerentur: ſed ipſe potius res de q̄
bus agitur uiderentur. Deinde etiam illud dicendum eſt: q̄ nulla creatura talis eēt poſſet qualis creator eius: &
ideo ſicut ſine exemplo eſt diuina ſubſtantiua: ita & ſine exemplo eſt diuinitas: Tum etiam illud addimus. Quia
omnis creatura ex nihilo eſt: Si ergo in ſubſtantiua ſcintilla quæ ignis eſt: ex ſe creaturā quæ nihilo facta eſt gi-
gnit & conditionem in hoc ſeruat originis ſue: illius æternæ lucis ſubſtantiua: quæ ſemper fuit: quia in ſubſtanti-
uum in ſe nihil habuit in ſubſtantiuum ex ſe ſplendorem proferre non potuit. Et ideo recte unicū dicitur fi-
lius: Unicus enim ei ſolus eſt quin ita natus eſt: nec comparationem aliquam poſſet habere quod unicū eſt:
nec ſimilitudinē in ſubſtantiua cum facturis ſuis habere poſſet ille qui factor eſt omnium. Hic eſt ergo Chri-
ſtus Ieſus unicū filius dei q̄ eſt dominus noſter. Unicus & ad filium referri & ad dominū pōt. unicū eſt. n. ue-
re filius: & unus dominus Ieſus Chriſtus. Cæteri quippe filii licet filii dicantur: adoptionis tamē gratia dicunt̄:
nō ueritate naturæ. & ſi dicuntur alii domini: conſeſſa tamē non ingenita potestate dicuntur. Hic uero ſolus eſt
unicū filius: & ſolus unicū dominus. ſicut & apoſtolo ait. Et unus dominus Ieſus Chriſtus: per quem omnia.
Ideo poſtea q̄ præpoſitus ordo fidei: ineffabile ſacramentum filii de natiuitate patris expoſuit: nunc ad huma-
næ ſalutis dignationem diſputationēq̄ deſcendit. & hunc quem ſupra dixit unicū filium dei: & dominū no-

strum. nunc dicit: Qui natus est ex spiritu sancto ex maria uirgine: Hæc iam inter hoies disputatiõis natiuitas
 est: illa diuinæ substantiæ: hæc dignationis est: illa naturæ. De spiritu sancto ex uirgine nascitur: & iã in hoc loco
 mūdior auditus requiritur & purior sensus. Hunc. n. quē dudum de patre natum ineffabiliter didicisti: a spiri-
 tu sancto templum fabricatum: intra secreta uteri uirginalis intellige: & sicut in sanctificatione sancti spiritus
 nulla sentienda est fragilitas: ita & in partu uirginis nulla intelligenda est corruptio: Nouus enim huic sæculo
 datus est hic partus: nec immerito. Qui. n. in cælis unicus filius est: consequenter & i terra unicus est: & unice
 nascitur. Nota sunt omnibus: & i euāgeliis decantata de hoc scripta prophetarum: quæ dicunt: q uirgo concipiet
 & pariet filium. Sed & partus ipsius mirabilem modū Ezechiel propheta ante formauerat. Mariam figu-
 raliter portam domini nominans: per quā. s. dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo. Porta autē
 quæ respicit ad orientem clausa erit: non aperietur: & nemo trāsibit per eam: quoniam dominus deus israel trās-
 sibi per eam & clausa erit. Quid tam euidentis de consecratione uirginis dici poterat: Clausa fuit in ea uirgini-
 tatis porta per ipsam intrauit dominus deus israel: per ipsam in hunc mūdum de utero uirginis processit: & in
 æternum porta uirginis clausa: seruata uirginitate permansit. Igitur sanctus spūs refert dominicæ carnis: & tē-
 pli eius creator. Incipe iam hinc intelligere etiã spūs scti maiestatem. Cōtestat enim & euāgelicus sermo de ipso.
 Quod cum loquenti angelo ad uirginē & docēt: quia paries filium: & uocabis nomen eius Iesum: Hic enim
 saluum faciet populū a peccatis suis: illa respondisset: Quomodo fiet istud quoniam uirum nō cognosco: dixit
 angelus ei. Spūs sanctus ueniet super te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: & ideo quod nascetur ex te sanctū:
 uocabitur filius dei. Vide ergo cooperatē sibi inuicē trinitatem. Spūs sanctus uenire dicit sup uirginē: & uir-
 tus altissimi obūbrare ei. Quæ est autē uirtus altissimi: nisi ipse christus qui est dei uirtus & dei sapientia: Cuius
 autē hæc uirtus est: Altissimi inquit. Adest ergo altissimus: adest & uirtus altissimi obumbrare ei. Quæ est autē
 uirtus altissimi nisi ipse christus qui est dei uirtus & sapientia: Cuius autē hæc uirtus est: Altissimi inquit. Adest
 ergo altissimus: adest & uirtus altissimi: & adest & spūs sanctus. Hæc est trinitas ubiq; latens & ubiq; apparens
 uocabulis personiq; discreta: inseparabilis uero substātia deitatis: & quamuis solus filius nascatur ex uirgine:
 adest tamē & altissimus: adest & spūs sanctus: ut & cōceptus uirginis sanctificetur & partus. Verum hæc quia
 ex scripturis prophetis asseruntur possunt fortasse iudæos quamuis sint infideles & increduli confutare. Sed
 pagani solent ridere nos cum audiunt predicari a nobis uirginis partum: propter quod paucis & eorum obre-
 ctationibus respondendum est. Omnis partus ex tribus ut opinor constat: si adultæ ætatis sit fœmina: si uirum
 adeat si non sit illius uulua uitio sterilitatis occlusa Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus unum defuit:
 Vir. s. & hanc partem (quia qui nascebatur non erat terrenus homo sed cælestis) per spiritum cælestē dicimus
 salua uirginis incorruptione completam. Et tamē quid mirum uidetur: si uirgo conceperit cum orientis auem
 quem phœnicem uocant: intantū sine coniuge nasci uel renasci constet: ut semper una sit: & semper sibi ipsa na-
 scendo uel renascendo succedat: Apes certe nescire coniugia: nec fœtus nixibus edere omnibus palam est. Sed
 & alia nōnulla deprehenduntur uti huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtu-
 te ad totius mundi reintegrationē factum: cuius exempla etiam in animalū natiuitate cernunt. Et tamen mi-
 randum est cur hoc gentilibus impossibile uideatur qui credunt: Mineruam suā de cerebro Iouis natā. Quid
 ad credendum difficilius: aut quid magis contra naturam est: Hic fœmina est: hic naturæ ordo seruatur: hic
 conceptus & partus temporibus suis editur. ibi nunq; fœmineus sexus: sed uir solus: & partus. Qui illa credit:
 cur ista miret. Sed & liberum dicunt de femore eius natum: Ecce aliud portenti genus: & tamen creditur. Vene-
 rem quoq; quam aphroditē uocant de spuma maris: sicut & ois eius compositio ostendit: credunt esse progeneri
 tam. De ouo natum Castorem pollucēq; confirmat. Ex fœmica myrmidones. Et alia mille sunt quæ quis con-
 tra naturam rerum uenientia: ipsis tamen sunt uisa credibilia: ut Deucalionis & Pirrhæ lapides iactos & homi-
 num ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint: unum eis impossibile uidetur: q; ado-
 lescens fœmina diuinum germē non hominis uitio sed deo spirante conceperit: Qui utiq; si ad credēdū diffi-
 ciles sunt: illis tot & tā turpibus mōstris fidē nequaq; cōmodare debuerat. Si uero faciles sunt ad credēdū mul-
 to promptius hæc nostra tam honesta & tam sancta recipere: q; illa tam indigna & tam fœda credere debuisset.
 Sed dicūt fortassis: quia possibile quidem fuerat deo: ut Virgo cōciperet: possibile etiam fuerat ut pareret: Sed
 indignum eis uideri: ut tanta illa maiestas per genitalis fœminæ transiret egressus: Vbi quis nulla fuerit ex ui-
 ri comixtione cōtagio: fuit tamen ipsius præputii obscenæ attrectationis iniuria. Pro quo paulisper eis secun-
 dum sensum suū respondeamus. Siquis uideat paruulum in profundo cœni necari: & ipse cū sit uir magnus &
 potens extremus ut ita dixerim ingrediatur cœnū: ut paruulū liberet morientem: pollutus ne a te accusabitur
 hic uir: qui paruulum calcauerit luti an ut misericors laudabit q; uitam cōtulerit morituro: Sed hæc etiã de cōi-
 hoie dicta sunt. Redeamus nūc ad naturā eius qui natus est. Quāntū putas natura solis illo inferior ē: Quā-
 tū creatura sine dubio creatore: Intuere nūc si solis radius in cœni alicuius uoragine dimittatur: nunqd nā ali-
 qd inde pollutionis acqrit: Aut obscenoz illustratio: solis dicitur in iniuriam: Ignis quoq; quanto nā ē inferior
 his de quibus sermo est: & nulla materia uel obscena uel turpis adbita ei: ignem polluisse creditur: Cū hæc ita
 esse in rebus materialibus cōstet: tu in illa supereminēti & incorporea natura quæ super omnem ignem & sup
 oē lumē est: pollutionis aliqd putas ac obscenitatis incidere: Tunc deinde etiã ad illud aduerte. Nos hominē
 a deo creatū de terra de terræ limo dicimus: quod si obscenitas deo reputatur opus suum requirenti: multo ma-
 gis ei reputabitur opus istud ab initio fabricanti. Et superfluū est dicere: cur per obscena transierit: cum non
 possis dicere: cur obscenā condiderit. Et ideo obscenā hæc esse non natura sed obseruantia docuit. Cæterum
 omnia

In spiritu sancto nulla corruptio

porta domini

*Spūs sanctus sup uirginem
uirtus altissimi obūbrat
Adest et spūs sctus*

Partus ex tribus constat

*Phœnicem uocant
Apes coniugia*

Minerua de cerebro

*Castor
Pollux
Myrmidones
fœmica*

Solis radius in cœni non pollutus

uirtus

norm

Similitudo

h

omnia quæ sunt in corpore ex uno eodẽq; luto formata: uisibus tantum & officiis naturalibus distinguntur. Sed ne illud quidẽ absolutiõẽ uacare huius questionis omittamus: quod substantia dei quæ oino est incorporea in seri corporibus uel capi ab eis principaliter nõ põt: nisi aliqua sit media substãtia spiritalis: quæ capax diuini spiritus possit esse: Verbi gratia ut si dicamus: lux oia quidẽ mēbra corpõis illustrare potest: a nullo tamen eorũ nisi a solo oculo capi potest. Solus est. n. oculus qui capax est lucis. Et filius ergo dei nascit ex uirgine: non principaliter soli carni sociatus: sed in aia inter carnẽ deũq; media generatus. Aia ergo media & in secreta rationabilis spiritus arce: uerbũ dei capiente absq; nulla quã suspicaris iniuria deus est natus ex uirgine. Et ideo nihil ibi turpe putandũ est: ubi sanctificatio spiritus inerat. Et aia quæ erat dei capax particeps fiebat etiã carnis. Nihil ibi dicas impossibile: ubi aderat uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites: ubi plenitudo inerat diuinitatis. Crucifixus sub Pontio Pilato: & sepultus: descendit ad inferna. Docet apostolus Paulus illuminatos esse debere oculos cordis nostri: ad intelligendũ quæ sit altitudo diuinitatis latitudo & profundũ. Altitudo ergo & latitudo & profundũ descriptio crucis est: cuius eam partẽ quæ in terra defixa est profundũ appellauit. Altitudinẽ uero illam quæ: i terrã porrecta sublimis erigitur. Latitudinẽ quoq; illam quæ distenta quoq; in dexterã leuãq; manus protendit. Cũ ergo tot species mortis sint quibus de hac uita exitus dari hoibus solet: quia uult nos Apostolus illuminatos corde scire rationẽ: cur ex his omnibus crucis potius species ad mortem delecta sit Saluatoris? Vnde sciendum est q; crux ista triumphus erat. Triũphi eni est & insigne est. Trophæũ deuicti hostis indicium est. Quia ergo adueniens Christus sicut Apostolus dicit tria pariter sibi regna subiecit (Hoc enim indicat ubi ait. Quia in nomine Iesu omne genua flectatur cælestium terrestrium & infernoꝝ: & hæc omnia sua morte uincibat) Conueniens mysterio mors quesita est: ut in aere sublimatus: & aeris subiugans potestates: uictoriã diis supernis & cælestibus traderet. Expansas autem manus tota die sanctus propheta dicit eum tenere ad populũ qui est in terra: ut & incredulos contestaret: & inuitaret credentes. Ea uero parte quæ sub terram demergitur: inferna sibi regna subiiceret. Etenim (ut breuiter aliqua etiam de secretioribus pstringamus) ab initio deus cum fecisset mundum præfecit ei & præposuit quosdam uirtutum cælestium potestates: quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus. Quod ita factum Moyses indicat in deuteronomii cantico ubi dicit. Cũ diuideret excelsus gentes statuit terminos gentium secundũ nomen: angelorũ dei. Sed & horũ nonnulli sicut & ipse qui princeps appellatus est mundi: datam ibi a deo potestatem: non his quibus acceperant legibus temperarunt: nec humanum genus diuinis obedire: sed suis parere præuaricationibus docuerunt. Et hinc aduersus nos peccatoꝝ cyrographa scripta sũt: q; ut propheta dicit. Peccatis nr̄is uenundati sumus. precium nãq; animæ suæ unusquisq; conlegitur: cum concupiscẽtiã satisfecerit. Per istud ergo unusquisq; cyrographum ab illis rectoribus pessimis tenebatur: quod Christus detrahit adueniẽs: & hac eos potestate denudauit. Idq; sub ingenti mysterio Paulus indicat cum dicit de eo: delens quod aduersus nos erat cyrographum: & affigens illud cruci suæ: tradidit principatus & potestates triumphans: eos in semetipso rectores. Ergo illi quos humano generi præfecerat deus: in tyrannidis contumaciam uersi impugnare: commissos sibi homines aggressi sunt: & peccati proeliis debellare: sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquiis cũ dicit: in illa die procedent angeli festinãtes exterminare æthiopiã: eritq; inter eos perturbatio in die ægypti: quoniã rectitudo uenit. Ergo oipotencia eorũ nudata: Christus dicit triumphasse: ablatãq; ab eis potestãtẽ hoibus tradidisse: sicut ad discipulos suos dicit ipse in euãgelio: Ecce dedi uobis potãtẽ calcandi super serpentes & scorpiones & omnẽ uirtutem inimici. Illos itaq; qui accepta potãtẽ male abusi sũt: subiectis quondã suis subiecit crux Christi. Nos uero hoc ẽ humanũ genus edocet primo omnium usq; ad mortem resistere aduersus peccatum: & libenter interitum proprietate suscipere: Tunc deinde obedientiã nobis in hac eadem cruce proponit exemplũ: sicut in illis qui aliquãdo rectores nostri fuerant: posuit contumaciã pœnas. Audi ergo quomodo apostolus uult per crucem Christi obedientiam nos docere. Hoc inquit sentite in uobis quod in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinẽ hominum factus: & habitu repertus ut homo factus est obediens usq; ad mortẽ Mortẽ autẽ crucis. Quia ergo ille magnus magister est q; fecerit: & docuerit: ideo quæ prius etiam suscepta morte seruanda docuit: ipse hæc primus moriẽdo seruauit. Sed fortasse terre tur aliquis in huiuscemodi doctrina: quod quem paulo ante cum deo patre diximus sempiternum: ac de eius substantia esse progenitum: quemq; regno: maiestate: æternitate unum cum deo patre esse docuimus: nunc de eius morte tractamus. Sed nolo terrearis o fidelis auditor: Paulo post istum quem audis mortuum rursus immortalem uidebis. Mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam sacramentum illud susceptæ carnis quod supra exposuimus: hanc habet causam: ut diuina filii dei uirtus: uelut hamus quidam habitu humanæ carnis obiectus. Et sicut apostolus Paulus ante dixit habitu inuentus ut homo: principem mundi inuitare possit ad agonem: cui ipse carnem suam uelut escam tradens hamo diuinitatis intrinsecus teneretur inserto. Et profusione immaculati sanguinis (Solutus est enim qui peccati maculam nescit) omnium peccata deleret eorũ dumtaxat: qui sanguine eius postes fidei suæ signassent. Sicut ergo hamum esca contactum si piscis rapiat: non modo esca ab hamo non remouet: sed & ipse de profundo esca futurus educitur: ita & is qui habebat mortis imperium: rapuit quidem in morte corpus Iesu: non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum: sed ubi deuorauit: hæsit ipse continuo: & disruptis inferni claustris uelut de profundo extractus trahitur: ut esca cæteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta significauerat dicens: Et extraham te in hamo meo: & extẽdam te sup terrã. Capi implebunt de te: & constituã super te omnes uolucres cæli: & saturabo ex te omnes bestias terræ. Sed & propheta dauid dicit. Dedit eum i escam populis æthiopiũ. Et Iob de eodẽ my-

Oculus lucis aperit

Altitudo latitudo et profundum dicitur est descriptio crucis

Cur in cruce mortuus Christus Crux Trophæum

Cur expansis manibus passus est Christus

Deus ipse angelos quibus regeret mortalium genus

Peccatis nostris uenundati sumus

Christus hanc triumphauit

Magnus et uerus magister qui fecerit et docuerit

Solutus deus post mortem nescit Hamum esca contactum

Trophæum

sibi quia

Similitudo

sterio similiter protestatur: ait enim ex persona domini loquentis ad se. Aut adducis draconem in hamo: aut ponis capistrum circa nares eius. Non ergo dano aliquo aut iniuria diuinitatis Christus in carne patitur: sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem diuina natura in mortem descendit: non ut lege mortaliu detineretur a morte: sed ut per se resurrecturus ianuam mortis aperiret: uelut si quis rex pergat ad carcerem: & ingressus aperiat ianuam: resoluat cathenas: uincula: seras & claustra cominuat: & educat uinctos in remissionem: & eos qui sedent in tenebris & in umbra mortis: luci ac uitae restituat. Dicit ergo rex fuisse quidem in carcere: non tamen ea conditione qua qua fuerant ceteri qui tenebantur in carcere: sed illi quod ut poenas solueret: hic uero ut absolueret poenas. Cautissime autem qui symbolum tradiderunt: etiam tempus quo haec sub Porcio Pilato gesta sunt designauerunt: ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta gestorum traditio uacillaret. Sciendum sane est: quod in ecclesiae romanae symbolo non habetur additum: Descendit ad inferna: sed neque in orientis ecclesiis habetur hic sermo. Vis tamen uerbi eadem uideatur esse in eo quod sepultus dicitur. Sed quoniam erga scripturas tibi diuinas amor & studium subiaceret: sine dubio dicis mihi: oportere haec magis euidentibus diuinae scripturae testimoniis approbari. Quanto enim maiora sunt quae credenda sunt: tanto idoneis magis & indubitatis testibus indigent: Vera quippe est & consequens haec propositio. Sed nos tanquam scientibus legere loquentes testimoniorum siluam breuitatis causa derelinquimus. Pauca tamen ex multis etiam si in hoc requiritur adhibeamus: scientes studiosis quibusque scripturis diuinis latissimum testimoniorum pelagus patere. Primo ergo omnium sciendum est quod ipsa ratio crucis non omnibus una eademque est: sed aliud gentibus: aliud iudaeis: aliud credentibus sapit. Sicut & apostolus dicit. Nos autem Christum praedicamus crucifixum: Iudaeis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam: ipsis uocatis iudaeis & graecis: Christum dei ueritatem & dei sapientiam. Et alibi. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est. His uero qui salui sunt uirtus dei est. Iudaei autem quibus ex lege traditum fuerat: Christum in aeternum mansurum: scandalum patiebantur de carne eius: quia resurrectionem recipere noluerunt: Gentibus autem stultitia uidebatur deum mortem suscepisse: quia ignorabant mysterium carnis assumptae. Fideles uero qui & natum & passum in carne susceperant: & a mortuis resurrexissent: merito uirtutem dei credebant esse: quae uicerat mortem. Primo ergo hoc ipsum quod iudaei quibus prophetae haec praedixerant non essent credituri: sed illi qui nunquam haec a prophetis audierant: Audi quomodo per Esaiam propheticum sermone signatur: Quibus non est inquit annunciatum de eo uidebunt: & qui non audierunt intelligent. Quod autem his qui meditabantur legem dei: a pueritia usque in senectutem non credentibus ad gentes esset omne mysterium transferendum: idem Esaias hoc modo praedicit. Et facie inquit dominus deus sabaoth omnibus gentibus: in monte isto bibent lacteam: bibent uinum: ungentur unguento in monte isto. Tradet haec omnia gentibus. Hoc enim consilium omnipotens super omnes gentes. Sed dicerent fortasse nobis illi quod se iactant in scientia legis: blasphematis: qui dicitis dominum corruptio: morti: & passioni crucis fuisse subiectum. Legite ergo quod scriptum habetis in lamentationibus Hieremiae ubi dicit: Spiritus uultus nostri Christus dominus comprehensus est in corruptionibus nostris. in quo diximus. Sub umbra eius uiuimus in gentibus. Audi quomodo propheta Christum dominum comprehensum esse dicit: & pro nobis id est pro peccatis nostris corruptioni traditum: in cuius umbra (quoniam populus ille iudaeorum permansit incredulus) gentilem subiectum esse dicit: quia uiuimus non in israel sed in gentibus. Quod si operosum non uideatur: quod possumus breuiter singula quae in euangeliiis referuntur: qualiter in prophetis praedicta sunt: designemus: ut hi qui prima fidei elementa suscipiunt: testimonia haec habeant in corde descripta: ne ulla eis unquam de his quae credunt: ambiguitas inimica surripiat. Edocemur per euangelium: quod iudas unus de amicis & conuiujs Christi tradiderit eum. Audi hoc quomodo praenunciatur in psalmis. Qui manducat inquit panes meos: ampliat aduersum me supplantationem. Et alibi: Amici inquit mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Molliti sunt sermones super oleum: Et ipsi erunt iacula. Vis uidere quo modo molliti sunt: Venit inquit iudas ad Iesum: & dixit ei. Aue rabi: & osculatus est eum. Per molle igitur osculi blandimentum execrabile iaculum prodicionis infixit. Inde dominus ad eum dicit. Iuda osculo filium hominis tradis triginta argenteis: Audis supplantationem eius ampliatam esse cupidine prodicionis: Audi & de hoc propheticam uocem. Et dixit inquit ad eos: Sibonum est in conspectu uestro date mercedem meam: aut abnuite. Et post haec. Et accepi inquit triginta argenteos: & misi eos in domum domini in conflatorium. Nonne hoc est quod in euangeliiis scribitur: Quia iudas poenitentia ductus: reportauit pecuniam: & proiecit in templo: & discessit. Bene autem mercedem suam dicit: uelut imputantis & exprobrantis affectu. Etenim tam multa bona opera apud eos egerat: caecos eorum illuminauerat: claudis pedes: paralyticis gressum: mortuis quoque reddiderat uitam. Pro his igitur omnibus bonis mercedem eius restituunt: mortem triginta argenteos: aestimationem pensatam referunt. Refertur item in euangeliiis: quod uictus est: praedixit hoc sermo propheticus per Esaiam dicens: Ve animae eorum qui cogitauerunt cogitationem pessimam aduersum seipsum: dicentes: Alligemus iustum: quia inutilis est nobis. Sed dicit aliquis: Numquid haec de domino intelligenda sunt. Numquid dominus ab hominibus teneri poterat: & ad iudicium protrahi: Et de hoc te idem propheta conuictet. Dicit enim his uerbis ipse. dominus in iudicium ueniet cum senioribus & principibus populi. Iudicatur ergo dominus secundum prophetam testimonium: & non solum iudicatur: sed etiam flagellis caedit: & palmis in facie uerberatur: & conspuitur & omne pro nobis perfert obprobrium indignitatis. Et quia haec stupescenda erant omnibus cum praedicarentur ab apostolis: Idcirco etiam ex persona ipsorum propheta exclamat & dicit. Domine quis credit auditui nostro: incredibile enim est: ut deus dei filius passus ista dicatur & praedicetur. ergo & praedicantur per prophetas: ne qua creditum dubitatio nasceretur. Ipse ergo ex sua persona Christus dominus dicit. Dorsum meum dedi ad flagella: & maxillas meas ad palmas: & faciem non auerti a confusione sputorum. Scribit etiam illud inter ceteras eius passionum: nesque

Similitudo

Declaratio Testimoniorum

Subripit

non restituitur nisi per manus dei

Impus designatur no uentus uacillans

Testimoniorum silua

Ratio (cum omni no indy est)

Genibus subitana uoluntate deum mortem suscepisse

Testimonia ueris instrumenti super passio Christi

Supplantatione

Accepi 30 Argenteos

Dns in iudicium ueniet

Xenium

Rex larim siluester
Herodes abomgona

Corona spinosa

protophylos

in chryso spinis coronat

Sanguis ex latere dicitur
Aqua que rediens diluat
Baptisma sanguis et aqua

per costam mulier

tenebra facta sunt

xxv. Martij Christus passus est

Vitis cocinea

Vino myrrinati amara felle

Botrus amaritudinis

Larim

Siluester
Herodes

luciferus
luciferus

oia panni

nesq; alligates eum duxerunt ad Pilatum. Præsignavit etiã hoc propheta ubi dicit. Et alligates adduxerunt eum xenium regi larim: nisi si obiiciat aliquis & dicat: Sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in consequentibus refert euangelium Audiens inquit Pilatus cum esse de Galilea: misit eum ad Herodem: qui erat tunc rex in Israel. Et bene addit nomen larim quod est siluester. Non enim erat Herodes de domo Israel: nec de illa uinea israelitica: quam eduxerat dominus de ægypto: & plantauerat in cornu in loco uberi: sed erat siluester: id est ex silua aliëigena: & ideo recte siluester est appellatus: quia de israelitica uitis nequaquam palmitibus pullulasset. Sed & hoc quod dicit propheta xenium: cõueniẽter aptauit. Tũc. n. Herodes & Pilatus (ut euangeliũ testatur) ex inimicis in cõcordiam reuocati sunt: Et uelut reconciliationis suæ xenium iustum: sibi inuicẽ mittebant Iesum. Quid interest dum modo Iesus ut saluator dissidentes reconciliat: & pacem reparat: ac etiam concordiam reddat: Vnde etiam de hoc scriptum est in Iob. Dominus reconciliat corda principum terræ. Refertur item q; cũ Pilatus uellet eum dimittere: omnis populus succlamauerunt: Crucifige crucifige eum. Prænunciat hoc quoq; Hieremias propheta dicens ex persona domini ipsius. Facta est inquit hæreditas mea mihi sicut leo in silua de dit super me uocem suam propterea exosus sum eam: & propterea inquit dereliqui domum meam. Et iterum alibi dicit. Supra quem aperuistis os uestrum: & aduersus quem relaxastis linguas uestras. Cum iudicaretur scribitur tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testantur. In psalmista dicitur: Factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo increpationes. Et iterum: Ego tanq; surdus non audiebam: & sicut mutus non aperies os suum. Et iterum alius propheta dicit: Sicut agnus coram tondente se: sic non aperuit os suum in humilitate. iudicium eius sublatum est. Imposita ei scribitur corona spinosa. Audi de hoc in canticis canticorum: Super iniquitatem Hierusalem mirantis de iniuria filii dei patris uocem: & dicentis: Exite & uidete filia Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua. Sed & de spinis ita alius propheta commemorat. Et expectaui ut faceret uiam: fecit autem spinas: & non iusticiam sed clamorem. Verũtamen & mysterii secreta cognoscas. Oportebat eum qui peccata mundi uenit auferre: etiam terræ maledicta purgare: quæ peccante prothoplasto sententia præuancationis acceperat dicente domino. Maledicta terra in operibus suis: spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus: ut prima illa condemnationis sententia solueretur. Ad crucem ducitur: & in ligno totius mundi uita suspenditur. Vis ergo de hoc prophetis testimoniis confirmari? Audi Hieremiam dicentem de hoc. Venite & iniiciamus lignum in panem eius: & conteramus eum de terra uiuentium. Et iterum Moyses ut deflens eos dicit: Et erit uita suspensa ante oculos tuos: & timebis per diem & noctem: & non credes uitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est. Iam enim proposita breuitatis modum excedimus: & breuiatum sermonem longa dissertione distendimus. Pauca tamen addemus: ne penitus quod cepimus præteritis se uideamus. Scribitur Iesus in latere percussus: aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum petierunt iudæi uenire super se & super filios suos. Produxit igitur aquam quæ credentes diluat: produxit & sanguinem: qui condemnet incredulos. Potest tamen etiam intelligi illud quod duplicem gratiam baptismi figurauerit: Vnam quæ datur per aquam baptismi: aliam quæ per mysterium profusionis sanguinis perquirunt. Vtrunq; enim baptismum nominatur. Quod & si hoc queris: cur non ex alio membro sed ex latere potius produxisse dicitur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari. Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima quæ fuit primi Adam costa processit: fons redemptionis ac uitæ de secundi Adam costa producitur. Scriptum est: q; in passione eius ab hora sexta usq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Accipe & de hoc propheta testimonium dicentis. Occidet tibi sol meridie. Et iterum zacharias propheta. In illa inquit die non erit lux: & frigus & pruina in uno die: & dies ille notus domino: & neq; dies neq; nox: & ad uesperam erit lux. Quid tam euidentia propheta dici poterat? Ut iam tam hæc non tam futura prædici q̃ narrari præterita uideantur: & frigus & pruinam prædixit: propterea enim Petrus calefaciebat se ad ignem: quia frigus erat: & patiebatur frigus non temporis: sed fidei. Addit etiam: & dies illa nota domino: & neq; dies neq; nox. Quid est neq; dies neq; nox: nonne aperte de insertis diei tenebris: & reuocata rursus luce disseruit non fuit illa dies neq; n. incepit ab ortu solis. Neq; integra nox fuit. non. n. pacto dici cursu spatia sibi debita: uel ab initio suscepit: uel ad ultimum determinata perduxit: sed fugata per impiorum facinus: lux reparatur ad uesperam. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit: & obscurabitur super terram lux. Docet euangelii prædicatio q; etiam milites diuiserunt sibi uestimenta Iesu: & supra tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit spiritui sancto prophetarum uocibus protestari cum dicit. Diuiserunt sibi uestimenta sua: & super uestem meam miserunt sortem. Sed ne de illa quidem ueste quam dicunt milites illudentes induisse eum: id est de ueste cocinea propheta siluerunt. Audi enim quid dicat Esaias. Quis est hic qui uenit de edom: rubor uestimentorum eius ex bosra. Quare rubicunda sunt uestimenta tua: & indumentum tuum: tanq; in torculari calcatum? Vnde & ipse respondit. Torcular calcaui solus filii syon. Solus est qui peccatum non fecit: & abstulit peccatum mundi. Si enim potuit per unum hominem mors introire: quanto magis per unum hominẽ qui deus erat potuit uita restitui? Refertur etiã q; aceto potatus sit: uel uino myrrinato: quod est amarius felle. Audi quid de hoc propheta prædixerat: Et dederunt inquit in esca mea fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Ad quæ respondens iam tunc Moyses dicebat de populo illo: ex uincis sodomorum uitis eorum: & palmes eorum de gomorris uua eorum uua fellis: & botrus amaritudinis ipsius. Et iterum exprobrans eos dicit populus stultus & non sapiens: hæc domino retribuisti? Sed & in canticis eadem prænunciant ubi etiã hortus in quo crucifixus est designatur. Dicit ergo intraui in hortum meum: sponsa mea: & uin-

demiaui myrrham meam: ubi euidenter uinū myrrhatum quo potatus est declarauit: Et spiritū post hæc scribitur reddidisse: prænunciatū fuerat & hoc per prophetam dicentē ex persona filii ad patrē. In manus tuas cōmendo spiritū meum. Sepultus perhibetur: & lapis magnus appositus ante ostium monumēti. Accipe etiā de hoc quid propheticus per Hieremiam sermo predixerit. Mortificauerunt inquit in lacum uitā meā: & posuerunt lapidem super me. Euidētissima hæc sepultura eius indicia prophetis uocibus designata sunt. Accipe tamen & alia. A cōspectu inquit iniquitatis ablatu est iustus: & in pace est locus eius. Et alibi: & dabo malignos pro sepultura eius: & item alius. Recubans dormiuit ut leo: & ut catulus leōis: quis suscitabit eum? Sed etiam q̄ in infernum descendit: euidenter pronuntiatur in psalmis: ubi dicit. Et in puluerem mortis deduxisti me. Et iterū. Quæ utilitas in sanguine meo: dum descendero in corruptionem? Et iterū: descendi in limum profundū: & non est substantia. Sed & Ioannes dicit: Tu es qui uenturus es in infernum sine dubio: an alium expectamus? Vnde & Petrus dicit: quia christus mortificatus carne: uiuificatus autem spiritu qui in ipso habitat: eis qui in carcere conclusi erant descendit spiritibus prædicare: qui increduli fuere in diebus Noe: in quo etiā quid operis in infernum egerit declaratur. Sed & ipse dominus per prophetam dicit tanq̄ de futuro. Quia nō derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quod rursum propheticè nihilominus ostendit impletum cum dicit: Domine eduxisti animam meam ab inferno: saluasti me a descendētibz in lacū. Sequitur post hæc. Tertia die resurrexit a mortuis. Resurrectiōis quippe gloria in christo clarificauit omne quod prius infirmum & fragile uidebatur. Sed tibi paulo ante non putabatur esse possibile usq̄ ad mortem uenisse immortalem: aspice nunc quia de uicta morte resurrexisse dicitur: non potest esse mortalī. Sed bonitatem in hoc intellige creatoris: quia ille eo usq̄ te sequentes opus eius caduco lapsu potuisse cōcludi: quo ille salutem operaturus peruenire non posset. Inferna & superna nobis dicuntur: qui creatura corporis circumscriptione cōclusi: intra regionis præscriptæ nobis terminos continemur. Deo autem qui ubiq̄ est: & nusq̄ deest: quid infernum est? aut quid supernum? Verumtamen in assumptione corporis etiam ista complent. Resuscitatur caro quæ reposita fuerat in sepulchro: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: Quia non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Rediit ergo uictoria mortuis: inferni spolia secum trahens. Eduxit enim eos qui tenebantur a morte: sicut & ipse prædixerat ubi ait. Cum exaltatus fuero: omnia ad me ipsum traham. Attestatur autem de hoc euangelium cum dicit: Quia monumenta aperta sunt: & multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt: & apparuerunt multis: & ingressi sunt in sanctam ciuitatem illam: sine dubio ingressi sunt ciuitatem: de qua apostolus dicit. Quæ autem sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater omnium nostrum: sicut & ad hebræos iterum dicit. Decebat enim eum: propter quem omnia: & per quem omnia: multos filios in gloriam adducentem: auctorem: salutem eorum per passionem consummare. Igitur consummatam passionibus carnem humanam quæ mortem ceciderat per prothoplasti lapsū: resurrectiōis uirtute reparatam: in dextera dei sedens in altissimis collocauit: ut & apostolus dicit. Qui simul excitauit nos: simulq̄ sedere fecit in cælestibus. Hic enim erat figulus: qui ut Hieremias propheta docet: uas de manu sua collapsum & confractum: rursum eleuauit manibus suis: & reformauit: sic placuit in conspectu eius. Placuit autem ita: ut corpus quod mortale & corruptibile suscepit de sepulchri petra leuatum: & immortale atq̄ incorruptibile affectum: iam non in terrenis sed in cælestibus & patris dextera collocaret. Plenæ sunt his sacramentis scripture ueteris testamenti. Nullus super hoc propheta: nullus legis lator aut psalmographus siluit: sed omnis pene sacra de his pagina loquitur: & ideo superfluum uidetur imorari nos ad congreganda testimonia. Pauca tamē & admodum pauca ponemus: ad ipsos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos: qui potari abundantius cupiunt. Dicit ergo statim in psalmis. Ego dormiui & soporatus sum: & exurrexi quoniam dominus suscepit me. Item in alio. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Et alibi sicut iam superius diximus. Domine eduxisti de inferno animam meam: saluasti me a descendētibz in lacū. Et in alio loco. Quoniam reuersus uiuificasti me: & de abyssu terræ iterū reduxisti me. Euidētissime in octuagesimo septimo psalmo de eo dicitur: Et factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Non dixi homo: sed sicut homo qui descenderat in infernū: sed inter mortuos liber erat: quia a morte teneri non poterat. Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis: in alio diuinæ maiestatis potestas ostenditur. Osee autem propheta etiam de tertia die manifestissime pronuntiat hoc modo. Sanauit inquit nos post biduum: in die autem tertia resurgemus: & uiuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorū dicit: qui cum ipso die tertia resurgentes: de morte reuocantur ad uitam. Et ipsi sunt qui dicunt: Die tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Esaias uero aperte dicit: Qui eduxit de terra pastorem magnum ouium. Sed q̄ & mulieres uisuræ essent resurrectiōem eius: scribis & phariseis & populo non credente: etiam hoc predicat Esaias his uerbis. Mulieres quæ uenitis ab spectaculo uenite. Non enim est populus habens intellectum. Sed etiam de illis mulieribus quæ post resurrectiōem perrexisse ad sepulchrum dicuntur: & quæsisse eum & non inuenisse. Sicut de Maria Magdalene: quæ refertur uenisse ad monumentum ante lucem: & non inuenit eum: & fleus dixisse ad angelos: quia tulerunt dominum: & nescio ubi posuerunt eum. Etiam de hoc ita prædicatur in canticis canticorum: In cubili meo quæsiui quem dilexit anima mea. In noctibus quæsiui eum: & non inueni. De illis quoq̄ qui inueniunt: & tenuerunt pedes eius: prædicatur in canticis canticorum. Tenebo eum: & non dimittam eum: quem dilexit anima mea. Hæc inter pauca de multis. Breuitati enim studentes: plura coaceruare non possumus. Ascendit ad caelos: sedet ad dexteram patris. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Consequēti breuitate in fine sermonis hæc continentur: in quibus quod dicitur quidem palam est. Sed consequēter quo sensu intelligi debeat

// Sequendo descendit: usque
quo tu peccando deus es
Nec creatorem omni deum
impossibilitatis accusas: ut
tibi paret //

prothoplasti lapsus

psalmographus

et homo sine adiutorio inter mortuos

Die tertia resurgemus

quæ

quæ dicuntur ascendisse: & sedere: & uenturum esse: nisi secundum dignitatem diuinitatis intelligas: aliquid p
 hæc humanæ fragilitatis uidebitur indicari. Consumatis etenim his quæ in terra gerebantur: & anima de iser
 ni captiuitate reuocata: ascendere memorat ad cælos: sicut ppheta prædixerat. Ascendēs i altū: captiuā duxit ca
 ptiuitatē: dedit dona hominibus: illa scilicet dona: quæ Petrus in actibus apostolorū de sancto spiritu dicebat:
 Exaltatus igitur in dextera dei effudit hoc donum quod uos uidetis & auditis. Donum ergo spiritus sancti de
 dit hominibus: quia captiuitatem quam prius diabolus per peccatum deduxerat in infernum: christus per mor
 tis suæ resurrectionem reuocauit ad cælos. Ascendit ergo ad cælos: non ubi uerbum deus ante non fuerat: quip
 pe qui erat semper in cælis: & manebat in patre: sed ubi uerbum caro factum ante nō sederat. Deniq; quia no
 uus iste ingressus portarum cæli aditus & principibus uidebatur: uidētes naturam carnis secreta cælorum pe
 netrantes dicunt adinuicem: sicut Dauid plenus spiritu sancto denunciatur. Tollite portas principes uestras: &
 eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens domi
 nus potens in prælio. Quæ uox utiq; non propter diuinitatis potentiam: sed propter nouitatem carnis ascen
 dentis ad dei dexteram ferebatur. Dicit & alibi idem Dauid. Ascendit deus in iubilatione: & dominus in uoce
 tubæ. In uoce etenim tubæ mos est uictorem redire de prælio. De ipso quoq; & illud dicitur. Qui ædificat in
 cælo ascensionem suam. Et item alibi. Qui ascendit super cherubim: uolauit super pennas uentorum. Sedere
 quoq; ad dexteram patris: carnis assumptæ mysterium est. Neq; enim incorporali naturæ conuenienter ista
 absq; assumptione carnis aptantur: neq; sedis cælestis perfectio diuinæ naturæ: sed humanæ conquiritur: unde
 & dicitur de eo: Parata est sedes tua deus: ex tunc a sæculo tu es. Parata igitur a sæculo sedes est: i qua dominus
 Iesus sessurus erat: in cuius nomine omne genu flectatur cælestium: terrestrium: & infernorum: & omnis lin
 gua confiteatur ei: quia dominus Iesus est in gloria dei patris. De quo & Dauid ita refert. Dixit dominus domi
 no meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta domi
 nus in euangelio differens dicebat ad pharisæos. Si ergo Dauid in spiritu dominum uocat eum: quomodo fili
 us eius est: per quod ostendit se secundum spiritum dominum: secundum carnem filium esse Dauid. Unde &
 ipse dominus iteꝝ dicit. Verumtamen dico uobis: ammodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram
 uirtutis dei. Et Petrus apostolus dicit de christo: qui est in dextera dei sedens in cælis. Sed & Paulus ad ephesios
 scribens. Sed operationem inquit potentie uirtutis eius: quam operatus est in christo suscitans eum a mortuis
 & sedere faciens in dextera sua. Quod autem ueniat iudicaturus uiuos & mortuos: multis quidem diuinarum
 scripturarū testimoniis edocemur. Sed prius q̄ prophetis hæc eloquiis prædicta doceamus: illud necessario
 arbitror admonendum: quod ista fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis esse sollicitos: ut actus no
 stros ita præparemus: tanq̄ redditori imminenti iudici rationem. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de
 uiro beato. Quia disponit sermones suos in iudicio. Quod autem dicitur iudicare uiuos & mortuos: nō ideo
 dicitur quod alii uiui: alii mortui ad iudicium ueniāt: sed q̄ animas simul iudicabit & corpora: i quibus: uiuos
 animas: mortuos corpora nominauit. Sicut & ipse dominus in euangelio dicit. Nolite timere eos qui possunt
 corpus occidere: animæ autem nihil possunt facere. Sed timete potius eum: qui potest & animam & corpus
 perdere in gehennam. Nunc iam paucis si uidetur etiā per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura au
 tem testimonia cum uolueris: ipse tibi de scripturarū latitudine congregabis. Dicit ergo Malachias propheta.
 Ecce ueniet omnipotens: & quis sustinebit diem aduentus eius: aut quis sustinebit aspectum eius: quia ipse e
 gredietur sicut ignis conflatorii: & sicut herba lauantium: & sedebit constans & purgans sicut argentum & si
 cut aurum. Ut autem euidentius agnoscas quid sit iste dominus: de quo hæc dicuntur: audi quid & Daniel p
 pheta pronunciet. Videbam inquit in uisu noctis: & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniens ulq;
 quasi ad uetustum dierum perueniens: & in conspectu eius oblatus liber: & ipsi datus est principatus & honor
 & regnum: & omnes populi tribus: linguæ ipsi seruient: & potestas eius potestas æterna: quæ non preteribit: &
 regnum eius non corrumpetur. Ex his ergo edocemur non solum de aduentu & de iudicio: sed & de potestate
 eius & regno: quia potestas æterna sit: & sine corruptionis sine sit regnum: sicut & in euangelio dicitur: & regni
 eius non est finis. Unde ualde alienus a fide est qui regnum Christi dicit aliquando finendum. Scire tamē de
 bemus quod salutarem christi aduentum hunc conatur inimicus ad decipiendos fideles callida fraude simula
 re: & pro filio hominis qui expectatur uenturus in maiestate patris sui: filium perditionis in prodigiis & signis
 mendacibus præparare: ut pro christo mundum hunc introducat antichristum: de quo & dominus in euan
 gelis prædixit iudæis: Quia ego ueni in nomine patris mei: & non recepistis me: alius ueniet in nomine suo:
 & ipsum recipietis. Et iterum dicit: tunc uidebitis abominationem desolationis stantem in loco sancto: sicut di
 cit Daniel propheta: qui legit intelligat. Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis uisioibus
 edocet: ex quibus ualde operosum est nunc exempla ponere: quæ satis amplis narrationibus dilatantur: & ideo
 scire de his plenius uolentē ad ipsas magis recēsendas remittimus uisiones: Sed & apostolus dicit de eo: Ne quis
 uos seducat ullo mō: quoniā nisi discessio uenerit primū: & reuelatus fuerit hō peccati filius perditionis: qui ad
 uersat & extollit sup omne quod dicit deus aut colit: ita ut in tēplo dei sedeat ostendens se tanq̄ ipse sit deus.
 Et paulo post: & tūc reuelabit iniquus: quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit eū illuminatio
 ne aduētus sui cuius est aduentus secundū opera sathanæ in oī uirtute signis & prodigiis mendacibus. Et item
 paulo post: & ideo mittet illis deus operationē erroris: ut credant mēdacio: ut iudicent oēs: qui nō crediderunt
 ueritati: p̄pterea ergo p̄pheticis & euāgelicis atq; apostolicis uocibus nobis p̄nūciat hic error: ne qui p̄ aduē
 tu christi aduētū credāt antichristi: sed sicut ipse dicit: Cū dixerit uobis. Ecce christus hic aut ecce illic: nolite cre

Ascendere
 Sedere
 Venire

Edum portarum
 Tollite portas

Dixit dominus domino meo

iudicaturus uiuos et mortuos
 huius animas: Mortuos corpora

conflatorum

dere. Venient enim multi pseudo christi & pseudo pphetae: & seducet multos. Sed quomodo demonstretur iudiciū ueri christi uideamus. Sicut fulgur inquit de oriente respundet usque in occidentem: ita erit aduentus filii hominis: cum ergo aduenerit dominus Iesus christus sedebit: & iudicium statuet: sicut & in euangelis dicit: & segregabit oves ab hædis. i. iustos segregabit ab iniustis: sicut & apostolus scribit: Quando omnes nos stare oportet ante tribunal christi: ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit siue bona siue mala. Iudicamur autem non solum pro gestis: sed etiam pro cogitationibus secundum quod & ipse apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus: aut etiam defendentibus in die quo iudicabit occulta hominum. Sed & de his ista sufficiant. Post hæc ponitur in ordine fidei. Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus paulo latius de christo sunt tradita ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent: quæ dum media intercedunt personæ ipsius coaptata: facti spiritus commemoratiōem paulo longius reddiderunt. Ceteræ si sola diuinitatis ratio habeatur: eo modo quo in principio dicitur Credo in deum patrem omnipotentem: & post hæc In Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum: Ita iungitur Et in spiritu sancto. Illa uero omnia quæ de christo memorantur ad dispensationem carnis: ut diximus spectant. Igitur in sanctis spiritus commemoratiōe adimpletur mysterium trinitatis. Sicut enim unus dicitur pater: & alius non est pater: et unus dicitur unigenitus filius: et alius unigenitus filius non est: Ita et spiritus sanctus unus est: et alius non potest esse spiritus sanctus. Ut ergo fiat distinctio personarum affectiōis uocabula fecerunt: quibus ille pater intelligatur: ex quo omnia: et quia ipse non habeat patrem. Ille filius tanquam qui ex patre natus sit et hic spiritus sanctus tanquam de utroque procedens: et cuncta sanctificans. Ut autem in una eademque trinitate diuinitas doceatur: sicut dictum est in deo præ credi adiecta prepositiōe in ita et in christo filio eius: ita et in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifestius fiat quod diximus: ex consequentibus approbabitur. Sequitur namque post hunc sermonem: Sanctam ecclesiam catholicam: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem. Non dixit in sancta ecclesia catholica: nec in remissione peccatorum: nec in carnis resurrectione. Si enim addidisset in prepositiōne una cum superioribus eademque uis fieret. Nunc autem in illis quod dem uocabulis ubi de diuinitate ordinatur fides: in deo patre dicitur & in christo filio eius et in spiritu sancto: in ceteris uero ubi non de diuinitate sed de creaturis et de mysteriis sermo est in prepositiōe non additur: ut dicatur in sancta ecclesia: sed sanctam ecclesiam credendam esse: non ut deum sed ut ecclesiam deo congregatam. Et remissionem peccatorum credam esse: non in remissione peccatorum: et resurrectionem carnis credam: non in resurrectionem carnis. Hac itaque prepositiōis syllaba creator a creaturis secernitur: et diuina separantur ab humanis. Hic igitur spiritus sanctus est qui in ueteri testamento legitur & prophetas: in nouo euangelia et apostolos inspirauit. Unde & apostolus dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum: Et tamē quæ sunt noui ac ueteris testamenti uolumina: quæ secundum maiorem traditionem per ipsum spiritum sanctum inspirata creduntur: & ecclesiis christi tradita: competens uidetur hoc in loco euidenti numero sicut ex patrum monumentis accipimus designare: Itaque ueteris testamenti omnium priorum Moysi quinque libri sunt traditi Genesis: Exodus: Leviticus: Numeri: Deuteronomium. Post hæc Iesum Iudicum simul cum Ruth. Quatuor post hæc regnorum libri: quos hebraei duos numerant Paralipomenon: qui dicitur liber: & Esdræ duos: qui apud illos singuli computantur. & Hester: prophetarum uero Esaias Hieremias Ezechiel & Daniel: præterea. xii. prophetarum liber unus. Job quoque & psalmi David singuli sunt libri. Salomonis uero tres ecclesiis traditi: prouerbia: ecclesiastes: cantica canticorum. In his concluserunt numerum librorum ueteris testamenti. Noui uero quatuor euangelia Matthæi Marci Lucæ & Ioannis. Actus apostolorum quos describit Lucas. Pauli apostoli epistola. xiiii. petri apostoli epistola duæ: Iacobi fratris domini & apostoli una. iudæ una. Ioannis tres. Apocalypsis Ioannis. Hæc sunt quæ patres intra canonem concluserunt: ex quibus fidei nostræ assertiones consistere uoluerunt. Sciendum tamē est quod & alii libri sunt qui non canonici sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt: id est Sapiētia quæ dicitur Salomonis: et alia sapiētia quæ dicitur filii Syrach: qui liber apud Latinos hoc ipso generali uocabulo ecclesiasticus appellatur: quo uocabulo non auctor libelli sed scripturae qualitas cognominata est: Eiusdem ordinis libellus est Tobias et Iudith et Machabeorum libri. In nouo uero testamento libellus qui dicitur pastoris siue hermes: qui appellatur duæ uia uel iudiciū Petri. Quæ omnia legi quod est in ecclesiis uoluerunt: non tamē perferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Ceteras uero scripturas apocryphas nominarunt: quas in ecclesiis legi noluerunt. Hæc nobis a patribus ut dixi tradita sunt: quæ ut dixi opportunum uisum est hoc in loco designare ad instructionem eorum qui prima sibi ecclesie ac fidei elementa suscipiunt: ut sciāt ex quibus scripturis uerbi dei haurienda sint pocula. Teneat deinde ratio fidei sanctam ecclesiam. Causam iam superius diximus cur non dixerint etiam hic in sanctam ecclesiam. Hi igitur qui supra in uno deo credere edocti sunt sub mysterio trinitatis: credere etiam hoc debent unam esse ecclesiam sanctam: in qua est una fides & unum baptisma: in qua unus deus creditur pater: & unus dominus Iesus christus filius eius & unus spiritus sanctus. Ista est ergo sancta ecclesia non habens maculam aut rugam. Multi enim & alii ecclesias congregarunt: ut Martio & Valentinus & Hebion & Manichæus & ceteri omnes hæretici. Sed & illæ ecclesie non sunt sine macula uel ruga perfidia: & ideo dicebat de illis propheta: Odi ecclesiam malignantiū: & cum impiis non sedebo. De hac autem ecclesia quæ fidem christi integram seruat audi quid dicat spiritus sanctus in canticis canticorum: Una est columba mea: una est perfecta genitricis suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia suscipit: non declinet in concilio uanitatis. & cum iniqua gerentibus non introeat. Conciliū namque uanitatis est quod agit Martion: qui negat patrem Christi deum esse creatorem: qui per filium suum fecerit mundum. Conciliū uanitatis est quod Hebion docet ita christo credi debere: ut circumcisio carnis & obseruatio sabbati & sacrificiorum solennitas ceteraque omnes obseruantie secundum legis litteram teneantur. Conciliū uanitatis est quod docet Manichæus: primo qui seipsum paraclytam nominauit: tum deinde qui mundum a malo factum dicit: deum creatorem negat: testamentum uetus repudiat: unam bonam aliam malam naturam sibi inuicem

quod dicitur in
quod dicitur in

Segregabit oves ab hædis
Iudicamur & oportet

Non dicit in sua ecclesia

in ipso non additur

Spiritus sanctus

Libri canonici ueteris
et non instrumenti.

Ueteris testamenti
libri

Genes. Exod. Levitic. Numeri. Deuteronomium.

Libri non canonici

Ecclesiastici
Apocryphi

Sancta ecclesia
Horrorum plurimorum.

Concilium uanitas
Martion

et Hebion

Manichæus

1. paralipomenon dicitur liber

Remissionem
peccatorum

Quoniam in
libro

quoniam
libro

Ecclesia
sancta
congregata

Luceus fuit
pater/sonus

sibi inuicē asserit repugnare: coæternas animas hominū secundū pythagoreos in pecudes & animalia & besti-
 as redire p̄ diuersos nascendi circulos astruit: resurrectionē carnis nostræ negat: passionē domini & natiuitatē
 nō in ueritate carnis sed i fantasus fuisse confirmat. Conciliū uanitatis est quod paulus samosatenus & eius post
 hæc successor photinus asseruit Christū nō fuisse ante sæcula natū ex patre: sed ex Maria cœpisse: & nō eū deū
 hominē natū: sed ex homine deū factū existimat. Conciliū uanitatis est quod Arrius atq; Eunomius docuit qui
 filium dei non ex ipsa patris substantia natum: sed ex nihilo creatum uoluit. Concilium uanitatis est & quod il-
 li aiunt: qui filiū dei quidē de substantia patris fatentur: sanctū uero sp̄ritū separant & secernunt: cū utiq; unā
 eādēq; uirtutē & diuinitatē trinitatis ostendat saluator in euangelio cū dicit: Baptizate omnes gentes. In nomie
 patris & filii & spiritus sancti: & est aperte impiū separari ab homine quod diuinitus iungitur. Conciliū uani-
 tatis est & hoc quod oli congregauit pertinax & praua contentio: asserens Christū carnē quidē humanā susce-
 pisse: non tamen & animā rationabilē: cū utiq; & carni & sanguini & sensui humano ac menti una eadēq; salus
 a christo collata sit. Sed & illud conciliū uanitatis est quod Donatianus p̄ africā traditionē ecclesiæ criminādo
 contraxit: & quod Nouatus sollicitauit lapsis pœnitentiā denegando: & secundas nuptias cum forte iniri eas ne-
 cessitas exegerit condēnando. Has ergo omnes uelut congregationes malignantiū fuge. Sed & eos si qui illi sūt
 qui dicunt asserere q; filius dei nō ita uideat uel nouerit patrē sicut noscitur ipse & uideat a patre: uel regnū chri-
 sti esse finiendū: aut carnis resurrectionē nō itegra naturæ suæ substantia reparandā futurū: dei iustū erga omnes
 negare iudiciū: diabolu debita absolui dānatiōe pœnare. Ab his inq; oibus fidelis declinet auditus. Sanctā uero
 ecclesiā tene: quæ deū patrē omnipotentē & unicū filiū eius Iesū Christū dominū nostrū et sp̄ritū sanctū cōcordi
 et cōsona substantiæ ratione profiteat. Filiūq; dei natū ex uirgine: passū pro salute humana: ac resurrexisse in ea
 carne qua natus est credit: eū deniq; uenturū iudicē oium sp̄ritū quo & remissio peccatorū: & carnis resurrectio
 predicat. Verū de remissioe peccatorū sufficere debere sola credulitas. Quis enī causas aut rationē requat ubi
 indulgentia principaliter est: cū terreni regis liberalitas discussiōi nō sit obnoxia: ab hūana temeritate discutit di-
 uia largitio: Solēt enī cū irrisione aduersū nos dicere pagani: q; ipsi nos decipiamus: q; putemus crimia quæ ope
 cōmissa sūt uerbis posse purgari: & aiūt. Nunquid pōt q; homicidiū fecit homicida nō esse? & adulter nō uideri q
 adulteriū ppetrauit? Quō ergo huiuscemodi criminū reus sanctus nobis effici subito uidebit? Sed ad hæc ut
 dixi melius fide q; rōne respōdeo. Rex. n. ē oium q; p̄misit: terræ cæliq; dominus ē q; hæc pollicet. Non uis ut ei
 q; ex terra hoīem fecit: credā qd' ex crimioso me faciat inocētē? Et q; me cū eēm cæcus fecit uidere: uel cū essem
 surdus audire: q; mihi claudo gressum reddidit inocentiā mihi p̄ditā poterit recuperare? Et tamē ueniamus ad ip-
 sius testioniū. Occidere hoīem nō semp crimiosum ē: sed malicia nō legibus occidere criminosū ē. Nō ergo fa-
 ctū me i talibus: q; a iterdū & recte fit: sed aius male cōsulēs dānat. Si ergo aius in me q; criminosus ē effectus: & i
 quo fuit origo uitii corrigat: cur tibi uidear nō posse inocēs effici q; prius fuerā criminosus? Si. n. ut supra ostē-
 di cōstat q; nō in facto sed i uolūtate sit crimē: sicut mala uolūtas auctore malo dæmone p̄ctō me & morti fecit
 obnoxii: Ita i bonū uoluntas mutata auctore bono deo inocentiā me reddidit & uitæ. Similis causa & i cate-
 ris crimibus. Hoc modo fides nra nō iuenit naturalibus rōnibus aduersari: dū remissio p̄ctō: non gestis quæ
 mutari nō possunt: sed aio quē de malo i bonū uerti certū ē depute. Sed & ulterius sermo iste q; resurrectio
 nē carnis p̄nunciat sumā totius p̄fectiōis succincta breuitate cōcludit. Quāuis etiā de hoc nō solū a gentilibus:
 sed ab hæreticis fides ipugnet ecclesiæ. Nā Valētinus resurrectionē carnis oimodo negat & manichæi: sicut su-
 pra ostēdimus. Sed isti Elaiā quidē prophetā dicentē: Resurgent mortui: & suscitabunt qui sunt in sepulchris
 audire noluerunt: nec Danielē sapientissimū protestantē: Quia tūc resurgēt qui sunt in terræ puluere. Hi qui
 dē in uitā æternā: hi aut i opprobriū & cōfusiōnē æternā. Tamen uel in euāgeliis quæ recipere uidentur discere
 deberent a domino & saluatore nostro Saduceos docente dictū. Quod autē resurgāt mortui: Nō legistis quo
 modo dicit Moyses in rubo deus Abraham: deus Isaac: deus Iacob: deus autē est nō mortuorū: sed uiuentiū. In
 quo etiā quæ sit & quanta resurrectionis gloria in superioribus memorauit cū dixit: In resurrectione autē mor-
 tuorum neq; nubent neq; nubentur: sed erunt sicut angeli dei. Resurrectionis ergo iustorū gloriā angelis cum
 hominibus confert: statim enim ut resurrexerint non iterum in terra cū pecudibus: sed in cælo cū angelis uiuēt.
 Quos tamen ad hoc ratio uitæ purioris admiserit: Illos scilicet qui iam nunc conseruā animā suā carnem ca-
 stis pudicitia frenis obedientiæ sancti sp̄ritus subiugauerint: & omni eam uitiorū labe tenuatā atq; in spiritalē
 gloriā sanctificationis uirtute mutatā angelorum quoq; meruerit inferre consortiis. Sed infideles clamant & di-
 cunt: Quomodo potest caro quæ putrefacta dissoluitur: aut in puluerem uertitur: maris etiā interdum profū-
 do sorbetur: fluctibusq; dispigitur: colligi rursus & reitegrari i unum corpus: & ex ania hoīs reparari? Ad quos
 primā interi responsiōnē sermonibus Pauli faciamus: dicētis eis: Inspiens tu qd' seminas nō uiuificatur: nisi pri-
 us moriatur. & qd' seminas non corpus quod futurū est seminas: sed nudum granū tritici: aut alicuius cæterorū
 seminum: deus autem dat corpus prout uult. Quod autem in seminibus quæ in terram iacis per annos singu-
 los fieri uides: hoc in tua carne quæ lege dei seminatur in terra: futurum esse non credis. Cur quæ sō tam angu-
 stus & inualidus diuinæ potentiæ estimatores: ut dispersum uniuscuiusq; carnis puluerem in suam rationem
 colligi: & reparari posse non credas? An non censeas: cum uideas q; etiam mortale ingenium demersas in pro-
 fundum terræ metallorum uenas rimatur: & artificis oculus aurum uidet i quo imperitus terram putat? Hæc
 cur quidē nō cōcedimus ei qui fecit hoīem: qd' do tātū is qui ab ipso factus est alle qui pōt. Et cū aurū p̄priā uenā
 & argētī aliā: aris quoq; lōge disparē: ferriq; ac plūbi diuersā itra sp̄m terræ latere mortale deprehēdat igeniū:
 diuina uirtus inuenire posse ac discernere non putabitur uniuscuiusq; carnis propriū sensū etiā si uideat disp-

nonnihil ad pythagore

paulo samosatensis
photinus
Arrius
Eunomius

Donatianus p̄ africā
Nouatus lapsis pœnitentiā denegando

Santa ecclesia que

qui hominū fieri: p̄mittit

Melius fide q; rōne rōdeo

in uoluntate rōnem

Valentinus

Resurrectio eiusdem carnis

casti pudicitia frenis

Dispersū uniuscuiusq; puluerem
colligi & reparari

Naturalis ratio proclamat
resurrexerit bonum.

Agonibus

Huius carnis resurrectionis

Argumentatio

Quis resurgemus

Quis emortui carnis vitam

Haurit

Quis emortui

Iusti fulgebunt sicut sol

sus: Sed ad hæc tentemus animas quæ deficiunt in fide naturalibus rationibus adiuuare. Siquis diuersa semina in unum permisceat: & hæc indiscreta seminet: uel passim spargat in terram: nonne uniuscuiusque seminis granum quo cuique loci iactum fuerit: competenti tempore secundum naturam suam speciem germinem producat: ut statum suam formam suique corporis reparat? Ita ergo uniuscuiusque carnis substantia quæ uarie diuersaque dispersa sit: ratio tamen ipsa quæ inest unicuique carni est immortalis: quia immortalis animæ caro est ex eo tempore: quo seminata in terram corporibus primū ueri dei uoluntati arrisit: collectum terram attractumque substantiam suam sensum reddit ac reparat in illa specie: quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit unicuique animæ: ut non ad confusum aut extraneum corpus: sed ad suum quod habuerat reparatur. Consequenter potest pro agonibus presentis uitæ cum anima sua caro uel pudica coronari: uel impudica puniri. Et ideo satis caute ecclesia nostra fidei symboli docet quæ in eo quod cæteris traditur carnis resurrectionem: uno addito pronome tradidit huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio: quam habet is qui profitetur signaculo crucis fronti iposito: quo sciat unusquisque fidelium carnem suam si mandata seruauerit a peccato: futurum esse uas honoris utile domino ad omne opus bonum paratum. Si uero contaminata in peccatis: futurum esse uas iræ ad interitum. Id uero de ipsa resurrectionis gloria & de promissionis magnitudine: si quis plenius scire desiderat: in omnibus pene diuinis uoluminibus inueniet indicari. Ex quibus nos comonitionis tantummodo gratia pauca presentis loco memorantes: sine inuncti a te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus quæ resurgat mortalis caro: aliis multis asserit argumentis dicens. Quod si resurrectio mortuorum non est ergo nec Christus non resurrexit. Si autem Christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: uacua est & fides nostra. Et paulo post. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis in initium dormientium: quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes uiuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine in initium Christus deinde hi qui sunt christi in aduentu eius deinde finis. Et in sequentibus addit & hæc. Ecce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus: non omnes autem immutabimur sicut ut in aliis exemplaribus inuenimus. Omnes quidem dormiemus omnes autem immutabimur: in momento: in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & non immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit. Nolo autem uos ignorare fratres de dormientibus: ut contristemini sicut ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus qui reliqui sumus: in aduentu domini præueniemus eos qui dormierunt: quia ipse dominus in iussu & in uoce archangelii & tuba dei descendet de caelo: & mortui qui in Christo sunt resurgent primi deinde nos qui uiuimus qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum domino erimus. Verum ne existimes hæc Pauli solius quasi nouella prædicatione signari: audi etiam quid Ezechiel propheta olim per spiritum sanctum prælocutus sit. Ecce inquit ego aperiam sepulchra ustra: & educam uos de sepulchris uestris. Iob quoque mysticis reducat eloquii audi quod euidenter resurrectionem mortuorum prædicat: inquit arbori spes: si non abscissa fuerit: iterum pullulabit & uirgultus eius nunquam deficiet. Quod si senuerit in terra: est radix eius. Si uero in petra emortuus fuerit tu uicus: ab odore aquæ reflorescit: & faciet fructum sicut nouella. Vir uero si mortuus fuerit: abierit: & mortalis si ceciderit: ultra non erit. Non tibi uideat in uerbis his cum quodam pudore arguere homines & dicere. Ita nestultum est hominum genus: ut cum uideant excisam arboris truncum rursum pullulare de terra: & lignum emortuum iterum uitam recipere: ipsis ne lignis quidem aliquid simile de semetipsis nec arboribus opinentur. Ut autem scias quod ueluti in interrogatis modo legendum sit quod dixit: mortalis autem cum ceciderit: non resurget: de consequentibus probat. Subiungit namque statim. Si enim mortuus fuerit homo uiuet. Et paulo post dicit: Expectabo usque quo iterum faciam. Et iterum idem dicit. Qui resuscitaturus est super terram pellem meam: quæ hæc nunc haurit. Hæc quidem ad probationem dicta sunt professionis nostræ: quæ confitemur in symbolo huius carnis resurrectionem. Quod enim adiunctum est huius: uide quod consonum sit omnibus his quæ de diuinis uoluminibus memorauimus. Quid enim aliud indicat in dictis Iob quæ superius exposuimus: quia cum dicit: resuscitabit pellem meam: quæ hæc nunc haurit. i. quæ ista tormeta propter: nonne apte dicit huius carnis resurrectionem futuram: huius inquam quæ tribulationum & tærationum cruciameta quæ sunt nunc sustinet? Sed & apostolus cum dicit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Nunquid non corpus suum quodammodo contingetis & digito palpantis est uox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est: resurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod nunc mortale est: immortalitatis uisibus induetur. Ut sicut Christus resurgens a mortuis ultra iam non moriturus: mors ei ultra non dominabitur: ita: & qui in Christo resurgent nec corruptionem sentient ultra nec mortem: non natura carnis abiecta sed conditione eius: & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod resurget a mortuis incorruptibile & immortale non solum iustorum sed etiam peccatorum. Iustorum quidem: ut semper possint permanere cum Christo. Peccatorum uero: ut absque interitione sua debitas luant penas. Quod autem iusti semper cum domino Christo permaneant: iam & in superioribus edocuimus: ubi ostendimus quia apostolus dicit. Deinde nos qui uiuimus: qui reliqui sumus: simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum domino erimus. Nec mireris: si caro sanctorum in tantam gloriam ex resurrectione mutabitur: ut in cursu dei suspensa nubibus & aere uecta rapiatur: cum ipse apostolus exponens quantum conferat deus his qui diligunt eum dicat. Qui transmouit corpus humilitatis nostræ conformem fieri corpori claritatis suæ. Nihil ergo absurdum est: si sanctorum corpora dicantur nubibus in aera sustolli: cum ad formam corporis christi quod in dextera sedet ui cantur reformanda: Sed & hoc sanctus apostolus uel de se uel de cæteris sui loci uel meriti addidit & dixit. Quia resuscitabit nos cum Christo: simulque faciet sedere in caelestibus: Unde cum hæc & eorum similia quæ plurima sancti dei in repromissionibus habeant in resurrectione iustorum: non erit iam difficile credere etiam illa quæ propheta prædixerant: quod iusti scilicet fulgebunt sicut sol: & sicut splendor firmamenti in regno

Iob exemplum
penam dicit

regno dei. Cui enim difficile uidebitur eos fulgorem solis habituros ac syderum: ac firmamenti huius splendore decoratos: quibus uel uita uel conuersatio angelorum dei paratur in caelis: uel conformandi dicuntur ad gloriam corporis christi: Ad quam gloriam saluatoris ora promissam respiciens sanctus apostolus dixit. Quia seminat corpus animale: resurget corpus spiritale. Si enim uerum est: sicut certe uerum est: quod iustos quoque & sanctos angelorum consortiis sociabit diuina dignatio: certum est quod & corpora eorum in spiritualis corporis gloriam uertet. Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur esse promissum. Si enim credimus secundum ea quae scripta sunt: quod accipiens deus limbum terrae: plasmavit hominem: & haec fuit natura corporis nostri: ut uoluntate dei terra uerteretur in carnem: cur tibi aut absurdum aut contrarium uideatur: si iisdem rationibus quibus terra proficisci dicitur in corpus animale: rursum corpus animale in corpus proficisci spiritale credatur? Haec quidem atque his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorum. Dabitur autem etiam peccatoribus: ut supra diximus in corruptionis & immortalitatis ex resurrectione conditio: ut sicut iustis deus ministrat ad perpetuitatem gloriae: ita peccatoribus ad prolixitatem confusionis ministret & poenae. Sic enim propheticum diffinit eloquium: cuius & paulo ante meminimus ubi dicit. Et multi resurgent de terrae puluere: hi quidem in uitam aeternam: hi autem in confusionem & opprobrium aeternum. Si ergo intelleximus qua ueneratione deus omnipotens pater dicatur: quo uel sacramento dominus noster iesus christus unicus eius filius habeatur: & qua perfectione sanctus eius spiritus nominetur: utque sancta trinitas unum sit per substantiam: sed affectu personarum discreta: quid etiam partus uirginis: quid uerbi in carne natiuitas: quid sacramentum crucis: quae utilitas diuini ad infernae descensus: quae resurrectionis gloria: & animarum de infernis reuocata captiuitas: quid etiam ascensus eius ad caelum: & uenturi iudicis expectatio: sed & sanctae ecclesiae aduersus congregationes uanitatis: qualiter haberi debeat agnitio: qui sacrorum uoluminum numerus: quae uel haereticorum uitanda couenticula: utque in peccatorum remissione diuinae libertati nequaquam ratio naturalis obsistat. Et ut carnis nostrae resurrectionem non solum diuinae uocis sed & ipsi domini & saluatoris nostri. exemplum & consequentia naturalis rationis assignet. Si inquam hoc secundum traditionis supra expositae regulam consequenter aduertimus: deprecemur: ut nobis & omnibus qui hoc audiunt concedat dominus fide quam suscepimus custodita: cursu consumato expectare iustitiae repositam coronam: & inueniri inter eos qui resurgunt in uitam aeternam. Liberari uero a confusionem & opprobrium aeterno per christum dominum nostrum: per quem est deo patri omnipotenti cum spiritu sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Expositio fidei beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papam: In qua haereses plurimas de trinitate & incarnatione uerbi ipse sentientes dicit: petens suam fidem a Damasco probari. Epistola secunda.

Credimus in deum patrem omnipotentem creatorum uisibiliu & inuisibiliu conditorum. Credimus & in dominum nostrum Iesum christum: per quem creata sunt omnia: uerum deum unigenitum & uerum dei filium: non factum aut adoptiuum: sed genitum: & unius cum patre substantiam: atque ita per omnia aequaliter deo patri: ut nec tempore: nec gradu: nec potestate: possit esse inferior. Tamenque confitemur esse illum qui est genitus: quoniam est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a patre filium diuina & ineffabili generatione aliquod ei tempus ascribimus: sed nec patrem aliquando coepisse: nec filium. Non enim aliter confiteri possumus aeternum patrem: nisi confiteamur etiam coaeternum filium. Ex filio enim pater dicitur: & qui semper pater fuit: semper habuit filium. Credimus & in spiritum sanctum: uerum deum ex patre procedentem: aequaliter per omnia patri & filio potestate: uoluntate: aeternitate: substantia: Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione aequalis est: ut exceptis uocabulis quae proprietate personarum indicant: quicquid de una persona dicitur: de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confundentes Arrium unam eademque dicimus trinitatis esse substantiam: & unum in tribus personis fatemur deum: ita impietate Sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguiimus: non ipsum sibi patrem: ipsum sibi filium: ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam patris aliam filii: aliam spiritus sancti esse personam: non enim nomina tantummodo sed etiam nomina proprietates id est personas uel ut graeci exprimunt hypostases hoc est substantias confitemur. Nec pater filii aut spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomen personae recipit: sed pater semper pater est: filius semper filius: spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantiam unum sunt: personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem dei filium qui absque initio aeternitate cum patre & spiritu sancto possedit: dicimus in fine saeculorum perfectum naturam nostram hominem suscepisse ex Maria semper uirgine: & uerbum carnem esse factum: assumendo hominem: non permutando deitatem: nec ut quidam sceleratissime opinantur: spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine: sed potentia ac uirtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in christo unam filii esse personam: ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias. id est diuinitatis & humanitatis: quae ex aera continentur & corpore. Atque ut condemnemus Photinum qui solum & nudum hominem confitetur in christo. Ita anathematizamus Apollinarum & eius similes: qui dicunt dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura: & uel in carne uel in anima uel in sensu assumptum hominem: his propter quos assumptus est fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula quae naturalis non est: nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoque similiter execramur blasphemiam: qui nouo sensu asserere conantur a tempore susceptae carnis omnia quae erant deitatis in hominem demigrasse: & rursum quae erant humanitatis in deum esse transfusa: ut quod nulla unquam haeresis dicere ausa est: uideatur hac confusione utraque exinanita substantia diuinitatis scilicet & humanitatis: & a proprio statu in aliud esse mutata: qui tam deum imperfectum in filio quam hominem confitentur. ut nec deum uerum nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum a dei filio passibile nostrum: ut diuinitas impassibilis permaneret. Passus

plasmavit hominem

Animale in spiritale

Haereticorum conuenientia

personas et nomina distinguunt

Photini error

Apollinari error

impassibilis

passibilis

humanitas substantia glorificata
filius dei

Animas a deo factas credimus

Anathematizamus

est enim dei filius non putatiue: sed uere omnia quæ scriptura testatur: id est esuriē: sitim: lassitudinē: dolorem: mortē & cūcta huiusmodi. Secundū illud passus est quod pati poterat: id est nō secundū illā substantiā quæ assumptū: sed secundū illā quæ assumpta est. Ipse enī dei filius secundū suā deitatē impassibilis est ut pater: incōprehensibilis ut pater: inuisibilis ut pater: & quis propria persona filii id est dei uerbū suscepit passibilem hoīem: ita tamē eius habitatiōe secundū suā substantiā deitas uerbi nihil passa est: ut tota trinitas: quā impassibilem cōfiteri necesse est. Mortuus ē ergo dei filius secundū scripturas iuxta id quod mori poterat. Resurrexir tertiā die. Ascēdit in cælū: sedet ad dexterā dei patris: manēte ea natura carni: in qua natus & passus est: in qua etiā resurrexit. Nō enim exinanita est humanitatis substantia: sed glorificata: i aternūq; cū deitate māsura. Accepta ergo a patre oīum potestate: quæ in cælo sūt & in terra: uēturus est ad iudiciū uiuorū & mortuorū: ut & iustos remuneret & puniat peccatores. Resurrectionē etiā carnis cōfitemur: & credimus: ut dicamus nos in eadē in qua nunc sumus ueritate mēbroz esse reparādos: qualesq; semel post resurrectionē fuerimus effecti in ppetuū pmāsuros. Vnā esse uitā sātōz: sed prēmia pro labore diuersa. Ecōtrario p mō delictorū peccatorū quoq; esse supplicia. Baptisma unū tenemus: quod iisdē sacramēti uerbis in infantibus quibus etiā in maioribus asserimus esse celebrandū. Hoīem si post baptismū lapsus fuerit: p pœnitētiā credimus posse saluari. Nouū & uetus testamentū recipimus in eo libroz numero quē sātā catholica ecclesia tradidit auctoritas. Aīas a deo dari credimus: quas ab ipso factas dicimus: Anathematizātes eos: qui aīas quasi partē diuinā dicūt esse substantiā. Eorū quoq; cōdēnamus errorē: qui eas ante peccasse: uel in cælo cōuersatas fuisse dicūt: q̄ in corpora mitterent. Execramur eorū blasfemiā: qui dicūt: impossibile aliquid hoī a deo præceptū esse: & mādata dei nō a singulis sed ab oībus in cōe posse seruari: uel qui primas nuptias cū Manichæo: aut secūdas cū cataphrygis dānāt. Anathematizamus etiā illos: qui dei filiū necessitate carnis mentitū esse dicūt: & eū propter assumptū hoīem nō oīa facere potuisse quæ uoluit. Iouiniani quoq; dānamus hærēsim: qui dicit nullā in futuro meritorū esse distantia: nosq; eas ibi habituros esse uirtutes: quas hic habere neglexerimus. Liberū sic cōfitemur arbitriū: ut dicamus nos semp dei indigere auxilio: & tam illos errare: qui cū Manichæo dicunt hoīem peccatū uitare non posse: q̄ illos qui cū Iouiniano asserunt hoīem non posse peccare. Vterq; enim tollit arbitrii libertatē. Nos uero dicimus hoīem semp & peccare & nō peccare posse: ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc fides est papa beatissime: q̄ in ecclesia catholica didicimus: quāq; semper tenuimus. In qua si minus perite aut parē caute aliquid forte positum est: emendari cupimus a te: qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autē nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur: quicumque me culpāre uoluerit: se imperitum uel maliuolum uel etiam non catholicū: non me hæreticum comprobabit.

Amen.

Libellus sancti Augustini contra quinque hæreses: In quo Paganos: Iudeos: Manichæos: Sabellios: Arriofq; conuincit: & utriusq; testamenti sententiis confutat.

Debitor sum fateor non necessitate: sed quod est uehementius charitate. Non tam ad compellendum potest esse molestus exactor: q̄ ad reddendum deuotus est debitor. Sed ut impleam quod promisi: adiuuate me sanctis orationibus uestris: ut dominus omnipotens det gratiam sermonibus meis: & satisfaciā ipsis mentibus uestris & auribus. Si meminisse dignamini qui in tempore affuistis: quinque hostium genera esse diximus: contra quæ expugnandi indutias postulauimus: ut necessaria preparare possemus. Promissus ille dies illuxit: nos quoq; impigre ad certamen domino adiuuante processimus. Adiutorium nostrum a domino: qui fecit cælum & terram. Donabit certanti uictoriam: qui certanti donauit audaciam: non nos hostium turba: non bellantium forma: non quasi fulgens uitrea terreat armatura. Goliath magnum robustū armis terribilem ingentiq; turba munitum. Dauid solus paruus atq; inermis: uno lapidis ictu prostrauit totaq; allophylorum castra turbauit: atq; fugauit. Quid nā aliud petra contra Goliath manu Dauid missa: nisi Christū contra diabolum ex semine Dauid significauit. Aggrediamur iā & eorū quæ diximus quinque genera hostiū proponamus. Paganī dicunt: Quid est quod nos exhorretis atq; abiicitis tanq̄ multos colētes deos? Ecce uos deum qui prædicatis colendū filiū habere dicitis: & sine alterius cōmixtione sexus natū esse configitis. Iudæi dicūt: quō unum colitis deum: quādo & hoīem quē patres nostri crucifixerūt dominū dicētes hoībus extorqueris: ut tanq̄ filiū dei uenerentur & colantur: Manichæi dicunt phantasma esse quod dicitur dominū christum fœmineo potuisse nasci ex utero. Non enim inquit dignū esse: ut tanta maiestas per sordes & squallores fœminæ transire credatur. Sabelliani id est patripassiani dicunt. Vnus est deus pater & filius: quoniam qui pater est ipse est & filius: Nam & si aliud dixerimus: dicimur multicolæ. Arriani dicunt. Alius est pater: alius est filius: sed minor est filius. Qnomodo enim fieri potest: ut genitori genitus extet æqualis? Ecce sunt errorum propositæ quæstiones quasi hostium positæ acies. Contra istas acies pestíferas sanctissimi fratres assumite arma dei: ut possitis resistere in die mala: & in omnibus perfecti stare. Accingimini lumbos uestros in ueritate: nemo trepidet: nemo formidet. Est lorica iusticiæ: est scutum dei: in quo sagittæ malorum extinguantur: est galea falsitatis & gladius spiritus quod est uerbum dei. Quisquis fidelis christi multum his fuerit minitus armis: non cuiusq; formidabit personam: non terrore temporis a tertamine reuocabitur. Eia fratres certamen in promptu est: seruet opus: urget aduersarius: spicula parat: iacere tentat. Nemo expauescat. plures nobiscum sunt: quam cum illis. Nobiscum est Moyses ille magnus amicus dei: qui ut hostem uinceret præliantem: ad cælum palmas extendit. Iam tunc figuram Christi ostendit ipse diuino imperio tumentis ponti

Paganus
Iudei
Manichæi

Sabelliani
Arriani

In summo hinc

ponti uoluentis fluctuosissimas undas unius uirgæ percussu traiciendo populū aridose uertit in campos. Nobiscū est iesus post Moysen populi dux israelitici. fortissimus procliator: cuius etiam nomē indicat saluatorē. Ipse potenti sui & diuina fiducia diē sui cursus metas ne perageret statuit: & nocti ne accederet imperant. ipse gentiū reges non sigillati sed cōgregati superauit: captiuauit: humiliat: occidit: Nobiscū ē dauid manu fortis qd dicam seruus dei: electus dei: amicus dei: parēs dei: nouerat & bene nouerat nō solū parcere subiectis: sed & de bellare superbos. Verū etiam uirtutes ostendere: & patientiam custodire. Ipse cū inimicos suos persequeretur non pernitiosus: & cū uinceret non extitit impius. Nobiscū sunt alii atq; alii uiri: q omnia futura prauiderunt & prædixerūt. Non est ergo q; terreat nos: Expectate: audite: orate: interior & anterior circa me uestra sit oratio: non diutius in moremur: iāq; qd' pposuimus psequamur. Quid dicis paganæ: deus inqt delectatus ē filio: indignit coniugio: si horruit coniugiū: solus ē sine filio. Quid enim poterat inueniri simile deo: qd' coniungeret deo: & filii pareret deo: Deinde si ut dicitis habet deus filiū: iam nō unū colitis deū. Quid agimus: Ab Allophylō missum excepimus. Quid remittemus qd' licet miserimū telū pueniat ad illū: qd' prodest: Quare: quia durus est: quia lapideus est: idola colit. Scriptū est: Similes illis fiant qui faciūt ea: & omnes qui confidūt in eis. Scās scripturas non accipit. Quare: uaramus ergo lapidem quo percutiat percutus qstet: quas status cōminuat: cōminutus in puluere conuertat: & conuersus in puluerem cōpulat: copultus serat: satus faciat fructū nō igni q; cōsumat: sed q; horreo recōdatur. Hermes qui latinæ Mercurius dicit scribit libꝛe q; λογος τελειος appellatur. i. uerbū pfectū magnū nomen libri huius: quia magnus est de quo scriptus ē liber. Quid. n. perfectius uerbo. quia solus est inter mortuos liber: Audiamus quid loquatur Mercurius de uerbo perfecto. Dominus iuquit & oium factor deorū: seculū fecit dominū: & post pauca ut ostenderet quid dixerit repetit & dicit. Quoniā ergo hūc fecit primū & solū & unū: bonus aut uisus ē ei & plenissimus omninm bonorū. Quātū plenissimus Ioānes dicat euangelista. De plenitudine eius nos oēs accepimus grām pro gratia. Bonus aut ei uisus est & plenissimus oium bonorū. Et sequitur lætatus est. Cui uel cū quo lætatus est: dicat ipse: Sapientia dei filius dei. Ego eram cui aggaudebat. Ergo lætatus est & ualde dilexit tanq; unigenitū suū. Quē primo factum dei unigenitū appellauit postea. Itē alio loco sic dixit filius benedicti atq; bonæ uoluntatis cuius nomen non pōt humano ore reparari: Quare: uerebas paganæ coniugē dei. Audi Mercuriū: para frōtē: excipe lapidē. Cade ut erigaris. Frangere ut confirmaris: destruere ut ædificeris. Lētus lapidis non cutem diuidat frōis: nō uenā rumpat sanguis: nō apiat foueā uulneris: sed signū faciat crucis. Cōiugē dei quaris. Abiiciatur ex corde tuo ipura puritas. Coniunx dei est bona uoluntas quō p̄ sit deus: & filius sit deus: nec tamen duo dii sed unus est deus: tecū disputare nō debeo: qā nisi credideritis nullatenus intelligere poteritis. Et tamē filiū dei dominū fateor. Mercurius hoc lapide percussus lapideus desinat esse sacrilegus: Audiamus etiam q; uates eorū. Sibylla de eodē dicit Aliam inqt dedit deus filiis hoīm colendum. Quātū apparet in his sniis Mercurii & Sibyllæ Sabellius iudicat. Mercurius & p̄m dominū dicit & filiū: & Sibylla dicit aliū. Sabellius dicit nō aliū q; eū p̄m asserit eē q; filiū: optimū ualde est: si mō nō unū tantū sed etiā ad quos cūq; missus peruenire potuerit: aduersarios in uno ictu pcutiamus. Item Sibylla dicit ipsum tuū cognosce dominū dei filiū eē. Versus iste & paganum increpat & iudæū. Alio loco filiū dei Symbolon appellat. i. consilium uel consiliariū. Et propheta dicit uocabit nō mē eius admirabilis consiliarius: deus fortis: Arrianus arguitur: qui cū dicit minorē filiū dicit aliquādo deū nō habuisse filium: & si fuit sine filio: fuit sine cōsilio. Ecce ad pericula quanta puocamur: Sed qā deus unq; fuit sine consilio: etiā cōtradiciente Arriano unq; p̄ potuit eē sine filio. Quid agis paganæ: Api aure: noli esse sicut aspis surda quæ obdurat aurē: ne uocē audiat incantātis. Non tibi mea uerba pfero: tuus est Mercurius: cui inter deos tantus honor cultusq; allatus ē a uobis: ut eius noīe diem domini uocaretis. Ipsum audite: ipse te cōuincat: ipse expugnet: & cū te uicerit illi credas: & mihi credas. Mercurius aut dixit. Dilexit deus unigenitū suū. Ipse dixit filius benedicti dei atq; bonæ uolūtatis. Et ne de eius nomine tædiū interrogationis sustineret: securus adiunxit. Cuius nomē nō pōt humano ore laudari. Quid Mercuri ab hoibus dicit nomen filii dei narrari nō posse: A te narretur: qui nō homo sed deus ab hominibus æstimaris: Eloquitur ad filium suū dicens. Et aut inquit filii inenarrabilis sermo sapientiæ spiritus sancti. Nōne hic est In p̄cipio erat uerbum: Dicit Hermes sermo iste sapientia habet m̄em. Sequitur de solo deo. Dominus ē oium domināte deo mortaliū. Et qd ab hoibus iudicari nō pōt: addit & dicit: Sup hoies ē nomē filii dei: narrare nō possum qā deus nō sū. Dicā hoies quā si hoies qd' nō sū. ego cognosco qd' sū: Sermo sapiæ de domio deo ē. Nō ergo ibi paganæ humanū suscipis aut fingas fuisse cōiugiū: de solo deo ē: & sup hoies est. Increpat & Sibylla dices ipsum tuū cognosce dominū dei filiū eē: ipsum: nō aliū: nō Martē: nō Iouē: nō Mercuriū: sed quē cōfitef Mercurius. Quid miraris christianæ qd' tale de patre & filio dicāt: Et dæmones credūt & cōtremiscūt: Nempe i euāgelio transeunte domino dicūt nouimus q; sis filius dei: uēstiantē tēpus torquære nos. Vtinā nos quō dæmones iudicē: sic hoies agnoscerent saluatorē. Quid dicit iudæus: Unus ē nobis deus pater p̄ter ipsum alterū nō nouimus. illum uero quē dicitis Christum: patres nostri non deum sed hominem occiderunt. Nempe hoc ē quod dixi: Vtinam quomodo dæmones iudicem: sic homines agnoscerent saluatorem. Ecce dæmones uiderunt & tremuerunt: homines uiderunt & occiderunt: dæmones confessi sunt: homines persecuti sunt. Quæ infelicitas est: & quanta miseria impares etiam dæmonibus homines inueniri: Item homines credunt: dæmones pereunt: homines sanant dæmones puniunt. Sed hæc mutatio ē dexteræ excelsi nō presumptio hois de suis uiribus cōfidentis. Contra istū iudē nō laboro. pugnēt contra eū codices sui: pugnēt lex & prophetæ. Aut uictus & humiliatus saluabit aut supbus & ptinax puniet. Dixit dominus ad Moysē dices: Ecce ego mitto āgelū meū q; p̄cedat te: & gusto.

*percutus quattuor ager uincit
aliqua nota hinc
in puluere conuertatur: totum
plures p̄m: sanus 20*

Coniugē dei est bona uoluntas

*Sibylla
Mercurius Trismagostus
Sabellius.*

Symbolon consilium uel consiliariū

Aspis surda obdurat aurē

Dixit Mercurius

quid

diat te in uia & introducat in locū quē parauī. obserua. n. & audi uocē. nec contēnendū putes. adhuc audi qd' metuas ne inquit contēnendū putes. *Quare?* qa non dimittit cū peccaueritis & iē nomen meū illo. *Quis* est iste magnus cui dedit deus potestatem & nomen? Dominus uirtutū ipse est rex gloria. Et uide probamus: qd' cū dicitur angelus: angelus debeat intelligi deus? In libro qui appellatur genesis. Venerūt inquit duo angeli sodomam uespere sedente loth proforibus ciuitatis. *Quos* cum uidisset surrexit: & iuit obuiam illis. *Quid* plura? Suscepit: obsecūdatus est eis. Tanq̄ peregrinus consuetudine hospitalitatis liberatus periculo ciuitatis: & temporale euasit incendiū & æternū consecutus est præmiū. Discite christiani sine discretionē exhibere hospitalitatem: ne forte cui domū claueritis: cui humanitatem negaueritis: ipse sit deus: non amplius euagemur a præposita actione: angeli uenerūt ad loth: & dixerūt: uidete & aduertite quia angeli loqui dicunt. *Quid* dixerunt angeli? Salua animam tuam: noli respicere post tergū: quia nemo ponens manū super aratū & respiciens retro: aptus est regno dei. Nec stes in omni certa regione: terrenis non hæreas uoluptatibus: sed in mōte saluum te fac: spes tua deus sit: ne & tu similiter pereas cū sodomitis. Dixitq; loth ad eos. Vide hominem uidentē non cæcū sicut iudæi & sabelliani neq; lippientem sicut arriani: sed oculos sanos habentem: sicut catholici christiani. angelos uidit: deū intellexit. *Quid* dixit angelus? dixit ad eos. Domine si inuenit seruus tuus gratiam coram te & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecū: ut saluares animam meam. Magna res cum uolo iudæū ferire sicut Moyses fortissimus uir hastam suam uibrauit & misit: ut per iudeum & sabellianū trāsiret: Arrianūq; percuteret. *Quid* agis loth sancta? Angelos uides & non unū sed duos: & dicis domine: ad unū uerbū facis: unū precaris: & non metuis ne alteri iniuriam facere uidearis. Absit. recedite iudæi: recedite sabelliani: qa non uidetis. Recedite Arriani: quia parum uidetis: Ego uideo quod uideo: nec contēno: nec curo. Duos uideo: æquales uideo: unum rogo nulli iniuriam facio: quia patrem & filiū non uideo: Nam ut intelligitis me non falli cū duos tanq̄ unū depræcor: uidete utrū duo an unus humerus meis respondeat præcibus. Petiit ut i modica ciuitate proxima refugiū haberet & uideret. Respondent ei: uideamus quot sunt qui respondent: Verba libri secreta. Dixitq; ad eū quasi responsio singularis est. Ad hæc sequere uideamus: Ecce etiam in hoc suscepi præces tuas: ut tamen subuertā urbē pro qua locutus es. festina: & saluare ibi q non possum facere qcq; donec ingrediaris illuc. Vide iudæe dic angelum eē deū. Audis Arrianæ patrem & filium dicentem: nec eundem patrem quem filium propter sabellianos: sed patrem & filium: audis quid dictum est. Suscepi præces tuas: audis quid dicit non subuertam urbē: audis nō potero facere qcq;. Iudæus legat angelū: intelligat deū. Sabellius legat duos uenisse: & nō contēnat sed errorem fugiat: ne ad ignē perueniat. Sed ut plenius ostendimus dictū Angelum debere intelligi deū. Lectionis huius sequentia recitemus. Igit̄ dominus inqt̄ pluit super sodomam & gomoram sulphur & ignē a domino de cælo. *Quid* ē dominus de domino nisi filius a patre sicut ē & alio loco. Dixit dominus domino meo sede adextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Itē in Exodo. Apparuit inqt̄ Moyse angelus domini i flāma ignis de rubo Et uidit quoniam rubus ardebat igne: & non comburebatur. Et dicit Moyses transibo & uidebo hoc grande uisum: cur utiq; non comburitur rubus? Cum uidisset aut̄ dominus qd' accedit uidere: uocauit eū dōinus de rubo. Ecce ipse angelus ipse domus. & sequitur dicens: Moyses Moyses. Et ille dixit. *Quid* ē domine? Ait illi dōinus: ne accesseris huc: nisi solueris calciamētū de pedibus tuis. Locus. n. i quo tu stas terra sc̄ta ē. Adhuc audi qd' dixerit ei: Ego sū deus patris tuorū: deus Abraham & deus Isaac: & deus Iacob. Et iō iudæus sic audiat angelū ut intelligat deū & tēat deū. Sabellianus sic intelligat præm: ut nō minuat filiū. Iesus ē sicut liber dicit: q eius i scriptis ē noie cū aduersus hostes dimicaret in ipso cōstitutus p̄cinctū uidet uir̄ stantē cōtra se euagiatū tenentē gladiū: prexitq; ad eū: & ait: n̄ es an aduersariorū? q respondit nequaq;: sed sū princeps exercitus domini & nūc adueni. Cecidit. n. Iesus ad terrā & adorauit. Et nūc sequere iudæe ducē tuū. Videt & interrogat: adorat. Visio cōiōnē habet. Videt. n. & qd' agnoscit. Ergo uisio cōiōnē habet: interrogatio ignorationē: adoratio fidē. *Quē* uidet: hōiem. *Quis* ē iste hō? Ipse ē q cōtra inimicas gētes pronunciabat: desiderabat: expectabat eius aduētus. *Quis* ē princeps exercitus domini? nōne ipse ē q in euāgelio interrogatus q̄s eēt: respondit & dixit: principiū q loquor uobis? *Quid* turbaris Iesus? *Quare* fremuerunt gētes: & populi meditati sunt iania. Alliterūt reges terræ: & principes cōuenerūt aduersus dominū & aduersus Christū eius. Vides amatum: noli metuere: nō contra uenio: sed pro te: qa nō sum missus nisi ad oues perditas dōus israel. *Quid* ē Iesus: qd' uides? interrogas: & adoras: hōiem uideo: sed præ filiis hōim ē qd' nō i tello & audio quē nō uideo: sed qd' credo: quia fides ex auditu: Auditus aut̄ p uerbū christi. *Quid* ergo qris? aduerte & sequere hominē uideo: sed præ filiis hominū ē qd' nō intelligo: nescio quid mihi corulcat: ut de latebris fulgidū aliqd splēdet. Vade ad eū qui uenit ad me: perscrutabor: quē uideo. hoc grāde uisum. *Quē* uideo & homo est: & non est homo: immo homo propter manichæum & plusq; homo propter iudæum: perge Iesus meus: dux meus: perge. *Quare?* quia nisi cum te inquiris me acquiris. Ecce uenio: hominem inuenio intus nescio quid intelligo: Obscurum est nondum uideo. Tecta est facies Moyse uelamine impedit facies: latet ueritas: non agnosco quid sit opus interrogatio. Dic tu homo noster es: an aduersariorū? Si aduersariorū est: & homo est & inimicus. Si noster est: & homo est & saluator noster est. post me uenit & ante me factus est. Si Iesus est: Saluator est. Interroget Iesus iesum. interroget priorem prior: sed tamen minor maiorem interroget. Deficiens crescente figura interroga ueritatem immo figura interrogat ueritatem ut luceat dies: remoueantur tenebræ temporales: ecce uenio. Scio quia spiritus carnem & ossa non habet. Ad huc latet mysterium: interrogo uerum: audio uerbū: remoueo bellū: adoro dominum. In eo q Iesum uidet non cognoscit: furiosam mētē iudæorū significabat: qui si iudæus cognouisset nunq̄ dominum gloria crucifixisset. In eo autem q audiendo

Quare? qd' dicitur

Angeli uideri a loth

Angelus deus

121

loth

dixit

Iesus saluator

diendo credidit & adorauit istum significabat: de quo scriptum est. Populus quem non cognoui seruiuit mihi: & in auditu auris obediuit mihi. Audi adhuc. Quærebatur deum genuisse filiū: Audi quod dicit pater per Esaiā prophetā. Nunquid ego per alios parere facio ipse non pariter dicit dominus: Ergo quæ cæteris generationes tribui: sterilis remanebo dicit dominus deus tuus. Cui dictū est filius meus es tu: ego hodie genui te. Quid me stimulas Arriane: irrides cum audis hodie apud dominum: nunquid crastius dies nunquid hesternus est dies: non succedentibus ac decedentibus transigitur mensis diebus: non horæ mutant: non uariant momenta: ubi dies nec terminus concludit: nec initio coartatur. Audi adhuc iudæus quid per prophetā dominus dicit: audiatur Arrianus: audiant & omnes filii dei aut non esse aut esse minorem dicunt: ego inquit deus & non est alius. Et quid de filio: Domine si tu solus es deus: audi adhuc quid festinas: In memetipso iuravi: Vbi est iuratio: nulla est dubitatio: in me memetipso iuravi: Egredietur de ore meo iusticiæ uerbum. Ecce habet filium egredietur de ore meo uerbum iusticiæ & non reuertetur. Quid est non reuertetur: Ne Sabellius dicat quia ipse filius est qui pater: egressum uerbum non reuertitur: quia pater pater est: filius filius est. Sileat aliquantulum: hæret inimicorum loquacitas nullam habens uerecundiam: impleat domini sententiam. Et filio dei aut nullus aduersabitur: aut qui aduersarius extiterit: Egredietur inquit de ore meo uerbum iusticiæ: & non reuertetur: quia mihi curuabit omne genu: & per me iurabit omnis lingua domino: & filius Dauid. Audi ergo in domino dici meæ sunt summa iusticiæ & imperium. Ago ergo: Et qui postea ad eum uenient: & confundent omnes qui repugnant ei. Item nunc omnes pagani: iudæi: heretici: aduersarij & repugnant filio dei: ad eum uenietis: & confundemini omnes qui repugnatis ei. Non parua de filio dei secundum diuinitatem locuti sumus: & resistētibus in quantum potuimus aduersariis non pepercimus. Nunc uolo ad eius incarnationem accedere: & manichæus obsistit impurus. Quare: quia filium dei non uult dici etiam filium hominis. Et ubi est quod scriptum est: Rorate cæli desuper: & nubes pluant iustum: apiatur terra & germinet saluator: & iusticia oriat simul: ego dominus creauit eum. Item ecce paruulus natus est nobis: & factus est principatus super humerum eius: & uocabitur admirabilis: consiliarius deus fortis: pater futuri sæculi: princeps pacis. Item uirgo in utero concipiet: & pariet filium: & uocabitur nomen eius emanuel. Dicit aliquis cum manichæo. Contra manichæum noua tela non antiqua sunt necessaria: quia nouum non uetus accepit testamentum. Sed mihi qui contra utraq; suscepi certamen: undiq; arma sunt necessaria: maxime quia ista noua de ueteribus fabricata sunt. ergo & illa non abiicenda: & ista portanda sunt. Diuersis. n. telis diuersi cedunt aduersarij. ordo itaque iste sequendus est ut sequens de euangelio non sileat de prophetis. Sed ego inquit manichæus nec Moysen accipio nec prophetas. Et quid aimus de Paulo apostolo: qui in exordio epistolæ suæ ad romanos scripsit. Paulus inquit seruus Iesu Christi uocatus apostolus segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quid est enim in quo propheta contrarii sint euangelio: Dixit propheta: Rorate cæli desuper: & nubes pluant iustum. Veniat angelus: prædicet uerbum: aperiat terra: audiat Maria: & germinet saluator. propheta dicit: Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filium: & uocabitur nomen eius emanuel. Hoc est euangelista cum diceret secutus exposuit dicens: Nobiscum deus. frustra manichæus conaris aduersari prophetis. Etiam apostolus dicit de filio qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod propheta prædixerunt & dixerunt: hoc apostoli prædicauerunt & uiderunt. Qui erat: factus est: quid erat quod factus est: uerbum erat: caro factus est. filius dei erat: factus est filius hominis. Deus erat: homo factus est. Suscepit humanitatem: non amisit diuinitatem: factus est humilis: mansit sublimis. Natus est homo: non destitit esse deus: natus est paruus: latet magnus. Qui libenter amplectitur naturam: non abhorret uirginis partum: Dicit tibi creator hominis. Quid est quod te permouet in mea natiuitate: Non sum libidinis conceptus natiuitate. Ego matrem de qua nascerer feci: ego uiam meo itineri præparauit atque mundauit. hanc quam despicias manichæus mater est mea: sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerem: potui inquinari cum ex ea nascerer. Sicuti transitu meo illius non est corrupta uirginitas: sic mea non est tibi maiestas maculata. Si solis radius cloacæ sordes siccare nouit: inquinari non nouit: quanto magis splendor lucis æterne in quo nihil inquinari incurrit: quodcumque radiauerit mudare potest: ipse polluere non potest. Stulte unde sordes in uirgine matre. ubi non est concubitus cum homine patre: Vnde sordes in ea quæ nec concupiscendo libidinem nec pariendo passa est dolorem: Vnde sordes in domo: ad quam nullus habitator accessit: Solus ad eam fabricator & dominus uenit uestem quam non habuit induit: eamque sicut clausam inuenit reliquit. Sit ille solus natus est inter mortuos. Sic & istius ex qua natus est matris pudor solus est integer. Eua inobediens meruit poenam: Maria obediens consecuta est gratiam. Illa gaudio prohibito maledicta. hæc credendo angelo benedicta. Illa nobis mortem contulit: hæc uitam pepit. Quid agis manichæus: Christianum præmis: non Christum defendis. Taceat immunda uanitas: quia mundata est ueritas. Velim adhuc persequi manichæum: sed infestum patior Arrianum qui confidit de uirtute sua: & gloriatur de potentia sua. Iam quidem cum alijs responderemus: nec ipsi tacuimus: sed iam nunc seruato ipsius ordine: uideamus quæ spicula iaciat. Nullius terreat persona potentis: omnis caro scenum. Vides quotidie scenum crescere: scenum florere. Quid expauescit: tales fructus deserta germinat terra: agricolam non accuso sed quæso ubi mihi est. O boni agricolæ quod agitis: quære uocatis: uidetur quod malo ista plena sit terra: hinc spinæ: hinc tribuli: hinc scenum surgit. Spinæ incendite: tribulos heradicite: scenum siccate: bona semina spargite: non terreat hyes: etsi abundat iniquitas: tamen nostra feruescat charitas. Seruite hyeme quid metatis æstate. Sed quibus dico: O ubi estis fontes lachrymarum: quibus agricolis loquar: Alii sunt mortui: alii sunt fugati: terra tradita est in manus impii tribulatio & necessitas. Domine da nobis auxiliū de tribulatione: ut salus hominis: non sit uana: sed uera. Quid dicis Arriane: Interroganti te quæso respondeas: nolo dispicias paruulum: non te grandis forma iuuat: non magna protegunt arma: frontem penetrant galeatam. Dic ergo mihi quid in

13
In quibus hinc/13
quid dicit manichæus
Emmanuel
Solus melius sordibus non inquinatur
Sicuti hyeme quæ moriturus est

terrogo. Credis in deum patrem omnipotentem? Credo inq̄s. Interrogo. Credis in Iesum Christum filium eius dominū nostrū? Credo inq̄s. Interrogo. Credis in Deum & hoīem natum de spiritu sancto ex Virgine Maria? Credo inquis. bene facis. adhuc interrogo: Sicuti & pater est deus: ita & filius deus est: Ita alius est pater: alius ē filius. Et maxie etiā æqualis patri filius: æqualis inquis. Quid restat? Ecce ad oia quæ interrogauimus respondit. In eo qd' credere se dicit deum patrē & deum filiū: contrarius est mecū pagano. In eo qd' credit Christum deū & hoīem natū de spiritu sancto ex Virgine Maria: mecū est contra iudæū & manichæū. In eo qd' credit alium esse patrē & aliū filiū: mecū est: contra Sabellianū. Age si mecū es in oībus: quare litigamus? si una nobis ē hæreditas: simul possideamus. fratres sumus. Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū habitare frēs i unū. si bonū & iocundū est habitare frēs in unū: quare est noua fabrica ante mugē: simul ad custodiam nræ hæreditatis inuigilemus. hæreditas nrā præclara est nobis: hēmus iuidos inimicos. Ipsi presidere uolunt: nō nobiscū sed cōtra nos nemo sibi aliqd' usurpet. Hæreditas ista sic nobis pmissa est: ut indiuisa possideat: nō partibus dissipeat. Simul colligamus: ne diuidendo pdamus. Paup̄tas sollicitū me facit. rogo te: noli foras præter me colligere: ne icipias spargere. qui. n. mecū nō colligit spargit. Quasi oblitus sum cum quo agebam: sed nō oblitus interrogo Arrianū: quē desidero esse catholicū. Dicit aliq̄s. Ad oia quæ uoluisti respōdit. In respōsionibus illius nihil iueniē aduersi. qd' aliq̄s q̄ris: expecta frater: noli facere: noli iudicare. habeo adhuc qd' interrogē: noli te cito illi cōmittere. Respōsio claret uirus latet qd' dixisti frater: Aequalis est p̄ri filius: æqualis est inquis. Eia mō uigila: modo manifestabit qd' latebat: Quomodo forte in utroq̄ dicis æqualē p̄ri filiū: opatione an origine: p̄tate an æternitate: an forte in utroq̄ absit inq̄: operatione & p̄tate æqualis est nō æternitate. Quid. n. fieri potest: ut genitus æqualis sit ingenito: En adest ille qui mecū quasi cohæres ambulat. dolus apparuit: q̄ latebat: mecū possidere putabat: Diuidere uult sed nō p̄mitto. p̄rius resisto leges habet ut testatoris uoluntati in oībus pareat. Siq̄s cōtra testatoris uolūtate facere uoluerit: careat hæreditate. Sed silēt leges inter arma: nō p̄fus. Ad hoc laborat: ad hoc pugnat: ut legibus seruiat: testamētum p̄fero: uerba testatoris recito: Si habet qd' diuidat: ibi inuenio: sed si nō habet qd' diuidatur de ipso testamēto resisto. Quod habet testamētum audi. Pacem meādo uobis: pacem meam dimitto uobis. hæc est hæreditas. & quis ipse testator: lege testamētum: & inuenies cum p̄pheta de deo loquitur. a te magnificabitur usq̄ ad terminos orbis terræ: & erit iste pax. Gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: non diuisoribus sancte unitatis: sed hominibus bonæ uoluntatis. Ipse est hæreditas ipse est testator: ipsū quæris diuidere. Quid partiris unū: si unū diuiseris: integrū nihil habebis. O Arriana hæresis: crudelis: impia: meretrix: erubescere iudicāte Salomone meretrix ne unum uiuū ne undecūq̄ cōceptum: lāq̄ partū perdēt. nō p̄misit diuidi filium suū: & tu diuidis dominū tuum. Illa & si meretrix tamē pia quia mater. tu autē meretrix & lupa quia nō mater qd' paris præfocas. qd' nō paris cōgregas. Quomodo alienū lactas: quia & tuū negas: uiscera tua durauerūt: illius tremauerūt. Quid dixit: Date illi puerq̄: & nolite diuidere eum. filius meus est: sed melius apud illū gaudeo uiuū integrū: q̄ diuisum lugeo mortuū. filius meus ē. Sed qd' puero mater prodero: si uitam quā non cōfero aufero. Volo illius crudelis a paruulo repellere ubera: sed magis cogor iudicis tremere macharā. Date illi filiū meū: meus ē natus: sed migret ad illā: totus apud me mæt affectus. Date illi puerq̄: tātū: nō auferatur uita mēbroq̄: nō diuidat integritas: mihi nō eripitur pietas: quid dixit Date illi puerū: nolite diuidere eum. Ecce ego dico totū posside: & noli diuidere hæreditatē: sine præiudicio p̄ maior est: filius minor est. O partes: O iusticia: o æquitas. una pars maior est: alia minor: Nō consentio: nō facio: partem: quia nō diuido pacem. Si enim iam fracta fuerit pax: iam nō erit pax. Illibata esse non potest apud quē fides integra non est. Vnde quia mecum non uis possidere hæreditatem: non potēs obtinere. postremo si mortuo nō parcis: sed perfide studes: uade interpella iudicē. Videamus quid ibi dicturus est habes iudicem ordinariū. Nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias atq̄ alias p̄tates nō. mihi armiger: sed legifer necessarius est. Et ubi iustum inuenio: aut ubi eum inuenis: Audi prophetam dicētem: Dominus iudex noster domus legifer noster: ne condēnandum putes. Audi quid sequitur. Dominus rex noster: ipse saluabit nos. Ecce habes iudicem. Si parum est: rex est ante te est sic est in cælo: ut nō deserat terram. Celum inquit ego impleo. Ecce uobiscum sum usq̄ ad consumationē sæculi. Et nobiscum est & cū patre est: quia nec patrē dimisit cū ad nos descendit: nec nos deseruit cū ad patrem ascendit. Ipsum interpella ipsi dic. Domine dic fratri meo: ut diuidat me cū hæreditatē. Audi respōsum diuinū: audi istum iudicem: audi pacē fugiētem litem. Quid ait amice: q̄s me constituit iudicē aut diuisorem inter uos? Vis diuidere pacem & quæris hēre pacē iudicē. Iudex tuus nolo esse: pax sum litigare non noui: Consentientibus assisto: litigantes fugio. Cum inimicus esses patri meo reconciliaui te p̄ me. Quō ergo a p̄re meo separabis me? ego cū esses longe: ueni ut reducerē te cū inter mōtes & siluas errares: quæsiui te: inter lapides & ligna inueni te. In lapidibus offendebas: & his hærebas: quia ligna & lapides adorabas: ne lupos: ferarūq̄: audio ore laniarēris: collegi te: humeris meis portauī te: patri meo reddidi te: laboraui: sudauī: caput meū spinis apposui: manus meas clauis obieci: lancea latus meū aperuit: Tot non dicā iniuriis sed asperitatibus laceratus sum: sanguinē meū sudoriam meam posui: ut mihi coniungerem te: & tu diuidis me. Audi qd' respōdeat discipulo q̄ filiū nouerat: & p̄rem q̄rebat. ait Philippus domio. domie ostēde nobis patrem & sufficit nobis. Et dominus ad eum. si uelis Arriane audire cum apostolo errasti: cum apostolo redi: cum apostolo sit illius obiurgatio etiam tua curatio. Quid ait dominus tanto tempore uobiscum sum Philippe. Ego ueni te patri meo applicare: & tu noli separari. Quid quæris quasi alium patrē me? Qui me uidet: uidet & p̄rem. Tāta ē in nobis ueritas: tāta similitudo: tanta charitas: ut ego in patre uisim & pater in me. Sentio Sabellianē quid mūstas? In Arriano me concludere: ab Arriano me uocare festinas. Sed in nomine patris

Si una est res habens filios

Sicuti leges in uis uis

O Arriana hæresis

aliud

iudicem

Musculus

patris & filii & spiritus sancti non tecum sed unius dei cum illis respondeo te non praefero. Quid dixit dominus: Qui me uidet uidet & patrem. non dixit ego sum filius simul & pater. sed dixit: Ego in patre & pater in me est. & qui me uidet uidet & patrem. Positio unius syllabae quae dicit & discernit: & patrem discernit & filium: te qui dem monstrat nec patrem habere nec filium. Dic mihi Arriane patrem deum dicis: & maxime: quid filium: ipsum quoque deum confiteor. Bene agnoscis quia cum in carne pronunciaret uenturus: de ipso dixit propheta. Dicite pusillanimes confortamini: & nolite timere: ecce deus uester ultionem adducet retributorem: deus praeueniet: & saluabit nos: agnosco in eo quod te agnoscere, dicis: propheta non aduersaris. quod ergo dicis de patre: deus est. quid filius: deus est. Coaeternus est patri filius: non ergo erat tempus quando non erat filius: ergo fuit tempus quando non fuit filius. non ergo omnia per ipsum facta sunt. Iam. n. erat tempus quando non erat filius. Si erat tempus quando non erat filius: Ioannes euangelista non debuerat dicere: In principio erat uerbum: sed in principio erat tempus. Ioannes dicit: omnia per ipsum facta sunt: & Arrianus contradicit. Dic arriane unde scis quia erat tempus quando non erat filius: An tu forte dicturus es: & Ioannes unde scit: quia supra pectus domini recubuit: & inde hauriebat quod in conuiuio domini bibebat: quia in principio uerbum erat. tamen dic quando in principio erat uerbum: & uerbum deus erat: Arrianus ubi erat nescio: si audes diceri ibi erat. Notum est. n. & legitur quo tempore natus: meritoque datus sit. notum est etiam quando uixerit quomodo mortuus fuerit. & ideo non audes dicere de Arriano sicut de uerbo fuit: & est quia nec tunc fuit: nec modo est. Sed ut in omnibus excludatur Arrianus: audi quod per Salomonem dicitur. Dominus fecit regiones & fines habitabiles sub caelo. Cum pararet caelos: aderam illi. Et post pauca. Ego eram apud illum disponens: ego eram quando faciebat fortia fundamenta terrae: ego eram cui aggaudebat. Sed dicis tempore agit. Vtrum fuerit ante quam esset tempus audi ipsum per prophetam dicentem: Ex tempore inquit. quod ex est tempore: nunquam ex quo tempus coepit esse: Non sic ipse Arriane: non sic: Sed ex tempore ante quam fieret tempus ibi erat quare iam quando non erat: qui ante tempora non erat. In principio erat uerbum. Melius graece dicitur λόγος quippe uerbum significat & rationem. Vides ergo quia semper erat: de quo audes dicere non erat. At si dicis aliquando deum sine uerbo aut sine ratione fuisse: iam non filio tantum sed & patri aduersarius eris. Ego inquit ex ore altissimi prodii. quis uerbum: & uerbum hoc quid est: Ioannes dicat: Et deus erat uerbum ergo uerbum & cuius erat uerbum: non duo sed unum sunt. non inquit quia uerbum posterius est eo cuius est uerbum. Unde appareret patrem filio esse minorem. negas itaque filium dei esse deum. non nego inquit: & patrem deum dico & filium deum dico: sed patrem maiorem filium minorem. quod diu pater maior filius minor: dic mihi quia uideo calculari uelle aeternitatem: Quot annis praecedit deus pater filium suum: Vbi diem natiuitatis filii legisti: filii dei dico non dico filii dei & hominis: ubi ergo diem natiuitatis eius ex patre legisti: Cum quo mathematico creatoris syderum constellationem quaesisti atque tractasti: quam horam: quae momenta: quos numeros: quas minutias momentorum: natiuitatis eius qui omnia condidit collegisti: Conquiescat ergo haeretica non religio: sed superstitio. De Christi initio deficit calculatio: quia cum auditur sine initio aeternitas: nulla quaeritur aetas. Si pater deus & filius deus: pater maior filius minor: iam non unus sed duo sunt dii. Quid ergo est quod dicit per prophetam: Ante me non est formator deus: & post me non erit: Quid dicis Arriane: cui istas deputas uoces: Si patris sunt dicendo: Ante me non est formator deus: & post me non erit alius: aut ipse pater non erit aut filius non erit. Si tantum eni diceret: Ante me non est formator deus: nec adderet & post me non erit: liberum tibi haec uerba erat patri tantummodo applicare. Cum autem sequitur & dicit: & post me non erit: secundum te ut dixi se & patrem & filium negat deum. Item si filii sunt haec uerba patrem suum & deum negat & patrem. Si eni non diceret: Ante me non est formator deus: sed tantummodo post me erit: posset forsitan dici filium solum fuisse locutum. Modo autem cum dicit: Ante me non est formator deus: & post me non erit: patrem suum nec deum dicit esse nec patrem. Item si patris sunt haec uerba quis dicit cui dicit filius meus es tu: ego hodie genui te: An forte meditatio arguendus est: Sed si filii uerba sunt: quis dicit cui dicit pater usque modo operatur: An forte & iniurius patri iudicandus est & ingratus: Sed nunquam ingratus diceret: postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam terminos terrae: An forte quid dicent aut fallere uoluit: aut ut minus aliquid de Propheta dicamus finxisse credendo duos sibi confabulantes. id est patrem & filium: & dicente patre Ante me non est formator deus adiunxit & filius dicendo: & post me non erit. Inimica sunt quae agimus ad diuinam: O scelus: pro dolor parce parce haeretica impietas: cum tibi deum non capias: nos quoque a blasphemia pro uocas. non haec sancta docet ecclesia. pater pater est: filius filius: & ille nunquam fuit pater: & iste nunquam fuit filius: ambo aeterni: nec coeperunt esse: nec desistunt. Quod pater loquitur filius loquitur: quia uerbum patris est. & quod filius loquitur: pater loquitur: quia pater uerbum est. ipsum uerbum dicit: uerbum quod ego loquor a me ipso non loquor. concedite quae se creatori: & in creatura si potestis capite creatorem. Ecce ignis & splendor duo sunt. alter ex altero est: nec sine altero alter est. ignis pater: splendor filius: & ipse si possit dicere quod luceo a me ipso non luceo: sed qui me misit: ipse mihi dedit ut luceam. Ignis. n. splendorem mittit. & sicuti filius de patre deo dicit: ita & splendor non potest dicere potest: Ignis mecum est: extingue ignem: & splendor nunquam parebit. Iste ignis & splendor pater & filius: unus sine coniuge patris: alter sine matre filius est: nec diuidi alter ab altero potest cum sit alter ab altero: initium tamen alteri us esse non potest sine altero. Haec autem posse creatori tributum creaturae quod potest ipse creator. Accedat paganus: accedat Sabellianus: accedat Arrianus: contemplet lucernam: in ipsa uideat quod in deo uidere non possunt. non facio iniuriam: si tantum creatoris cupio ostendere patrem: ignis siue lucernae tantillam offeram similitudinem. Scriptum est: lucerna pedibus meis uerbum tuum domine & lumen semitis meis. & de deo dictum est: Ignis consumens est. accedite ergo: & lucernam diligenter considerate: uestraeque fatuitates & tenebras remouete: paganus intueatur: & illic sine coniugio patrem esse discat filium: & quomodo natus est filius. Si caecus non es ibi uide inter ignem & splendorem: quare

Calculari uocantur
Calculari

Ignis et splendor duo sunt

101

20

medium. Si nullum est medium: nullū ē coniugiū: noli amplius perscrutari mediū. ne magnū patiaris incendium. Accedat sabellianus: uideat duos in unū ignē & splendore: nunqd non recte dicere potest splendor ergo in igne: & ignis in me: sicut filius dicit. Ego in patre: & pater in me: Accedat & Arrianus: uideat & ipse alterū ex altero: nec tamē nasci posse alterū sine altero: nemo eorū prior: nemo posterior: Coæui sunt pater & filius splendor & ignis: nec ignis sine splendore: nec splendor sine igne esse pōt. aut certe mitte manū: diuide alterū ab altero: ostende mihi splendore sine igne: aut certe ignē sine splendore. absit: ardere tātūmodo poteris separare alterū ab altero nō poteris. Sicut enī ignis & splendor alter ex altero est: nec alter sine altero esse potest: nō illis ortus q̄ non est: sed æternitas atq; substantia una est. Ignis & splendor tēporales sunt: pater & filius æterni sunt. Sunt dico quia pater & filius deus: dico quia unum dualitas in prole: unitas est in deitate. alterum fecit unius natiuitas sed unū ostendit esse diuinitas. cū dico filius alter est: cū dico deus unus est. Alius est quia filius est: aliud quod dem non est quia deus est. Erubescite Arriani: Tui causa hoīs iam iudicati in cruce pendentis Pilati non sunt ausi carnifices conscindere: & uos charitatem dei in cælo sedētis imo charitatē domini diuidere conamini. Vos in infernū ruitis: iam illā tunicam nunq̄ rumpitis: Item per prophetam dominus dicit: Nō erit deus ultra me: dominus iustus & saluās non est præter me. Hic Sabellianus stultus. Ut enī & unū eundēq; patrē & filiū talibus se testimoniis credit muniri. Cōtra Arriani ut probēt aliū esse patrē: aliū esse filium alia proferunt testimonia: & dicūt in tantū alius est pater: alius est filius: & alius est maior alius minor: ut pater dicat filio: Dedi te in lucē gentiū: ut filius dicat: Dominus misit me. **Q**uantū intelligo lux ista gentiū tam clara est atq; perspicua: ut heretici eam comprehendere non ualentes atq; perspicere cecati nō in ea possint ambulare: sed potius oberare: Arrianus aliud. Sabellianus aliud: **Q**uale bellū: quid ad hoc catholicus? Arma inquit quæ portant mea sunt mihi militanti: ambo contra se pugnant sed pro me. ut ambo deficient: & non alter ad alterum trāseat: sed ad me properent: & ego aliud unde percutiantur utriq; proferā. Tu Arriane dicis maiorem esse qui mittit: minorē q̄ mittit. Interrogo te q̄s ē maior cui preparat aliqd ueniētū: an q̄ preparat cui exhibet ^{an} officium q̄ exhibet? ^{offitium} Utiq; si hoīm genus interrogēs: respōdet illū eē maiore cui precedit: uel cui officium exhibetur. Tu inde uis probare minorem filium quia missus est: ego ostendo eū qui misit precedere eum quem misit: nec alterum eorum dico maiorem quia non audeo dicere uel minorem. Esaias propheta dicit: Hæc dicit dominus: Christo meo domino: cuius apprehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius gentes: & dorso regum uertam: & aperiam coram eo ianuas & portæ non cludentur. Ecce ille qui miserat precursor factus est. **Q**uis enim maior aut superior ante minorem ianuas aperiet: uel quomodo id faciet nisi paululum ante precesserit. Audi adhuc & porte inquit non cludentur: quomodo ergo ante te ibo: uides qui miserat & quomitat & precedit. Iam tu discerne quis sit maior quis sit prior: ego nullam descretionem uideo: sed potius æqualitatem conspicio. Filius dicit de patre: misit me pater: pater filio dicit: ego ante te ibo. Recedat de medio discordiosa calamitas æqualitas hæc exhibet non disparilitas. Adhuc sequere: uel clarius appareat: quis enim dicit: ego ante te ibo: & gloriosos terre humiliabo: Hic esto & tu pagane: audi quid dicat propheta non mihi ego quod uolui scripsi: Codex in quo scripta sunt legatur: In armario iudei habent. Inimicus meus testis est meus. Ab ipso quære: aperi: lege. & crede. Dorso inquit regum uertam: & gloriosos terræ humiliabo. Nonne uides reges terræ qui ante persequerantur christianos nunc esse christianos: nonne uides ipsos qui humiliabant ecclesiam: humiles introire ecclesiam: nōne nunc eos uides habere defensores quos ante habebat persecutores: Ego inquit ante te ibo: & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram & uestes ferreos confringam: & dabo tibi thesauros absconditos: & archana secretorum: ut scias quia ego deus qui uoco nomen tuum deus israel. Audiatur Sabellianus: deus dicit: ego duo sunt qui dicit: & cui dicit. Audiatur Arrianus: ego deus: & non est amplius: extra me non est deus diuinitatis: ex quo aduersus istas hæreses duas certando laboro: pene sum fatigatus. Veni domine meus iesu præliator fortissime. princeps exercitiū domini: qui diabolū uicisti & seculum: apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi: Præcessurus in prælium: & uicturus in mundo adorauit non tanq̄ uirtutis impotens cum esset omnipotens sed ut nobis propter quos uenerat humilitatis magisterium exhiberet: & quid dixit: pater clarifica filium tuū. Modo Arrianus maledictus dicit: uides quia minorem claritatem non haberet nisi patrē petif ^{est} set expecta homo quid festinas: Tu hominem uides: in qua forma non solum patrē: sed etiam angelis minor est: homo patet: deus latet. Tu mihi ostendis hominem humilem: aperi oculos tuos: & deum uide: sublimem: non angelis minorem sed patri æqualem. Pater inquit clarifica filium tuum: ecce minorem. Adhuc sequere: ut & filius tuus clarificet te: ecce æqualem: Inuenimus filium agnoscentem patrem: & adorantem: ei q; coiunctum: non ut putabatur ingratum. Videamus quid de filio dicat & pater: assumpsit Iesus Petrum Iacobum & Ioannem fratrem eius: euangelii uerba sunt: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus ē ante eos: & respēdit facies eius sicut sol uestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Ecce apparuit ei Moyses & Helias cū eo loquentes. Moyses & Helias lex & propheta loquebantur cum illo: ostendebant quæ præuiderant: manifestabant quæ predicauerant. loquebātur: ^{putat} outes qd loquebāt ut iudei cōuincerentur: manichæi confunderentur: pagani conuincerentur: hæretici comprimerentur: catholici confirmarentur. Loquebatur lex & propheta: asperitas & leuitas: tristitia & mansuetudo: præceptum & adiutorium: ferraamenta & ^{um} medicus: umbra & lux: prece & dux: sententia & misericordia: & quid post hæc: Respōdens autem Petrus dixit ad Iesum. Domine bonū est nos hic eē: si uis faciamus hic tria tabernacula: tibi unū: Moysi & Heliae unum. ^{um} **Q**uid dicis sancte Petre: Mūdus paritur: & tu secretū petis. Vides ergo tot gentes in unū cōuenire: & tu requiem quæris. uides tenebras mundi & tu lumen abscondis. Nemo accendit lucernā & ponit eam sub modio: sed super candelabrum

Arrianus

*Humilitatis exemplum et
Magisterium.*

super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Vidisti tu: uideamus & nos: tenebrae sunt: non offendamus in paganis: non erremus in haereticis: luceat nobis lucerna: doceat nos uerbu in carne. Videamus quid dicit euangelista: uideamus si admissu est consiliu Petri. Adhuc inquit eo loquente: ecce nubes lucida obumbrabat eos: ecce uox de nube dicens: oes audiamus: nemo aures claudat: audiant pagani irrisores: audiant iudaei persecutores: audiant manichaei fantasma seminantes: audiant haeretici erronei litigatores & audiant & maxime audiatur: audiant & catholici fideles dei electores: isti audiant ut instruantur: illi ut corrigantur: aut isti audiatur ut seducantur: illi ut puniantur. Quid dixit uox de nube? Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Vbi estis qui aduersamini in filio dei? Pater dixit: Hic est filius meus dilectus: & tu dicis non habet filium deus. Tu paganus quid foris stas: & murmuras: intra huc in scholam dei: aperi aures cordis tui: audi uocem domini & simile filium dei: quid agitis iudaei qui occidistis filiu dei: quo fugietis: ubi uos abscondetis? Qui montes: quae petrae super uos casurae sunt: & si in cauernis petrae uos absconderitis: inde extraham uos dicit dominus. Sed & uos uenite & intrate: consiliu meu audite desperare nolite quonia sunt reliquiae homi pacifico. Scruistis: occidistis: sanguine Christi fudistis: in periculo estis: filio dei increduli fuistis. Quid facere nunc debetis: nisi credentes ut baptizemini: bibatisque sanguinem quem fudistis: non est quod horreatis: fusus est sanguis medici: & factus est medicamentum freneticis: quid dubitatis? Gustate & uide: quoniam suavis est dominus. Quid tu Manichaeus quid diu fantasma somniaris? Euigila & uide: nubila tonant: & quid tonant? Hic est filius meus dilectus. Vide in terra hominem uerum: audi de caelo deum uerum: utrumque uerum esse cognosce: id est deum & hominem filiu dei: & hominis unum eundemque esse hominem: & deum cognosce & placabis deum. Caue ne offendas in lapidem: & mortis patiaris ruinam: quia quod somniaris uanitas est: quod deus tonat uirtus est. Audi tu Sabellianus: audi de caelo patrem: uide in terra filium: & noli dicere idem pater qui filius est. Audi Sabellianus & in patre & filio noli errare: sed sequere unitatem. Domine audiamus quid dicis de filio. Hic est inquit filius (Vide in terra hominis filium: audi de caelo dei esse filium) meus dilectus: in quo mihi bene complacui: & quid ille ipsum audite. Deo gratias insonuit praecipuum deo: & remotum est consiliu Petri: Gratias tibi deus uirtus: gratias tibi deus pater: qui & filiu tuum ostendisti: & mihi ducem dedisti. Recedat Sabellianus: recedat Arrianus: recedant caetera pestes: recedat omnis iniquitas atque doctrina: doceat deus & non Arrius: doceat filius & non aduersarius. Dic dominus meus Iesus doce: ut discam quod doceas. Sabellianus dicit. Ipse pater est filius. Arrianus dicit. Alius est pater: alius est filius: pater maior: filius minor: aduersatur: clamat: litigat: pugnat: tubas congregat: contra Christum dimicat. Ille sanguinem fudit ut redimat: iste pecuniam spargit ut perimat: speluncam fabricat: illic catholicum praefocat: christianum uocat paganum: baptizato ingerit baptismum contra id quod scriptum est. Qui semel lotus est non indiget denuo lauari. Clamat homo christianus sum: quid me dicis esse quod non sum? clamat fidelis sum: & ille dicit: accipe a me pecuniam. clamat redemptus sum: & ille dicit: accipe a me aurum: aut quid das? aut quid auferis? Das pecuniam: auferis gratiam: das praecipuum: ut auferas quo emptus sum. Quid emis ab empto? precium meum non aurum sed sanguis est christi: non me seducis: non me decipis: quantumcumque mihi conferas non mihi tolles precium meum: pecunia tua tecum sit in interitum: nam precium meum non habet precium. Clamat homo fidelis sum: exufflas. Quid rogo christiano referuas? In quo praecipuum & filiu & spiritum sanctum exufflas? An forte nouam fide: nouum baptismum: nouum deum de transmarinis partibus adduxisti? Dic meus Paule: doce diuini iuris perite sponsi amice homo iste modo uenit: me non subuertet: fidei unitatem scindit: trinitatem diuidit: non sibi consentientem rebaptizare contendit. Quid facio in Iesu christo: per euangelium tu me genuisti: baptizatus sum. An forte aliud baptismum & alia fides? Absit inquit: una est fides unum baptismum: unus est deus pater omnium. Iam credidi: iam baptizatus sum: iam praecipuum habeo dominum: quare homicidam patior Arrianum? Subueni domine deus Iesu: accinge gladium super femur tuum potentissime: et egredere et occide eos omnipotentissime. In se ait uiuant: in te desinant persequi me. Sabelliani te subtrahunt: Arriani minuunt: tu quid dicis de te? pater dixit ut te audiamus. Cum te audimus ipsum audimus: uno ictu utrosque percutere aduersarios: pereant inquit uaniloqui et mentis seductores Arrius et Sabellianus: non dixit ego et pater unum sum: sed ego et pater unum sumus. Ergo si pater & filius unum sunt: imo quia indubitanter unum sunt: non duo sed unus deus: non in unicum aliquid propheta scripsit: sed uerum dixit domino dicente. Ante me non est formator deus: & preter me non erit. Docuit uirtus uirtutem: & gladio bis acuto omnem peremit errorem. Si adhuc reluctantur haeretici: audiant catholici diffinitiuam sententiam: quam sequantur. Audite patrem quid dixerit filio. Audite filium quid de patre dixerit uel de se. Siquis uobis euangelizauerit preter id quod accepistis: anathema sit. Diximus de patre & filio quod potuimus: & quantum potuimus si tamen aliud digne potuimus: de spiritu sancto tacuimus: sed non eum separauimus. Quia quid enim de patre & filio diximus: & de spiritu sancto diximus: est enim cum illis & in illis aequalis: unus: non minor aut tertius deus. Quid aliud dicam fatigatus? Qui spiritum sanctum a patre & filio aeternitate substantia uel comunione separat: eumque negat spiritum esse patris & filii: plenus est spiritu immundo: uacuuus spiritu sancto. Ideo enim deus dicitur charitas: quia non partibus diuidit unitatem sed ineffabiliter coagulat trinitatem. Ipsa est enim trinitas unus deus: turris fortitudinis a facie inimici: credentes in se custodit ipse in saecula saeculorum.

Aperi aures cordis tui

Aduersari: christi: litigat: pugnat

Spiritus sanctus

Omniplon

Expositio fidei Niceni concilii: In qua docet filium coaequalem coaeternum & consubstantialē patri: & Arriū confodit: docet quoque spiritum sanctum deum esse: & a patre filioque procedere. Epistola tertia.
Redimus in unum deum patrem omnipotentem: omnium uisibilem & uisibilem creatorem: et in mundum dominum nostrum Iesum christum filium eius natum de substantia dei patris: quod graece ομοουσιον, id est consubstantiale deo de

deo: lumen de lumine: deum uerū de deo uero: natum non factum sicut hæretici dicunt: per quem omnia uisibilia & inuisibilia facta sunt: tã in cælis q̄ in terra: Qui propter nos hoies & propter nr̄am salutē incarnatus: homo factus passus resurrexit tertia die. Adscēdit ad cælos: uenturus inde iudicare uiuos & mortuos. & in sp̄m sanctū: qui de p̄re p̄cessit p̄prie. & deus est uerus sicut filius. Hos autē qui dicūt: erat tēpus quādo nō erat filius natus: & prius q̄ nasceretur non erat: aut q̄ ex nihilo factus sit: mutabilē aut cōuertibilē filium dei dicunt esse. Hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia: quæ fides inuisibiliū rerum est nō uisibiliū. Vnde Arriani Saluatorē iudētes in carne: putauerūt eius diuinitatē talem esse: qualē & carnē passibilē: mutabilem: conuertibile: & cōprehensibile: & quasi formidantē: & quasi nescientē oia: & p̄ficiētē ætate & sapia: & nihil facientē ex se: & subiectū: & orātem ad p̄rem: & gr̄as agentem: & edentē: & patientē: & lachrymantē: & gementē: & q̄escentē & postremo quæ sunt creaturæ propria: hæc creaturæ carni Saluatoris ascribenda sunt utiq̄: nō diuinitati quia deus in scriptura & homo dicitur. Quia ergo propter nos & homo dicit: non debemus quæ sunt carnis deo ascriberē: & quæ sunt dei carnis existimare propria. Siquid igitur minus aut inæquale: aut impotēs dicit in scriptura: aut subiectum aut humile: carnis eius est assumptæ. Quia uere natus est de carne: & quia cum hominibus. xxx. & plus annos conuersatus est: & uere habebat pati. & ideo uerus homo propter carnē accipitur: & uerus deus incarnatus ē in carne: passus natura passibili nō deitatis. Hæc. n. quæ pati debuerat caro hominis trāsgressoris: pro hominibus pati dignatus est deus per carnē passibilem. & ut diuinitatis eius inerrandam potentiam in re uisibili prædictam sentiamus: & bonitatis eius diuitias id est per passiōem peccatorū remissam credētes: in eum cōsequamur. Quale est igitur malum hoc: ut audeat quis gratiam domini nostri Iesu Christi quā pro nobis fecit se humilians ut nos exaltemur: humanis sensibus & uoce hæretica non solum non intelligere: insuper etiam periculosos blasphemias ad irritum eam adducere: atq̄ ultro ei aduersari dicēte scriptura. Scitote enim gratiam domini nostri Iesu Christi quoniam diues cum esset: propter nos pauper factus est: ut nos eius paupertate diuites existamus. Absit igitur in filio dei aliquid plus minusue aut in loco: aut in tpe: aut in potētia: aut in scientia: aut in æqualitate: aut in subiectione cū dicitur: hæc ut diuinitati eius non carni ascribantur. Si enim plus minusue aliquid inuenitur: excepto hoc q̄ pater genuit filium: & excepto hoc q̄ filius non ex semetipso natus est: sed de patre natus est proprie: non in tpe sed semper non aliūde: sed de sua substantia forte secundū uerbū eorū aut inuidens aut ipotens pater: insuper aut tēporalis agnoscitur. Et cū aperte hoc uetet scriptura & excretur: quō tpealem deū quē admodū gentiles uenerantur: ipsi etiam similiter adorāt: Nā si tpealis est: nec uerus potest esse: et si nō uerus: neq̄ potens oia. Et quid iā huic tali deo credendū est: qui erat aliquādo quādo nō erat: et ex nihilo natus est: dicēte scriptura. Si audieris me israel: nō erit i te deus recēs. Si ergo recēs: nō debet uerus credi. Si autē sēpiternus: quippe hic sēpiternus deus erat: qui loquebat̄ i oibus factus: et legē dedit Moyse in mōte Syna: et oia potens: et oia sciēs: et Adā in paradiso uisus est et in prædestinatiōe carnali futura enūcians ei: et cū Iacob luctatus est: et quē admodū humana fragilitas cape poterat cōdescendēs infirmitatibus oīum diuersorū genera approbat: aliis in gloriā timoris oīum causa: aliis in humilitate eminētis eius bonitatis agnoscēdæ. Si ergo sēpiternus filius de patre est: genitus quippe et oia sciēs: et oia potens: et oia saluās: oia continēs: oia iudicans: creans cū p̄re semp̄ et cū spiritu s̄cto. Accipe igit̄ q̄ creatura uerus deus nō pōt esse: neq̄ creaturā creatura saluare dicente scriptura. Et coluerūt et seruerūt creaturæ potius q̄ creatori: qui est benedictus deus in sæcula. Vides igit̄ q̄ paganitatis ē hoc potius q̄ christianitatis: Et q̄ non in tpe est natus: sed semp̄ natus erat de patre dicit apostolus. Inuisibilia enim eius a mundi creatura per ea quæ facta sunt: intellecta conspiciuntur tã sēpiterna eius uirtus et diuinitas. Vides igitur q̄ christus filius dei est: nō tēporalis sed sempiternus. Quod de substantia diuina patris natus est semper: ipse ait Saluator in euangelio: quod nascit̄ de carne caro est: et quod nascitur de spiritu spiritus est: quoniam deus spiritus est. Et q̄ uerus deus spiritus est: et q̄ uerus deus filius dei: dicit scriptura. Erat lumē uerū quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Et itē ipse euangelista beatus Ioannes. Hic est Iesus christus uerus. Et q̄ semper erat: ait ipse. In principio erat uerbum: et uerbū erat apud deū: et deus erat uerbū. Et q̄ ipotens est filius omnium creator: ait ipse euangelista beatus. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omnia per ipsū facta sunt uisibilia et inuisibilia: quō dicit ante passionem saluator: q̄ de die et hora nemo nouit: neq̄ angeli celorū: neq̄ filius hominis nisi pater. Attendens igitur uidēs: q̄ propter utilitatem hominum dixit se nescientem p̄finitionem: ne negligentiores efficiantur homines. Nam et humilitatis suæ causa hoc dixit propter carnem passionis: quia quasi homo hominibus uidebatur: et utilitate omnium tacuit: res quidem gerēdas eis in sæculo annuncians atq̄ insinuans: diem autē et horam non eis aperiens. Quod ergo pro utilitate nostra tacuit: et se humiliavit: non debemus ei ultro esse ingrati: et non solum non intelligentes: insuper etiam iudaico amore hoīem æstimantes: eiusdē ætatis & ignorantia & ipotentia participē iudicantes: quā iudæi. Quod nō diuinitas naturaliter patiebatur sed caro: ipse ostendit iudæis dicens. Soluite templū hoc: & in tribus diebus suscitabo illud. Et cui hoc dubiū est: q̄ deus hoc dicebat: id est filius dei æternus: uerbum ueniens p̄ris: & sapiētia dei æterna & sempiterna: & imago dei uisibilis: & ab inuisibili natus non factus. Facta est autē caro & plasmata: in qua deus erat: quam & indutus erat propter inuisibilitatem & impossibilitatē uisionis nostræ: neq̄ intrinsecus erat solum: sed extrinsecus & intrinsecus: & in cælis & in terra: et omnia continens: et implens omnia. Nihil ergo imperfectum in filio dei: nihil inæquale: nihil impotens: nihil tēporale: nihil incognitum: omnia uera: omnia impassibilia: omnia ingentia: omnia æqualia patri: dicente Saluatore. Nemo nouit filium nisi pater: et nemo nouit patrem nisi filius: & cui uult filius reuelare. Vides æqualitatem filii ad patrem: Cum ergo patrem nouit filius inenarrandum et incomprehensum: diem nescit et horam quam ipse fecit: Absit a sensibus nostris hoc. Iterū

Fides inuisibilium

Remissa. re.

Sempiternus filius de patre

Nihil tpeale in filio dei: oia æqualia patri

hoc iterum ipse saluator dicit. Da illis pater: ut honorificent filium sicut honorificant patrem. Aequalis ergo deo est filius dicente apostolo: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est cum esset aequalis deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Humiliauit se usque ad mortem: mortem autem crucis. Vides quod utrumque scriptura non abnegat in filio: Et quod dei est uirtus omnipotentis: omnia scientis: & omnia complementis: omnia dantis: omnia habentis: iudicantis: creantis: saluantis: et quod creaturae naturae est id est carnis eius: et patientis et plorantis: et quasi non potentis: omnia quasi subiecti: et caetera huic similia. Non ergo debet esse confusio rerum: quod uis coniuncti mortalis immortalis. Immortalitas dei rei mortali est coniuncta propter nostram salutem: et creditur. Et post passionem corporis: in quo apparuit etiam in eo permanens in perpetuum: ut et illi qui crucifixerunt: eum aspiciant: & impassibilem scilicet uis eius diuinae naturae per materiam conspicabilem sustinentes contemplantur: & iudicium uisibile terminetur: & mysterii secreti scientia reueletur: & potentiae eius maiestas & bonitas cunctis hominibus cognoscatur. Quid quod & spiritum sanctum uerum deum inuenimus in scriptura: & de patre proprie esse: & cum patre & filio sempiternum. Sed & regnare & creare: & ubique esse & saluare & uiuificare & peccata dimittere: Et omnia complecti & sanctificare: & iudicare & docere: & omnia scire & inhabitare: Et quemadmodum filius dei: ita & spiritus sanctus persona tertia: sicut filii & patris. Tres enim personae sunt quibus credimus uerae: aequales: diuinae: unius substantiae: id est de patre filius: & spiritus sanctus proprie et uere de patre qui procedit. Primum igitur accipit: quod de patre est proprie et spiritus sanctus dicente scriptura. Verbo dei caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et Saluator ait. Cum autem uenerit paraclytus: disciplina spiritus ueritatis qui de patre procedit ille de meo accipiet: quoniam ipse me glorificauit: et ueniens annuntiabit uobis. Et soluit totum statim interpretans dominus ostendens primum quod persona sit spiritus sanctus dicens. Ille de meo accipiet: et ut ne sicuti seruum aut creaturam aut partem potentem monstraret patrem: mox persoluit interpretans et dixit. Ideo autem uobis dixi: quod ille de meo accipiet: quia omnia quae patris sunt mea sunt. Si igitur ea quae patris eadem filii sunt: ea omnia spiritus sancti sunt. Nihil ergo in omnibus deest filio quod non ad eius attineat potestatem: nihil quod non ab eo factum sit: et eius nutu ac moderamine non regatur. Cum ergo omnium habeat potestatem filius in omnibus nihil deest omnium. Horum igitur omnium habet potestatem & spiritus sanctus: quorum & filius. Sic enim dicit de spiritu sancto saluator. Ille iudicabit mundum et conuincet et docebit de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem quod non crediderunt in me. de iusticia autem quoniam uado ad patrem meum: de iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Vides ergo quod spiritus sanctus annunciat filium & docet de filio: & filius de patre & de spiritu sancto: & spiritus sanctus docet de patre & de filio. Trinitas igitur quia uera est: inenarranda est: inuisibilis est: omnipotens est. Sese predicat: sese annunciat dignanter omni creaturae uisibili & inuisibili non ualenti quidem dignanter: aut narrare aut mirari aut comprehendere aut inuestigare: aut quemadmodum est humanis eam sensibus occupare. Constat igitur infirmari hominem sanctae uenerandaeque trinitatis inenarranda gloria maiestatis aut potentia. Huius igitur trinitatis narratio si excedit: quanto magis frustrabuntur qui audent inter patrem & filium & spiritum sanctum aut locum aut tempus aut aliquam causam humanam ponere: qui non solum quid sit deus intellexerunt: sed nec & quid sit homo attendere potuerunt. Nihil ergo in trinitate subitaneum: nihil nuperrimum: nihil temporale: nihil impotens: nihil maius: nihil minus: nihil inaequale. Trinitas ueneranda deprecanda: trinitas inenarranda: inuestiganda: incomprehendenda: & quod inuisibilem rerum fides est nobis: dicit apostolus. est autem fides sperandarum rerum inuisibilem examinatrix. In hac testimonium meruerunt seniores. Et iteque in euangelio. Deum nemo unquam uidit. Et iteque: spiritus ubi uult spirat: & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Quod deus est spiritus dicit Petrus beatus apostolus. Ut quid mentitus es spiritu sancto Anania: Non es mentitus hominibus sed deo: non dixit patri aut filio aut spiritui sancto. Vides igitur quod deus est spiritus sanctus: & quod ubique est dicit sanctus propheta. Quo fugiam a spiritu tuo domine: aut a facie tua: quo uadam: Et quod omnia compleatur spiritus sicut filius: ait propheta. Spiritus domini impleuit orbem terrarum. Et ita in actibus apostolorum. Haec dicit spiritus iubens separate mihi Barnabam & Paulum ad opus quod uocaui eos mittere. Et iterum apostoli: placuit spiritui sancto & nobis. Et in libro regnorum dicit deus iudaeis. Regnauerunt non per me neque per spiritum meum. Et in prophetis ita dominus Israel concitauit spiritum domini. Et quod habitet in homine spiritus sanctus: quod filius dicit & apostolus quoniam corpora uestra templum est spiritus sancti: qui habitat in uobis. Et quod omnia nouerit spiritus sanctus dicit apostolus ita. Alii datur per spiritum uerbum sapientiae. Alii uerbum scientiae in eo spiritu. Alii fides. Alii linguarum genera. Alii interpretationum in eo spiritu. Alii gubernatio. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens oibus sicut uult. Non dicit sicut iubet sed sicut uult: ostendens non creaturam sed uerum spiritum de deo esse: & omnia posse sicut filius. Unde statim ait apostolus. Quomodo nemo nouit hominum quae sunt in homine nisi spiritus hominis qui est in eo. Sic & quae sunt dei nemo nouit nisi spiritus qui de deo est. Spiritus enim dei perscrutatur etiam alta dei. Vides quemadmodum omnia scientem spiritum sanctum & omnia potentem & ubique esse & omnia creasse & omnia saluare sancta nobis annunciat. Unde & saluator in euangelio blasphemiam spiritus sancti neque in hoc neque in futuro saeculo hominibus statuit dimittendam dicens. Ideo dico uobis quod omnis blasphemia & omne peccatum dimittetur hominibus: blasphemiam autem spiritus sancti neque hic neque in futuro dimittetur hominibus. Non utique dicebat blasphemiam aliam spiritus sancti iudaeis: nisi hoc aut deus non erat: aut de deo proprie non est. Nam inuenimus quod iudaei non audent denegare spiritum: sed in scripturis sic ubique legentes aut creaturam accipiunt sicut angelum aut ipsum patrem existimant: & tertiam personam accipiunt: aut compositum arbitrantur deum patrem: cum sit propriae naturae sicut & pater. Ex his etiam spiritu altero putant eum

Tres personae unius substantiae

Trinitas inenarranda

fides

Spiritus unus diuidens oibus sicut uult

Blasphemia spiritus sancti

Scriptura

consistere & uerbo cum sit magis hoc: compositæ rei & creati q̄ ueræ diuinæ incorporeæ ac simplicis: quæ solet a iudæis hæc sic intelligi: & paganis interdum. Nobis igitur unus pater & unus filius eius uerus deus: & spiritus sanctus unus uerus deus & hi tres unum sunt: una diuinitas & una potentia & unum regnum. Sunt autem tres personæ non duæ non una: non secundum reuelationem aut collectionem aut confusionem sed semp̄ manentibus personis diuinis. Hæc fides datur in baptismo ab his & remissa datur peccati: & uita æterna sine aliqua dubitatione speratur. Huic trinitati credentes uiri sancti & beati patriarchæ propheta: apostolorum: martyres & martyrii gratiam meruerunt: & spem uitæ perennis adepti sunt: & regnum cælorum hæreditatiõne nõ ambigua sunt sortiti.

Beati Hieronymi ad Damasum papam sciscitantis an in trinitate tres hypostases sint confitendæ: & quibus apud antiochiam communicare debeat. Epistola quarta.

Quoniam uetusto oriens inter se populorū furore collisus: indiscissam domini tunicam & desuper textam minutatim perfrusta discerpit: & christi uineam exterminant uulpes: & inter lacus cõtritos qui aquam non habent difficile ubi fons signatus: & horrus ille conclusus sit possit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc meæ anime postulans cibum unde olim christi uestimenta suscepi. Neq̄ enim tanta uastitas elementi liquentis & interiacens longitudo terrarum: me a preciosa margaritæ potuit inquisitione prohibere. Vbiq̄q̄ fuerit corpus: illuc congregatur aqua: profligato a sobole mala patrimonio: apud uos solos incorrupta patrum seruat hæreditas. Ibi cespice terra fecundo dominici seminis puritate centenos fructus refert. Hic obruta sulcis frumenta lolium aena scq̄ de generant. Nunc in occidente sol iusticiæ oritur: in oriente autem lucifer ille qui ceciderat: supra sydera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi: uos sal terræ: uos aurea uasa & argentea: hæc testacea uasa uel lignea uirgam ferream & æternum operiunt incendium. Quæq̄ igitur tui me terreat magnitudo: inuitat tamen humanitas. A sacerdote uictimam salutis: a pastore præsidium ouis flagito: cessat inuidia: romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi christum sequens beatitudini tuæ idest cathedræ Petri cõmunionem confocior: super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicquid extra hanc domum agnum comederit: prophanus est. Siquis in arca Noe non fuerit peribit regnate diluuii. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui: quæ syriam iuncto barbariæ sine determinat: nec possum sanctum domini tot interiacentibus spatiis a factimonia tua semp̄ expetere. Ideo hic collegas tuos ægyptios confessores sequor: & subonerariis nauibus parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem. Melitiũ respuo. ignoro Paulinum. Quicquid tecum non colligit: spargit. hoc est qui christi non est: antichristi est. Nunc igitur pro dolor post Nicenam fidem: post alexandrinum iuncto pariter occidente decretum: trium hypostasim ab Arrianorū præfule Campensio: nouellum a me hoie romano nomen exigitur. Qui quæso ista apostoli prodiderunt: Quis nouus magister gentium. Paulus hæc dicit. Interrogemus quid tres hypostases posse arbitretur intelligi tres psonas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. nõ sufficit sesus: nomẽ efflagitat: quia nescio quid ueneni in syllabis latet. clamamus quis tres hypostases aut tria enhypostata hoc est tres subsistentes personas nõ cõfiteatur: anathema sit. Et quia uocabula nõ edicimus: hæretici iudicamur. Siquis aut hypostasim uisam intelligens: nõ tribus psonis unã hypostasim dicit alienus a christo e: & sub hac cõfessione uobiscum pariter cauterio unionis iurimur. Discernite si placet obsecro: nõ timebo tres hypostases dicere. Si iubetis: cū datur noua post nicenã fides: & similibus uerbis: cū arrianis cõfiteant orthodoxi. Tota sæculariũ litterarum schola nihil aliud hypostasim nisi uisam nouit. Et quis rogo ore sacrilego tres substantias prædicabit? Una est dei sola natura: quæ uera est. Ad id enim qd̄ subsistit nõ habet aliunde: sed suũ est. Cætera quæ creata sunt etiã si uidentur esse non sunt: quia aliquãdo non fuerunt. & põt rursus non esse quod non fuit. Deus solus qui æternus est: hoc est qui exordium non habet: essentia nomen uere tenet. Iccirco & ad Moysen de rubo loquitur. Ego sum qui sum. Et rursus: qui est me misit. Erant utiq̄ tunc angeli cælũ terra uel maria. Et quõ cõmune nomen essentia: propria sibi uendicat deus. Sed quia illa sola natura est perfecta: & in tribus personis deitas una persistit: quæ et uere una natura est: quisq̄ tria esse hoc est tres esse hypostases idest uisam dicit: sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Et si ita est: cur ab arrianis parietibus separamur perfidia copulati? Iungantur cum beatitudine tua Ursinus: cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc a romana fide: Sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam tres personas subsistentes perfectas: æquales: coæternas. Taceantur tres hypostases: si placet: & una teneatur. Non bonæ suspicionis est: cum in eodem sensu uerba dissentiant. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interpretationibus debere nos dicere: non negamus. Sed ~~mihi~~ dicit: uenenum sub melle latet: transfigurauit se angelus sathanæ in angelum lucis. Bene interpretatur hypostasim: & cum id quod ipsi exponunt habere me dicam: hæreticus iudicor. Quid tam anxie unum uerbum tenet? Quid tam sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt: ut interpretantur: non damno quod retinent. Si sic credo: ut ipsi sentire se simulant: permittant & mihi meis uerbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem: per homousian trinitate: ut mihi epistolis tuis siue tacendarum siue docendarum hypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in quo loci dego te fallat: per baiulos litterarum ad Euarium presbiterum: quem optime nosti dignare scripta transmittere: simul etiam cui apud Antiochiam debeã communicare significes: quia campenses cum tharsensibus hæreticis copulantur: & nihil aliud ambiunt: q̄ ut auctoritate

Lohum
Ano 19

facisset inuidia

Hypostasis
Vna
Cauteris unionis iurimur

Ueneni sub melle latet

per baiulos lraige

au^otoritate communionis nostrae fulti tres hypostascs cum antiquo sensu praedicent.

Tractatus non beati Hieronymi: sed falso ei tributus: tamen pius de fidei credulitate: & conuersatione christia-
norum.

Epistola quinta.

T Vdaeos & gentiles instituit de trinitatis essentia: aeterna filii generatione: per quem creata sunt uniuersa de ordine creaturarum: de procreatione primorum parentum: & necessaria per uerbi humanitatem redemptione: & incarnationis: conuersationis: passionis resurrectionisq; mysteriis: de spiritu sancto: ac resurrectione mortuorum & immortalitate animorum edisserens. Deinde de christianorum conuersatione pertractans: diuitibus & pauperibus uiam salutis ostendit: illis per misericordiam: istis per patientiam. De sexu quoq; disputans uitos ad continentiam coniugalem: Vxores ad maritale obsequium: Vtrosq; ad piam & religiosam liberorum educationem erudit: & spe: timore: patientia: iusticia: charitate hominem christianum informat.

Quid gloriosus in psalmo sic dicit. In uniuersam terram exiuit sonus eorum: & ad terminos orbis terrae uerba eorum. Ex hoc igitur intelligi datur sono ante preparatos id est fidei principiis posse nos ad intima & perfectiora fidei peruenire: ne rudimentis uacillantibus dicatur nobis domini uoce increpatis. Si in modico fideles non fuistis: quod maius est: quis dabit uobis: sed quia uideo certam esse formam: quam egredi non licet: differentiae inter iudaeos & graecos id est gentiles: prius de differentia differamus: Iudaeis enim nihil aliud ad ueritatem fidei credendum existimo nisi Iesum christum filium dei per ipsum saluari genus israel: & baptizari etiam in nomine eius. Reliqua enim sciunt per legem & prophetas. At uero gentiles quibus uetus error est & maior est labor: tali admittendi & docendi sunt ordine: & primo quidem ut ab idolis & ab omnibus uoluptatibus hominum totis praecordiis recedant: ut amputatis & euulsis radicibus malis bona possint & religiosa pectoribus seminari: Hoc est unum deum credere: ipsum timere: deinde scire q; cuncta ipse fabricauerit q; uniuersa mundi uel quae facta sunt ipso iubente & uolente & faciente constiterint. Esse corpus scripturae: qd' aut lex uocetur: aut propheta: quod haec indicet: quod quidem scriptum sit per homines & non ab omnibus. Spiritus enim dei qui omnia scit: inspirabat homines sanctos qui loquerentur: aut qui destruerent prauitatem: aut peraedificarent fidem: aut spem erigerent: aut iudicium comminarentur: aut promissa firmerent. Deinde credendum illis Iesum christum filium dei: per quem cuncta deus fecerit: & sine quo nihil est factum: quem in principio sermonem id est rationem uniuersitatis accepimus apud deum fuisse. Sic enim gloriosus euangelista Iohannes iniiciat dici. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Deinde esse spiritum sanctum: qui cuncta quae deus per sermonem fecerit animauerit: & confirmauerit unum esse baptismum quo homines regenerentur in deo. Credendum etiam resurrectionem mortuorum in eadem carne. iudiciumq; futurum dei: quo secundum facta hominis: uel malis poenae repraesententur: uel bonorum operum destinata praemia tribuantur. Tanta est differentia conuertentium iudaeorum & credentium gentilium. Quid sit autem deus & qualis & quantus: quis & qualis filius: & quis spiritus sanctus. Tres enim unum sunt. Sane illud scire continet prudentiae uestrae nos de deo haec loqui & scire posse: quae aut ipse de se apud homines manens uoluit sciri: aut ea quae homini permisu eius licuit accedere. Non in terris illum quaerit homo: aut inter figmenta componat: ne cui similem credat. Deum enim uera fides ita semper exposuit: natum non factum: incomprehensibilem: inastimabilem: inuisibilem & impassibilem. & ideo solum uerum deum: qui quaedam negauerit: quaedam fecerit: disposuerit: ordinauerit: exornauerit: optimum: iustum: misericordem iudicem. Et ideo inexcusatus est omnis homo: qui factorum suum non cognouerit in tempore agnitionis: habiturus post exitum iudicem iustum: qui non suo tempore conuerti se putauerit: sed ex praeterito. Hoc fas est de deo credere: hoc qui crediderit: abstinens se ab omni iniusticia bona & iusta operatus: aeternam requiem habebit in uita. habentem uero filium: non statim ut homines procreati sunt: ita dicere me existimes generatum: sed ut decet de deo credere: deum filium habere ex se quidem natum: non diuersa eius substantia: nec maiestatis eius substantia diuisa: ac per hoc passibilis uideatur: nec de ore dei similem nostri sermonem esse prolatum. ut litteris & syllabis constet: ne filius dei compositus ac per hoc dissolubilis teneatur. Nec natum ex nihilo sicut reliqua facta sunt: ne similis & aequalis cum ceteris qui facti sunt iungeretur: sed sicut scit qui generauit. & ipse qui generatus est ipso domino in euangelio dicente. Nemo nouit patrem nisi filius: neq; filium quis nouit nisi pater. Item in scripturis legimus. Mysterium meum mihi: mysterium meum est mihi. Et re uera absconditum esse de generatione illa: in qua nullus interfuit: nec momentum quidem temporis. Ante saecula quidem & ante q; suspicari quis auderet: natus est filius dei quod graeca lingua αχρονος dicunt. Semper enim est filius: quia semper pater. Nefas est enim deo aliquid assignare postmodum: quod antea non habuerit: cum deus semper perfectus sit: ut etiam quod propter nos postmodum fuerit fabricatum apud illum iam fuerit: & si non in substantia: plena tamen dispositione. Non enim minus impotes erat semel omnia facere: sed ut ordinata & gradatim disposita: uniuersa pro suo gradu & honore subsequerentur: & ne passiuu & nulla inter se antiquiora inhonorificata permanerent. Nam si quae nostri causa a filio dei natiuitas suscepta est incomprehensibilis est: non nudata mortalibus: quanto magis illa quae nulli nisi deo patri & sibi soli est cognita: Nam Gabriel angelus ad Mariam ita loquitur: sicut euangelista testatur. Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Quod obumbratur: absconditur: nec omnibus notum est. Ergo si haec natiuitas quae nostri causa est deposita: nobis incognita est: quanto magis illa quae a nobis longe remota est: & quid dico a nobis & non ab omni caelesti creatura: Sufficit ergo hoc quod uidimus: quod diuinitas nos se nos uoluit. Nec ultra cognitio porrigenda est: ne sacrilegus unusquisq; teneatur: quia concessos terminos

fuerit cognitionis egressus. Christū igitur accipimus dei filium ab initio sapientiā ueram: sermonē idest ratio-
nem spiritū: lucem: uia: brachiū: uirtutē: fortitudinē: ueritatē: panē: uinū: uitā: ostiū: pastorē: & alia plurima quæ
propter homines sunt ut omnes in illo uiuant: quæ unusquisq; processu tēporis scriptura edocente perdiscet.
Si igitur dei filium cognitū confitemur: per ipsum deū patrē scimus & sæcula & uisibilia & inuisibilia condidit
se. Non enim fas est ex eo deū operatū credere: ex quo mundus genituræ suæ idest natiuitatis initiū sūpsit. aut
cessasse & desisse credendū est post mundi fabricā: cum deus loquatur & dicat. Pater meus usq; nunc operatur:
ocium illi uel antea uel postmodū filius amouet: requiem ille assignet quisquis illū ifatigabilem nescit. & igno-
rat q; illi nihil acciderit: sed semper sit quod græca lingua αλεθμενον idest non indigentē uocant: sit semp spi-
ritus & in omni perfectus. Est igitur plurima quæ per filium fecerit: quorū aut sola nobis sunt nomina: aut nec
ipsa sunt cognita. Quanti enim sunt throni: quante potestates: quante dominationes: quanti principatus: q̄
ti spiritus: quanti angeli: Quot sunt illa quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderūt.
Quantā etiā claritatē putamus esse in inuisibilibus: Nec æstimare possumus: cum in his quæ nobiscū sunt ad
miranda sint omnia. Inter omnia enim etiā mundus quē conspicimus per filiū fabricatus est: & quidē lucē qua
cætera fierent perspicuā esse iussit: & fecit cui diei nomen iposuit: tenebris noctis addidit nomen. Deinde firma-
mentū quod inter aquas depauseret ostendit quod cælum uoluit nūcupari: ne ue terrena uisu cælestibus misce-
rentur: sed esset quod inter humana & diuina discerneret. Iā enim ex nihilo materias ipsas ex quibus omnia fie-
rent elementa condiderat: post hoc aquas in unū congregari & conuenire precepit: ut arida mōstraretur. Hæc
quoq; non sunt priuata noibus. Nā cōgregatas aquas uocauit mare: separatā aridā terrā uocabulū uoluit pos-
sidere. Sed hæc minus instructa uidebantur. Benignā itaq; fecunditatē his addidit & decorē: & miro modo il-
lam primo generare p̄cipiens: quæ nouissime fuerat fabricata: non ordinē turbans: ut ignarus facturæ suæ: sed
uoluit postremū primū habere aliquid: ne in oibus iaceret extrema & primis secunda coniunxit: ne prima infe-
riora contenerent. Sic dei filius deus artifex patre iubente moderatus est: ut ordinē imitando dispositionē me-
lius ordinaret. Nā terrā omnia pabula ligna quoq; cū suis radiuuis seminibus iperauit educere. Cælum quo-
q; luminaribus: idest sole & luna & stellis ornauit: quibus aut diei aut noctis fines ostēderet: aut signis rusticos
& nauticos erudiret. Maria quoq; inclusa in terræ limitibus sua aialia procreare mandauit. Antea uidelicet ip-
sas materias animauerat: ut nascentibus postmodū aiantibus: animas cōmodarent. Sed quo fecundiorē face-
rent terram post pabula: post ligna fructifera: post uniuersa semina quadrupedū genus ferarū: & serpentū ui-
ua omnia & animata iussit eicere. Nec mora in his omnibus. Quippe quæ deus pater iusserat: filius uirtus ip-
sa sine recastinatione iperū capessēbat: nā cū iussione & opus astabat. Sed quoniā multū intererat: cælestibus
sub sæculari terrena & post diuina longe humana deerant: hoīem fecit: qui non totus esset de cælo: nec tamē de
terra totus ite: nasceretur. Quippe corpus hoīs ex limo terræ formauit: spiritū concessurus de cælo. Et cū oia
iussione patris sermone obsequente perfecta sint in hoīs functione: & ipse pater fabricator accessit. ut ad imor-
talitatē non præscriberet terrā: si mortales manus constituerent hūm m̄res. Concessit etiā ut homo dei imagi-
nē portaret in terris: daturus postmodū similitudinē: si imago seruaretur illesa. Ad imaginē uero dei nō putes
esse formā hanc hoīs exteriorē factā: Absit. Quis enim credat deū ad cuius imaginē factus est homo: habere
aliquā partē quæ non audiat: Quæ non quæ sunt undiq; uideat: Quæ nō omnia operetur: Hoīs enim exte-
rior forma: non undiq; uidet: non undiq; audit: nō undiq; potens est: Deus autem totus potens: totus lux: totus
oculus: totus auris: totus manus est potentissima: ergo mentiuntur scripturæ: Absit: sed est in hoīe quiddā inte-
rius: q; homo quidē & ipsū uocetur: apostolus Paulus nos instruit dicens: Et si exterior noster homo corrupit:
sed interior quotidie renouatur. Hic est ad imaginē dei factus. quē uoūv idest mentē uocamus: qui deo possit
similis esse tunc quidē dū ipassibilis dum inconcussus: dū beatus & sanctus: & sine fine fuerit cōprobat. libe-
quoq; arbitriū & capacē aīum dedit: non sine lege uiuendi. ne uagus & solutus a lege aiantibus oibus æquaret
addita cōminatione post legē: ut si seruaret legē: in æternitatem uiueret. si nō seruaret: mortē sibi pararet: amit-
teret & salutē. Est autē hominis facti nomen Adā. Sed quia in omnibus animalibus ad procreationē sexus uter-
q; processerat: homni quoq; prouisū est: ut et ipsi propter generationē mulier pararetur. et facta est sicuti scri-
ptura testatur. eaq; Eua nomen accepit. quā æquæ legis prescriptio nec a mercede nec a supplicio separabat.
Sed postq̄ uniuersa deus per sermonem suū idest filiū: p̄fecta ac exornata uidisset: oia quæ cū hoīe erāt: ipsius
tradidit potestati. Cui cū oia mundi cōspiceret mancipata: unus est angelis in pernitiē magis suā: hoī miseran-
dus iuidit. Nā cū esset ipsis nō peccare libe- & licitū: si iussa dei seruarent: i beatitudie p̄manere: dei legē & iussa
per mulierē transgredi persuasit. ut homo reus fieret mandatorū dei: & in sētentiā caderet. Eiectus est igitur in
hunc mūdū. Nā in paradiso dū sine peccato fuisset: habitabat: sed quia post trāsgressionē hoīs generauerit: uni-
uersū hoīum gēus secū ad mortē usq; p̄duxit. nō de futuris tamē bonis uel iustis: quādoquidē libe- erat & post
modū nō delinquere: & deus nō cessabat quotidie cōmonere. Tūc diuina bonitas & paterna pietas larga: multi-
pliciter hoī p̄uidebat. Et primo quidē p̄iustos patriarchas. deinde p̄ Moysē & p̄phetas: sed oēs hi in Adā mo-
riebantur. In nouissimis uero tpibus: ne in totū diabolus triūpharet (nā hoc illi nomē est postq̄ hoī inuidit) &
ne homo post tēpora dānatiōis īpleta. cōtra misericordiā dei diu teneretur in p̄cena: salutē quā sola miseratiōe
mergebatur: accepit. deus nāq; pater oipotens: filiū suum Iesum christū deū ac dominū nostrū misit: per quem
cuncta condiderat. nec hoc quidem sine illo fieri posset. Nec tamē quisq; idoneus erat qui hoīem patienter tol-
lerare posset aut nosset. Aut potestates huius mūdi & harū tenebrarū: quisq; poterat supare: aut mortē uincere:
inferna reserare: uirtute potestati peccati eradicare penitus & delere: nisi filius dei q; in factura hoīs particeps
cū patre

et cum patre fuit: qui & se posset in hoie calare: & ho cum deo mixtus uirtutes perficere: p hunc eni deletis nostroru cyrographis peccatoru: ad deū patrē parati de dei filii facti possemus accedere. Mittitur igitur dei filius: & hominē latenter intravit: nō quo metueret quenq̄ qui erat oīum dominus: sed ne diabolus ad hoīem qui deo mixtus erat: timere accedere & minus prostratus diabolus ab hoīe uideretur: si sine accessu & certamine uinceretur. Ex uirgine igitur spiritu domini supueniente: & uirtute altissimi obūbrante: secundū hoīem Christi natiuitas celebrata est: & oēs transegit ætates: ut oēs ferre discerent deū. Hæc oīa etiā a lege & a prophetis ante sūt predicta ut mira oībus incredula nō fierent subitatioe: & preteriti hoies quibus hæc his oculis uidere non cōtigit: sperarent q̄ sine dubio in aduētū eius qui predicabat: a cōtagio possent æterne mortis euadere. Si igitur in terris uisus deus tantus & talis filius dei: q̄tū uel qualē illū humanitas posset aspicere: Nā qui in montē exemplū maiestatis & bonitatis suæ tribuens exhibuit apostolis: cū claritas eius splendificaret ita: ut & uirtutē solis precessisse crederetur: uestē autē ita gestaret: ut niue candidior uideretur: & tamē iā cruditiū iam doctiū iam facti claritatē nō potuerunt Iesu sustinere discipuli: eius scilicet qui uniuersorū hoīum uitia ac peccata adhuc curāda susceperat. Quod si deus tantus uenisset: ut claritatē suā & potestatē hoibus ostenderet: forsitā oīs creatura inualida & castra succūberet: sed saluare uenerat filius dei. Ita humano sumpto corpore deus i p̄tate docebat ut magis: p̄suadebat ut frater: efficiebat ut deus: eligebat ut prescius: curabat ut medicus: ut humanus compatiēbatur: & iā p̄actis oībus ac impletis: quæ aut lex aut p̄phetæ predixerant: aut salus hoīs exigebat i nouissimo pro morte hoīs immortalis moriebatur: ut sublata mortalitate hoibus immortalitatem donaret. Suspensus igitur ligno: populo iudaico proclamāte: apud quos tanta magnalia perfecerat: ut in eo oīs inuidia diaboli uinceretur: in quo inuidus hoīem sefellerat inimicus: ad mortē properabat: futurus scilicet mortis mors: nāq̄ referatis inferis & spretis: circumcalcatisq̄ oībus iis: quæ in perniciē hoīs & apud inferos tunc ualebant: oēs iustos & sperantes i se illuminauit & ad superos reuocauit. ostēdens diabolo & p̄tibus huius mundi: & hæc tenebræ nequitia eorū inualuisse: ipsos manere in p̄cenis: liberato cui inuidebant hoīe. Triūphans igitur hō cū deo: iā deuicta morte non mortalis iā ad superos euadebat. Sic ergo dominus n̄r Iesus christus patiebatur: ut resurgeret: surgebat: quia iā fuerat passus: hoc scilicet docēs: q̄a cū deo quisquis se cōiunxerit: mori uideri nō potest. Videre tamē ad supplicium inimicorū factū: si extinctā in inimico uitā hoī dedisset: nisi adderet claritatē. Et ut diabolo & eius angelis p̄na maior accederet: cū triumpho hoīem qui carnē habebat iā nō moriturā in cælum angelis & p̄tibus factis mōstraturus inuexit deo patri liberatū hoīem offerens munus: mox pro se uicariū dimisit sp̄m sanctū: quē discipulis proximus passioni promiserat: ut hoibus credētibus & auxilio esset & sanctificationi. hic ordo credulitatis n̄ræ de christo. Sed quia iā mentionē fecimus spiritus sancti: dicemus credendū esse in sp̄m sanctū: p̄ quē uniuersaq̄ postmodū fierēt: & ispiraret & sanctificaret suæ esse substantiæ: tamē tres unū sūt pater filius & spiritus sanctus. Deinde credendū unū esse baptismū: quo hoies purificati & dei filii facti: in fide cōsignent. quo uniuersa uel natiuitatis uel erroris ueteris hoīs delicta purgant. In quo nō corpore deponunt sordes: sed cōscia puræ interrogatio bona est in deū de resurrectione domini n̄r Iesu christi. Post hæc ordo exigit credere resurrectionē mortuorū in eadē carne. Cōstat enī nec fas est aliud dicere: quia deus & sapiēs & prescius sit meliusq̄ elegerit ut sapiens & prescius factū hoīem æternū esse q̄ nō esse: Quod si melius non esset in cōpendio habuerat ante q̄ fecisset. Quod autē æternus sit hō: qui sit ex corpore & aīa: scripturæ plurimis in locis docēt nos: sed pauca ad exēplū ponā. Salomon clamat dicens. Deus cōdidit hoīem ad immortalitatem. Nec immerito in Genesi p̄hibetur post peccatum homo ad arborem uitæ accedere ne uiueret in æternum. Vtiq̄ ut immortalis perseveraretur homo: quid erat nisi quia immortalis a deo factus fuerat: & immortalitatem corpus nō capiebat. Sed credo hoc mouere lectorem: q̄ hō a uitæ ligno prohibeat a deo: ignorans & in hoc hoī esse prouisum. Iā enī erat in transgressionē: & a peccato possidebatur. Ante ergo hanc mortē quæ a deo p̄ remedio hoibus attributa est: ex qua p̄ separationē corporis & aīæ sit finis: & euulsio peccati: si ad arborem uitæ accessisset: quia necesse fuerat cōcagatione uite fieri æternū: in immortalis hoīe necesse erat perpetuū p̄manere peccatū. Ergo & hoc cōsulte & utiliter hoī prouisū est: ut peccato amputato interuētū tēperatæ dissolutionis: uera factura dei excluso malo excideretur in uitā: ergo semp est hō. Sed cur morimur in hoc mūdo? Superius cōprehēsa est rō: nō interire hoīem sed separati. nec absumi materias: ex quibus hoīum corpus est fabricatū. sed ad resurrectionis diē ut timeat dei iudiciū referuari. fas enim nō est ut aliquid desit deo nos iudicātū: cū certū sit dei iudiciū post finē huius æui destinatū. Nā hoc quoq̄ insinuandū est: & expurgari necesse est totū hoīem: quoniā oēs aut in uirtute inueniuntur esse aut in crimine. & hoc cōpetit: ut remunerentur qui bene gesserunt secundū uoluntatē eius. & mali æternis suppliciis destinentur. Vnde nos appetimus precepta legitima: & uitamus aduersa. ut obsequentes præmia cōsequamur. Contennentibus enim deus mortem cōminatur & p̄nam: hæc oībus insinuāda: & ab omnibus credenda existimo. Nunc ergo de persona tractemus. In persona duo sunt obtinenda: pauper & diues. Et diuitibus quidem huius mundi præcipiendum est: non alta sapere. neq̄ sperare in incerto diuitiarum suarum: sed in deo uiuo: qui prestat nobis abundanter omnia: ad factum boni operis diuites esse: sed in bonis factis cōmunicatores esse: thesaurizare sibi bonum in futurum. ut apprehendat eam quæ bona est uita. Deinde scire debent nō ideo acceptas esse & haberi diuitias: ut his solis beatitudinem se habere confidant: & male utantur bonis. & ne despiciant pauperes. ne ue ministerium malitiæ: aut instrumentum diuitias libidinis computent aut propter se sibi traditas: aut se nunq̄ illas amissuros existiment. Postremo sciant dispensatores gratiæ dei se esse constitutos a deo: ut & in distributione uoluntas certa eorum uel bona uel praua noscatur: & sciant magis sibi accessisse per abundantiam: nisi sapientes fuerint tentamenta potiora. discant erogare diuitias: sed ad comparationem immor-

Substantia

Magnalia

quæ

illis

talitatis distribuant facultates: ut sint similes deo: misericordes non profusi ac prodigi rei dominicæ iudicetur, & fidenter quidē hoc agant: & cū humilitate. Ait enim Paulus apostolus qui fidenter seminat: fidenter & metet. Et iterum hylarē datorē diligit deus. Non existiment finiri posse: quia uniuersū operis contēplatione præceptorū dei deprehenditur. Cū & ab ipso acceptæ sint & necessariae. & ea utiliter augere & ministrare consuevit. Vnde enim temporalia deesse possunt: cū propter ipsa si bene prerogerent: aeterna promissa sint & parata. Veritas loquitur quæ est Christus dicēs. Qui dimiserit propter me domū aut uillā aut parētes: aut reliqua centuplū accipiet in isto sæculo: in futuro autē uitā aeternā. Et si hoc quidā tēpore psecutionis ascribūt: ego autē sic audio dominū nrm monentē quod propter se quolibet tēpore ad quodcūq; opus sanctū fuerit præceptū eius impletum: nobis ad futurū præmiū destinātū. Ne uero simus solliciti: quia curā deus pro nobis. Clamat propheta dicēs: & pauperem & diuitē ego feci: & pro oibus æqualis cura est mihi. Curā gerit deus. & quis metuit ne eius minuatür p̄monium: unde deo iubente prerogatur. Timeamus magis: ne si trepidi & steriles & infideles fuerimus in bonis opibus: egeni atq; inopes iudicemur. Timeamus potius impleri tristitia: quia & de huiusmodi diuitibus: in euangeliū in unius licet persona: ad exemplum tamē retulit dicēs. Abiit autē cū audisset cōtristatus: quia fuit hñs facultates multas. Non timeat: ne difficile regna ingrediat cælorum. sit imo humilis: sit largus: ut beator ex hoc iudicetur: si nec in isto sæculo: nec in futuro sentiat egestatē: det pauperi ut deū faceret: deū computet debitorē: sciat præpositā esse misericordiā sacrificiis dicente domino. beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā cōsequuntur. gloriā consecuturi & requiē. Sed in iis diuitiis in quibus alii & corrupti & deperditi iudicant: iste fructus iusticiæ ac misericordiæ accipiat coronā: pauper uero ita consolandus est: uti sciat in paupertate considerāda magna sibi bona esse: & primo quidē quod a deo utiliter sit sibi prouisū. presciū deum infirmitatē eius cōsiderasse: & scisse quod diuitiarū sarcinā: et sollicitudinē ferre nō posset: deinde sentiat q̄tas tentationes. & q̄ta pericula trāsierit noiē paupertatis. nā & si affluentia deest: quæ frequenter uirtuti contraria est: ad aī tamen diuitias q̄totius sine impedimento in paupertate trāsitur. Certe quibus malis caruerit: consideret: caret inuidia: æmulatione: insidiis: dolo: supbia: contentione & his quæ hōi in hoc sæculo diuitiarū solent conflare. luxu enim rerū: & ubertate copiarū aīus soluitur. uigor mentis infrigitur: uirtus corporis eneruatur. At in paupertate nō lasciuia sunt cōuiuia. nō turpes potationes: oīa sobria: oīa rigida: omnia humilia non abiecta. quoniam cōscia pura et uirtute sunt plena. non enim abūdans est extraneis facultatibus: sed iustus est. non facile ad diuitias animi: id est uirtutes huius mundi diues accedit. Filius enim dei qui difficiliter ait diuitem introire in regnum cælorum: utiq; intelligi pauperem facilius. Nec se ob paupertatē alienū esse a cura dei existimet. Nam propheta testatur dicēs: et pauperē et diuitē ego feci. et pro oibus æqualis cura ē mihi. Non est enim deus personarū acceptor. nec pro illo se curā p̄fitetur gerere tantū qui in sæculo diuitiis pollet: sed pro omnibus et pro pauperibus curā sustinet: remuneraturus quē inuenerit aut in diuitiis humilē: aut in paupertate patientē. distributio est ueluti totius corporis humani ministerium: quærat singulorū memborū officia: consideret hōis corpus esse unum quidē corpus sed plurima mēbra. nunquid omnia sunt aut oculus aut pes aut reliqua membra? Sed sicut ait Paulus doctor gentium: in fide et ueritate quæ inferiora sunt membra: maiorem his tribuimus honorē. Et quæadmodum uirtus singulorū mēborū in suo ordine atq; officio demonstratur: ita in totius generis humani corpori ueluti membra paupertas & diuitiarū collocantur. Et pauperis patientia: & diuitis humanitas dei examine cōprobantur. Exultare debet pauper & deo gratias agere: quia multis p̄monii nexibus liberatus est: in die probationis non grauatur cōpedibus: facilius liber sequitur dominū nullis nexibus implicatus. non desit etiā ab ipso inquantū potest misericordia iusta in egenos. quia sicut iustus efficitur de sua frugalitate inferioribus & non habentibus prerogator. non ueret ne ipse deficiat: cū in usu sanctæ ministracionis habeat promptissimā uoluntatē: nihil ei deerit quē per prophetā spiritus corroborat. Nō occidit deus aīam iusti fame. Et dominus in euangelio. Quærite primū regnū dei: & oīa hæc apponentur uobis. Nō cupiat diues in hoc sæculo fieri: ne mala plurima sibi acquirat: dicente & monente glorioso Paulo. hñtes igitur uictū & uestitum his contenti simus. Qui autē uolunt diuites fieri: incidunt in tentationē: & in mulpulā: & desideria multa: quæ mergunt hōies in perditionē. imo si uera fide & propter salutē credere optant: cælestes sibi diuitias cooptent & cōparent: quas unusquisq; iusticiæ & misericordiæ & reliquis bonis actibus cōparat et assumit. Tēporalibus aeterna sunt preponēda: caducis stabilia: sollicitis securiora: periculosis libera: honorificis clariora: his monitis et diues temperetur: et pauper subleuetur. Nūc iā de sexu loquamur. Sexus ille est masculus et fœmina id est uir et mulier. et uir quidem postea: quæ supra cōprehendimus ad institutionē uitæ melioris etiā illud debet cum oibus custodire: ut uxorē suā diligat sicut Christus ecclesiam: ut omni genere unanimi et concordēs rite possint deum de omnibus depræcari: leuantes manus puras sine ira et disceptatiōe: sed omnia fiant ad ædificationē & instructionē deificā. Deinde coniunctionis uinculū pudice & cū oī castitate generent & tunc conueniant: quādo uel generationis est contēplatio: aut orationis nō reuocat tēpus. Orationem autē illam computo: quæ omni sacramentorū mysterio atq; communicatione celebratur. Caterum est depræcatio & adoratio: ex homiologesis & interpellatio est & uotum: quæ omnia sua habent tempora. Virum igitur decet intacto capite orare: non comatū: quia confusio est uiro: incessu esse simplicem: non iactatum: non fucatum: ut non solum uideatur uerbo credidisse: sed & cæteris uitæ suæ speciē prestet. Viro enim omni competit sacerdotare deo & ideo debet tam in cathecismo quā etiā in laica uita conuersationem suam mundissimam exhibere. ut & si ipse munere & officio sacerdotali non fungatur. uitæ tamen similitudine sacerdotibus coæquetur. At uero mulier discat obsequi uiro: etiā dominū illū uocans. & quidē omnes uiros reuereatur: suo tantū seruiat. quia omnis mulieris caput uir: sciat et hæc caste uiuere cum uiro suo: quod et ille omnibus modis faciat ita: ut nullā aliam

Bona pauperis.

aliam præter uxorem nouerit. Noscere etiam debet tēpora conuentionis: & abstinere a coniunctione: uel cū tēpus est orationis: uel cū muliebria patitur: uel cū post partū intra tpa purgationis se esse cognouerit. Non enim ad ipudicitiam matrimoniū copulauit deus: sed ut generationi præberet obsequiū. Discat filios educare pie: uel recunda esse nō litigiosa: non uinolenta: nō superba uiro: tāetsi patrimonio maior uideatur. Sit & in incellu pudica: non fucata forma: procedere nō studeat cū capilloꝝ crispationibus: aut circumdata auro aut ueste preciosa: sed ut decet fœminas christianas: promittentes castitatē non tantū uerbis: sed & per bonā conuersationē. Sci at se tacere debere in ecclesia: loqui enim ibi illi nō est congruū. debere obsequi nō tantū maioribus natu & sacerdotibus: uerū etiā oibus fratribus. neq; se ulli præponere uiro contēplatione sexus: quoniā & cū oia legitima præcepta perfecerit: in uirū consumabitur perfectū. imo appetat uirtutē consecuturā gloriā: sexus infirmitate nō tardante: sanctitatē & uirtutē animi: & oī continentia & passione deuota uiris iustissimis coæquetur. Iā ætātū sermo habeatur in manibus. Et primo quidē arbitror infantia differēdā doctrina. quæ qualitate uel tps uel ætatis: uerbū doctoris non pōt sustinere. Sed quibus oibus beneficio ætatis in malitiā & inocentiā naturalē dari præcepta non possunt. in hoꝝ tamē admonitionē parentes sunt constringendi. quanq̄ accedere ætate ecclesia non deerit: nec cessabit admonendo. Pueris tamen illud insinuandū: primo ut nullo audiēdi desint tpe: quia nec semel possint oia pdoceri. Deinde inocentiā simplicitate cōiungant: ne pueritiā in malitiæ pseueratione continuent. custodiendū quoq; & obseruandū: ne in cæteris ætatibus corrūpatur. Hi sciāt sibi fore gloriosū: si naturali bonitati fidei quoq; bonū: & deificū munus adiungant. ut semp boni: semp sancti: semp inocentes: semper in dei opera & naturæ traditione credulitatis pseuerent. Considerandū illis est: ut casti & pudici pmaneat & frequentius ad ecclesia sciāt cōuenire debere. quia frequētius sunt armādi: qbus adhuc propter ætatē minus stabilē: pugna diaboli futura sit grauior. Obseruāda illis oia cū timore. & ante omnes cauendū a fornicatiōe: quæ initium ad idolatriam habet. & necesse est: ut utrūq; nouerit qui secutus est alterum. Ergo quō credere intelligitur: & desuisse a gentibus: si ea quæ gentiles designant: recolit. Sane obsequentes sint non solū parentibus sed & oibus ætate maioribus. si tamē eorū monita & oratio: nihil legitimis affert impedimēti. deum se habere computēt patrem. Illius sperare debēt hæreditatem: quæ nō in tēporalibus constat: sed in æternis. quoniam si deus illis utile esse preuiderit: etiam temporalia præstabit: maxime cum uiderit unumquēq; æterna scētari: filio eius domino nostro dicente: primum quærite regnum dei: & omnia hæc apponētur uobis. Vnde nulli dubium fore credo: his copiam necessariarū rerum in terris non defuturam: quibus cælestia preparātur. Ergo quia hæc a deo speranda sunt: nulli alii est obsequendum. imo omnibus obsequendum: quia deus uult: non quia ab ipsis temporalis sperari debet aliquid premii: sed quia nos dei ecclesia etiam in his legitima implere intendimus. Postremo gratulandum est his in primo exordio liberi arbitrii: si ad deum accesserint. utpote oēm ætatē suam bono fidei comparantes: q non consumpta ætate in errore: quod etiam postmodū dolerent. sed q adhuc pueri & inocentes ad dei nō tantū ueniam: quantū ad gratiam accessissent consequendā. Iuuenes uero hoc sunt admonendi modo: ut si uxores habeant: doceantur caste uiuere cum uxoribus suis: alienam sciāt sceleratū esse cōtingere. In hoc enim dabit experimentū & documentum renunciasse se ueræ uitæ preteritæ: si postq̄ crediderit: in melius uitæ sit facta reformatio. Tunc enim desinit esse gentilis: & esse inicit christianus: si uniuersa legis caute custodiens: castū se exhibeat & pudicū. Si uero uxores nō habent constringendi sunt ut aut habeant: aut omnino se cōtineant. ne putent sibi eadē licere: quæ gerebant antea. Renunciasse se debent scire diabolo: non uerbis sed factis: Admoneantur & sciāt interdīctam esse fornicationē & adulteriū. nullā fœminā licere contingere excepta uxore. & ipsa deifice cōparatā. Itaq; aut illis ducenda est uxor: aut conseruanda continētia. Sane ne territi fidem differant: sciāt malū esse propter imundiciam non credere. deterius esse impudicos postq̄ crediderint i uentri. & hos homines monendos esse existimo: ut omnibus propter deū obsequantur. Domū suā bene regere discant. si filios habeant: piæ eos tractent: & instruant rebus deificis. Hæc enim sunt signa fidei nostræ. si non solum crediderimus: uerum etiam aliis quæ credimus tradiderimus. Considerandū iuuenibus: ut in omnibus bonis factis ætatē suā superent. aīoq; & uirtute fortes: & apud interiorē hoīem iuuenes deo iudice collocētur. Gratulandū etiā iis qui nō oī ætate cōsumpta: sed in ipso ætatū calore: et in ipsa adolescentia flagitiōꝝ diabolo et imundis factis renunciauerint. ut renouati exhibeant se deo pueros in malitiā. in tentationibus iuuenes: in consiliis et cogitationibus suis senes et graues milites Christi. Sciāt se in pace debere esse sollicitos: et in persecutione fortissimos. Ita nomen militiæ dedisse. et donatiua sic se stipendia sperare uitæ æternæ: ut præter quotidiana pacis certamina: quæ contra diabolū cui renunciauimus gerimus: persecutionis pugnam & prælia cogitemus non corporis supplicia metuenda: sed considerata promissa. Captiuitas potius et sub hoste æterno seruitus: et exilium cælestis patriæ: et dei iudicium: et insultatio inimici et mors æterna: et æterna tormenta ptimescēda sunt. Consideremus nos omnes esse mortales. et necesse esse nos mori. et q̄ gloriosū et predicādū sit: q id quod necesse est pati: expugnetur in gloria. Aptandus est omnis sermo ad destructionem idolatriæ: & martyrii corona laudanda: & omnisfarie ad expugnandū hostē: & ad eius iacula repellenda miles Christi munitus incedat. Is cui euangelizatur: interrogetur quid agat similis est uel officialis. an iudex: rusticus an urbanus. negociator aut agricola. uel opifex: uel in quo actu uitam & conseruationem suam instituerit ut ex hoc allocutio non desit. In eo enim maxime quis peccat: in quo quotidie uiuit. Moneatur igitur miles: ne concutiat: officialis ne calumnietur: iudex ut moderetur: rusticus ut non murmuret: urbanus ut non subdolos & circumsriptor sit: & ne in rebus malis suum exerceat ingenium. negociator ut empta non peiores. agricola ut annonā non capter. opifex ut non illudat uel fallat. Est autem fides ut desinit apostolus Paulus: substantia rerum quas speramus: & iu

de rerum quas non uidemus. Credere & uidere quis non debet: quia ea quae deus promisit potens sit ut promissa sunt facillime praeuenire. Haec nobis inuisibilia ante oculos ponit: ad hanc ingressi & diaboli & potestatum huius mundi: & harum tenebrarum uniuersa deserimus: & deo cum fiducia proximamus. Credere enim & sperare necesse est: quae deus iussit. Cumque ea quae diabolus inseruerit: abnegamus fidem spes sequitur. Itaque de ipsa loquamur. Est igitur spes expectatio rerum omnium quas in fide habemus: per quam saluamur. Paulo scribente apostolo. Spe enim saluati sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. quod autem uidet quis: quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. haec in se habet timorem. non illum dico cuius obliuisci: & quae foras debet mittere quisquis in fide uiuit: sed qui est unus de spiritibus: quibus repletur Iesus sicut Esaias testatur. Exiet uirga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientiae & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientiae & pietatis: & replebit illum spiritibus timoris domini. illum spiritum quem Dauid canit dicens. Timete dominum iusti eius. unde & beati efficiuntur: eodem protestante & dicente. Beatus uir qui timet dominum. illum timorem dicit: qui castus est & pudicus. Quoniam timor castus inquit Dauid permanet in saeculum saeculi. Ergo duplex etiam timor est. Et unus appetendus est: & alius fugiendus. Est igitur timor appetendus admonitio & custodia rerum omnium quas credimus & speramus. Timemus enim iudicium: quia speramus & metuemus dominum. quia forte illum iudicem credimus. Sed quoniam castus timor est dei: & est castitas species continentiae. de continentia et eius uirtutibus nunc uidetur tractandum: Est autem continentia appetitus omnium rerum malarum refrenatio. malarum addunt dicentes definitionem istam communem esse in rebus bonis et malis. Nam qui se a bonis retinet: non est bene continens. sed a malis recte. Sed in omnibus sane preceptis duplex consideratio et doctrina esse debet. et hoc retinendum et obseruandum in caeteris arbitror. unde cum unam partem tractaueris: contrariam noueris: et ita rerum ipsarum institutio exigit. ut cum alteram partem tenueris: alteram necesse est ut deseras. Malorum sane substantiam ab initio esse comperimus. quippe inobedientia iuxta bonum malum est: et his scilicet qui nusquam sunt male comparantes boni tutela seruatur. Continentia igitur docenda est: et tenenda in malis rebus. In bonis autem auiditas eius exigenda est. Quod Dauid pronunciat et docet dicens. Beatus uir qui timet dominum: in preceptis eius cupit nimis. Item continentem esse debere in malis: et appetentem bonorum in alio premonet psalmo sic dicens. Contine linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur insidiosa. Euita a malo: et fac bonum quare pacem et consequere eam. Placet etiam de continentibus conferre. Multos enim ut deo iuxta coniunctionem conjugalem continentes tantummodo: qua contemplatione deus iudicat conscientiam singulorum: et in reliquis continentiae partibus omnibus gentilibus esse deterrimos. Si enim consideras quam plures illorum & iracundi sunt & ebriosi & procaces et superbi: et ex forma ueluti continentiae magis inflati: percussores: maledici: cupidi: tumidi: multum sibi placentes: et magis iudices: illam ipsam quam se preferunt habere continentiam: fomitem et famam et materiam magis subministrasse incontinentiae. Cum utique haec primo seruanda sint in quibus quotidie comprehendimur. et tunc magis in omnibus aliis uitiis uirtus continentiae retinenda. et ad consumationem non coniunctio respuenda. sed pudicitia preponenda est. Nam cum apostolus Paulus ecclesias moneret. non in formem mandauit continentiam: sed in quibus appetenda & inuenienda sit: sic mouit dicens: ut sit inquit sancta corpore et spiritu: diffiniens non esse continentem qui non utraque parte continentissimus fuerit comprobatus. ut magis plurimas sic flagrare cupiditates: sicut exitus docet: & uniuersa genera peccatorum peti uelint. uel quilibet ecclesiae sententiam sustinere. quam a familiari conuersatione discedere: nescientes deum dixisse de talibus. Quicumque respexit mulierem ad concupiscendum eam: iam moechatus est eam in corde suo. Non possunt huiusmodi excusare culpam suam: quia non ad concupiscentiam oculos suos porrexerint. quando sub uno et simul cubant lecto: aut in uno dormiunt lecto. Unde & reprehensi spiritaliter hoc agere profitentur: adicietes extraneis nomina affectuum uel pietatis: sane quoniam & diaboli substantiam accipimus spiritalem: debet addi: sed nequitiae & malitiae spiritualis: adeo propter scandalum ecclesiae & ruinam: cum a se nec persuasione: nec interdicto maiorum natum: nec metu praesentis sententiae: uel futuri iudicii diuelli possint: cum fortissimos etiam quos legitime copulauerunt nuptiae: leue iurgium separet. Quid hoc mali est: quae male indiuidua charitas. ut alienae consanguinitatis affectus separari non possint. Turpe est dicere. quod illos non pudeat facere. Certe uel ab osculo non sunt immunes. quod est pignus & ara serpentis: Sane cum increpaueris: mox haec proferunt uerba: posse integritatem corporis sui comprobari: cum ab ipsis prius mentis requiratur integritas. quam nec etiam corpore omnino possint examinari. Non enim conscientiae latebras hominibus scire: aut nudare permissum est dicente scriptura: homo in facie uidet: deus autem in corde: deus solus intima & secreta circumspicit: sed manifesta est uox domini monentis: a fructibus eorum cognoscetis eos. Si consideretis qualis eorum aspectus: quam torua fronte: quam inuerecunda respiciunt: quantum audaciae in multis magis quam constantiae gerunt: Impudicus in quibusdam cultus est: & affectatus incessus professione iactantiae: & ad hoc huiusmodi professionis ueluti deuotio procedit: ut propter nomen quod solum portant uirginitatis: appetibiles fiant. Inde est quod se iudicant cum se exalare debuerint: deo exhibentes tantummodo obsequium suum: quo remunerationem pudicitiae expectat & sperat: congressi ad limina domus dei: ad orationis horam intecto capite iniiciantur. Interpretantes apostolum conuidentibus corruptoribus suis: de mulieribus maritatis non de uirginibus statuisse: nescientes quod ubique masculos cuiuslibet aetatis uiros nominet: omnes foemias mulieris appellatione designet. Scio me excessum fecisse a proposito tractatu continentiae: sed necessario ut deinceps omnes

Spes

Timor

Continentia

Osculum

omnes homines cuiuslibet sexus plena conscientia sciant: & a quibus se abstineant: & quæ debeant custodire. Aut si in una specie & quolibet genere continentia fuerit observator: nec ad alias uelit monitus accedere: nõ se iactet in numero esse continentium: ne & ipsam partem in qua sibi plaudebat: obstinatione uideatur amittere. Ergo qui ad continentiam docetur: & uult accedere nõ in corpore: aut in una parte corporis: tantummodo debet continentiam quærere: sed in toto animi motu continentia debet observationes agnoscere. Nam qui iracundiam retinet is magis est continens: quã qui linguam a conuitio: a maledictio: a detractio: a mendacio: a periurio & a cæteris linguæ malis abstinet. Is uero est cõtinentis qui uniuersa officia membrorum a malis affectibus subtrahit: qui ipsum denique cogitatum a tota nequitia cõspicit: & omni denegat iniquitatis: is plenus est continens & illum non cum hominibus comparo: sed cum angelis sanctis simillimum recognosco. Nunc iam uobis de patientia: & de eius bonis loquendum est. Est igitur patientia omnium iniuriarum & passionum tolerantia: & de spectionum atque expectationum omnium sine precipitatione sufferentia: quam si quis intellexerit & habuerit contraria uitæ grauius baiulat: omnia bona continet: sororem habet spem: quam superius comprehendit: affines experitur esse sibi res bonas omnes. Patitur enim libenter: quia sperat: & sperando tolerat. Impatienter enim fertur: quod non speratur: omni autem uirtute perfertur quod spe præuente dignoscitur. Aut si spes fructus patientiæ subsequatur: hæc matre gaudet fide: gubernaculum habet dei timorẽ: et spem ac continentiam genus et propinquitatem. Inde gloriosi dei testes efficiuntur: dum fide pleni: dum dei timore solliciti: dum continentia discipuli: dum filii spei duce sapientia reperiuntur. Deinde cohæredes Christi: dum illum usque ad mortem patientiæ uirtutibus imitantur. Inde iusti dum omnia patienter operantur. Sed iam de iusticia differamus. Est enim iusticia singularum rerum et personarum æquissima distributio: quam quis obtinens & cui quis adhærens: uitam suam disposite & sine turbatione conseruat: custodit in omnibus æquitatem: scit quid deo debeat: quid sanctis & cæteris qualibus reddat: quid non denegat potestatibus huius sæculi: quid sibi retineat: quid proximo competat: quid alienis concedat aut congruat. Iustum enim est deum colere: & diligere ex toto corde: et ex tota anima: et ex tota uirtute. sanctos et cæteros quales honorare tributa pendere potestatibus: superbum non esse: sed magis mitẽ et humilem: proximos tanquam se diligere. alienos et inimicos nõ persequi odio: sed amare: subiectum esse prioribus uel ætate maioribus: quia et dominus noster cum esset omnium dominus: a Ioanne Baptista qui maior in natis mulierum: qui prior ab illo in natiuitate hominum erat: baptizatur: et sic impleri omnem iusticiam protestatur. Ex hac misericordia nascitur: obsequium deificum generatur. In his omnibus quisquis inuenitur: non immerito in Christo dicitur permanere: quoniam hæc omnia Christus est. Paulus gloriosus nos informat et instruit de Christo dicens: Qui est nobis a deo iusticia et iustificatio et sanctificatio & redemptio. Item alio loco: Qui est misericordia & pax et dilectio: quam græci αγαπήν uocant ad quam nunc transitus facimus: quia in omnibus maior est. Inter cætera sic fatetur beatus Paulus. Manent autem tria hæc fides spes et dilectio: sed maior his dilectio est: ergo est dilectio uinculum animorum casta et sineera et sine æmulatione. Charitas consumatio omnium mādatorum: breuis regula omnium preceptorum: quam quis cum habuerit: omnia habet: sine hac alia omnia remanet imperfectus. Et ut cognoscat uestra prudentia quantum charitas ualeat: legimus responsum domini in euangelio dicentis: Cum enim interrogaretur sic ait. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota uirtute tua: et diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet et propheta. Vides in hac sola uniuersa legis cauta pendere: uere quisquis hanc habet: iam deus et dei filius dici potest. Ex hac sola deo poterit similis esse. Considera deum qui diligit: nunquid sperat: nunquid timet: nunquid fidit: Non: sed tantum diligit. Deus inquit Paulus cum dilexisset mundum: misit unicum filium suum in similitudine carnis peccati: ut de peccato condemnaret peccatum in carne. Inde et Paulus præponit illam omnibus rebus bonis dicens: Et si locutus fuero linguis hominum et angelorum charitatem autem non habeam: nihil sum: ac si æramentum tinniens aut cymbalum concrepans. Et si habuero prophetiam et cognouero omnia mysteria et omnem scientiam: et si habuero fidem ita ut montes transferam & distribuero omnia mea in cibos pauperum: & si tradidero corpus meum ut ardeam: charitatem autem non habeam nihil sum. Charitas magnanima est: charitas benigna est: charitas non æmulatur: non cogitat malum: non gaudet super iniusticiam: gaudet autem in ueritate: omnia sustinet: omnia credit: omnia sperat: charitas nunquam excidit. Ergo qui hanc ueluti speciem uoluerit innuere: tota illa scripturæ sunt referenda: omnis aperienda lex: propheta insinuandi: omnes uirtutes Christi: actus: mandata insinuanda. Apostolorum quoque doctrina aperienda: penitus & docenda est. Et quamuis omnes quas supra tractamus species: ad plenum tractatum hominibus incõprehensibiles sint: multo tamen magis ea in qua omnes consumantur & pendunt: maxime cum Ioannes euangelista interdixerit nobis in epistola sua disputare de ea: cum illam & dei filium esse dicit & deum patrem sic docens: deus dilectio est. Si potest quis de toto deo differere: potest & de dilectione quæ deus est. Ergo si sacrilegium est de deo tantum quantum non licet disputare: tacere religiosum & alienum nõ erit: de dilectione eterni sentienda tanta sunt: quanta & de ipso deo: quoniam deus dilectio est. Vnusquisque igitur se cognoscat: quia si quis in se habet dilectionem habitaculum est dei: quia deus qui dilectio est manet in illo: docet iam finem specierum in dilectionis plenitudine omnium rerum bonarum consummare: maxime cum omnia sint tractata. Aut si quid pretermisum est: in mundi plenitudine uideatur esse cõclusum. Veniam ante omnes a tua postulo sincerissima sanctitate: orans ut tua sanctitas quæ peritior in uia dei & sanctior comprobata est: in omnibus in quibus mediocritas mea uel pretermisit: uel inuenta plenius explanare non potuit: correctam reformare & supplere dignetur. Aut si probaueris: ut est a nobis opusculum cceptum te petente & deo adiuuante perfectum: non habere quod desit: in

Continentia

Patientia

Iustitia

Dilectio
Charitas

Amia

orationibus tam tuis sanctis: quoniam omnium fratrum memoriam mei habeas. Ut sciant æmuli fidei meæ præstitam esse rationem: & conuenire cum ecclesia recognoscant: & magis magisterium sumant: ut non solum gratulentur nos credidisse: uerum etiam aliquantulum inimicis & credentibus profuisse.

Tractatus beati Hieronymi de essentia trinitatis & membris domini: cuius effectum subiectum indicat argumentum.

Epistola Sexta.

Deum trinum in personis: inuisibilem: incorporeum: incomprehensibilem: immensum: immutabilem: simplicem: & immortalē docens infert: Cuncta quæ in scripturis uel de motibus animæ uel de humanis membris tradunt: in deo non carnaliter sed spiritualiter & figuraliter intelligenda: singulariter in membris & motibus dei in scripturis tradita: mysticum & spiritualement sensum exponens.

Minipotens deus pater & filius & spiritus sanctus: unus atque trinus: unus uidelicet in natura: trinus in personis: solus inuisibilis: solus immensus atque incomprehensibilis: solus incircumscriptus: solus incorporeus & immortalis: ubique præsens sed latens: ubique totus sed immensus. Inuisibilis est: quia in essentia sua uideri non potest apostolo testante: qui ait: Quem uidit nullus hominum: sed nec uideri potest. Et in euangelio: Deum nemo uicit unquam. Incorporeus est: quia nullis membris lineamentis compositus est siue compactus existit: sicut ueritas in euangelio dicit. Spiritus est deus: & qui adoratur eum: in spiritu & ueritate oportet adorare. Immensus est: quia quantitas eius uel qualitas a nullo mentiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans ait: si cæli & cæli cælorum te non capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui: Incircumscriptus est: quia circumscribi non potest. Illocalis est: quia de loco ad locum nequaquam transit: nec quolibet detinetur ipso de se per Esaiam testimonium perhibente: Cælum sedes mea est: terra scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam: cælum & terram ego impleo: Cuius immensitate propheta in psalmis confitens ait. Si ascendero in cælum: tu illic es: & cetera. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est: excelsum cælo est. Et unde agnoscis: Longior est terra. Immensitas eius latior est mari. Qui cælum & terram implet: proculdubio nullus locus est eius presentia absens: super omnia quippe est regendo atque imperando subiectus est omnia sustinendo atque portando: non pondere laboris: sed infatigabili uirtute. Immutabilis est: quia ab eo quod est: omnino mutari non potest: ipso dicente per Malachiam prophetam. Ego dominus & non mutor. Ideo deus immutabilis dicitur: quia misericordia eius: ira: furor: poenitentia: obliuio: recordatio: & alia his similia ei non accidunt: simplex enim natura est: & immutabilis: & imperturbata neque aliud est ipse & aliud quod habet: sed ipsum est: quod habet: & quod est immortalis est: quia mori non potest apostolo dicente: qui solus immortalitatem habet: & lucem habet inaccessibleem: quem uidit nullus homo: sed nec uideri potest. Ubicumque autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros in deo motus animæ: seu humana membra describit. id est: caput: capillos: oculos: palpebras: aures: nares: os: labia: cor: linguam: imaginem: utrum: manum dexteram: sinistram: digitos siue digitum: alas: scapulas: posteriora: pedes: Item motus animæ iram: furorem: obliuionem: poenitentiam: recordationem: & his similia: non carnaliter iuxta historiam a recte intelligentibus sumenda sunt: sicut a iudeis & plerisque hæreticis carnaliter sapientibus: qui deum corporeum atque localem opinantur: sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & contuenda sunt. Siquis enim deo humana membra seu motus animæ: more humano inesse credit: proculdubio in corde suo idola fabricat: Cum ut dictum est: figuraliter in deo caput legimus ipsam essentiam diuinitatis eius quæ omnia precedit: & cui omnia sunt subiecta: intelligere debeamus: capillos uero capitis eius sanctos angelos seu uniuersos electos accipi oportet. De quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est: aspicebatur donec throni positi sunt: & antiquus diebus sedit: uestimentum eius quasi nix candidum: & capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimenta candida dei: quod & per capillos capitis sui: eius sanctos uel angelos & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur: ut per hoc antiquus dierum credatur esse. Oculos deus dicitur habere: pro eo quod omnia uidet & nihil eum latet. In cuius conspectu ait apostolus: nulla creatura inuisibilis est: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter enim oculi respectu gratiæ eius intelliguntur: ut est illud in psalmo: preceptum domini lucidum illuminans oculos: palpebræ domini occulta & incomprehensibilia iudicii sui spiritualis in diuinis libris eius insinuantur: de quibus occultis & incomprehensibilibus sacramentis atque iudiciis in psalmo legitur: palpebræ eius interrogant filios hominum. id est: probant. Aures dicitur habere dominus propterea: quia omnia audit. Nihil eum sub silentio latet: de quo in libro sapientiæ dicitur: Auris cæli audit omnia: & tumultus murmurationum non absconditur. Nares dei inspiratio eius in corde fidelium: ut est illud in libro regum. Ascendit fumus de naribus eius. id est: lachrymosa compunctio poenitentium in inspiratione eius. Facies dei cognitio ueritatis: seu cognitio diuinitatis eius ad homines: de qua cognitione in psalmo scriptum est: Ostende nobis domine faciem tuam: hoc est dona nobis cognitionem tuam: quæ cognitio per filium omnibus hominibus innotuit: ipso dicente in euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filii dei: de qua ipse dominus ad Moysen per ipsum angelum respondit: posteriora mea uidebis: faciem autem meam uidere non poteris: Os uero dei filius dei patris. id est: Christus dominus: de quo Esaias propheta ex iudeorum persona affatus ait: Quia os eius ad iracundiam uocamus: aliter uero os domini sermo eius siue uisio accipitur de quo sermone dei predictus propheta ait: Os domini locutum est: hoc est uerbum filius dei patris: per quod omnia facta sunt: de quo in psalmo dicitur: Verbo domini cæli firmati sunt. Et alibi. Misit uerbum suum: & saturauit eos. Et in euangelio. In principio erat uerbum. Lingua domini mystice significat spiritum sanctum: per quod deus pater secretum suum manifestauit hominibus: unde in psalmo: lingua mea calamus scribe uelociter scribentis. Labia dei mystice utriusque testamenti consonantia intelliguntur: de quibus duobus testamentis in uerbiis dicitur. Et diuinitas in labiis eius: in iudicio non errauit os eius. Brachium uel brachia dei patris filius

monte

filius eius & spiritus sanctus intelligitur: sicut est illud in Esaia: Et brachia mea populos iudicabunt. Brachium dei patris singulariter filius eius accipitur: de quo Hieremias ad ipsū ait. Et nunc domine deus: qui eduxisti populū tuū de terra aegypti i manu forti & brachio extēto. Ideo autē filius dei brachiū dicitur: quia creatura electa ab ipso continetur. Dextera dei patris unigenitus filius accipitur: de quo in psalmo ex persona hominis assūpti dicit: Dextera domini fecit uirtutē: dextera domini exaltauit me. Aliter uero dextera domini gloriam patris & aeternā beatitudinē significat: de quo in psalmo ex persona patris dicitur ad filiū: sede a dextris meis: dicitur autē dextera dei omnis electa creatura in cælo & in terra: sicut per sinistram eius intelligitur reproba creatura. i. demones & omnes impii: qui ad læuam positi aeterna supplicia sustinebūt. Manus dei patris filius eius accipitur eo q̄ p̄ ipsū oīa facta sunt. Aliter uero manus dei potestas intelligitur: de qua potestate i libro Hieremias dicit. Sicut lutum in manu figuli: ita uos in manu mea domus Israel. Itē nōnunq̄ manus domini flagellū accipitur de cuius percussione in Sophonia propheta scriptū est: Extendā manū meā super Iudā: & sup̄ habitantes israel: & disperdā de loco hoc reliquias Baal: pro qua domini percussioe beatus Iob de seipso ait: manus domini tetigit me. Digitus domini singulariter spiritus sanctus accipitur: a quo spiritu sancto lex in duabus tabulis lapideis scripta narratur in modo Synai. Ipse enī scripsit: qui scribenda dictauit. i. spiritus sanctus: de quo spiritu sancto dominus in euangelio: Ego in digito meo eiicio demonia: quod alius euangelista apte declarans ait: Si ego in spiritu dei eiicio demonia. Sicut enī digitus cū manu uel brachio: manus uero uel brachiū cū corpore sūt i natura unū: ita pater & filius & spiritus sanctus: tres quidē sunt i psonis: una uero substātia diuinitatis. Digni dei pluraliter sancti intelligunt̄ propheta: p̄ quos sanctus spiritus legis ac prophetarū libros sua ispiratiōe describit: de q̄bus in psalmo dicitur: Videbo cælos tuos opera digitorū tuorū. Per cælos enī libros legis & prophetarū: p̄ digitos uero sanctos ut dictū est prophetas: mystice insinuauit. Imago dei patris inuisibilis: aliter nāq̄ est imago dei p̄ris in filio suo: quem non aliunde sed ex semetipso: hoc est ex substantia sua: & per oīa sibi simīle & æqualē genuit. Aliter uero in aīa hoīs: quā non ex se. i. de substantia sua: sicut pleriq̄ hæretici opinati sunt genuit: sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago cuiusq̄ regis in filio eius: quē ex semetipso sibi simīlem genuit. i. hō hoīem. Aliter uero in annulo siue in cæra imago est impressa: quæ non est: quod ipse filius qui naturaliter hoc est q̄ & pater. Cor dei patris est arcanū eius sapientiæ mystice: ex quo uerbum idest filiū suū impassibiliter sine initio genuit: ipso dicēte: Eructauit cor meum uerbum bonū. Alas deus dicitur habere: pro eo quod more auis electos suos tāq̄ pullos sub se colligit: fouet: & ab insidiis diaboli & malorū hoīum p̄tegit. Vnde p̄pheta: Sub ūbra alarū tuarū protege me. Scapulas habere dicitur: quia infirma mēbra ecclesiæ quasi in scapulis portat. sicut i psalmo dicit: Scapulis suis obunbrabit tibi. Venter dei secreta origo substantiæ eius accipit̄. Vnde in psalmo: Ex utero ante luciferū genui te. Aliter uterus dei: incōprehensibilia iudicia eius: quæ rimari nequeūt: insinuatur mystice. de quo occulto iudicio eius in libro Iob scriptum est. de cuius uēro egressa ē glacies: & gelu de cælo quis genuit. Posteriora filii dei incarnatio eius accipitur: de qua posterioritate filius in monte Synai ad moyse p̄ angelū loquens ait: Posteriora mea uidebis: faciē autē meā uidere nō potes. Pedes dei stabilitū & uirtus eius est: eo q̄ ubiq̄ præsens est: & uniuersa ei subiecta sunt. Illo ipso dicente per Esaia prophetam: Cælum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Aliter pedes filii dei incarnatio intelligitur: quæ diuinitati subiecta est tanq̄ capiti pedes. Sicut enī per caput diuinitas: ita per pedes eius humanitas eius exprimitur: de qua in Exodo scriptū est: Viderunt Iesum dominum: hoc est Moyses Aaron & Nadab & Eliud & septuaginta de senioribus populi sub pedibus eius quasi lapis sapphyrius: & quasi cælum cui serenum sit. Sicut autē p̄ lapidē sapphyrium cælestes uel sanctos angelos: ita p̄ cælum serenum sanctā ecclesiā electorū ex hoībus assumptā figuraliter demonstrare uoluit: super quas duas creaturas homo assumptus filius dei in perpetuum regnat: de quo in psalmo dicitur Omnia subiecisti sub pedibus eius. Aliter autē dei pedes. i. Iesu Christi: significati sunt sancti predicatores: de q̄bus in Deuteronomio scriptum est: Qui appropinquauit pedibus eius: accipiet de doctrina eius. Vestimentū filii dei aliquando caro eius: quæ a diuinitate est assumpta: in diuinis libris figuraliter accipitur: de quo indumēto carnis Esaia ait: Quis est iste qui uenit de Edō: tinctis uestibus de bosra: Rursus uestimenta eiusdē domini sancta accipitur ecclesiā: quæ per fidē & dilectionē ei coniuncta est: de qua dicitur in psalmo: Dominus regnauit: decorē induit. Et in psalmo alio ad ipsū dominum confessionē & decorē induisti: amictus lumine sicut uestimento. Pallium iam dicta eius ecclesiā intelligitur: de quo in libro Genesis scriptum est: lauit in uino stolam suā: hoc est in passione & sanguine carnē suā. Calciamenta domini nostri Iesu Christi mystice significant incarnationē eius: quā ex mortalitate humani generis assumere dignatus est: de qua incarnatione sua ipse p̄ prophetā in psalmo ait. In Idumeā extendā calciamentū meū. i. in plebe gentilium manifestabo incarnationē meam. Gressus dei aduentus filii dei in mundū: & regressus ad patrē de quibus psalmus ait: Visi sunt gressus tui deus: gressus dei mei. De utero uero nascendo positus est in præsepio: quia postq̄ omnia impleuit pro q̄bus a patre missus uenerat: appensus est in ligno crucis: de cruce autē depositus secundū corpus: sepultus est: & secundū animā ad infernum descendit. Tertia autem die per potentiam suā diuinitatis carnem suam de sepulchro suscitauit. Et post diem resurrectionis quadragesimo die uidentibus apostolis ascendit in cælum: & sedet ad dexteram patris. i. ad gloriam eius. Hi sunt enim gressus filii dei: iste descensus & ascensus eius: qui frequenter in sacris scripturis legitur. Ascendere dicitur deus: cum filius carnem ex nobis assumptam i cælum uelut captiuā duxit captiuitatē: quia naturā hūani generis quæ a diabolo i mūdo captiua retinebat̄ assumēs locū i cælū ubi nunq̄ a te fuerat: tanq̄ captiuā deportauit. Abscondere faciē suā deus legit̄ cū hoībus q̄busdā eorū exigētibus culpis: cognitiōnem suā abscondit: sicut in populo iudæorū nūc impletū uidemus: quia negātes filiū dei sciētīā iudæi ita p̄didērūt.

ut similes fierent gentibus quæ deū non nouerunt. Ostendere faciē suā dicitur deus: cū respectū gratiæ suæ qui-
bus uult scilicet electis suis: in corda eorū occulta inspiratione insinuat: & ad diligendū se; amorē suū infundit.
Sedere dicitur deus non corporaliter humano more: sed potentialiter super omnē creaturā regnando eā possi-
dere. Vnde est illud in psalmo. Regnabit dominus super omnes gentes: deus sedet super sedem suam. Sedere
autem deus dicitur super Cherubin quod interpretatur plenitudo scientiæ: per quod significantur sancti ange-
li: siue mentes spiritualium uirorum: in quibus deus inuisibiliter presidet & regnat. In illis enim sedent: qui sciē-
tia eius & dilectione pleni sunt. In prouerbis quippe Salomonis: Anima iusti sedes est sapientiæ. Sapientia ue-
ro dei patris Christus est: qui in animabus sanctorum dei sedere dicitur. Descendere deus in mundum dicitur:
quando aliquod nouum quod ante non fecerat in creatura humana operatur: sicut filius dei patris descendisse
narratur: quando uerā carnē ex Maria uirgine propter redēptionē nostrā suscepit: & deus homo fieri dignatus
est non amittendo quod erat: sed assumendo quod non erat: de cuius assūptione. i. incarnatione ut in psalmo scri-
ptū est: Inclinauit cælos & descendit & caligo sub pedibus eius. Cælos inclinauit: qui aduentū suū pronunciat:
angelos siue prophetas misit: qui aduentū eius hoibus nunciarent. Caligo sub pedibus eius: quia ipii hoies ob
suā malitiā incarnationē eius agnoscere non potuerunt: nec adhuc possunt. Stare deus dicitur: cū nos infirmos
.i. suā creaturā: ad pœnitentiā & conuersionē patienter sustinet: ut est illud in Abachuc propheta: Stetit & men-
sus est terrā: & dissoluit gentes. i. stetit ad superueniendū: & dissoluit credentes in se a uinculis peccatorū. Tran-
sire dicitur deus cū de cordibus quorundā hominū in quibus antea per fidē condebat: postea sub repente p-
fidia: uel quolibet delicto: ab eis recedit & ad alios transit: quē admodū de Iudæis ad gentes: de hæreticis ad ca-
tholicos: seu de quibuslibet irreligiosis & negligentibus pro uitio suo recedere dicitur: & ad alios transire: quod
non localiter aut uisibiliter sed inuisibiliter occultoq; iudicio facere consueuit. Ambulare dicitur deus: nō de lo-
co ad locū transeundo: quia ipiū est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorū delectatio: sicut scri-
ptū est: Et inhabitabo in eis: & ambulabo: & ero illorū deus. Vel certe dei ambulare est in sanctis predicatoribus
suis de loco ad locū transire. Loqui dei est inuisibiliter sine uoce uel quolibet strepitu in mentibus sanctorū uo-
luntatē suā atq; rectū intellectū inspirare: seu futura sicut in sanctis prophetis reuelare: quæ locutio dei ut qui-
dā uolunt: tribus modis accipitur. Primo nāq; modo per subiectā creaturā: sicut ad Moysē in rubo & igne ap-
paruit: uel sicut ad Abrahā atq; Iacob & ceteros sanctos: quibus in angelis apparuit. Secūdo uero modo in sō-
niis: sicut ad Iacob & ad zachariā prophetā & ad Ioseph spōsū Mariæ & aliis sanctis: quibus secreta reuelare uo-
luit. Tertio autē modo neq; p creaturā uisibile neq; p hoiem: sed occulta cū inspiratione inuisibiliter corda eorū
tangendo efficit: sicut in libris prophetarū scriptū est: cū ipsi propheta subito afflati spiritu sancto exclamant di-
centes: hæc dicit dominus: dei est bona acta pbare: sicut & illud in Genesi: Vidit deus cūcta quæ fecerat & erāt
ualde bona. i. intelligentibus esse bona demonstrauit. Aliter uidere dei est mala hominū scienter reprobare: si-
cut est illud in Esaia propheta. Et uidit deus: & apparuit malū in oculis eius. Itē aliter uidere dei est nos uiden-
tes facere: ut est illud in psalmo. Proba me domine & scito cor meū. Modus iste locutionis in libro Job similiter
reperitur: ubi de sapientia patris postq; plurima insignia locutus est de deo patre adiunxit: tunc uidit illā: & enar-
rauit: & inuestigauit: & iperauit. i. uidētes fecit atq; predicantes: & inuestigantes atq; aliis nunciātes. Cognosce-
re dei est cognoscentes facere: ut qui prius de se quales essent incogniti erāt: p eius interrogationē & probationē
quales essent sibi metipsis cogniti fierēt: tale est illud in lege Moyli de populo israelitico: Tētabo iquit eos: utrū
custodiant mandatū meū an nō. Nescire dei dicitur quosdā reprobos reprobare: sicut in euāgelio dicit: Nescio
unde sitis: recedite a me omnes qui operamini iniquitatē. Cælare dei dicitur: cū creaturā suā: quā non uult peri-
re: sepe castigat: cōprimit: atq; flagellat & flagellando adducit ad se: uel cælare dei dicitur: cū nullū peccatū ipu-
nitū uult relinquere. Iustus est eni: & ideo omnis iniusticia execrabilis est illi: quia ut dictū est nihil impurū pa-
titur impunitū. Irasci dicitur: non animæ motu uel quauis aliā perturbatione: quæ oīno illi accidere non potest
sed creaturæ delinquenti. i. hoibus ipiis & peccatoribus iustam dicitur inferre ultionē: hoc est reddere illis quæ
merentur: & hec est ultio diuina: iste furor eius dicitur. Pœnitere deus dicitur: non q; more hominum de transa-
ctis operibus pœniteat: qui eni oīa nouit ante q; fiant: pro suis preteritis actibus pœnitere non potest: sed pœni-
tentia dei est statuta mutare. i. de bono exigentibus culpis malū: de Saule legitur pœnituisse deū: q; cōstituit eū
regē: uel sicut nūc uidemus in populo Iudæorū: qui cū esset populus dei ob impietate suā factus est synagoga sa-
thana. De malo uero in bonū sicut accidit in populo gentium: qui cū prius non esset populus dei: nunc autē p
gratiā christi populus dei factus est. Hoc quippe modo occulto dei iudicio Iudas christi proditor de apostola
tus lapsus gradu in inferni baratro demersus est. Latio uero post crimen rapacitatis de cruce ad paradisu tran-
slatus est. Hanc quoq; mutationē de bono ad malū ut dictum est: siue de malo ad bonum: quia occulto iustoq;
dei iudicio p sentētia iusticiæ suæ siue p misericordiā eius fiat: pœnitentiā dei dicimus: sicut expressius in libro
Hieremiæ scriptū est. Non pœnitere dei est statuta nullo modo mutare: unde est illud in psalmo. Iurauit domi-
nus & nō pœnitebit eū. Et pater ad filiū: Tu es sacerdos in æternū secūdū ordinē Melchisedech. Sacerdos eni dei
patris dictus est filius dei nō secūdū diuinitatē sed secūdū humanitatē: i qua se pro nobis p passionē & mor-
tē suā acceptabile sacrificiū deo patri obtulit: & ipse est sacerdos qui & sacrificium. Oblitus dicitur deus cum q
busdā ipiis & peccatoribus nō misereat: quod utiq; nō facit ppter crudelitatem quæ in deo nō est: sed p occultum
iustumq; iudicium suum. Indurare dicitur deus quorundā corda malorū: sicut de Pharaone rege ægypti scrip-
tum est: nō q; omnipotēs deus per potētiam suā eorū corda iduret: quod ipium est ita credere: sed exigētibus eorū
culpīs cū duricia cordis: quā ipsi sibi oīa mala perpetrando nutriunt nō aufertur: quasi illos obliuiscitur quos
in isto

Cherubin

Locutio dei

Sicut

in isto iudicio induratos finit. Dormire dei est: cum unigenitus dei patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est cuius morte recte dulcis fuisse predicatur: ipso dicente per Hieremiam prophetam: Ideo quasi in somno excitatus sum: & uidi: & sonus meus dulcis est mihi. Aliter dormire deus dicitur: cum fides eius inter prosperitates huius mundi: in quorundam corda fidelium non uigilat: sed dormit: hac dormitationem ipse significauit cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei est anxius tarde subuenire: sicut est illud in psalmo: Exurge quare obdormis domine: Vigilare dei est in defensione suorum electorum: & ultione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

Beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papam obsecrans: ut sibi respondeat cui in Syria debeat communicare. Epistola septima.

Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seruis ostio: media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipse qui nullis contra se uiribus superari potest: publicani precibus uincitur. Niniue ciuitas quae peccato periit: stetit. Quorsu ista tam longo repetita principio: uidelicet ut paruum magnus aspicias: ut diues pastor morbida non contenas ouem. Christus in paradisu de cruce latrone iulit. Et ne quis aliquando seram conuersionem putaret: fecit homicidii poenam esse martyrium. Christus inquam prodigium filium reuertente laetus amplectitur: & nonagintanoue pecudibus derelictis: una ouicula quae remanserat: humeris boni pastoris aduehitur. Paulus ex persecutore fit predicator: oculis carnalibus excacatur: ut mente plus uideat: & qui uinctos Christi famulos ducebat ad concilium iudaeorum: ipse postea de Christi uinculis gloriatur. Ego igitur ut ante iam scripsi: Christi uestem in Romana urbe suscipiens: nunc barbaro Syriae limite teneor: & ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam: quid mererer: ipse constitui. Verum ut ait Gentilis poeta. *Caelum non animum mutat: qui transmare currit.*

Ita me incessabilis inimicus post tergum persecutus est: ut maiora in solitudine bella nunc patiar. Hinc enim praesidiis sulca mundi Arriana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere festinat. Monachos: circa comanentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interi clamito: si quis cathedrae Petri iungitur: meus est. Milesius: Vitalis atque Paulinus tibi haerere se dicunt: possem credere: si hoc unus assereret: nunc autem duo mentuntur aut omnes. Idcirco obtestor beatitudinem tuam: per crucem domini: per necessitatem decoris fidei nostrae & passionem: ut qui apostolos honore sequeris: sequaris & merito ita in folio cum duodecim iudicaturus sedes: ita te alius senem cum Petro cingat: ita municipium caeli cum Paulo consequaris: Ut mihi litteris tuis apud quem in Syria debeam communicare significes: noli despicere animam pro qua Christus mortuus est.

Secundus tractatus de impugnationibus diuersarum haeresum & haeticorum beati Hieronymi ad marcellam contra Montani haeretici insaniam: qui promissionem sancti spiritus in se dicebat esse completam ostendens non in eo tantum sed in aliis eius dogmata a catholica ecclesia discrepare: quis autem fuerit ipse moranus & quo tempore haeresis suscitata sit habes quinto historiae ecclesiasticae libro. Epistola octaua.

Estima de Ioannis euangelio congregata tibi quidam Montani sectator igessit: in quibus saluator noster se ad patrem itur: misurumque paraclytum pollicetur. Quae in quod promissa sint tempus: & quo completa sint tempore apostolorum acta testantur. Decima die dixit post ascensum domini hoc est qui quagesima post resurrectionem spiritum sanctum descendisse linguaeque credentium esse diuisas: ita ut unusquisque oium gentium sermone loqueretur. quando quidam adhuc paru credentium multo eos ebrios asseribat. & Petrus stans in medio apostolorum omnisque conuentus ait: uiri iudaei & omnes qui habitatis in Hierusalem: hoc uobis notum sit: & auribus percipite uerba mea. Non enim sicut uos aestimatis hi ebrii sunt: nam est hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per Iohel prophetam: In nouissimis diebus dicit dominus. effundam de spiritu meo in omnem carnem: & prophetabunt filii & filiae eorum: & iuuenes uisiones uidebunt: & seniores sonia soniabunt. & quidem in seruos meos & ancillas effundam de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus super quem dominus fundauit ecclesiam & prophetiam & promissionem domini illo tempore completam memorauit: quomodo possumus nobis aliud tempus uindicare: Quod si uoluerint respondere: & Philippi deinceps quatuor filias prophetasse & prophetem Agabum reperiri: & in diuisionibus spiritus inter apostolos & doctores prophetas quoque apostolo scribente formatos: ipsique Paulum apostolum multa de futuris haeresibus & de fine saeculi prophetasse: sciant a nobis non tam prophetiam repelli quae domini signata est passione: quam eos non recipi: qui cum scripturae ueteris & nouae auctoritate non congruant. Primum in fidei regula discrepamus. Nos patrem & filium & spiritum sanctum in sua unum quemque persona ponimus: licet substantia copulemus: illi Sabellii dogma sectantes trinitatem in unius personae angustiis cogunt. Nos secundas nuptias non tam appetimus quam concedimus: Paulo iubente ut uiduae adolescentulae nubant: illi in tantum putant scelerata coniugia iterata: ut quicumque hoc fecerit adulter habeatur. Nos unam quadagesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore nobis congruo ieiunamus: Illi tres in anno faciunt quadagesimas: quasi tres passi sint Saluatores. Non quo & per totum annum excepto Pentecostem ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate: aliud uoluntate munus offerri. Apud nos apostolorum locum episcopi tenent: apud eos episcopus tertius est. Habent enim primos de pepusa phrygiae patriarchas: secundos quos appellant Cenones: atque ita in tertium. id est pene ultimum locum episcopi deuoluuntur: quasi exinde ambitiosior religio fiat: si quod apud nos primum est: apud illos nouissimum sit. Illi ad omne pene delictum ecclesiae obferant fores: nos quotidie legimus: malo poenitentiam peccatoris quam mortem. Et nunquid qui cadit non resurget: dicit dominus: Et conuertimini ad me filii conuertentes: & ego curabo contritiones uestras. Rigidi autem sunt: non quo & ipsi peiora non peccent: sed quod inter nos & illos sit: quod illi erubescunt confiteri peccata quasi iusti: nos dum poenitentiam agimus. xviii.

*Episcopi tertii loci
Apostolorum in ecclesia*

mus:facilius ueniam promeremur.Prætermitto scelerata mysteria quæ dicuntur de lactante puero:& de uictu
ro martyre cōfarrata:malo iniqua non credere:sit falsum omne:quod sanguinis est.Aperta est cōuincēda blas
femia dicentiū:deum primum uoluisse in ueteri testamento per Moysen & prophetas saluare mundum: sed
quia non potuerit explere:corpus sumpsisse de uirgine:& in Christo sub specie filii predicantē mortem obisse
pro nobis.Et quia per duos gradus mundum saluare nequiuert:ad extremum per spiritum sanctum in Mon
tanum Priscam & Maximillam insanas scēmas descendisse:& plenitudinem quam Paulus non habuerit di
cens:ex parte cognoscimus:& ex parte prophetamus:& nunc uidemus per speculum in enygmate: abscisū &
semiuirū habuisse Montanū.Hæc sunt quæ coargutione non indigent:perfidia eorū exposuisse:superasse est.
Nec necesse est ut singula deliramenta quæ proferunt:breuior epistolæ sermo subuertat:cum & tu ipsas scrip
turas apprime tenens:non tam ad eorū mota sis quæstiones:quæ quid sentirem a me uolueris sciscitari.

Beati Hieronymi contra Iouinianum hæresiarcham Satyrici libri:cuius dogmata qualia fuerint: quæ beatus
Hieronymus destruit & refellit:infra scriptum indicat argumentum.

Ex libro Augustini de hæresibus:ad quod uult deum diaconum Iouinianus.

Iouinianus hæresiarcha de monachō clericus docebat sicut stoici presbyteri omnia peccata paria esse:
nec posse hominem peccare lauacro regenerationis accepto:nec prodesse ieiunia: uel cibis aliquibus
abstinentiam. Virginitatem uiduitati:coniugatosq; fornicatoribus etiam post pœnitentiam æquabat
adeo ut sacra uirgines prouecta atatis quædam in urbe romana:ubi hoc docebat nupserint:unius quoq; meri
ti:præmi:retributionis:ordinisq; omnes iustos esse apud deum.Cito tamen secta hæc oppressa extincta & ad
nihilum cassata est reuelante beato Hieronymo:nec ad aliquorum sacerdotum deceptionem peruenit:Dama
so papa:Valentiniano augusto:Arcadio & Bautone consulibus.

Beati Hieronymi contra Iouinianum Satyricus liber primus:& Epistolæ nonæ.

Cap.I.

Pauci admodum dies sunt:quæ sancti ex urbe Roma fratres cuiusdam Iouiniani commentarios tran
smiserunt:rogantes ut eorum ineptiis responderem:& Epicurum christianorum in euangelico atq;
apostolico uigore contererem:quos cum legissem & omnino non intellexissem:cœpi reuoluere cre
brius:& non uerba modo atq; sententias: sed singulas pene syllabas discutere:uolens prius scire quid diceret:&
sic uel probare uel redarguere quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est:& tantis spurcitiis spurcis
simus sermo confusus: ut nec quid loquatur: nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur: potuerim in
telligere. Totus enim tumet: totus iacet: attollit se per singula: & quasi debilitatus coluber: in ipso conatu frangi
tur: non est contentus nostro. i. humano more loqui: altius quidam aggreditur.

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. *Horatius de arte*

Quod ipse.

Non sani esse hominis: non sanus iuret Orestes. *Terentius*

Præterea sic inuoluit omnia: & quibusdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat: ut illud plautinarum lit
terarum ei possit aptari.

Has quidem præter Sibyllam leget nemo. *Plautus*

Nam diuinandum est. Furiosas Apollinis uates legimus. Et illud uirgilianum: Dat sine mente sonum. Heracl
tum quoq; cognomento σκότειον id est tenebrosus sudates philosophi uix intelligunt. Sed quid ad nostrū
civium uationem cuius libros multo difficilius est nosse: quæ uicere: quæ & i uictoria nō parua sit difficultas. Quis
enī eū superare queat: cuius assertionem penitus ignoret: Et ne lectorem longius trahā: cuiusmodi eloquentiæ
sit: & cuius uerborum floribus ornatus incedat: secundi libri sui monstrabit exordium: quod hesternam crapu
lam ructans ita euomit. Satisfacio inuitatis: non ut claro curram nomine: sed ut rumore purgatus uano uiuam.

Obsecro agrum nouellæ plantationum arbuta teneritudinis: ereptā de uitiorum gurgitibus audientiam: com
munitam agminibus. Scimus ecclesiam spe: fide: charitate inaccessibilem inexpugnabilem. Non est in ea ima
turus omnis docilis impetu irrumperere: uel arte illudere potest nullus. Rogo quæ sunt hæc portenta uerborū:

Quod descriptionis dedecus: Nonne uel per febrem soniare eum putes: uel arreptum morbo frenetico Hip
pocratis uinculo alligandum: Quotienscumq; eum legero: ubi me defecerit spiritus: ibi est distinctio: totum in
cipit: totum pendet ex altero: nescio quid cui cohareat: exceptis testimoniis scripturarum: quæ illo uenustissi
mo eloquentiæ suæ flore mutare non ausus est: reliquus sermo omni materiæ conuenit: quia nulli conuenit.

Quæ res mihi aliquam suspensionem intelligentiæ dedit: uelle eum ita nuptias prædicare: ut uirginitati detra
hat. Quando enī minora maioribus coæquant: inferioris cōparatio superioris iniuria est. Neq; uero nos Mar
tionis & Manichæi dogmata sectates nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis Encraticæ errore decepti: oēm
cogitatū spurcū putamus: qui nō solū nuptias: sed cibos quoq; quos deus creauit ad utēdū dānat & reprobat.

Scimus in domo magna nō solū uasa esse aurea & argentea: sed & lignea & fictilia: & super fundamentum Christi
quod Paulus architectus posuit: alios ædificare aurū: argentū: lapides preciosos: alios ecōtrario scænum: ligna
& stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & torum immaculatum. Legimus primam dei senten
tiam: Crescite & multiplicamini & replete terram: sed ita nuptias recepimus: ut uirginitatem quæ de nuptiis
nascitur præferamus. Nunquid argentum non erit argentum: si aurum argento preciosius est: Aut arboris
& segetis contumelia est: si radici & foliis culmo & arillis poma præferantur & fructus: Ut poma ex arbore:
frumentū

*inferioris comparatio
superioris iniuria est.
horat. corinth.
stultitiam heresis.*

*Paulus architectus
nuptias est*

*quibus
nuptias*

*Martinus
Manichæus
Tatianus*

frumentum ex stipula: ita uirginitas ex nuptiis. Centesimus & tricesimus fructus q̄q̄ de una terra & de una se-
mente nascatur: tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum cō-
iunctio: quasi molli osculo se cōplexans: & fœderans maritum pingit & coniugem. Sexaginta uero ad uiduas:
eo q̄ in angustia & tribulatione sunt posita. Vnde & superiori digito deprimuntur: quātoq; maior est difficul-
tas ex parte quondam uoluptatis illecebris abstinere: tanto maius est præmium. Porro centesimus numerus di-
ligenter quæso lector attende: de sinistra transfertur ad dexteram: & iisdem quidem digitis: sed non eadem ma-
nu: quibus in laua nuptæ significantur & uiduæ: circulum faciens: exprimit uirginitatis coronam. Hæc de ipa-
tientia magis q̄ iuxta ordinem disputationis dixerim. Cum enim adhuc de portu egrediar: & rudentibus uela
sustollam: in medium me quæstionum pelagus subitus loquendi æstus arripuit. Vnde prohibebo cursum: &
paulisper sinus contraham: nec indulgebo mucroni: iam nunc pro uirginitate ferire cupienti. Balista quanto
plus retrahitur: tanto fortius mittitur: non est damnum dilatio: ubi certior fit ex dilatione uictoria. Proponam
breuiter aduersarii sententias: & de tenebrosis libris eius quasi de foueis serpentes proiciam: neq; sinam uene-
nosum caput spiris maculosi corporis protegi. Pateat quod noxium est: ut possit conteri cum patuerit.

Cap. II.

Dicit uirgines uiduas & maritatas: quæ semel in Christo lotæ sunt: si non discrepent cæteris operibus e-
iusdem esse meriti: nititur approbare eos qui plena fide in baptisate renati sunt: a diabolo non posse
subuerti. Tertium proponit abstinẽtiã ciborum: & cum gratiarum actione perceptionem eorum:
nullam esse distantiam. Quartum quod extremum est omnium: qui suum baptisma seruauerint: unam in re-
gno cælorum habere remunerationẽ. Hæc sunt sibila serpentis antiqui: his consiliis draco de paradiso hominem
expulit. Nam his etiam saturitatẽ ieiuniis preferendo: repromisit eos imortales futuros quasi nunq̄ possent cor-
ruere & dum diuinitatẽ æqualẽ deo pollicet: expulit eos de paradiso: ut qui nudi & expediti & absq; nulla ma-
cula uirgines domini consortio fruebatur: deiecti in uallẽ lachrymarum: tunicis cõsutis & pelliciis uestirent. Sed
ne lectorẽ diutius morer: sequar uestigia partitionis expositæ: & aduersus singulas propositiones eius: scriptu-
rarũ uel maxime nitar testimoniis: ne querulus garriat se eloquentia magis q̄ ueritate supatũ. Quod si exple-
uero: & illum utriusq; testamenti nube oppressero: assumã exẽpla sæcularis quoq; litteraturæ: ad quã & ipse p-
uocat: doceboq; etiã inter philosophos & egregios in republica uiros: uirtutes uoluptatibus. i. Pithagorã & Pla-
tonẽ & Aristidẽ: & Aristippo & Epicuro & Alcibiadi ab oibus solere preferri. Vos quæso utriusq; sexus uirgi-
nes et cõninentes mariti quoq; et bigami: ut conatus meos orationibus adiuuetis. cunctoꝝ in cõmune Iouinia-
nus hostis est. Nã qui æqualia oium asserit merita: tã uirginitati facit iniuriã: dum eam nuptiis cõparat: q̄ nup-
tiis: sic eas licitas asserens: ut secũda et tertia matrimonia: sed in eo bigamis et trigamis aduersarius est: tibi ponẽs
scortatores quodã libidinosisimos post pœnitentiã: ubi duplicata et triplicata matrimonia: nisi q; in eo bigami
et trigami dolere nõ debent: quia idẽ scortator & pœnitẽs: in regno cælorum etiã uirginibus adequat. Proponã
igit manifestioribus uerbis & habẽtib; aliquã cõsequentiã argumẽta eius & exẽpla de nuptiis: eodẽq; ordie
oia quæ ab eo dicta sunt: digerã. Nec molestũ lectori sit: si nauseã eius & uomitũ legere cõpellatur: libẽtius an-
tidotũ Christi bibet: cũ diaboli uenena precesserint. Audite patienter uirgines: audite quæso uoluptuosissimũ cõ-
cionatorẽ: imo quasi Sirenaꝝ cantus & fabulas clausa aure tranlite: uestras ferte paulisp̄ iniurias: putate uos cũ
domino crucifixas: phariseorum audite blaffemias.

Cap. III.

Prima inquit dei sententia est: ppter quod dimittet homo patrẽ et matrẽ suã: et adhærebit uxori suæ
et erũt duo i carne una: ac ne forte diceremus hoc scriptũ i ueteri testõ: asseri a domino quoq; id ipsũ
in euãgelio cõfirmari: quod deus cõiunxit homo nõ separet: statiq; subnectit: Crescite et multiplica-
mini et replete terrã: et p ordinẽ replicat Enos: Seth: Cainan: Malalehel: Iareth: Enoch: Matusalẽ: Lamech: Noe
oẽs habuisse uxores et ex dei sentẽtia filios pcreasse: quasi generatiõis ordo et historia cõditionis hũanæ sine cõ-
iugibus et liberis potuerit enarrari. Iste inquit est Enoch qui ambulauit cũ deo: et raptus in cælũ est. Iste Noe q
cũ essent utiq; multi uirgines propter ætatẽ solus cũ filiis et uxoribus naufrago orbe saluatus est. Rursus post
diluiũ: quasi altero pncipio generis hũani uiros & uxos para iũgunt: & ex integro generatiõis istaurat be-
nedictio: Crescite & multiplicamini & replete terrã. Insup etiã comedendarum carnium licentia relaxatur. Et
omne quod mouetur uobis erit in escã sicut olera herbarum: dedi uobis uniuersa: currit ad Abrahã Isaac & Ia-
cob: ex qbus prior trigamus: secundus monogamus: tertius quatuor uxorum est: Lia: Rachel: Balã: zelpha: &
asserit Abrahã ob fidei meritum benedictionẽ in generatione filii accepisse. Sarã in typum ecclesiæ: cui defece-
rant muliebria: maledictionem sterilitatis partus benedictione mutasse: q; Rebecca ierit quasi propheta inter-
rogare dominũ: & audierit ab eo: duæ gentes & duo populi in utero tuo sunt: q; Jacob in uxore seruerit: & existi-
mante Rachel uiri esse dare liberos: ac dicente da mihi liberos si non moriar: Responderit: nõ quid pro deo ego
sum: qui in te conclusit: In tantum inquit sciebat fructus nuptiarum esse domini: nõ mariti. Quod Ioseph uir
sanctus atq; castissimus & omnes patriarchæ uxores habuerit: quibus per Moysẽ æqualiter benedicat deus.
Iudã quoq; proponit & Thamar: & occisũ Onan pstringit a domino: quia fratri inuidens semẽ nuptiæ dedi-
ta opera pdebat. Moysẽ pponit & Mariã leprã: quæ fratri pro uxore detrahẽs: ilico dei ultione pcussa est. Lau-
dat Sãpson: & uxoriũ Nazareũ miris effert preconis. Delborã quoq; replicat & Barach: q; absq; uirginitatis
bonis Sifarã & Iabi & currus ferreos debellarint. Iabel uxore Haber Cynei deducit in mediũ: et palo armatam
predicat manũ. Inter Leptã patrẽ et filiã uirginẽ quæ imolata sit domio: dicit nullã fuisse distãtiã: qn potius fi-
de patris prefert ei: quæ cæca sit lugẽs. Venit ad Samuel alterũ nazareũ domini: qui ab infantia natus in ta-

et sexagesimo

capitulum Canis

Venerabilis pater Tomarum
apostolicus iunior Ambrosius

bernaculo est domini: & uestitus ephod bad: quod interpretatur uestibus lineis: dicitq; eos filios procreasse: nec
 sacerdotalē pudicitiam uxoris imminutam esse complexu. Booz cū sua Ruth i area collocat: & Iesse ac Dauid
 inde producit. Ipsumq; Dauid ducentis præputiis: etiā cū uitæ periculo: regis filia quæ sisse concubitus. Quid
 dicam de Salomone: quem ponens in cathologo maritorum imaginem asserit saluatoris & de illo uult esse scri
 ptum: Deus iudicium tuum regi da: & iusticiam tuam filio regis. Et dabitur ei de auro arabia: & adorabūt pro
 co semper: ac repente transcendit ad Heliam: & Heliseum: & narrat quasi grande mysterium: q; requieuerit spi
 ritus Helia: in Heliseo: & cur hæc dixerit tacet: nisi forte Heliam quoq; & Heliseum habuisse uxores arbitrat.
 Transit ad Ezechiam. Et cum in eius laudibus immoretur: miror cur oblitus sit dicere: amodo filios faciam. Io
 siam uirum sanctissimum: sub quo in templo deuteronomii liber repertus est. Ab holda uxore Sellum instru
 ctum refert. Daniel quoq; & tres pueros inter maritos ponit: & ad euangelium repente transcendens zachariā
 & Helisabeth: Petrum ponit & socrum eius: ceterosq; apostolos. Et consequenter infert dicens: si autem uolue
 rint assumere uanam defensionem: & obtendere q; rudis mundus eguerit incremento: audiant Paulum loquē
 tem: adolescentiores uiduas uolo nubere: & honorabiles nuptia: et cubile immaculatum: et mulier alligata est
 uiro: quamdiu uiuit. Si autem mortuus fuerit: nubat cui uult tantum in domino. Et adam non est seductus: mu
 lier autem seducta: facta est in præuaricationem: salua autem fiet per filiorum generationem: si permanserint
 in fide et dilectione et sanctificatione cū sobrietate. Certe cesset hic illud apostolicū: et qui habet uxores: sic sint
 quasi non habeant: nisi forte dicatis propterea eas nubere: quia iam conuersa sunt retro post sathanam: quasi
 ex uirginibus nulla cadat: & non sit earum maior ruina. Ex quo manifestū est uos Manichæorū dogma sectari
 prohibentiū nubere et uesci cibis: quos deus creauit ad utendū cauteri: ^{conscientia} habentiū conscientia. Et post mul
 ta quæ nunc ociosū est reuoluere: excutit se quasi in locū rethoricū: & facit apostrophā ad uirginē dicens: nō ti
 bi facio uirgo iniuriā: elegisti pudicitia propter præsentē necessitatē placuit tibi ut sis sancta corpore & spiritu:
 non superbas: eiusdē ecclesie membrū es: cuius & nuptia sunt. Cap. III.

Nimius fortasse fuerim in expositione propositionū eius: et legenti fastidium fecerim: sed utile ratus sū
 cuncta molimina eius: quasi instructam aciem contra me proponere: & totum hostilem exercitū cū
 suis turmis ac ducibus congregare: ne post primam uictoriam: alia mihi deinceps prælia nascerent.
 Igitur non dimicabo contra singulos: nec paucorum ero passim congregatione contentus: toto certandum est
 agmine: & in compositu hostium cunei: ac latrocinii more pugnantibus: instructa ac ordinata acie repellendi. Ap
 ponam in prima fronte apostolum Paulum: & fortissimum ducem suis telis: id est suis armabo sententiis: scisci
 tantibus enim super hac quæstione Corinthiis: plenissime respondit doctor gentium & magister ecclesie: quic
 quid statuerit hic: Christi in illo loquentis legem putemus. Simulq; ne lectoris tacita cogitatio: cū cæperimus
 singula quæ propolita sunt diluere: semper ad apostolum se referuet: & studio ualidissimarum quæstionū prio
 ra negligens: ad extrema festinet. Inter cætera Corinthii per litteras quaesierant: utrum post fidem christi celi
 bes esse deberent: & continentia causa quas habebant uxores dimitterent? An si uirgines credidissent inirent
 matrimonia? Et cum ex duobus ethnicis unus credidisset in christum: utrum nam credens relinqueret nō cre
 dentem? Et si essent ducendæ uxores: christianas tantum accipi iuberet: an & ethnicas? Videamus igitur quid
 ad hæc Paulus responderit: de his autem quæ scripsistis mihi: bonū est homini mulierē nō tangere: propter for
 nicationes autē unusquisq; uxore suā habeat: et unaquaq; uirum suum habeat: uxori uir debitum reddat: simi
 liter et uxor uiro: uxor proprii corporis non habet potestatem: sed uir: similiter et uir corporis sui non habet pote
 statem: sed mulier: nolite fraudare inuicē: nisi forte ex consensu ad tēpus uacetis orationi: et ite ad ipsum reuer
 timini: ne tentet uos sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico iuxta indulgentiam: nō iuxta
 imperium: uolo enim omnes homines esse ut me ipsum: sed unusquisq; proprium donum habet ex deo: alius q
 dem sic alius autem sic: dico autem in nuptis & uiduis bonum est eis si sic permanserint ut ego. Si autem se non
 continent: nubant: melius est enim nubere q; uri. Reuertamur ad caput testimonii. bonū est inquit homini mu
 lierem non tangere: malum est ergo tangere: nihil enim bono contrarium est: nisi malum. Si autem malum est
 & ignoscitur: ideo conceditur: ne malo quid deterius fiat quale eni ilico bonū est: quod cōditione deterioris cō
 cedit? Nunq; eni subiecisset: unusquisq; uxore suā habeat: nisi premisset ppter fornicationē autē. Tolle forni
 cationes & nō dicit unusq; uxore suā habeat: uelut si quis diffiniat: bonū est triticeo pane uesci: & edere purissi
 mā similia. Tamē ne q; cōpulsus fame comedat sterces bubulū: cōcedo ei: ut uescat hordeo. Nūquid iccirco fru
 mentū non habebit puritatē suā: si fimo hordeū preferat. Bonū est illud naturaliter: quod cōparationē non ha
 bet mali: quod prelatione alterius nō obūbra. Simulq; aiaduertēda est apostoli prudentia: Nō dixit bonū est
 uxore nō habere: sed bonū est mulierē non tangere: quasi & in tactu periculū sit: quasi qui illā tetigerit: non eua
 dat: quæ uirorū preciosas animas capit: quæ facit adolescentiū euolare corda. Alligabit quis in sinu ignē: & nō
 cōburetur? Aut ambulabit super carbones ignis & non ardebit? Quomodo igitur qui ignē tetigerit: statim adu
 ritur? uiri tactus & femina sentit naturā suam: & diuersitatem sexus intelligit. Narrant & gentiliū fabula:
 Mitram & Erichthoniū uel in lapide uel in terra: de solo æstu libidinis esse generatos. Vnde & noster Ioseph:
 quia tangere nolebat illā ægyptiam & fugit ex manibus eius: & quasi ad morsum rabidissimæ canis: ne pauli
 sper uirus serperet: pallium quod tetigerat: abiecit. Propter fornicationē autem unusquisq; uxorem suā habeat
 & unaquaq; uirum suum habeat: non dixit unusquisq; propter fornicationē uxore suā ducat: alioquin hac ex
 cufatione libidini frena laxasset: ne quotienscunq; uxor morit: totiens ducēda sit alia: ne fornicemur: sed unus
 quisq; uxorem suam habeat: si eam inquit habeat sua utatur: quam habebat ante q; crederet: quam bonum erat
 non tan

Iosias scripsit

ophodab

Sicut pome

et uolens

substanti

ut

et inuenerit

Sunt et san

saluatis uobis

Boni

Mulier non tangatur

non tangere: & post fidem Christi sororem tantū nosse: nō coniugē nisi fornicatio tactum eius excusabile face-
 ret uxor proprii corporis non habet potestatem: sed uir. similiter & uir sui corporis nō habet potestatem: sed uxor
 Omnis hæc questio de his est: qui in matrimonio sunt: an eis liceat uxores dimittere quod & dñs in euangelio
 phibuit. Vnde & apostolus ait: bonum est mulierem non tangere. Sed quia qui semel duxit uxore: nisi ex con-
 sensu non ualet se abstinere: nec dare repudiū non peccati: reddat cōiugi debitū. quia sponte se alligauit: ut red-
 dere cogeretur: Nolite fraudare inuicē: nisi forte ex consensu ad tempus: ut uacētis oratiōi. Oro te quale illud
 bonū est: quod orare prohibet? Quod corpus Christi accipi non permittit? Quādiu impleo mariti officiū
 non impleo cōtinentis. Iubet idē apostolus in alio loco: ut semper oremus: si semper orandū est: nunq̄ ergo cō-
 iugio seruiendū: quoniā quotienscūq; uxori debitū reddo: orare non possū. Petrus apostolus experimētū ha-
 bens coniugaliū uinculorū: uide quomō informet ecclesiā: quid doceat christianos. similiter uiri cohabitantes
 iuxta scientiā: quasi infirmiori uasculo muliebri tribuentes honorē & sicut cohæredes multiplicis gratiæ: ut nō
 impediatur orationes uestræ. Ecce eodem sensu quia eodem & spiritu impediri dicit orationes officio coniu-
 gali. Quod autem ait similiter: iccirco ad imitationē prouocauit uiros: quia iam supra uxoribus preceperat di-
 cens: ut uideant uiri in timore castā uestrā conuersationē: quæ sit non exterius cōpositio criminum: & distinctio
 auri: & incultu uestis ornatus: sed absconditus cordis homo: in corruptione mitis & silentis spiritus: hoc est corā
 deo placens. Cernis quale coniugiū inter uiros uxoresq; præcipiat? Cohabitantes iuxta scientiā ut nouerint qd
 uelit: quid desideret deus: & tribuant honorē uasculo muliebri si abstinemus nos a coitu: honorē tribuimus u-
 xoribus si nō abstinemus: perspicuū est honorē contrariā esse contumeliā. Ad uxores quoq; ut uideant inquit
 uiri castam conuersationē uestrā: & ornātū in abscondito cordis homine in incorruptione mitis & silentis spiri-
 tus. O uere digna uox apostoli & petra Christi. Maritis uxoribusq; dat legem: dānato carnis ornatu: castitatem
 prædicat & ornātū interioris hominis in incorruptione: mitis & silentis spiritus: quodāmodo hoc dicens: quo-
 niā exterior uester homo corruptus est: & beatitudinē incorruptionis quæ proprium uirginū est habere de-
 sistis: imitamini incorruptionē spiritus saltē per seram pœnitentiā: & quod corpore non potestis mente presta-
 te. Has enim Christus diuitias & hos uestræ coniunctionis quærit ornatus. Verū ne quis putet ex eo quod se-
 quitur ut uacētis orationi: & iterū reuerti eos ad id ipsū apostolū uelle: & non propter maiore ruinā hoc conce-
 dere statim infert ne tentet uos sathanas propter incontinentiā uestrā. Pulchra nimirū indulgentia & iterū q̄
 ad id ipsū reuerti concedit quod erubescit suo uocare nomine: q̄ tentationi præfert sathanā: q̄ causam habet i-
 continentia: laboramus quasi obscurū differere: cū exposuerit se ipse qui scripsit: hoc autē inquit dico iuxta in-
 dulgentiam: non iuxta imperiū: & mussitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiā: sed præceptū: quasi nō
 eodem modo & secunda & tertia matrimonia concedantur: quasi non & fornicatoribus per pœnitentiā fores
 aperiantur ecclesiæ. Quodq; his maius incestis. Nā illū uiolatorē nouerā: quem in prima ad Corinthios epi-
 stola tradiderat sathanā in interitum carnis: ut spiritus saluus fieret: in secunda contrahit: & ne abūdantiori tri-
 stitia obforbeatur frater laborat. Aliud est uelle quid apostolum: aliud ignoscere. In uoluntate promeretur: in
 uenia abutimur. Vis scire quid uelit apostolus? Iunge quod sequitur. Volo autē omnes homines esse ut meip-
 sum. Beatus qui Pauli similis erit. Felix qui audit apostolum præcipientē: non ignoscentem. Hoc inquit uolo
 hoc desidero: ut imitatores mei sitis: sicut & ego Christi. Ille uirgo de uirgine: de incorrupta incorruptus. Nos
 quia homines sumus: & natiuitatem Saluatoris non possumus imitari: imitemur saltē cōuersationem. Illud
 diuinitatis est & beatitudinis: hoc humanæ conditionis est & laboris. Volo omnes homines similes mei esse: ut
 dum mei similes sunt: similes fiant & Christi: cuius ego similis sum. Qui enim in christum credit: debet sicut il-
 le ambulauit & ipse ambulare. Sed unusquisq; proprium donū habet ex deo: alius quidem sic alius autem sic.
 Quid iquit uelim: perspicuum est. Sed quoniā in Ecclesia diuersa sunt dona: concedo & nuptias: ne uidear
 damnare naturam. Simulq; considera q̄ aliud donum uirginitatis sit: aliud nuptiarum. Si enim eadem esset
 merces nuptiarum & uirginum: nunq̄ dixisset post præceptum continentia: sed unusquisq; proprium habet
 donum ex deo alius quidem sic alius autem sic. Vbi proprietates singulorum est: ibi aliter diuersitas. Cōce-
 do & nuptias esse dei donum: sed iter donum & donum magna diuersitas est. Deniq; & apostolus de eodē: post
 incestum pœnitentiæ e contrario inquit: donate ei & consolamini: & sicut aliquid donastis: et ego. Ac ne putare-
 mus donum hominis contemnendum: addidit: nam & ego quid donauī propter uos coram christo. Sed quid
 donauī: diuersa sunt dona christi. Vnde et ioseph in typo eius uariam habet tunicam. Et in psalmo. xliiii. legi-
 mus. Astitit regina a dextris tuis: in uestitu deaurato circumdata uarietate. Et petrus apostolus: sicut cohæredes
 ait multiplicis gratiæ dei. Quod significantius græce dicitur ποικιλῶς id est uarie. Sequitur dico autem in
 nuptiis & uiduis: bonum est eis si sic permanserint ut ego. Si autem non se continent: nubant. Melius enim est
 nubere q̄ uri. Postquam nuptis concesserat usum coniugii: et ostenderat ipse quid uellet: quidue concederet:
 transit ad innuptas et uiduas: et sui proponit exemplum: et felices uocat: si sic permanserint. Si autem non se
 continent: nubant. Id ipsum quod supra: propter fornicationes autem et ne tentet uos sathanas propter incon-
 tinentiam uestram: redditq; causam cur dixerit: si se non continent: nubant. Melius est enim nubere q̄ uri:
 id est melius nubere: quia peius est uri. Tolle ardorem libidinis: et non dicet melius est nubere. Melius enim
 semper ad comparisonem deterioris respicit: non ad simplicitatem incomparabilis per se boni: uelut si di-
 ceret: melius est enim unum oculum habere quam nullum. Melius est enim uno inniti pede et alte-
 ram corporis partem baculo sustentare: q̄ fractis cruribus repere: Quid ais apostolæ: Non tibi cre-
 do dicenti: et si imperitus sermone: non tamen scientia. Quomodo illud de humilitate descendit: qui

*Honori carnis commel**quod**de uirgine**Melius*

non sum dignus uocari apostolus: & mihi minimo omnium apostolorum & tanquam abortiuo: sic & hoc humilitatis dictum puto. nosti sermonum proprietates. Quam obrem & de Epimenide & de Menandro: & de Arato quae da sumis testimonia ubi de continentia loqueris & uirginitate: Bonum est ais homini mulierem non tangere: & bonum est eis: si sic permanerint ut ego: & puto hoc bonum eis esse: propter instantem necessitatem: & quia bonum est homini sic esse ubi ad nuptias uenit: non dicis bonum est nubere: quia non potes iungere quam uiris: sed dicis melius est nubere quam uiri. Si per se nuptiae sunt bonae: noli illas incedio comparare: sed dic simpliciter bonum est nubere. Suspecta est mihi bonitas eius rei quam magnitudo alterius mali: cogit esse malum inferius. Ego autem non leuius malum: sed simplex per se bonum uolo.

Cap. V.

Hucusque primum capitulum edisertum est: ueniamus ad sequentia. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt praecipio non ego sed dominus: uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit: manere in nupta: aut uiro suo reconciliari: & uir uxorem suam non dimittat. Nam ceteris ego dico non dominus. Siquis frater uxorem habet infidelis: & haec consentit habitare cum illo: non dimittat illam & cetera usque ad eum locum ubi ait: unusquisque sicut uocauit eum deus: ita ambulet. Et sicut in omnibus ecclesiis doceo. hic locus ad praesentem contro- uersiam non pertinet. Docet enim iuxta sententiam domini uxorem excepta causa fornicationis non repudianda: & repudiata a uiro: marito alteri non nubere. aut certe uiro suo reconciliari debere. His autem quos in matrimonio deprehendisset fides: hoc est si unus credidisset de duobus: praecipit ne credens repudiet non cre- dentem: Causis quoque expositis quod candidatus fidei sit infidelis: si nolit a credente discedere. Econtratio iubet: si infi- delis repudiet fidelem propter fidem Christi: discedere debere credentem: nec coniugem praeferat Christo cui etiam anima postponenda est. At nunc pluraque continentem apostoli iussionem: iunguntur gentilibus: & templa Christi idolis praestituunt. nec intelligunt se corporis eius partem esse: cuius & coe sunt. Ignoscit apostolus infi- delium coniunctioni: quae habentes maritos: in Christum postea crediderunt: non iis quae cum christianae essent nupserunt gentilibus: ad quas alibi loquitur: nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iu- stitiae cum iniquitate: aut quae societas luci ad tenebras: Quae autem conuentio Christi ad Belial: aut quae pars fidei cum infideli: Qui autem consensus templo dei cum idolis. Vos enim estis templum dei uiui: licet enim in me sa- uiturus sciam plurimas matronas: licet eadem impudentia qua dominum contempserunt: in pulicem & oium chri- stianorum minimum debacchaturas: tamen dicam quod sentio: loquar quod me apostolus docuit: non illas iu- stitiae esse: sed iniquitatis non lucis: sed tenebrarum non Christi: sed Belial: non templa dei uiuentis: sed fana & idola mortuorum. Vis apertius discere: quod christianae omnino non liceat ethnico nubere: audi eundem apostolum: Mulier inquit alligata est: quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius: liberata est: cui uult nubat: tantum in do- mino. id est christiano: qui secundas tertiasque nuptias concedit in domino: primas cum ethnico prohibet. Vnde Abra- ha adiuurat seruum suum in femore suo: hoc est in christo: qui de eius semine erat nasciturus: ut filio suo Isaac a- lienigenam non adducat uxorem. Et Esdras offensam dei huiusmodi uxoris repudiatione coepescit. Et Malachi- as propheta prauaricatus est inquit Iudas: & abominationem fecit in Israel & in Hierusalem. Polluit enim sanctum domini: & dilexit & habuit filiam dei alieni disperdat dominus uirum: qui fecerit hoc magistrum & discipulum: & de tabernaculis Iacob: & offerentem munera domino uirtutum. Haec iccirco dixi: ut qui nuptias uirginitati compa-

Cap. VI.

Ad superiore disputatione in qua docuerat fidelis ab infideli non debere discedere: sed permanere in matri- monio: sicut eos iuenisset fides: & unumquemque uel celibe uel maritu ita durare ut esset Christi baptisma- te deprehensus: infert subito parabolas circuncisi & ethnici: serui & liberi: & sub methaphora earum de nuptis di- sputat & in nuptis circuncisus aliquis uocatus est: non adducat praeputium. In praeputio uocatus est: non circuncidatus. Circuncisio nihil est: & praeputium nihil est sed obseruatio mandatorum dei est. Vnusquisque in qua uocatione uoca- tus est: in ea permaneat. Seruus uocatus es: non sit tibi cura sed & si potes liber fieri: magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus: libertus est domini. Similiter & qui liber uocatus est: seruus est Christi: precio em- pti estis: nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater: in eo permaneat apud deum. Ac primum quia non nullos hanc intelligentiam reprehensuros arbitror: interrogare libet quae sit consequentia ut de maritis & uxoribus disputans repente transiret ad comparisonem Iudaei & ethnici: serui & liberi. Et rursum hac disputatione finita rediret ad uirgines dicens: de uirginibus autem preceptum domini non habeo. Quid sibi uult inter coniugia & uirginitatem iudaei & ethnici: serui liberi que collatio. Secundo quomodo possit intelli- gi: circuncisus aliquis uocatus est: non adducat praeputium. Nunquid qui semel amputatum habet praeputium: potest si uelit rursus illud adducere. Denique quo sensu exponendum sit: qui enim in domino uocatus est seruus: libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est: seruus est Christi. Quarto quomodo ille qui precepit ser- uis: obedire dominis carnalibus: nunc dicat: nolite fieri serui hominum. Ad extremum quid pertineat ad serui- tutem uel circuncisionem: unusquisque uocatus est frater: in eo permaneat apud deum: nam & contrarium est superiori sententiae. Si enim illud audiimus: nolite fieri serui hominum: qua ratione possumus in ea permanere uocatione qua uocati sumus: cum multi crediderint habentes carnales dominos: quibus nunc seruire prohibent. Porro ad circuncisionem quid facit permanere in ea uocatione in qua uocati sumus: cum in alio loco idem apostolus clamitet: Ecce ego Paulus dico uobis: quoniam si circuncidamini: Christus uobis nihil proderit. Restat igitur ut circuncisio & praeputium: seruus & liber: superiori sensui coaptent: & de antecedentibus pedeant. Circuncisus aliquis uocatus est: non ad- ducat praeputium. Eo inquit tempore quo uocatus es: & credidisti in Christum: si circuncisus uocatus es ab uxore: & ce- lebs eras: noli ducere uxorem: hoc est: noli adducere praeputium: nec circuncisionis & pudicitiae libertatem oneres sarcina

Tantum in domino nubere

circuncisus

farcina nuptiarum. Rursum: si in preputio quis uocatus est, non circuncidatur: habebas inquit uxorem cum credi disti: noli fidem Christi putare causam dissidii: quia in pace uocauit nos deus, circuncisio nihil est: & preputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Nihil enim prodest absque operibus calibatus & nuptiarum, cum etiam fides quae proprie christianorum est: si opera non habuerit: mortua esse dicatur: & hac lege uirgines quoque Vestae & Iononis: uniuersae in sanctarum quae ordine numerari. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est in ea permaneat. Quando credidit: siue habebat siue non habebat uxorem: in eo permaneat quo uocatus est: Ac per hoc non tam uirgines cogit ut nubant: quam repudia prohibet. Et sicut habentibus uxores tollit licentiam dimittendi eas: sic uirginibus nubendi amputat facultatem. Seruus uocatus es: non sit tibi curae: sed & si potes liber fieri, magis utere: Etiam si habes inquit uxorem: & illi alligatus es: & soluis debitum: & non habes tui corporis potestatem: atque ut manifestius loquar: seruus uxoris es: noli propter hoc habere tristitiam: nec de amissa uirginitate suspires. Sed etiam si potes causas aliquas inuenire dissidii: ut libertate pudicitiae perfruaris: noli salutem tuam cum interitu alterius quaerere, habeto paulisper uxorem: nec praecuras morantem. Expecta: dum sequitur. Si egeris patienter: coniunx mutabitur in sororem. Qui enim in domino uocatus est seruus libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est: seruus est christi. Reddit causas cur nolit uxores deserere. Iccirco ait praecipio: ut in christum de gentilitate credentes: inita ante fidem matrimonia non relinquunt: quia qui uxorem habens credidit: non tanto fidei seruitio detinetur: quanto uirgines & innuptae: sed quodammodo est liberior et seruitutus illi frena laxatur. Et dum uxoris est seruus ut ita dicam: libertus est domini. Porro qui uxorem non habens credidit: et libera seruitute coniugii uocatus est a domino: ille uere seruus est christi. Quanta felicitas non uxoris seruum esse: sed christi? Non carni seruire sed spiritui? Qui enim adharet domino: unus spiritus est. Ac ne forsitan in eo quod supradixerat: seruus uocatus es: non sit tibi curae: sed & si potes liber fieri: magis utere: fugillasse continentiam uideretur: & in famulatum nos tradidisse coniugum: infert sententiam quae omnem caullationem amputet: precio empti estis: nolite fieri serui hominum. Redempti sumus precio sanguine christi: imolatus est pro nobis agnus: & aspersi calidissimo rore hyssopi: omnem picuntiam noxiae uoluptatis excoximus. Quibus in baptismo mortuus est Pharaos: & uniuersus eius suffocatus est exercitus. Cur rursum aegyptum quaerimus: & post manna angelorum cibum: allia & cepe et pepones: et carnes uarias suspiramus?

Preputium
fuler sint operibus mortua est

Seruus

Cap. VII.

Manna interpretatur. Daniel est beatus quia post peritiam mundi conuertetur

Maritoz et continentium disputatione praemissa: tandem ad uirgines uenit, et ait. De uirginibus autem praecipitum domini non habeo, consilium autem do: tanquam misericordiam consecutus a domino: ut sim fidelis. Ac tunc ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Hic aduersarius non tota exultatione bacchatur. Hic uelut fortissimo ariete uirginitatis murum quatit. Ecce inquit apostolus profutur de uirginibus domini se non habere praecipitum, et qui cum auctoritate de maritis et uxoribus iusserat: non audet imperare quod domini non praecipit. Et recte quod enim precipitur, imperatur, quod imperatur necesse est fieri: quod necesse est fieri nisi fiat poena habet. Frustra enim iubet: quod arbitrio eius ponit: cui iussu est. Si uirginitate dominus imperasset: uidebat nuptias condemnare: & hominum auferre seminaria: unde & ipsa uirginitas nascitur. Si precidisset radicem: quomodo fruges quaereret? Nisi ante fundamenta fecisset: qua ratione aedificium extrueret? et operturum cuncta de super culmen imponeret? Multo labore fossor: subuertuntur montes terrarum: pene inferna penetrantur ut iueniatur aurum. Cumque de granis minutissimis prius colatione fornacis, deinde calida artificis manu fuerit monile compactum: non ille beatus uocat qui de luto extulit: sed qui auri utitur pulchritudine. Noli igitur admirari iter titillationem carnis: et incentiuam uitiorum, angelorum uitam non exigimur: sed docemur: quia ubi consilium datur: offerentis arbitrium est, ubi praecipitum: necessitas seruiantis: praecipitum inquit domini non habeo: consilium autem do: tanquam misericordiam consecutus a domino. Si non habes praecipitum domini quare audes dare consilium de quo non habes iussionem? Respondebit mihi apostolus. Et uis ut ego iubeam quod dominus obtulit potius quam praecipit. Ille creator & figulus sciens fragilitatem uasculi quod operatus est: uirginitatem in audientis potestate dimisit. Et ego doctor gentium: qui oibus omnia factus sum: ut oes lucrificerem: onus perpetuae castitatis statim in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum: Discant prius serias nuptiarum: uacent ad tempus oroni: ut accepto gustu pudicitiae: id semper habere desiderent: quoad modicum delectati sunt. Dominus tentatus a phariseis utrum secundum legem Moysi uxores liceret dimittere: omnino fieri prohibuit: Quod discipuli considerantes: dixerunt ei. Si talis est causa hominis cum uxore: non expedit nubere. Quibus ille respondit non oes capiunt uerbum: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de utero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum caelorum, qui potest capere capiat. In propatulo est: cur apostolus dixit: de uirginibus autem praecipitum domini non habeo: profecto quia premiserat dominus: non oes capiunt uerbum: sed quibus datum est: & qui potest capere capiat. proponit *αὐθόρως* hoc id est munerarius premium: inuitat ad cursum, tenet in manu uirginitatis brauium, ostendit purissimum fontem: & clamitat: qui sitit: ueniat & bibat: qui potest capere capiat. Non dicit uelitis: nolitis: bibendum uobis atque currendum: sed qui uoluerit: qui potuerit currere atque potare: ille uincet: ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus: quia sponte tribuunt: quod sibi non fuerat imperatum. Maioribus gratiae est offerre quod non debeas: quam reddere quod exigeris. Apostoli uxoris onere contemplato: si talis est inquit causa hominis cum uxore: non expedit nubere: quorum dominus sententiam probans: Recte quidem sentitis ait: quod non expedit homini ad caelorum regna tendenti accipere uxorem: sed difficilis res est: & non omnes capiunt uerbum istud: uerum quibus datum est. Alios eunuchos natura facit: alios uis hominum. Mihi illi eunuchi placent: quos castrauit non necessitas sed uoluntas: libenter illos in meos sinus recipio: qui se castrauerunt propter regna caelorum: & ob meum cultum uolue-

habere magis pafur

Eunuchi triplices

Munerarius qui exhibet munerum post hunc et sperandum

runt esse quod nati sunt. Simulq; tractanda sententia. Qui se inquit castrauerunt propter regna caelorum: si castrati mercedē habent regni caelorum: ergo qui se non castrauerunt: locū nō possunt accipere castratorum. Qui potest inquit capere capiat. Grandis fidei est: gradusq; uirtutis: dei templū esse purissimū: totū se holocaustū offerre domino: & iuxta eundē apostolū esse sanctū & corpore & spiritu. Hi sunt eunuchi: qui se lignum aridū ob sterilitatē putātes: audiunt per Esaiā q; pro filiis & filiabus locū habeant in caelis paratū: Hōrū typus est Abdemelech eunuchus in Hieremia & spado ille reginae Candaces in actibus apostolorum: qui ob robur fidei uiri nomen obtinuit. Ad hos & Clēmens successor apostoli Petri: cuius Paulus apostolus meminit scribit epistolas. omnēq; sermonē suū de uirginitatis puritate contexuit: & deinceps multi apostolici & martyres & illustres: tam in sanctitate q̄ in eloquentia uiri: quos ex propriis scriptis nosse per facile est. Existimo enim inquit hoc opus bonū esse propter instantem necessitatē. Quae est illa necessitas: quae spreto uinculo conjugali: uirginitatis appetit libertatē. Ve pregnatibus & nutrientibus in illo die: Nō hic scorta: non hic lupanaria cōdēnatur: de quorum dānatione nulla dubitatio est: sed uteri tumescētes: & infantū uagitus: & fructus atq; opera nuptiarum. quoniam bonū est hōi sic esse. Si bonū ē hōi sic esse: malū ergo hōi sic nō esse. Alligatus es uxori: noli quærere solutionē: Solutus es ab uxore: noli quærere uxore: Habet unusquisq; nostrū terminos suos: redde mihi meū: & tuū tene. Si alligatus es uxori: ne illi des repudiū. Si solutus sū ab uxore: nō quærā uxore. Ut ego nō soluo conjugia: si semel ligata sunt: ita tu nō liges quod solutum est. Simulq; significantia cōsideranda uerborū est. Qui uxore habet: & debitor dicitur: & esse in praputio: & seruus uxoris: & q; malorum seruum est alligatus. Qui autē sine uxore est: primū nullius debitor: deinde circuncisus: tertio liber: ad extremum solutus. Curramus per reliqua. neq; enim nos patitur magnitudo uoluminis diutius in singulis imorari. Si autē acceperis uxore: nō peccasti: Aliud est non peccare: aliud benefacere. Et si nupserit uirgo nō peccauit. Non illa uirgo quae semet dei cultui dedicauit. Haec enim si qua nupserit habebit dānationē: quia primā fidē irritā fecit. Si autē hoc de uiduis dictū obiecerit: quāto magis de uirginibus preualebit. Cū etiā his nō liceat: quibus aliquādo licuit. Virgines enim quae post cōsecrationē nupserint non tam adulterae sunt q̄ incestae. Ac ne uideretur in eo quod dixerat: & si nupserit uirgo: non peccauit: rursus calibēs ad nuptias prouocare: statim se refrēnauit: & aliud inferendo infirmauit quod concesserat dicens. Tribulationē tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sunt isti: qui tribulationem carnis habebunt: quibus supra indulserat. Si acceperis uxore: non peccasti: & si nupserit uirgo: non peccauit: tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Nos ignari re: putabamus nuptias saltem carnis habere laetitiam. Si autē nubentibus etiā in carne tribulatio est: in qua sola uidebantur habere delicias: quid erit reliquū propter quod nubāt: cū in spiritu & in aia: & in ipsa carne tribulatio sit. Ego autē uobis parco: Sic ait obtendo carnis tribulationē: quasi nō maiora sunt: propter quae nubere non debeatis. Igitur hoc dico fratres: tempus breue est. reliquū est: ut qui habēt uxores sic sint tanq̄ non habētes. Nequaquā iā de uirginibus disputo: quos nulla ambiguitas est esse faelices. Ad maritos uenio: tempus breue est: dominus prope est: etiā si noningentis uiueremus annis: ut antiqui hōies: tamen breue putandum esset qd haberet aliquando finē: & esse cessaret. Nunc uero cū breuis sit: non tam laetitia q̄ tribulatio nuptiarum: quid accepimus uxores quas cogemur cito amittere: Et qui flent inquit & gaudent: & emunt: & utuntur hoc mundo: sic sint quasi nō fleant: gaudeāt: emāt: utantur hoc mundo. praeterit enī figura huius mundi. Si mundus trāsit: quo uniuersa claudunt: imo figura & conuersatio huius mundi: quasi nubes praeterit: iter cetera mundi opera nuptiarum praeteribunt: neq; enī erūt post resurrectionē cōiugia. Si autē mors finis est nuptiarum: cur necessitatē nō in uoluntatē uertimus: Et q; inuitis extorquēdum est: cur nō spe praemiorum offerimus deo? Qui sine uxore est: sollicitus est quae domini sunt: quomō placeat deo. Qui autē cum uxore est: sollicitus est quae sunt mundi: quomō placeat uxori: & diuisus est. Intueamur curarum uirginis: maritiq; distantias. Virgo domino: maritus uxori placere desiderat: & ut uxori placeat: sollicitus est de his quae sunt mundi: quae cum mundo utiq; trāsitura sunt: & diuisus est in multas: scilicet sollicitudinū partes: miseriarūq; distractus. Nō est huius loci nuptiarum angustias describere: & quasi in cōmunibus locis rhetorico exultare sermone: plenius super hac re cōtra Heluidiū & in eo libro quem ad Eustochium scripsi: arbitror absolutū. Certe & tertullianus cum adhuc esset adolescens: lusit in ista materia: Et preceptor meus Gregorius Nazanzenus uirginitatē & nuptias disserēs graecis uersibus explicauit: nunc illud breuiter admoneo in latinis codicibus hunc locū ita legi. Diuisa est uirgo & mulier. quod quāq; habeat suum sensum: & a me quoq; pro qualitate loci sic edisertum sit: tamen nō est apostolica ueritatis. Si quidem apostolus ita scripsit: ut supra transtulimus. Sollicitus est: quae sunt mundi: quomodo placeat uxori: & diuisus est: & hac sententia definita: transgreditur ad uirgines & continentes: & ait: mulier inuupta & uirgo cogitat quae sunt domini: ut sit sancta & corpore & spiritu. Non omnis innupta & uirgo est: quae autem uirgo: utiq; & innupta est. Quāq; ob elegantiam dictiōis: potuerit id ipsum altero uerbo repetere: mulier innupta & uirgo: uel certe definire uoluisse quid esset innupta id est uirgo: ne & meretrices putemus innuptas: nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta & uirgo: Quae domini sunt: ut sit sancta & corpore & spiritu: & si nihil aliud esset: ut nulla merces uirginem amplior sequeretur: sufficeret ei haec sola prelatio cogitare quae domini sunt. Statimq; docet quae sit ipsa cogitatio: ut sit sancta & corpore & spiritu: non his similis quae corpus integrum est: & anima corrupta. Sed illa uirginitas hostia christi est: cuius nec mentē cogitatio: nec carnem libido maculauit. Econtrario quae nupta est cogitat quae mundi sūt: quomodo placeat uiro. Sicut qui uxorem habet: sollicitus est quae sunt mundi: quomodo placeat uxori: sic nupta res mundi cogitat quomodo placeat uiro. Nos autem non sumus de hoc mundo: qui in maligno positus est. cuius figura praeterit. de quo dicitur ad apostolos. Si essetis de hoc mundo: amaret utiq; mundus quod suum erat. Ac ne forsitan putaretis

Tribulatio carnis

Tempus breue

Mundus transit

Tertullianus?

quod

Sancti

putaretis

putaretur onus gravissimū castitatis nolentibus iponere statim iungit causas suadendi & ait. Hoc aut ad utili-
tatem uestrā dico: non ut laqueum uo bis iniiciam: sed ut ad id quod hōcstū est: & intēte facit seruire deo: absq;
ulla distractiōe uos abhorter. Proprietate gr̄cā latinus sermo non explicat: qbus enī uerbis quis possit dicere
προς του μων αυ των συμπερον λεγα ουχι να βροχον υμινε πιβαλω αλλα προς το ευσηχιον και ευ
παρεδρον το κριω α περιπιας γος. Vnde & i latinis codicibus ob translationis difficultatem: hic penitus
non inuenitur. Vtatur igitur eo quod uertimus. Non imponit nobis apostolus laqueum: nec cogit esse quod
nolumus: sed suadet quod honestum est & decoꝝ: & intente facit seruire domino: & semper esse sollicitum: &
expectare paratam domini uoluntatem: ut cum quid imperauerit quasi strenuus & armatus miles: statim im-
pleat quod pꝛæceptum est: & hoc faciat sine ulla distentatione: quæ data est secundum Ecclesiastē hoibus hu-
ius mundi: ut distēdantur in ea: Siquis aut cōsiderat uirginē suā idest carnē lasciuire & ebulire in libidinē: nec
refrenare se pot: duplexq; ei incumbit necessitas: aut accipiendę cōiugis: aut spernendę: quod uult faciat: nō pec-
cat: si nubat: faciat inquit quod uult: nō quod debet. Non peccat si ducit uxore: nō tamen benefacit: si duxerit:
nā qui statuit in corde suo firmus: nō habēs necessitatē: potestatē autē habens suā uoluntatis: & hoc iudicat in
corde suo seruire uirginitatem suā: benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam: benefacit: & qui
non iungit: melius facit. Signanter & proprie supra dixerat: qui ducit uxorem: non peccat: hic qui seruat uirgi-
nem suam bene facit: Aliud est aut non peccare: aliud est benefacere: declina inquit a malo: & fac bonum. Illud
declinemus: hoc sequamur. In altero initium: in altero perfectio est. Verum ne in eo quod dixit: & qui matri-
monio iungit uirginem suam bene facit: existimet aliquis obseruationem nostram non stare: protinus hoc ip-
sum bonum extenuat: & obumbrat cōparatione melioris: & dicit: & qui non iungit: melius facit: nisi illaturus
esset: melius facit: nunq̄ premisisset benefacit. Vbi aut bonum & melius est: ibi boni & melioris non unū est pre-
mium. Et ubi nō unū premiū: ibi utiq; dona diuersa. Tantū est igit̄ inter nuptias & uirginitatē: quantum inter
nō peccare & benefacere. imo ut leuius dicam quantum inter bonum & melius. Cap. VIII.

Inita disputatione coniugiorū & uirginitatis: inter utrūq; cauto moderamine pꝛæceptorū: ut nec ad fini-
stram nec ad dexteram diuerteret: sed uia regia graderetur: & illud impleat: ne sis iustus multū: rur-
sum monogamiam digamiaz comparat: & quomodo nuptias subdiderat uirginitati: ita digamiā nu-
ptiis subiicit. & ait Mulier alligata est quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius: libera est: cui
uult nubat: tantum in domino: beator autem erit: si sic permanserit: secundum consilium meum: puto autem
q; & ego spiritum dei habeam: concedit secundas nuptias: sed uolentibus: sed his quæ se continere non possunt:
ne luxuriatā in Christo nubere uelint: habentes dānationem q; primā fidem irritam fecerint: & hoc concedit:
quia mūltæ abierunt retro post sathanam. Cæterum beatiore inquit erunt: si sic permanserint: continuoq; sub-
iungit apostolicā auctoritatē: secundū meū consiliū. Porro ne auctoritas apostoli quasi hois leuioris uideret:
addidit: puto aut q; & ego spiritum dei habē: ubi ad continentia prouocat: ibi nō hois sed spiritus dei consiliū
est: Vbi autem nubendi concedit ueniam: spiritum dei nō nominat: sed prudentia librāt cōsiliū: ita singulis
relaxans: ut unusquisq; ferre potest: iuxta hunc sensum oia illa sunt accipienda: Nam quæ sub uiro est mulier:
uiuente uiro alligata est legi: si aut mortuus fuerit uir: soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adul-
tera: si fuerit cū altero uiro: si aut mortuus fuerit uir eius: soluta est a lege: ut non sit adultera si fuerit cū alio ui-
ro. Et illud ad Timotheum. Volo ergo iuniores uiduas nubere: filios procreare: matres familias esse: nullam oc-
casionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædā conuersæ sunt retro post sathanā: & reliqua his si-
milia: Quomodo enim uirginibus ob fornicationis periculū concedit nuptias & excusabile facit: quod per se
nō appetitur: ita ob eandē fornicationē uitandam concedit uiduis secunda matrimonia. Melius est enim licet
alteri & tertium unū uirū nosse: q̄ plurimos. idest tolerabilius est uni hoī prostitutā esse q̄ multis. Siquidē & il-
la in euangelio samaritana sextum sc̄maritū habere dicens: arguitur a domino: q; nō sit uir eius. Vbi enim nu-
merus maritorū est: ubi uir qui proprie unus est: esse desistit. una costa a principio in unam uxorem uersa est: &
erunt inquit duo in carne una: non tres neq; quatuor: alioquin iam non duo: sed plures. Primus Lamech san-
guinariū & homicida unam carnem in duas diuisit uxores. fratricidium & digamiā eadem cataclysmi dele-
uit pœna: de altero septies: de altero septuagēties septies uindicatum est: Quantum distat in numero: tantum &
in crimine: Quam sancta sit monogamia hinc ostenditur: q; digamus in clerum eligi non potest: & ideo apo-
stolus ad Timotheum: uidua inquit eligatur non minus. xl. annorū: quæ fuerit unius uiri uxor. Hoc omne pꝛæ-
ceptum de his est uiduis: quæ ecclesiæ pascuntur elemosynis. Et iccirco ætas pꝛæscribitur: ut illæ tantum accipi-
ant pauper; cibos: quæ iam laborare non possunt. Simulq; considera: q; quæ duos habuit uiros: etiam si anus
& decrepita est: & egena: ecclesiæ stipes non meretur accipere. Si autem panis illi tollitur elemosyne: quanto
magis ille panis qui de cælo descendit: quē qui indigne comederit: reus erit inuiolati corporis & sāguinis chri-
sti. Quāq; hæc testimonia quæ supra posui: quibus uiduis concedit: ut si uelint: denuo nubāt: quidā inter-
pretantur: super his uiduis: quas amissis maritis sic inuenit fides Christi. Nec enim consequens esset: ut aposto-
lus post baptisma uiro mortuo: iubeat alteri nubere: cum habentibus quoq; uxores pꝛæceperit: ut sint sic quasi
non habentes: & ob hanc causam non esse uxorum numerum definitum: quia post baptisma Christi: etiam si
tertia & quarta uxor fuerit: quasi prima reputetur. Alioquin si post baptisma primo mortuo accipitur secun-
dus: quare non secundo & tertio & quarto & quinto mortuo: accipiatur sextus: & reliqui? Potest enim accide-
re ut infelicitate quadam uel iudicio dei succidentis nuptias repetitas: adolescentula plures accipiat uiros: &
anus primo marito in extrema senectute uidetur. Primus Adam monogamus: secundus agamus. Qui diga-

Via regia

Lamech homicida

Digamus in clerum eligi non pot

miam probant: adhibeāt tertium Adam digamum: quem cōsequatur. Verum fac ut concesserit Paulus secū-
da matrimonia eadem lege & tertia concedit & quarta: & quotienscunq; uir moritur: multa compellitur apo-
stolus uelle: quæ non uult. Circumcidit Timotheum: rasit in se caluitium: nudipedalia exercuit: comā nutriuit:
& totondit in cenchris. Et certe castigauerat Galathas. Petrūq; reprehendit: q; se propter obseruationes Iudai-
cas a gentibus separaret. Quomō igitur in cæteris ecclesiæ disciplinis iudæis iudæus: ethnicis ethnicus: & oi-
bus omnia factus est: ut oēs lucrifaceret: sic & digamiā concessit incontinentibus: nec nuptiarū numerū præfi-
niuit: ut dum uiderent sibi mulieres ita post mortem mariti secundum concedi: ut tertius quartusq; cōceditur:
erubescant alterū accipere: ne trigamis & quadrigamis comparentur: ubi enim unus exceditur: nihil refert secū-
dus an tertius sit: quia definit esse monogamus. Omnia licent: sed non omnia expediunt: non dāno digamos: i-
mo nec trigamos: & si dici potest octogamos: plus aliquid inferam: etiam scortatorē recipio pœnitentē. Quic
quid æqualiter licet: æqualance pensandum est. Cap. ix.

*Indignitas festinatio sum-
ma mundi huius completum
sunt huiusmodi*

Sed quoniā ad uetus nos retrahit testamētum: & incipiens ab Adā ad zachariam & Helisabeth perue-
nit: ac deinde opponit Petrū & cæteros apostolos: nos quoq; debemus currere per eadē uestigia quæ-
stionum: & docere castitatē semper operi nuptiarū fuisse prelatam. Ac de Adam quidē & Eua illud di-
cēdum q; in paradiso ante offensā uirgines fuerint: post peccatum & extra paradysum statim nuptia. Deinde q;
hoc ipsum interpretetur apostolus: ppter hoc relinquit hō patrē & matrē suā: & adhærebit uxori suæ: & erūt duo
in carne una. Statiq; subiūgit sacramētū hoc magnum est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. Christus in carne
uirgo: in spiritu monogamus: unā enim habet ecclesiā: de qua idem apostolus: uiri inquit diligite uxores uās:
sicut & christus ecclesiā. Si christus sancte & caste: si absq; ulla macula ecclesiā diligit: uiri quoq; in castitate uxo-
res suas diligant: & sciat unusquisq; uas suū possidere in sanctificatione & honore: nō in passione desiderii: sicut
& gentes quæ nec sciunt deū: neq; enim uocauit nos deus in imunditiā: sed in sanctificationē: exuentes nos uete-
rem hominē cum operibus suis: induentes nouum qui renouatur in cognitionē secundū imaginē creatoris sui
ubi non est masculus & fœmina. Græcus & iudæus circumcisio & preputiū: Barbarus & Scytha: seruus & liber:
sed & oia in oibus christus: imago creatoris nō habet copulam nuptiarū: ubi diuersitas sexus aufertur: & ueteri
hoīe exuimur: & induimur nouo: ibi in christū renascimur uirginē: qui natus ex uirgine: & renatus per uirgi-
nē est. Quod autē ait: Crescite & multiplicamini: & replete terrā: necesse fuit prius plantare siluam & crescere:
ut esset quod postea posset excidi. Simulq; consideranda uis uerbi: replete terrā. Nuptia terrā replent: uirgini-
tas paradysum. Sed & hoc intuendū dūtaxat iuxta Hebraicā ueritatē: q; cum scriptura in primo & tertio & qu-
to & quinto & sexto die expletis operibus singulorū dixerit: & uidit deus quia bonum est: in secūdo die hoc oi-
no subtrahit nobis intelligentiam derelinquens non esse bonum duplicem numerū: quia ab unione diuidat: &
prefiguret fœdera nuptiarū: unde & in archa Noe omnia animalia quæcūq; bina ingrediuntur: immunda sūt
Impar numerus est mundus. Quāq; in duplici numero ostendatur & aliud sacramentum q; ne in bestiis q;
dem & immundis auibus digamia comprobata sit: bina enim & bina ingrediuntur immunda: & septena quæ
munda sunt: ut haberet Noe post diluuiū: q; de impari numero statim deo posset offerre. Si autem transferret
Enoch: & seruaret in diluuiū Noe: nō reor iccirco trāslatū Enoch: q; uxore nō habuerit: sed q; prius iuocauerit deū
& crediderit in Saluatorē: de quo Paulus apostolus in epistola ad Hæbreos plēssimè docet. Porro Noe q; si secun-
da radix humāo generi seruabat: utiq; cū uxore & filiis debuit reseruari. Quāq; hoc in mysteriū scripturarū sit
archa illa: iuxta apostolū Petrū typus ecclesiæ fuit: in qua octo aīæ saluæ factæ sūt. Quādo uero ingreditur in ea
Noe: tā ipse q; filii eius ab uxoribus separantur. Quādo egreditur in terrā: iunguntur paria: & qd' in archa id est in
ecclesia fuerit separatim: in mundi conuersatione sociatur. Simulq; si archa plures habuit mansiones & nidu-
los: & bicamerata: & tricamerata: & diuersas bestias: & pro qualitate animalium habitationes quoq; maiores uel
minores: æstimo q; diuersitas illa mansionum prefigurauerit ecclesiæ ueritatem. Cap. x.

uariatatem

Quod autē nobis obiicit in secunda dei benedictione comedendarū carnū licetiā datā: quæ in prima cocel-
sa nō fuerat: sciat quomō repudiū iuxta eloquiū Saluatoris ab initio nō dabat: sed ppter duriciā cor-
dis nr̄i: p Moysē humano generi cōcessum est: sic & esū carnū usq; ad diluuiū ignotū fuisse. Post di-
luuiū uero quasi in herēmo murmurātī populo coturnices: ita dētibus nr̄is neruos & uirulentias carnis inge-
stas docet apostolus scribens ad ephesios: deū proposuisse in adimpletiōe tēporū recapitulare oia: & ad princi-
piū trahere in Christū iesū quæ sunt super cælos & sup terrā. Vnde & ipse Saluator in apocalypsi Ioānis. Ego
sū inquit alpha & ω initiū & finis. Ab exordio cōditionis humanæ: nec carnibus uescibamur: nec dabamus re-
pudiū: nec preputia nobis eripiebant in signū: hoc cursu usq; ad diluuiū puenimus. Post diluuiū autē cūdatio-
ne legis: quā implere nullus potuit: carnes ingestæ sunt ad uescendū: & repudiū concessa duricia & cultellus circū-
cisionis appositus: quasi dei manus plus in nobis creauerit q; necesse est. Postq; autē Christus uenit in fine tēpo-
rū: & ω. reuolauit & alpha: & extremitatē retraxit ad principiū: nec repudiū nobis dare permittitur: nec circū-
cidimur: nec comedimus carnes dicēte apostolo: Bonū est uinum non bibere: & carnē non comedere: & uinū
enim cum carnibus post diluuiū dedicatum est. Cap. xi.

Quid loquar de Abrahā ut ipse asserit trigamo: qui signum fidei in circuncisione suscepit: Si imitamur
uxorū illius numerum: imitemur & circuncisione: neq; enim in parte sectandus & in parte repu-
diandus est. Porro Isaac unius Rebeccæ uir Christi prefigurat ecclesiā. quæ digamiæ sugillat lasci-
uiam. Si autem duas bigas uxorū & concubinarū habuit Iacob & non uult aduersarius acquiescere: lip-
pientem Liam deformem atq; fœtosam: Synagogæ typum pretulisse. Rachel uero pulchram & diu sterilem:
ecclesiā

hinc

*uermis uirg
Adam finit*

*Adrian
Tribus
STYON. T...*

*Abraham p...
circūcisio finit*

ad

ecclesia significasse mysterium: sciat eo tempore hoc fecisse Jacob: quando erat inter Assyrios & in mesopotamia Laban durissimo domino serviebat. Quando autem sanctam terram ingredi voluit: & in monte galaad extruxit aceruum testimonii: in quo nihil inter sarcinas eius mesopotamiae possessor inuenerat: iurans se nunquam ad locum in quo seruierat reuersurum: & ad torrētē laborū cū angelo luctatus: claudicare cœpit: & πλά τυνεῦρον eius emarcuit: statimque Israel sortitus est nomen: & illa quondam dilecta coniunx pro qua quondam seruierat iuxta Bethleem: in qua erat uirginitatis preco dominus nasciturus: filio doloris occiditur: & consortia mesopotamiae euangelica in ciuitate moriuntur. Miror autem cur Iudam & Thamar nobis proposuerit in exemplum nisi forte & meretricibus delectatur: aut occisū Onā q̄ fratri semē inuiderit: q̄ si nos qualēcūq; semis fluxū absq; liberorū opere comprobemus. Perspicuum est de Moysē q̄ periclitatus esset in diuersorio: nisi Sephora quae interpretatur auis: filium circumcidisset: & preputium nuptiarū cultro euangelico defecasset. Iste nepes Moyses est: qui cum uidisset uisionem magnam: & angelum siue dominum loquētē in rubo: ne quāquam ualuit ad eū accedere: nisi soluisset corrigiā calciamēti sui: & abiecisset uincula nuptiarū. Nec misit hoc de amico & propheta legifero dei: cum oīs populus accessurus ad montē Synā: & dei auditurus eloquium: tribus diebus sacrificari iussus sit: & se ab uxoribus abstinere: Quod quidem scimus: licet preposterā faciam historiae ordinem confundere: etiam ad Dauid fugientem ab Abimelech sacerdote dictum. Si mundi sunt pueri ab uxoribus: & ille respondit ab heri & nudius tertius. Panes enim propositionis quasi corpus Christi de uxorū cubiculis consurgentes edere non poterant. Et nobis in transitu est contemplandum quod dixit. Si mundi sunt pueri ab uxoribus. uide licet q̄ ad munditias corporis christi oīs coitus imundus sit. In lege quoque precipitur: ut pontifex nisi uirginem non ducat uxorem: ne uiduam accipiat. Si eadem uirginis uiduae q̄ cōditio est: quare altera recipitur: altera reprobatur: Et sacerdotalis uidua in domo iubetur sedere patris sui: nec secundum nosse matrimonium. Si soror uirgo moritur sacerdotis: quomō ipsa ad patris exequias: ita pater ad eam iubetur accedere: Si uero nupta sit: q̄ si aliena contēnitor. Qui uxorem duxerit: & qui plantauerit uineam uelut propagines filiorū: prohibetur ad bella procedere. Non enim potest domini seruire militiae seruus uxoris: & despeculis mulierū ieiunantium quasi de purissimis corporibus uirginum: luter in tabernaculo funditur: & intrinsecus in sanctuario tam cherubinū propiciatorum & archa testamenti & mensa propositionis & candelabrum & thuribulum ex auro mundissimum sunt. Neq; enim in sancta sanctorum inferri poterat argentum. Cap. xii.

Spiritus lapidum in uerbum: q̄ boni appellatur quousq; p̄ deus iure iurati or. Ep̄m fecit.

In genesi ex xxviij.

In homine ordo LUTER

Quid moror in Moysē: cum mihi propositum sit cursim celeriterq; dictanti singula breuiter perstrigere: & intelligentiā quādam lineas ducere: Transcendā ad Iesum Naue: qui ante dictus est Ausēs: siue ut rectius habetur in Hebræo Osee idest Saluator: Ipse enim secundū epistolam Iudæ saluauit: & educit populum Israel de aegypto: & in terrā repromissionis induxit. Hic Iesus statim ut uenit ad Iordanem: aquae nuptiarū quae semper in lege fluxerant: arefactae sunt & steterunt: & siccis pedibus ac nudis populus oīs trāsit: & uenit in galgala: ibiq; secundo est circumcisus. Quod si iuxta litteram accipimus penitus stare nō potest. Si enim duplex haberemus preputiū: uel abscissa pellicula iterū nasceretur: recte secunda circumcisio haberet locum. Nunc autē hic significatur: q̄ Iesus cultello euangelii populum qui p̄ deserta uenerat circumcidit: & circumcidit cultello petrino: ut quod in Moyse filio ante prefigurabatur in paucis: id sub Iesu duce impleretur in cunctis. Sed & ipsa preputia in unum cumulum coaceruata: & sepulta: & terra obruta: & ablatum obprobriū aegypti: & nomen loci Galgala quod interpretat̄ reuelatio: ostendunt dū in preputio ambulauerit populus per desertum: oculos eius fuisse cæcatos: uideamus & consequentia. Post euangelii circumcisionē: & cōsecrationē. xii. lapidum in loco reuelationis statim pascha celebratur. Immolatur eis agnus: & sancte terre uescuntur alimentis. Egreditur Iesus: occurrit ei princeps militiæ gladium tenens: idest uel pro circūciso populo pugnare se mōstrans. uel defecans glutinum nuptiarū. Similiterq; ut Moyse preceptū fuerat: & huic dicitur: solue corrigiā calciamēti tui: locus enim in quo stas: terra facta est. Quia sic erat domini armatus exercitus in tubis sacerdotilibus quasi ad euāgelicā predicationē sub typo Iericho mundus subuertitur. Et ut infinita praeterea (neq; enim nunc propositum est mihi oia ueris instrumenti aperire mysteria) quinq; reges qui in terra repromissionis ante regnabant: resistebantq; euangelico exercitu Iesu pugnante superātur: hoc puto intellectui esse perspicuū: q̄ anteq̄ dominus populū suum educeret de aegypto: & circumcideret eum uisus: odoratus: gustus: auditus: tactusq; regnauerint: & his quasi principibus fuerint uniuersa subiecta. Quos Iesus ad speluncam corporis confugientes: & ad tenebrōsum locum: idest ipsum ingredientēs corpus interfecit: ut per id occiderentur: per quod ante regnabant. Verum iam tēpus est ut castitatis Iesu uexillū leuemus. Moyses scribitur habuisse uxore. Moysē autē & dominus noster & apostolus interpretantur in legem: habent Moysen & prophetas: & ab Adā usq; ad Moysē regnauit peccatum: etiam super eos qui non peccauerunt: in similitudinem preuaricationis Adā: nulliq; dubium est: in utroq; testimonio Moysē legem significare: sicut ergo legimus q̄ Moyses: idest lex habuerit uxore: ostende mihi Iesum Naue uel uxorem habuisse uel filios: & si potueris monstrare: uictum me esse fatebor. Et certe pulcherrimum terrae iudaeae in partitiōe accepit locum: moriturq; non in uicenario numero: qui semper in scripturis infaustus est: in quo seruauit Iacob & uēditus ē Ioseph: & quem diligit Esau: accipiens in eo quaedam munera. Sed in decimo: de cuius laude crebro diximus: sepeliturq; in Thānat sareth: idest in perfectissimo principatu: siue in numero opperimenti noui: ut uirginum significaret greges Saluatoris auxilio coopertos in monte Ephraym: hoc est in monte frugifero: ab aq̄lone montis Gaas qui interpretatur cōmotio. Mons enim Syon latera aq̄lonis: ciuitas regis magni: quae opposita ē sepe iuidiā: & p̄ singulas tētatiōes dicit: mei uero pene moti sūt pedes: Cūq; in sepultura Iesu: liber q̄ ex nomine eius appellat̄: expletus sit: rursum in Iudicū uolumine: q̄ si uir

Iosimane Anstis Iosue de uoluntate q̄ p̄t. fuit p̄t. Moysi.

Galgala

Vetus instrumentū mysteria

Moyses a lex

Moyses om̄i uisus 120 annos. Uicini uisus infans q̄ dicitur uisus laudatur.

Ephraym Gaas

Luteri

Magna semper paucitas sicut opposita

uens resurgēsq; describit: & sub ^{βενεκεφολαι δσ ει} opera illius predicat. Et legitur: misit Iesus populū: & abierūt filii israel: unusq; in hereditate sua: ut possideret terrā. Et seruiuit populus domino cunctis diebus Iesu &c. Statimq; subiūgit: & mortuus est Iesus Naue seruus domini cētūdecē annorū. Porro Moyses uidit tantū terrā repromissiois: & intrare nō potuit: & mortuus ē in terra Moab. & sepeliuit eū domiuss in ualle terrā Moab cōtra domū Phegor. & nō cognouit uir sepulchrū eius usq; in diē hāc. Cōparemus utriusq; sepulturā. Moyses in terra Moab morit: Iesus in terra Iudææ. Ille sepelit in ualle cōtra domū Phegor: qd' interpretat ignominia: proprie qp pe Phegor in lingua hebræa priapus appellatur. hic in mōte Ephraym ab aqlone mōtis Gaas. Et est in uerbis simplicibus semp diuina; scripturay: sēlus angustior. Quia apud iudæos gloria erat & in partibus & parturitionis: & maledicta sterilis: quæ nō habebat semē in israel: & beatus cuius erat semē in Syō: & domestici in hierusalem: & in benedictiōe maxima ponebat: Vxor tua sicut uitis abundas: in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut nouella oliuay in circuitu mēse tuæ: Idcirco sepulchrū eius positū in ualle describit cōtra domū idoli: qd' proprie libi dmi cōsecrat: Nos autē q militamus sub Iesu duce usq; ad presentē diē ignoramus ubi Moyses sit sepultus. Cōtēnimus enī Phegor & omnē ignomiā eius: sciētes q; qui in carne sunt: deo placere nō possunt. Et domius ante diluuiū quoq; dixerat: Nō pmanebit spīritus meus in homine: quia caro est. Quāobrē & Moyses moriens plangitur. nuptiæ enim finiuntur in morte: uirginitas post mortem incipit coronari. Cap. xiii.

Sampson quoq; pducit in medium: nec decaluatū quōdā domini Nazareum a muliere cōsiderat: q; licet typum teneat Saluatoris: q; meretricē ex gētib; adamarit ecclesiā: & multo plures hostium moriens q; uiuus occiderit: tamē cōiugalī pudicitia; exēpla nō prebet. Et certe iste ē secundum pphetiā Iacob: qui cum cōcitus equi pnicitate ferret: a serpēte pculsus retrorsum cecidit: Delborā autē & Barath & uxore Heber Cynet cur enumerauerit prorsus nō intelligo: cum aliud sit bello; princeps & historia; ordinē texere: aliud figurā aliquas significare cōiugii: quæ in istis oīno nō cōparēt. Porro q; prefert leptæ patris fidē lachrymis uirginis filia; p nobis facit. Et nos enī nō tā uirgines sæculi quæ eas qui propter Christum sunt uirgines predicamus: & a plerisq; hebræorū reprehendit pr uoti temerarii: quia dixerit. Si tradens tradideris filios Ammon in manibus meis: quicūq; exierit de domo mea in occursum mihi: cū reuerti ceperō in pace a filiis Ammon erit domino: & offerā illud holocaustū. Si canis inquit si alius occurrisset: quid faceret: Ex quo uolunt dei dispensatione esse factū: ut qui in prospecte uouerat: errorē uoto; filia; morte sentiret. Si autē Samuel nutritus in tabernaculo duxit uxore: quid hoc ad preiudiciū uirginitatis? Quasi nō hodie quoq; plurimi sacerdotes habeant matrimonia: & apostolus episcopum describat unius uxoris uirg; habētē filios cū oī castitate. Simulq; nō scendum q; Samuel leuita nō sacerdos nec pontifex fuerit. Unde & faciebat illi mater sua ephothad: super humerale uidelicet lineū: q; habitus pprie leuitay: & minoris ē ordis. ūde & in psalmis nō nomiat iter sacerdotes sed iter eos qui iuocāt nomē domini. Moyses inquit & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel iter eos qui iuocāt nomē eius. Leui enim genuit Caath: Caath genuit Aminadab: Aminadab genuit Chore: Chore genuit Asfir: Asfir genuit Helcana: Helcana genuit Sub: Sub genuit Tou: Tou genuit Helm: Helm genuit Ieroā: Ieroā genuit Helchana: Helchana genuit Samuel. Nulliq; dubiū est sacerdotes de Aarō & Eleazar & Phinces stirpe generatos. Qui cum & ipsi habuerint uxores: recte nobis opponerentur: si errore Encratitay ducti contēderemus matrimonia reprobanda: & nō esset nō potifex secundum ordinē Melchisedech sine patre sine matre ^{εϋεκα οϋε τοσ} id est sine nuptiis. Et reuera magnos fructus ex liberis Samuel capit: ut quia ipse placuit deo: tales genuerit qui domino displicerent. Quod si Booz & Ruth nobis obiicit ad cōprobandā digamiā: sciat in euangelio ob typū ecclesiæ etiam Raab meretricem in ordine maiorum domini enumeratā. Porro q; David ducētis preputis emisit iactat uxore: nouerit illum & alias habuisse q; plurimas: & Michol filiam Saul: quam pater alteri tradiderat: postea recepisse: & iam senem Sunamitis puellæ calefactum esse cōplexibus. Nec hoc dico q; de sanctis uiris q; detrahere audeam: sed q; aliud sit in lege uersari: aliud in euangelio. Ille occidit Vriā etheum: mœchus extitit in Bersabe. Et quia erat uir sanguinarius: non ut pleriq; existimant propter bella: sed propter homicidiū templū domini: edificare prohibetur. Nos autē si unum de minimis scandalizauerimus: & si fratri dixerimus racha: & non recte uiderimus: expedit ut mola asinaria ligetur circa collum nostrum: & rei erimus gehēnæ: & adulterium nobis in solo aspectu reputabitur. Transit ad Salomonem: per quem se cecinit ipsa sapientia: & cū uxoriūcum dicat: atq; in illius laudibus immoret: miror cur non iungat & illud de Cantico cantico; Sexaginta sunt reginæ: & octoginta concubinæ: & adolescentulæ quæ nō est numerus: Et illud de regno rum tertio: q; septingentas habuerit uxores: & trecentas concubinas: & alias innumerabiles. Hæ nēpe sunt: quæ auerterunt cor eius a domino: & tamen ante q; plures haberet uxores: & carnis uitis laboretur: in principio regni & adolescentiæ extruxit domino templum unusquisq; enim non de futuris: sed de presentibus iudicatur. Quod si Salomonis exempla ei placent: iam non digamus erit: & trigamus: sed nisi septingētas habuerit uxores: & trecentas concubinas: typum eius & meritum implere non poterit. Obsecro te lector: & idipsum sape commoneo: ut scias me quæ loquor necessitate dicere: nec detrahere his qui in lege precesserint: sed seruisse eos temporibus & cōditiōibus suis: & illam domini implese sententiā: Crescite & multiplicamini: & replete terram: & quod his maius est: futuro; typos prebuisse. Nobis autem quibus dicitur: tempus in collecto est: superest ut qui habent uxores sic sint quasi non habeant: aliud precepit: & uirginitatem a Salvatore uirgine dedicari. Heliam & Heliasem q; stulte in catalogo posuerit maritorū: me tacente manifestum est. Si enim Ioannes Baptista uenit in spiritu & uirtute Helia;: & Ioannes uirgo est: utiq; non solum in spiritu eius uenit: sed etiam in corporis castitate. Porro illud quod de Ezechia cōmemorari potest: q; hoc ille solū a stoliditate non uiderit: q; post uitam

Iesus Naue uxor

Moyse sepulchrū ignora

bu

Septuaginta temerarij uox

inproposito

Ephothad leuitarū est habitus

Raab meretrix in ordine maiori dmi commemoratur

In Salomone se ostendit sapientia

Melchisedech manifestus est

post uitā recuperatā: & xxv. annorū spatia p̄telata dixerit: amodo filios faciā: sciat in hebræis uoluminibus nō haberi: sed legi pro hoc: pater filiis notā faciet ueritatē tuā. Nec mirū si Olda uxor Sellom prophetisā cōsulat ab Iosia rege Iudæ: iā captiuitate uicina: & ira domini stillante sup̄ Hierusalē: cum hæc norma sit scripturæ. ut deficientibus uiris s̄ctis: mulieres i uiroꝝ laudent obprobria: superfluum autē est de Daniele dicere: cū hebræi usq; hodie autumēt illū: & tres pueros fuisse eunuchos: ex illa dei sentētia quā Esaias loquitur ad Ezechia: & de filiis tuis qui nascētur ex te tollēt: & faciēt eunuchos in domo Regis: Rursusq; i Daniele legimus: & dixit rex Aphanez principi eunuchorū: ut introduceret de filiis captiuitatis israel: & de femine regio: & de tyrannorū pueris in quibus nō esset macula: pulchros facie: & intelligentes sapientiā. Et argumētant: si de femine regio electi sūt Daniel & tres pueri: de femine autē regio eunuchos fore scriptura predixit: hos esse qui eunuchi facti sūt. Si uero & illud opposuerit: quod i Ezechiel dicit: Noe & Daniel & Iob: i terra peccatrice filios & filias liberare nō posse. Respondēdum est quod iuxta hypothesin dictū sit. Nec enim eo tēpore Noe & Iob erant: quos multis ante sæculis cognouimus. Et est sensus: si tales & tales uiri fuerint in terra peccatrice: filios suos & filias liberare nō poterunt: quia iusticia patris nō liberabit filiū: nec peccatū alterius alteri reputabitur: aia enim quæ peccauerit ipsa morietur. Sed & hoc dicēdum: Daniel iuxta historiā libri eius: cum Ioachim Rege captum eo tēpore: quo Ezechiel quoq; ductus ē i captiuitatē: quomō ergo potuit habere filios qui adhuc puer erat: & expleto triēnio i troductus est ad regis obsequiū. Ac ne quis putet Ezechiel iā uiri meminisse Danielis & pueri: Factum est inquit in anno sexto regis scilicet Ioachim: in mense sexto in quinta mensis: & ego sedebam in domo mea & senes Iuda sedebant corā me. Atq; i eadē die ad eū dicitur. Si fuerint Noe & Daniel & Iob. Erat igitur Daniel adhuc puer: & notus populo: uel propter iūterpretationem sōniōꝝ regis: uel propter Susannæ liberationem: & occisionē presbyterorū. Et p̄spicue cōprobat eo tempore: quo hæc dicebant de Noe: & Daniele & Iob: adhuc puer fuisse Danielē: nec potuisse h̄re filios & filias quos sua iusticia liberaret. Hucusq; de lege. Cap. xiiii.

de quo quæritur Regi

Uenit ad euangelium: & proponit nobis zachariam & Helisabeth: Petrum & socrum eius: & cōsuetæ uerborū concordia non intelligit: istos quoq; inter eos qui legi seruiert: debuisse numerari. Neq; enim euangelium ante crucem Christi concedam: habuerunt quidam uxores sed quas eo tempore acceperant: quo euangelium nesciebant. Qui assumpti postea in apostolatū relinquunt officium coniugale. Nā cū Petrus ex persona apostolorū dicit ad dominū: Ecce nos relinq̄mus oia: Et secuti sumus te. Respondit ei dominus. Amen dico uobis quoniā nemo est qui dimiserit domū: aut parētes: aut fratres: aut uxore: aut filios propter regnū dei qui nō recipiat multo plura i sæculo isto: & i sæculo futuro uitā æternā. Si autē nobis illud opposuerit ad p̄bandum: quod oēs apostoli uxores habuerint: nunquid nō habemus potestātē mulieres uel uxores circumducendi: quæ γυνή apud græcos utrūq; significat: sicut ceteri apostoli & cephas & fratres domini: Iungat & illud quod i græcis codicibus est. Nūquid nō habemus potestātē sorores: mulieres: uel uxores circumducendi? Ex quo apparet eū de aliis s̄ctis dixisse mulieribus: quæ iuxta morē iudaicū magistris de sua substantia ministrabant: sicut legimus ipsi quoq; domino factitatū. Nam & ordo uerborū hoc significat. Nūquid nō habemus potestātē manducandi & bibendi: aut sorores mulieres circumducendi? Vbi de comedēdo et bibēdo ac de administratiōe sūptuum premitit: et de mulieribus sororibus sic inferē: perspicuū est nō uxores debere intelligi: sed eas ut diximus: quæ de sua substantia ministrabāt. Quod & in ueteri lege de Sunamite illa scribitur: quæ solita sit Heliseum recipere: & ponere ei mensā & panem: et cadelabrū &c. Aut certe si γυνή S uxores accipimus nō mulieres: id quod addit sorores: tollit uxores: et ostendit eas germanas in spiritu fuisse: nō coniuges. Quāquā ex p̄to apostolo Petro nō sit manifeste relatum de aliis apostolis: quod uxores habuerint: et cum de uno scriptum sit: ac de ceteris tacitum: intelligere debeamus sine uxoribus eos fuisse: de quibus nihil tale scriptura significat. Et tamen ille qui nobis obiecit zachariā & Helisabeth: uel Petrum et socrum eius: sciat de zacharia et Helisabeth Ioānē fuisse generatum: id est de nuptiis uirginem: de lege euangelium: de matrimonio castitatem: ut a propheta uirgine uirgo dominus et annunciaretur et baptizaretur. Possumus autē de Petro dicere: quod habuerit socrum eo tempore: quo credidit: et uxorem iam non habuerit: quā legatur i periodis: et uxor eius et filia. Sed nūc nobis de canone omne certamen est. Et quia ad apostolos prouocauit: principes disciplinæ nostræ et christiani dogmatis duces uirgines non fuerint: ut eos interi uirgines concedamus non fuisse. Neq; enim hoc preter Petrum probari potest: nouerit hos esse apostolos: de quibus Esaias uaticinatur: nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: quasi sodoma essemus: et similes gomorræ fuissēmus. Qui ergo erant ex iudæis: uirginitatē quā i iudaismo amiserant i euangelio habere non poterant. Et tamen Ioānes unus ex discipulis qui minimus traditur fuisse inter apostolos: et quem fides Christi uirginem reppererat: uirgo permansit: et ideo plus amatur a domino et recumbit super pectus Iesu. ex quo Petrus qui uxorem habuerat: quod ipse interrogare non aude: illum rogat ut interroget. Et post resurrectionem nunciante Maria Magdalene quod dominus resurrexisset: uter quoque cucurrit ad sepulchrum: sed ille peruenit. Cūq; essent i nauī et piscarentur i lacu genesareth: Iesus stabat i littore: nec sciebant apostoli quem uiderent. Solus uirgo uirginem recognoscit: et dicit Petro dominus est. Rursum post auditam sententiā: quod ab alio cingendus esset Petrus: et ducendus quo nollet: & crucis fuisset illi passio prophetata: & ille diceret: domine quid iste? nolens deserere Ioannem cum quo semper fuerat copulatus: dicit ei dominus. Si uolo eum esse quid ad te? Vnde & sermo exiuit inter fratres illum discipulum nō moriturū. Ex quo ostenditur uirginitatem non mori: nec sordes nuptiarum abluere cruore martyrii: sed manere i christo: & dormitionem eius transitum esse non mortem. Si autem obnixē contenderit Ioannem uirginem nō fuisse: & nos amoris præcipui causam uirginitatem diximus: exponat ille si uirgo non fuit: cur ceteris apo-

Veteralia

de quibus dicitur

fuerit et dicitur in scripturis quod sumus ex ordine cognationis ut patet in scripturis eorum scribitur

Legit tamen de philippo habere uxorem et filios p̄brogat

Apostoli principes et disciplina dogmatis christi sunt

de his qui non sunt uirgines sed discipulis ad mare Tiberidis in quo in suo euangelio scribitur

stolis plus amatus sit? At si tu dicis super Petrum fundatur ecclesia: licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat: & cuncti claves regni caelorum accipiunt: & ex a quo super eos ecclesie fortitudo solidetur: tamen propterea inter .xii. unus eligitur: ut capite constituto: scismatis tollatur occasio. Sed cur non Iohannes electus est uirgo? Aetate delatum est: quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescens ac pene puer: progressae aetatis hominibus preferretur: & magister bonus qui occasionem iurgii debuerat auferre discipulis: & qui dixerat eis. Pacem meam do uobis: pacem relinquo uobis: & qui uoluerit inter uos maior esse: minimus omnium sit: in adolescentem quem dilexerat: causam prebere uideretur inuidiae: Vt autem sciamus Iohannem tunc fuisse puerum: manifestissime docent ecclesiasticae historiae: quae usque ad Traiani imperium uixerit: id est post passionem domini sexagesimo anno dormierit. Quod & nos in libro de illustribus uiris breuiter perstrinximus. Petrus apostolus est: & Iohannes apostolus maritus & uirgo. Sed Petrus apostolus tantum: Iohannes & apostolus & euangelista & propheta. Apostolus: quia scripsit ad ecclesias ut magister. Euangelista: quia librum euangelii condidit: quod excepto Matthaeo alii ex .xii. apostolis non fecerunt. Propheta: uidit enim in pathmos insulam in qua fuerat a Domitiano principe ob domini martyrium relegatus. Apocalypsim infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus: quod a Nerone missus in feruentis olei dolium: purior & uirgetior exiuerit: quam intrauerit. Sed & ipsum eius euangelium multum distat a ceteris. Matthaeus quasi de homine incipit scribere: liber generationis Iesu Christi filii Dauid: filii Abrahamae: Lucas a sacerdotio zachariae. Marcus a prophetia Malachiae prophetae & Esaias. Primus habet faciem hominis: propter genealogiam. Secundus faciem uituli: propter sacerdotium. Tertius uocem leonis: propter uocem clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas facite semitas eius: Iohannes uero noster: quasi aquila ad superna uolat: & ad ipsum patrem peruenit dicens: In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Exposuit uirginitas: quod nuptiae scire non poterant: Et ut breui sermone multa comprehendat: doceatque cuius privilegii sit Iohannes: imo in Iohanne uirginitas: a domino uirgine mater uirgo: uirgini discipulo commendatur. Verum casto labore sudamus. Obicit nobis quippe aduersarius apostolicam sententiam: & ait. Adam primus formatus est: deinde Eua: & Adam non est seductus: mulier autem seducta: in preuaricatione facta est. Salua autem fiet per filiorum generationem: si permanerint in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Consideremus cur apostolus ad hanc sententiam: & unde peruenerit. Volo ergo uiros orare in omni loco: leuantes sanctas manus sine ira & cogitationibus. Consequenter itaque mulieribus dat precepta uitae: & ait. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum uerecundia & castitate ornantes se: non in tortis crinibus: aut auro uel margaritis: siue ueste preciosa: sed secundum quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat: cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto: neque dominari in uiro: sed sicut etiam esse in silentio: Et ne uideretur mulieris dura conditio: quae eam in mariti redigeret seruitutem: legis recordatur antiquae: & ad originale exemplum redit: quod Adam primus factus sit: denique mulier ex costa eius: & quod Adam diabolus seducere non potuerit: sed Eua: & quod post offensam dei: statim uiro subiecta est: & ad maritum illius facta conuersio. Quodque errorem ueterem illa quae semel coniugio copulata est: & redacta in conditionem Euae filiorum procreatione deleat: ita tamen si ipsos filios erudiret in fide & dilectione Christi: & in sanctificatione & pudicitia. Non enim ut male habetur in latinis codicibus: sobrietas est legenda: sed castitas: id est σωφροσύνη. Vide igitur quomodo ex hoc quoque ipso testimonio supereris: & quod putabas esse pro nuptiis: pro uirginitate sentire cogaris. Nam si saluatur mulier in filiorum generatione: & liberorum numerus salus matrum est: cur addidit si permanserint filii in charitate: & sanctificatione cum castitate? Tunc ergo saluabitur mulier. si illos genuerit filios qui uirgines permanfuri sunt: si quod ipsa perdidit acquirat in liberis: & danum radicis & carne flore compescet & pomis.

Cap. xv.

Salomon multinubus

Supra in transitu ubi nobis aduersarius proposuerat Salomonem multinubum: & qui templum dei extruxit: strictim responderam: ut per quaestiones reliquas currerem. Nunc ne clamitem: & hunc & alios in lege patriarchas: & prophetas: & sanctos uiros a nobis esse temeratos: proponamus huiusmodi: qui multas uxores & concubinas habuit de nuptiis uoluntate. Nemo enim melius scire potest: quid sit uxor uel mulier illo qui passus est. Loquitur ergo in prouerbiis: mulier insipiens & audax: inops panis efficitur: Cuius panis? Nepe qui de caelo descendit. Statimque subiungit. Terrigenae apud eam pereunt: & in profundum infernum incurunt. Qui sunt terrigenae: qui apud eam pereunt? Vtique illi qui sequuntur primum Adam: qui de terra est: & non secundum illum qui de caelo est: Et rursum in alio loco. Sicut in ligno uermis: ita perdit uirum suum uxor malefica. Si autem asserueris hoc de malis coniugibus dictum esse: & ego tibi breuiter respondebo. Quae enim mihi incubet necessitas uenire in dubium: utrum bona an mala futura sit: quam duxero? Melius est inquit habitare in terra deserta: quam cum uxore litigiosa: & iracunda: Quae rarum sit uxorem sine his uitiiis inueniri: nouit ille qui duxit uxorem: unde pulchre Varius geminus sublimis orator. Qui non inquit litigat: celebs est: Melius est habitare in angulo tecti: quam cum uxore maledica in domo communi. Si domus communis est mariti & uxoris: erigit uxorem in superbiam: & contumeliam uiro facit: quanto magis si ditior uxor fuerit: & in domo eius uir manserit: Incipit enim non uxor: sed domina esse: & uiro si offenderit migrandum est. Stillicidia eiciunt hominem in die hyemali de domo sua. Similiter & mulier maledica de propria domo assiduis quippe iurgiis & quotidiana garrulitate facit perfluere domum eius: & eicit eum de aedibus suis: id est de ecclesia. Unde & supra ab eodem Salomone precipitur: fili ne superfluas. Et apostolus ad hebraeos. Propterea inquit debemus intendere amplius his quae dicuntur: ne forte superfluamus. Illud uero quis taceat: quod sub enigmatibus scribitur: Sanguisuga tres filiae erant dilectione dilectae. Sed

Mulier

Varius de quo Seneca

Etæ: sed istæ nõ saturauerunt eam: & quartæ nõ sufficit dicere: satis est: Infernus: & amor mulieris: & terra quæ nõ satiatur aqua: & ignis nõ dicit: satis est. Si sanguifuga diabolus est: diaboli filia: sunt dilectione dilectæ: quæ satiari interfecto: cruore nõ possunt. Infernus: & amor mulieris: & terra ardens: & ignis exæstuas. Nõ hic de meretrice: nõ de adultera dicitur: sed amor mulieris generaliter accusat: qui semp insatiabilis est: qui extinctus accenditur: & post copiã rursũ inops est: animũq; uirilẽ effeminat: & excepta passiõe quã sustinet: aliud nõ sinit cogitare. Simile quid & in sequenti parabola legimus: Per tria mouet terra: quartũ aut nõ pot ferre. Si seruus re gnet: & stultus si saturet panibus: & odiosa uxor si habeat uirũ bonũ: & ancilla si eiiciat dominã suã. Ecce & hic inter malorũ magnitudinẽ uxor ponit. Quod si responderis: sed uxor odiosa: dicã tibi quod & supra. Ac p hoc periculũ iminet: ferri graue est. Qui eni ducit uxore: in ambiguo e: utrũ odiosam an amabilem ducat. Amor il lius inferno & amenti terræ & incendio comparatur.

Amor uiciorũ insatiabilis est qui extinctus accenditur.

Eniamus ad ecclesiastẽ: de ipso quoq; testimonia pauca ponẽtes: oibus tẽpus est: & tẽpus omni rei sub caelo. Tempus pariendi: & tẽpus moriendi: tẽpus plantandi: tempus euellendi quod plantatũ est: peperimus in lege cũ Moysẽ: moriamur in euangelio cũ Christo. Plantauimus in nuptiis: euellamus per pu dicitã quod plantatũ est. Tẽpus amplexandi: & tẽpus longe fieri ab amplexu. Tẽpus amandi: & tempus obe diendi. Tempus belli: & tẽpus pacis. Simulq; nos comonet: ne legẽ euangelio preferamus: ne puritatẽ uirgini tatis putemus nuptiis æquandã: Meliora sunt dicens nouissima sermonis: q̃ initiũ eius. Statimq; subiungit: ne dixeris quid factũ est: quia dies priores meliores erant: q̃ hi. quia non sapienter interrogasti de hoc. Et reddidit causã quare dies posteriores meliores sunt q̃ priores: quia bona inquit est sapiẽtia cũ hæreditate. In lege eni sa pientiã carnis mors sequebatur occidens. In euãgelio sapiẽtiã spiritus hæreditas expectat aterna. Ecce hoc in ueni dixit Ecclesiastes hominẽ unum de mille inueni: & mulierẽ in his oibus nõ inueni. Verũtamen repperi: q̃ fecit deus hoimẽ rectũ: & ipsi quasierũt cogitationes malas. Rectũ hoimẽ inuenisse se dicit. Cõsidera uim uer bi. In hoie & uir & scemina continetur & mulierẽ inquit in his oibus nõ inueni. Legamus principiũ Geneleos & inueniemus Adã: hoc est hoimẽ: tam uirũ q̃ sceminã nuncupari. Cũ ergo boni creati sumus & recti a deo ipsi uitio nõ sumus ad peiora delapsi: & quod in paradiso rectũ in nobis fuerat: egredientibus de paradiso dãnaturũ est. Quod si obieceris anteq̃ peccarent: sexũ uiri & scemine fuisse diuisum: & absq; peccato eos potuisse coniu gi: quid futurũ fuerit incertũ est. Neq; enim dei possumus scire iudicia: & ex nostro arbitrio illius sententiã pre iudicare. Hoc quod factum est: in propatulo est: q̃ qui in paradiso uirgines permanserũt: eiecti de paradiso co pulati sunt. Aut quid nocebat: si paradisos nuptias recipit: & nulla est inter maritum uirginẽq; diuersitas: etiã in paradiso eos ante sociari: Eiiciuntur de paradiso & quod ibi non fecerunt: in terra faciunt: ut statim a princi pio conditionis humanæ uirginitatem paradisos: & terra nuptias dedicauerit. In omni tempore sint uestimen ta tua candida. Candor uestium sempiternus uirginitatis est puritas: In matutino seminauimus semen nostrũ: & ad uesperam non celssemus. Qui seruiuimus in lege nuptiis: uirginitati in euãgelio seruiamus. Cap. xvii.

Omni tempore est

In propatulo est

Candor uestium

Ranleo ad Canticum canticorũ: & quod aduersarius totum putat esse pro nuptiis: uirginitatis cõtine re sacramento monstrabo. Audiamus quid loquatur sponsa anteq̃ sponsus eius ad terras ueniat: pa tiatur inferos: penetret: ac resurgat: similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti: quo adulq; rex in accubitu suo est anteq̃ resurgeret dominus: & Euangelium coruscaret: non habebat aurum spon sa: sed similitudines auri. Argentum aut quod in nuptiis se habere pollicetur: habebat uarium atq; distinctũ in uiduis: continentibus: ac maritalis. Deinde sponsus respondet ad sponsam & eam docet: q; ueteris legis umbra transferit: & ueritas euangelii uenerit. Surge ueni proxima mea: spõsa mea: columba mea: quoniã ipse hyems transit: pluuia abiit: abiit sibi. Hoc de ueteri testamento. Rursus de euangelio & uirginitate: Flores uisi sunt i terra: tempus sectionis aduenit. Nonne tibi uidetur idipsum dicere: quod & apostolus: superest ut qui habent uxores: sic sint quasi non habeant: & manifestius de preconio castitatis: uox aut turturis audita est in terra nrã: Turtur auis pudicissima: semper habitans in sublimibus: typus est Saluatoris. Legamus physiologos: et repe riemus turturis hanc esse naturam: ut si parem perdiderit: alteri non iungatur: et intelligamus digamiam etiam a multis auibus reprobari. Statimq; turtur dicit ad turturem: ficus protulit grossos suos: id est ueteris legis pre cepta ceciderunt: et de euangelio uites florentes odorem dederunt: unde et Apostolus. Christi bonus odor su mus. Surge ueni proxima mea: sponsa mea: et ueni tu colũba mea: in uelamẽto petre iuxta promuralem: et osten de mihi faciem tuam: et auditam mihi fac uocem tuam: quoniã uox tua suauis: et facies tua speciosa: dũ uultũ tuum tegeres cum Moysẽ: et uelamentum esset in lege: nec faciem tuam uidebam: nec uocem dignabar audire dicens. Et si multiplicaueritis preces uestras: nec sic exaudiam uos. Nunc autem reuelata facie contemplare glo riam meam: et petre firmissimã tegere promuralem. Quod audiens sponsa aperit sacramenta pudicitia: fratru lis meus mihi: & ego illi: qui pascitur iter lilia: hoc est inter uirginum candidissimos choros. Vis scire quale ue rus Salomon & pacificus noster solum: quales habeat armigeros: Ecce ait lectus Salomonis. Ix. potentes in cir cuitu eius: de potentibus israel: omnes ferentes frameam & docti bello: uniuscuiusq; uiri gladius in femore ip sius. Qui in circuitu Salomonis sunt: gladium habet in femore sicut Aoth ille iudex α. μ. ρ. ο. Τεπο. Δ. ε. ρ. ι. ο. ς id est ambidexter: qui interfecit hostem pinguisimum: & totum carni deditum: omnes amputans uoluptates. Ibo in quit ad montem myrrha: ad eos scilicet qui mortificauerunt corpora sua: & ad collem libani: ad purissimos uir ginum greges: & loquar sponsæ meæ. Tota speciosa es amica mea: & non est macula in te. Vnde et apostolus: ut exhibeat inquit sibi sanctam ecclesiam: non habentem maculam neq; rugam. Veni a libano sponsa: ueni a libano: uenies et pertransibis ab initio fidei a capite sanyr et hermon a cubilibus leonũ a montibus leopardorũ.

Turturis natura

Similitudo uirginis quæ non iungitur nisi in uelamento

Et ferens dicitur filij filii

*Libanus
Samsy
Hermon*

Cor hosphini sermo dei

Malogranatum

Aminadab

Fasidio naves constructum

Esauus spes fidei nre miserum

*Ahalma
Naara
Bethula*

Anna filia phanuelis

*Sorem
propheta
Lupae*

Libanus λευκισμος idest candor interpretatur. Veni ergo sponsa candidissima: de qua alibi dicit: Quae est ista quae ascendit dealbata: & transit per uiam huius saeculi: ab exordio fidei: & ex sanys: quod interpretatur deus lucerna: iuxta illud quod in psalmo legimus: lucerna pedibus meis uerbum tuum domine: & lux semitis meis: & hermon idest consecratione: & fuge leonum cubilia: & leopardos montes: qui uon possunt mutare uarietate suam. Fuge inquit cubilia leonum: fuge superbiam demonum: ut postquam mihi fueris consecrata: possim tibi dicere: uulnerasti cor meum soror mea: sponsa uulnerasti cor meum in uno oculo: tuorum: in uno ornamento colli tui. Quod dicit huiusmodi est. Non repudio nuptias: & habes sinistrum oculum: quem tibi dedi propter imbecillitatem eorum qui recta uidere non possunt. Sed magis mihi dexter uirginitatis oculus placet: qui si caecatus fuerit: omne corpus in tenebris est. Ac ne putaremus cum amore carnis: & nuptias significare corporeas: ilico excludit hunc sensum. & ait: uulnerasti cor meum soror mea sponsa: ubi sororis nomen est: suspitio omnis fecdi amoris excluditur. Quam speciosa sunt ubera tua a uino: de quibus & supra dixerat: fratruelis meus mihi in medio uberum meorum commorabitur: in principali cordis: ubi habet sermo dei hospitium. Quam speciosa sunt ubera tua a uino. Quod istud uinum est: quod sponsae mammas pulcherrimas facit: & pudicitiae lacte fecundat: Nempe illud de quo sponsus in consequentibus loquitur: bibi uinum meum cum lacte meo. Manducate proximi mei & bibite: & inebriamini fratres. Vnde & apostoli dicebantur musto pleni: Musto inquit non uino ueteri: quia uinum nouum in utres nouos mittitur: & non ambulabunt in uetustate litterae: sed in nouitate spiritus: hoc est uinum: quod cum inebriauerit adolescentes & puellas: statim uirginitatem sitiunt & in crapulam castitatis eructant: & expletur illud uaticinium zachariae: dumtaxat iuxta hebraicam ueritatem de ecclesiae uirginibus prophetantis. Complebuntur infantibus & puellis ludetibus plateae eius. Quid enim bonum eius est: & quid pulchrum eius: nisi frumentum electorum: & uinum germinans uirgines istae sunt uirgines de quibus in xlviij. psalmo scriptum est: adducentur regi uirgines post eam proxima eius afferentur tibi in iacticia & exultatione adducentur in templum regis. Sequitur: hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus fons signatus. Quod clausum est atque signatum similitudinem habet matris domini: matris & uirginis: Vnde & in sepulchro Saluatoris nouo: quod in petra durissima fuerat excisum: nec ante nec postea quisquam positus est: & tamen haec uirgo perpetua: multae est mater uirginum. Sequitur enim emissiones tuae paradus malogranatorum cum fructu pomorum. In malogranatis & pomis omnium uirtutum significatur in uirginitate conceptus: fratruelis meus candidus in uirginitate: rubicundus in martyrio. Et quia rubicundus & candidus est: iccirco statim aduritur. Guttur eius dulcedines: & totus concupiscentia. Sponsus uirgo laudatus a sponsa uirgine: laudat uicissim uirginem sponsam: & dicit ei. Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filii Aminadab: quod interpretatur populi se sponte offerentis. Virginitas enim uoluntaria est: & ideo gressus ecclesiae in castitatis pulchritudinem collaudantur. Non est huius temporis in morem commentarii omnia de Canticis canticorum uirginitatis pandere sacramenta: quia & haec ipsa fastidio lectori nares contractura non ambigo.

Cap. xviii.

Loquatur Esaias spei nostrae fideique mysterium. Ecce uirgo in utero concipiet: & pariet filium: & uocabis nomen eius Emanuel. Scio iudaeos opponere solere in hebraeo uerbum ahalma non uirginem sonare: sed adolescentulam. Et re uera uirgo proprie bethula appellatur: adolescentula autem uel puella non ahalma dicitur: sed naara. Quod est igitur quod significat ahalma: abscondita uirginem: idest non solum uirginem: sed cum etiam tacet: idest in intentione uirginem: quia non omnis uirgo abscondita est: nec ab hominum fortuito separata conspectu. Denique & Rebecca in Genesi ob nimiam castitatem: & ecclesiae typum: quem in sua uirginitate signabat: ahalma scribitur non bethula: sicut manifestum esse poterit ex sermonibus pueri Abraham: quos loquitur in Mesopotamia: & dicit: domine deus domini mei Abraham: si tu diriges uiam meam per quam ego ingredior. ecce dum stetero super fontem aquae: uirgo quae egreditur ut hauriat aquam: & dixerit ad eam: da mihi paululum aquae ut bibam de hydria tua: & responderit: & tu bibe: & camelis tuis hauriam: haec erit uox quam preparauit dominus filio domini mei. In eo enim loco in quo ait: uirgo quae egreditur ut hauriat aquam: in hebraeo scriptum est ahalma: idest uirgo secreta: & nimia parentum diligentia custodita. Aut certe ostendant mihi: ubi hoc uerbo appellentur & nuptiae: & iperitiam confitebor. Ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium. Si non preferat nuptiis uirginitas: spiritus sanctus cur maritandam: cur uiduam non elegit? Nam illo tempore erat Anna filia Phanuelis de tribu Asser in signis pudicitiae: & semper uocata orationibus & ieiuniis in templo dei. Si conuersatio tantum & bona opera & ieiunia absque uirginitate spiritus sancti ad se merentur aduentum: potuit & ista mater esse domini. Curramus ad reliqua. Spreuit te inquit et despexit uirgo filia syon. Quam filiam dixerat: appellauit & uirginem. ne si tantum filiam nominasset arbitraretur & nuptiam: Haec est uirgo filia ad quam alibi dicitur. Latere sterilis quae non parit: erumpe & clama quae non parturit: quoniam multi filii desertae magis quam eius quae habet uirum. Ista de qua per Hieremiam loquitur deus dicens: Nunquid obliuiscetur sponsa ornamenti sui: aut uirgo fasciae pectoralis sui? De hac in eadem prophetia grande miraculum est: quia femina circumdederit uirum: & uniuersitatis parentem uirginis uenter inclusit. Esto inquit nuptiarum & uirginitatis sit diuersa conditio: quid ad hoc potes dicere? Si uirgo et uidua fuerint baptizatae: et ita permanerint: quae erit inter utramque diuersitas? Quod de Petro et Ioanne: Anna et Maria dudum diximus: hoc presenti loco proficiat. Si enim inter uirginem et uiduam baptizatas nihil interest: quia baptismus nouum hominem facit: eadem conditione et scorta atque prostituta si fuerint baptizatae: uirginibus coaequantur. Si enim preterita nuptiae nihil nocent uiduae baptizatae: et preteritae in meretricibus uoluptates: expositaeque corpora publicae libidini: post lauacrum uirginitatis premia consequentur. Aliud est purissimum meritum &

mentē & nulla recordatione pollutā deo iungere: aliud meminisse amplexum uiri fœde necessitatis: & qđ corpore non agas: recordatione simulare. Hieremias qui in utero sanctificatus est: & cognitus i uulua matris: ideo hoc priuilegio fruit: quia uirginitatis erat beatitudini destinatus. Et cū omnes capti sint: uasa quoq; tēpli Baby lonio uastante direpta: iste solus liber ab hostibus est: & captiuitatis nescit iniurias: & a uictoribus accepit sti pēdia & Nabuzardan cui de sanctis sanctos: Nabucodonosor nō preceperat: precepit de Hieremia. Hoc mī ueq; templū dei est: & hæc sancta sanctos: quæ uirginitatis puritate domino consecrant. At ecōtrario Ezechi el: qui captiuus tenebatur in babilone: qui tēpestatē ab aquilone ueniētē uiderat: & turbine cuncta rapientiē ait: Mortua est uxor mea ad uesperā: & feci mane: sicut preceptū mihi erat: predixerat eni ei dominus: qđ in die illa aperiretur os eius: & loqueret: & nō taceret amplius. Diligenter attēde: donec uxor uiueret: non habebat li bertatē populū cōmonendi. Moritur uxor: & coniugale uinculū soluit: & absq; ulla trepidatione semp in offi cio prophetali est. Qui enī liber uocatus est: uere est seruus christi: nō nego beatas esse uiduas: quæ ita post ba ptismū manserint: nec illas: detraho merito: quæ cū uiris in castitate pdurant. Sed sicuti hæ maioris apud deū premii sunt: q̄ nuptæ cōiugali officio seruiētes: ita & ipsæ æquo aīo patiantur: uirginitatē sibi præferri. Si enī illas fera pudicitia post despumatas corporis uoluptates erigit contra maritas: cur non infra perpetuam casti tatem esse se nouerint?

post despumatas Corp vobis
tati.

Cap. xix.

Rustra inquit hæc loqueris: quia & episcopi & presbyteri & diaconi: unius uxoris uiri & habentes fi lios: ab apostolo constituunt. Quomodo de uirginibus apostolus dicit se nō habere preceptū: & ta men dat consiliū quasi misericordiā cōsecutus a domino: & hoc agit in omni illa disputatione: ut uirgi nitatē præferat matrimonio: & suadet: quod iperare nō audet: ne iniicere uideat laqueū: & plus ipo nere pōderis: q̄ potest hoīum sustinere natura: ita & in ecclesiastico ordine cōstituendo: quia rudis ex gentibus constituēbat ecclesia: leuiora nup credentibus dat præcepta: ne territi ferre nō possent. Deniq; & apoltoli & se niores de hierosolymis litteras mittunt: ut nō amplius iponatur oneris his: qui de gētibus crediderūt: nisi ut ab stineant se ab idolatria: & a fornicatione: & a sanguine: & a suffocatis: & quasi paruulis atq; ifantibus lac potū dant: nō solidū cibū: nec precipiunt de cōtinentia: nec de uirginitate significāt: nec ad ieiunia puocant: neq; di cūt illud: quod i euāgelio ad apostolos dirigē: ne habeant duas tunicas: ne perā: nec æs in zonis: nec uirgam i manu: nec calciāmētā in pedibus. Aut certe illud: si uis pfectus esse: uade & uēde omnia tua: & da paupibus: & ueni sequere me. Si enī adolescens ille: qui se iactauerat cuncta fecisset quæ legis sūt: audiēs hoc tristis abiit: qa habebat possessiones multas. & pharisæi huiuscemodi domini sententiā subsannabāt: q̄to magis tanta gentiū multitudo: cui sūma uirtus erat aliena nō rapere: nō habebat necesse preceptū de castitate: & cōtinentia ppe tua: quibus scribebatur: ut abstinerēt se ab idolis: & a fornicatione: & i quibus audiebat fornicatio: & talis forni catio quæ nec inter gentes quidem est. Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit: eligatur e piscopus: qui unam ducat uxorem: & filios faciat: sed qui unam habuerit uxorem & filios in omni subditos di sciplina: certe conseris: nō posse esse episcopum: qui in episcopatu filios faciat. Alioquin si deprehen sus fuerit non quasi uir tenebitur: sed quasi adulter damnabitur. Aut per mitte sacerdotibus exercere opera nuptiarū: ut idem sint uirgines quod mariti. Aut si sacerdotibus non licet uxores tangere in eo sancti sunt: quia imitātur pu dicitiam uirginalem. Sed & hoc inferendum. Si laicus & quicumq; fidelis orare non potest: nisi careat officio cō iugali: sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia: semper orandum est. Si semper orandum est ergo semper carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege: qui pro populo hostias offerebant: non solum in omibus suis non erant: sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati: & uinum & siceram non bibe bant: quæ solent libidinem prouocare. Eliguntur mariti in sacerdotium: nō nego: quia non sunt tantū uirgines quan ti necessarii sunt sacerdotes. Nunquid quia in exercitu fortissimus quisq; eligendus est: iccirco non assumenē & inferiores: cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus uiribus tantum staret: & non etiam numero mili tum: abiicerentur imbecilliores. Nunc & secundarum & tertiarum uirium gradus assumitur: ut turba & nume ro exercitus cōpleatur. Et quomodo inquies frequenter in ordinatione sacerdotali uirgo negligitur: & maritus assumitur? Quia forte cætera opera non habet uirginitati cōgruentia: aut uirgo putat: & nō est: aut est uirgi nitas infamis: aut certe ipsa uirginitas ei parit superbiam: & dū sibi applaudit de sola corporis castitate: uirtutes cæteras negligit: non fouet pauperes: pecuniæ cupidior est: euenit interdū ut tristior uultus: adductū superciliū: incessus pomparum ferculis similis offendat populū: & quia nihil habet quod reprehendat in uita: habitum so lum oderit & incessunt. Multi eliguntur non amore sui: sed alterius odio. In plarisq; suffragium meretur sola simplicitas: & alterius prudentiæ & calliditati quasi malitiæ opponuntur. Nonnunq̄ erat plæbis uulgū: iudi cium et in sacerdotibus comprobandis: unusquisq; suis moribus fauet: ut non tam bonū q̄ sui similitē quærant p̄positum. Euenit aliquotiens: ut mariti quæ pars maior in populo est: maritis quasi sibi applaudant: & in eo se arbitrentur minores non esse uirginibus: si maritum uirgini preferant. Dicam aliquid quod forsitan cū mul torum offensa dicturus sum: sed boni non mihi irascuntur: quia eos peccati conscientia non remordebit. Inter dum hoc & pontificū uitio accidit: qui non meliores: sed argutiores in clery eligunt: & simpliciores quosq; atq; innocentes inhabiles putant: uel affinis & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiunt: siue diuitū obedi unt iussioni. Quodq; his peius est: illis clericatus donāt gradus: quorū sunt obsequiis deliniti. Alioquin si iuxta sētentiā apostoli: nō erūt episcopi nisi mariti: ipse apostolus episcopus esse nō debuit: q̄ dixit uolo aut oēs sic eē sicut ego sū. Et Ioānes indignus esse hoc gradu estimabit: et omnes uirgines et cōtinentes: quibus quasi pulcher rimis gēmis ecclesiæ monile decorat. Episcopus et presbyter et diaconus nō sūt merito: nomina sed officiorū.

Non p...

Sicuti in q̄ p̄cipis p̄cipis m...

Tristior uultus
Adductū superciliū
Incessus pomparum ferculis similis

Unusquisq; suis moribus fauet

In multorum offensa dicturus sum

Virgines quasi gēmis ecclesiæ
monile decorat

In maiori ordine non
sunt uisus exercere
uicium habet uirtutem.

Alia uirtutes sunt
quae sunt uirtutes.

Heli pontifex
primus est.

Nomina uaria misce.

Sub nomine Episcopi
et presbyteri uel
diaconi.

Lups
Adulter

Difficilis res uirginitas
Cura plurimorum est

Cur pernas uocetur
a spiritu.

Vox obsoleto

Nec dicitur: si quis episcopum desiderat: bonum desiderat gradum: sed bonum opus desiderat. q. in maiori or
dine constitutus possit si uelit: occasionem exercendae habere uirtutum. Cap. xx.

Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse: ut nulli uitio macipatus sit. unius uxoris uirum: qui unam
uxorem habuerit: non habeat. sobrium: siue ut melius in graeco dicitur uigilante. id est $\nu\alpha\phi\alpha\lambda\epsilon\omicron\nu$ pudi
cu. hoc enim significat $\sigma\omicron\pi\pi\omicron\nu\alpha$ ornatu & castitate & moribus: hospitalē ut imitet Abraham: & cum
peregrinis imo iperegrinis Christum suscipiat doctore. Nihil eni prodest conscientia uirtutum frui: nisi & creditu si
bi populu possit instruere: ut ualeat exhortari i doctrina: & eos qui contradicunt redarguere: non uinolentum: quia
semper i sanctis sanctoru est: & qui offert hostias: uinum & siceram non bibit: quia in uino luxuria est. Sic bibat epi
scopus: ut anbibere ignoret: non percussore. i. qui conscientias non percutiat singuloru: neq. enim pugilem de
scribit sermo apostolicus: sed pontificem instituit quid facere non deberet: docet nunc e regione quid faciat: sed
modestum non litigiosu: non cupidum: domum suam bene regente: filios habente subditos cum omni castitate. Vi
de quanta pudicitia exigatur in episcopo: ut si filii eius impudici fuerint: ipse episcopus esse non possit: & eode
uitio offendant deum: quo offenderit Heli pontifex: qui corripuerat quidem filios: sed quia non abiecerat delinque
tes: retrorsum cecidit & mortuus est: lucerna dei anteq. extingueretur. Mulieres similiter pudicas & reliqua. In
omni gradu & sexu tenet pudicitia principatu. Cernis igitur q. episcopus presbyter & diaconus non ideo sint bea
ti: quia episcopi uel presbyteri sint aut diaconi: sed si uirtutes habuerint nominu suoru & officioru. Alioquin si
diaconus sanctior episcopo suo fuerit: non ex eo q. inferior gradu est: apud Christum deterior erit. Absit: aut Ste
phanus diaconus: qui primus martyrio coronatus est: minor futurus est in regno celorum multis episcopis &
Timotheo ac Tito: quos ut subiicere non audeo: ita nec antepone. Quomodo in legionibus & exercitu sunt
duces: sunt tribuni: sunt centuriones: sunt ferentarii: ac leuis armaturar: & miles gregarius: & manipuli: commif
saq. pugna: uacant nomina dignitatu: & sola fortitudo quaeritur. Ita in hoc capto & prelio quo contra demones
dimicamus: non queruntur nomina sed opera: & gloriosior ille sub uero iperatore Christo: non qui nobilior: sed
qui fortior est. Cap. xxi.

Adicis: si omnes uirgines fuerint: quomodo stabit humanu genus? Par pari inferam. Si omnes uidua
fuerint: uel in matrimonio continentes: quomodo stirps mortalium propagabitur? Hac ratione nihil oi
no erit: ne aliud esse desistat. Verbi gratia: si cuncti philosophi sint: agricolae non erunt. Quid loquar
de agricolis: non oratores: non iurisperiti: non reliquaru artiu praecipites. Si uniuersi principes: quis erit mi
les? Si omnes caput: cuius uocabuntur caput: cum caetera membra defuerint? Vereris ne si uirginitatem plures ap
petierint: cessent esse lupae: cessent adultere: ne infantes in urbibus uillisq. no uagiant. Quotidie incechoru san
guis effunditur: adulteria danant: & inter ipsas leges: & seures ac tribunalia flagrans libido danatur. Noli me
tuere ne omnes uirgines fiant difficilis res est uirginitas: & ideo rara quia difficilis: multi uocati: pauci electi: cu
pere plurimoru est pseuerare paucoru: unde & grande premiu eoru qui pseuerauerint. Si omnes uirgines esse
possent: nunq. & dominus diceret: qui potest capere capiat: & apostolus in suadendo trepidaret: de uirginibus
autem preceptum domini non habeo. Et cur inques: creata sunt genitalia: & sic a conditore sapientissimo fabri
cati sumus: ut mutuam nostri patiamur ardorem: & gestiamus in naturalem copulam? Periclitamur respon
sionis uerecundia: & quasi iter duos scopulos & qualdam necessitatis & pudicitiae $\sigma\upsilon\mu\pi\lambda\eta\gamma\alpha\delta\alpha$ S. hinc atq. i
de uel pudoris uel causa naufragiu sustinemus: si ad proposita respodeamus: pudore suffundimur. Si pudor i
perarit silentiu: quasi de loco uidebimur cedere: & aduersario feriendi occasione dare. Melius est tamen clausis
quod dicitur oculis: Andabatare more pugnare: q. directa spicula clypeo non repellere ueritatis. Potera quide
dicere: Quomodo posterior pars corporis & meatus: p. que aliusstercora egeruntur relegatus est ab oculis: & q.
si post tergum positus: ita & hic qui sub uentre est ad dirigendos humores & potus: quibus uenae corporis irri
gantur: a deo conditus est. Sed quoniam ipsa organa & genitalium fabrica: & nostra sceminarumq. discretio:
& recepracla uulua: ad suscipiendos & coalendos fetus condita: sexus differentiam predicant: hoc breuiter
respondebo. Nunq. ergo cessemus a libidine: ne frustra huiuscemodi membra portemus? Cur enim maritus se
abstineat ab uxore? Cur casta uidua perseueret? Si ad hoc tantum nati sumus: ut pecudu more uiuamus? Aut
quid mihi nocebit: si cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium est mandere: &
in aluum ea quae sunt mansa transmittere: & non habet crimen qui coniugi mea panem dederit: ita si genitaliu
hoc est officium: ut semper fruatur natura sua: meam lassitudinem alterius uires superent: & uxoris ut ita di
xerim ardentissimam gulam fortuita libido restinguat. Quid sibi autem uult apostolus: ut ad continentiam
cohortetur: si contra naturam est? Quid ipse dominus qui eunuchorum precipit uarietates? Certe apostolus
qui ad suam nos prouocat pudicitiam: debet constanter audire: cur portas uereturum o Paule? Cur a sexu sce
minarum barba: pilis: aliaq. membrorum qualitate distingueris? Tuas non intumescunt papillae: non dilatan
tur renes: non pectus artatur: uox obsoleto est: sermo fortior: & hirsutum supercilium: frustra haec omnia ui
rorum habes: si complexu non uteris sceminarum: compellor aliquid loqui: & insipiens fieri. Sed uos me ut lo
qui audea coegistis: dominus noster atq. saluator: qui cum i forma dei esset: forma serui dignatus e assumere: sa
ctus obediens patri usq. ad mortem: mortem aut crucis. Quid necesse erat: ut i his membris nasceret: quibus usus non
erat? Qui certe ut sexum ostenderet: etiam circucisus e: Cur Ioane apostolu & baptista sua dilectioe castrauit: quos
uiros nasci fecerat? Qui in Christum credimus: Christi sectemur exempla. Et si noueramus illum iuxta carne sed ia
nunc non nouimus eum secundum carne. Certe i resurrectione eade erit corpore substantia: q. nunc utimur: licet auctior
gloria. Na & saluator in tantu ipsam corpus habuit post resurrectionem: in quo crucifixus est: ut manus pfo
ratas

Paulus ad
Timotheum

Episcopus in
libro Regu

Episcopus in
libro Regu

Intus
Reuel

Andabatare
more pugnare

Episcopus in
libro Regu

ratas clavis: & lateris uulnus ostenderet. Porro si clausis ingressus est ostiis: quod humanorum corporum natura non patitur: ergo & Petrum & dominum negabimus uera habuisse corpora: quia ambulauerunt super aquas: quod contra naturam est. In resurrectione mortuorum non nubent: neque nubentur: sed similes erunt angelis. Quod alii postea in caelis futuri sunt: hoc uirgines in terra esse coeperunt. Si angelorum nobis similitudo promittitur: iter angelos autem non est sexus nec diuersitas: aut sine sexu erimus: quod angeli sunt: aut certe quod liquido comprobatur: resurgentes in proprio sexu: sexus non fungemur officio. Cap. xxii.

Uerum quid agimus argumentis: & propositiones aduersarii callida cupimus responsione superare? Vt tera transferunt: ecce facta sunt omnia noua: curram per apostolorum sententias. Et quomodo in Salomonis exemplis breues expositiuiculas subdidi ob intelligendi facilitatem: ita & nunc castitatis & continentiae christiane exempla replicabo: & de multis testimoniis quasi unum corpus efficiam: quo & nihil quod ad pudicitiam pertineat praetermittam: & nimiae prolixitatis declinem fastidium. Scribit inter cetera Paulus apostolus ad romanos. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis: in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est: nunc uero liberati a peccato: serui autem dei facti: habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam aeternam: puto quod & nuptiarum finis mors sit: fructus autem sanctificationis: qui uel ad uirginitatem uel ad continentiam pertinet: uita pensatur aeternatae deinde. Itaque fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi: ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: ut fructificetis deo. Cum enim essemus in carne: passiones peccatorum quae per legem erant: operabantur in membris nostris: ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis: in qua detinebamur: ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate litterae: faciebamus ea quae carnis erant: & fructificabamus morti. Nunc autem quia mortui sumus legi per corpus Christi: fructificemus deo: ut simus eius: qui ex mortuis resurrexit. Nec non & in alio loco cum dixisset: scio quia lex spiritalis est: Et cum de uolentia carnis: quod crebro nos impellat facere: quod nolimus: latius disputasset: ad extremum intulit. Infelix ego homo: quis me de liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et itaque. Ipse igitur mente seruo legi dei: carne autem legi peccati. Et nihil donationis est his qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulat: lex enim spiritus in Christo Iesu liberauit a lege peccati & mortis. Ac manifestius in consequentibus docet christianos non ambulare secundum carnem: sed secundum spiritum dicens. Qui enim secundum carnem sunt: quae sunt carnis sapiunt: qui uero secundum spiritum: quae sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus uita & pax: quoniam prudentia carnis inimica est deo: legi autem dei non subiicitur: nec enim potest. Qui autem in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis: sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis: & reliqua usque ad illum locum in quo ait: ergo fratres debitores sumus non carni: ut secundum carnem uiuamus. Si autem secundum carnem uiueritis: moriemini. Si autem spiritu facta mortificaueritis: uiuetis. Quicumque enim spiritu dei agunt: filii dei sunt. Si prudentia carnis inimicitia est in deum: & qui in carne sunt: deo placere non possunt: arbitror eos qui seruiunt officio coniugali: quod prudentiam carnis diligant: & in carne sint. A qua nos retrahens apostolus: & iungens spiritui: deinceps loquitur. Obsecro uos fratres per misericordiam dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem: sanctam: deo placentem: rationale obsequium uestrum. Et nolite conformari huic saeculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri: ut probetis quae sit uoluntas dei bona & bene placens & perfecta. Dico enim per gratiam quae data est mihi: oibus qui sunt in ter uos: non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad pudicitiam: non ad sobrietatem: ut male in latinis codicibus legitur: sed sapere inquit ad pudicitiam. Si quidem graece scriptum est: εις το σωσσωπειν: consideremus sententiam apostoli. Reformamini inquit nouitate sensus uestri: ut probetis quae sit uoluntas dei bona & bene placens & perfecta. Quod dicit huiusmodi est. Concedit quidem deus nuptias: concedit digamiam: & si necesse fuerit: fornicationi & adulterio prebet etiam trigamiam. Sed nos qui corpora nostra exhibere debemus: hostiam uiuam: sanctam: placentem deo: rationale obsequium nostrum: non quid concedat deus sed quid uelit: consideremus: ut probemus quae sit uoluntas dei bona & bene placens & perfecta: ergo quod concedit nec bonum nec placens est: nec perfectum. Redditque causas: cur hoc suadeat: scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc autem propior est nostra salus: quam cum credidimus: nox precessit: dies autem appropinquauit: & in extremo: induimini dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desideriis. Aliud est uoluntas dei: aliud indulgentia. Unde ad Corinthios scribens ait. Ego fratres non potui loqui uobis sicut spiritualibus: sed quasi carnalibus sicut paruulis in Christo: lac uobis potum dedi: non escam: nec dum enim poteratis: sed neque nunc potestis. Adhuc enim carnales estis: quia qui animalis est: non percipit ea quae spiritus dei sunt: stulticia enim illi est: nec potest intelligere: quia spiritaliter diiudicat. Ille non perfecto castitatis cibo: sed rudi nuptiarum lacte nutritur. Sicut per hominem mors: sic per hominem resurrectio mortuorum. Quomodo in adama omnes moriuntur: sic in Christo omnes uiuificabuntur. Seruiuimus in lege ueteri Adama: seruiamus in euangelio nouo Adam. factus est enim primus homo Adam in animam uiuentem: & nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus: tales & terreni: & qualis caelestis: tales & caelestes. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus etiam imaginem caelestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. Hoc tam clarum est: ut nulla expositione queat manifestius fieri. Caro inquit & sanguis regnum dei possidere non possunt: & corruptio incorruptionem. Si corruptio ad omnem coitum pertinet: incorruptio autem proprie castitatis est: premia pudicitiae nuptiae possidere non possunt. Scimus enim quoniam si terrena domus huius habitatiois destructa fuerit: aedificationem habebimus ex deo: domum non manufactam: sed perennem in caelis. In quo gemiscimus habitaculum nostrum: quod de caelo est supindui cupientes. Cupimus enim egredi de corpore: & habitare cum Christo propter quod & studiosissime nitimur siue in corpore siue extra corpus placere deo. Et ut plenius exponeret quales nos esse uellet: in alio

In declinatione fastidii

Supponitur bene

Aliud uoluntas
Aliud indulgentia

Hoc uoluntas dei est

loco docet dicens. Despondi enim uos uni uiro: uirginē castā exhibere Christo. Quod si ad totam ecclesiā cre-
dentiū uolueris referre: & in hac desponsatiōe Christi: & maritatus & digamas & uiduas & uirgines contineri:
hoc quoq; pro nobis facit. Nā dū omnes ad pudicitia & premiū uirginitatis iuitat: ostēdit cunctis gradibus uir-
ginitatē esse priorē. Rursūq; ad Galathas: Ex operibus inquit legis: nō iustificabit' omnis caro. Opera legis &
nuptiā sunt: unde & maledicunt' in ea: qui nō habent filios. Quæ si concedunt' etiā in euangelio: aliud est in
Cap. xxiii.

Dulgentiam infirmitati tribuere: aliud uirtutibus præmia polliceri.
Dicam & ego nuptiatoribus meis: qui post castitatem & diuturnam continentia sudant ad coitū: & pe-
cudum more lasciuunt: sic insipientes estis: ut cum coeperitis spiritu: nunc carne consumemini? Tanta
passi estis sine causa? Apostolus q; continentia quibusdam nodos relaxat & dimittit frena currentibus propter
infirmitatem carnis hoc facit. Contra quam scribens denuo loquitur dicens. Spiritu ambulate: & desideria car-
nis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Non necesse est nūc
de operibus carnis dicere: quia longum est: & facile potest de apostoli epistola sumere: qui uoluerit. Dicam tan-
tum de spiritu: cuius fructus sunt charitas: gaudium: pax: longanimitas: bonitas: benignitas: fides: mansuetudo:
continentia. Omnes uirtutes spiritus quasi solidissimū fundamentum: & sublime culmen continentia sustētat
& protegit aduersum huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum uitis
& concupiscentiis. Si uiuimus spiritu: spiritu & ambulemus. Qui cum christo carnem nostrā & passiones
eius desideriaq; crucifiximus: quid rursus ea quæ carnis sunt agere cupimus? Quodcunq; seminauerit homo
hoc & metet. Qui seminat in carne sua: de carne metet corruptionē. Qui autē seminat in spiritu: de spiritu me-
tet uitam æternam. Aestimo q; qui uxorem habet q̄diu reuertit' ad idipsam: ne tentet eum sathanas: in carne se-
minet & non in spiritu. Qui autem in carne seminat non ego: sed apostolus loquitur q; metat corruptionem.
Elegit nos in Christo deus pater ante mundi constitutionem: ut essemus sancti & immaculati coram eo. Ambu-
lauimus in concupiscentiis carnis facientes uoluntatem eius: & cogitationem: & fuimus filii iræ: sicut & cæteri.
Nunc autem correuscitauit: & confedere nos fecit in cælestibus in Christo iesu: ut deponamus secundum prio-
rem conuersationem ueterem hominem: qui corrumpitur iuxta desideria erroris & aptari illa benedictio pos-
sit. quæ missam ad Ephesios epistolā: tali fine cōcludit. Gratia uobis cum oibus qui diligunt dominum in incor-
ruptionē. Cōuersatio nostra in cælis est. Vnde & Saluatorē expectamus dominum nostrum Iesum christum: qui
transfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ. Quæcunq; ergo sunt uera: quæcunq;
pudica: quæcunq; iusta: quæcunq; ad castitatē pertinētia: iis copulemur: hæc sequamur. Recōciliauit nos chri-
stus in corpore suo deo patri p mortem: & exhibuit sanctos & imaculatos & absq; ulla reprehensione corā se.
In quo et circuncisi sumus circuncisione nō manufacta in expoliationē corporis carnis: sed circuncisione chri-
sti conspulti ei in baptismo: in quo & consurreximus. Si ergo resurreximus cum christo: ea quæ sursum sunt q̄-
ramus: ubi christus est in dextera dei sedens: ea sapiamus quæ sursum sunt: non quæ super terram. Mortui eni-
sumus: & uita nostra abscondita est cum christo in deo. Cum enim christus apparuerit uita nostra: tunc & nos
apparebimus cū ipso in gloria. Nemo militans deo: implicat se negociis sæcularibus: ut possit ei placere: qui se
elegit: apparuit enim gratia dei omnibus hominibus erudiens nos ut abnegātes impietatem & sæcularia desi-
deria: & caste & iuste & pie uiuamus in præsentī sæculo.
Cap. xxiiii.

Dico mihi. Iesuus si uolueris

Des mihi deficiet: si uolueris omnia castitatis de apostolo percepta memorare: ista sunt: de quibus ad apo-
stolos dominus loquebatur: Adhuc multa habeo uobis dicere: sed nō potestis ea portare modo. Cum
autem uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos omnem ueritatem: post crucem christi: statim in acti-
bus apostolorum una domus Philippi euangelista: quadrigam producit uirginum filias: ut Cæsarea in qua ex gē-
tibus ecclesia per Centurionem Cornelium fuerat dedicata: etiam uirginum puellas præberet exēpla. Cūq;
dominus in euangelio dixerit lex & propheta: usq; ad Ioannem: ista quia uirgines erant: etiam post Ioannem
prophetasse referuntur. Neq; enim poterant ueteris testamenti lege retineri: quæ uirginitatis fulserant clarita-
te. Transeamus ad Iacobum qui frater domini dicebatur: tantæ sanctitatis tantæq; iusticiæ et perpetuæ uirgi-
nitatis: ut Iosephus quoq; historicus iudæorum: propter huius necē hierosolymā subuersam referat. Hic primus
episcopus ex iudæis hierosolymæ credentis ecclesiæ: ad quem Paulus cum Tito Barnabaq; pergebat: loquitur
in epistola sua: Nolite errare fratres mei dilecti: omne bonum datum: & omnis perfecta donatio desursum est
descendens a patre luminū: apud quē nō est differentia: aut auersionis obūbraculū: uolens genuit nos uerbo ue-
ritatis: ut simus primitiæ creaturæ eius: uirgo mystice uirginitatē docet. Omne pfectū donū desursū descēdit
non a quolibet: sed a patre luminū qui dicit ad apostolos: uos estis lux mundi apud quē nō est differentia iudæi
siue gentilis: nec illa umbra quæ uersabatur in lege: præmit eos: qui de nationibus crediderunt: sed uerbo nos
genuit: & uerbo ueritatis: quia umbra & imago & quedam species ueritatis præcessit in lege: ut simus primitiæ
creaturarum eius. Et quomodo ipse primogenitus ex mortuis: omnes in se mortuos suscitauit: sic ipse uirgo pri-
mitiās uirginum suarum in se uirgine dedicauit. Petrus quoq; quid de uocatione gentium sentiat: contem-
mur. Benedictus deus inquit & pater domini nostri Iesu christi secundum magnam misericordiam suam re-
generauit nos in spem uitæ per resurrectionem Iesu christi ex mortuis: in hæreditatem incorruptam & imma-
culatam & immarcessibilem: quæ seruetur in cælis: in uos q; uirtute dei custodimini p fidem: in salutē quæ prepa-
rata est reuelari in tēpore nouissimo. Vbi incorrupta predicat hæreditas: & imaculata: & immarcessibilis: & prepa-
rata in cælis: & in tēpore nouissimū reseruata: & spes uitæ æternæ: q̄do nō nubent neq; nubent' ibi aliis uerbis uirgi-
nitatis priuilegia describuntur. Nam in sequentibus hoc ipsū docet: propter hoc acciēti lūbos mētis uestræ:
uigilantes

*Jacobus frater dñi Iohannis
Iosephus*

immarcessibilis

omni p[er]mittit

uigilantes perfecte: sperate in eam gratia: quae uobis deferenda est in reuelatione Iesu christi quasi filii obedi-
 tia: non conformemini prioribus ignorantiae uestrae desideriis: sed secundum eum qui uos uocauit sanctum: & ipsi sa-
 cti estote in omni conuersatione. Scriptum est enim: Sancti estote: quia ego sanctus sum: neque enim corruptibili auro &
 argento redempti sumus sed precioso sanguine immaculati agni Iesu christi: ut castificemus animas nostras in obedi-
 tia ueritatis: renati non ex coitu corruptibili: sed incorruptibili per uerbum uiuentis dei & permanentis: & sicut lapi-
 des uiui aedificemur in domum spiritalem sanctum sacerdotium offerentes spirituales uictimas: per Christum dominum no-
 strum. Nos enim sumus genus electum: regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis. Christus pro nobis
 carne mortuus est. Armemur eadem conuersatione qua Christus: quoniam qui passus est carne: quieuit a peccato:
 ut nequaquam in desideriis hominum: sed in uoluntate dei: reliquum in carne tempus exigamus. Sufficit enim nobis preteri-
 tum tempus: quando ambulauimus in luxuriis & desideriis ceterisque uitiis. Grandia nobis & preciosa uirginitatis p-
 missa donauit: ut per hanc efficiamur diuinae consortes naturae: fugientes eam quae in mundo est concupiscentiam cor-
 ruptionis. Nouit dominus pios de tetatione eripe: & iniquos cruciandos in die iudicii referuare: precipue eos qui
 post carnem in desideriis pollutionis ambulant: & dominationes despiciunt audaces & procaces. Isti enim quasi ir-
 rationabilia iumenta in uentre & libidine proni sunt blasphemantes: qui in corruptione sua corrumpunt: recipiuntque
 mercedem iniquitatis: luxuriam qui putant delicias esse: iniustitiam: sordes & maculas: & nihil aliud nisi de uolupta-
 tibus cogitantes: Qui habent oculos plenos adulterio: & insatiabili libidine: & decipiunt animas nec dum Christi
 charitate robustas: loquuntur enim uerba tumentia. Et indoctos facile illecebris carnis irretiunt: repromittentes eis
 libertatem: cum ipsi serui uitio: sint: atque luxuriae & corruptionis. Unusquisque enim ei subiacet passioni: a qua uincitur.
 Quod si fugientes coinquinationes mundi per scientiam saluatoris nostri Iesu christi: iisdem rursus superantur quae
 ante sperauerant: facta sunt eis nouissima peiora prioribus. Meliusque eis erat non esse uiam iustitiae: quam post agnitio-
 nem retrorsum conuerterent: & relinquere sanctum mandatum: quod eis traditum fuerat. Completumque est in eis uerissimum illud
 proverbium. Canis reuersus est ad suum uomitum. Et sus lota est in uolubro luti.

Castificans animas nostras

preciosa uirginitatis pmissa

procurat

Canis reuersus est ad suum uomitum / Sus lota est in uolubro luti

Ammonitio / nos / peccat / peccata

Cap. xxv.

Nolui omnem locum secundae Petri epistolae ponere: ne longum facerem: Sed tantummodo ostendi spiritus sa-
 cti uaticinio huius temporis & doctores & haeresim prenunciata. De neque manifestius eos denotat dicens
 Venient enim nouissimi diebus illutores seducentes: iuxta propria desideria ambulantes: &c. Descrip-
 sit sermo apostolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus: & inflata uerba trutinante: repromittente in cae-
 lis libertatem: cum ipse corruptionis seruus sit: atque luxuriae canis reuertens ad uomitum suum. Nam cum mona-
 chum esse se iactaret: & post sordidam tunicam: & nudos pedes: & cibarium panem: & aqua potum: ad candidam
 uestem: & nitidam cutem: ad mullum & elaboratas carnes: ad iura Apitii & Paxamii: ad balneas quoque ac friticulas
 & popinas se conferat: manifestum est: quod terram caelo: uitia uirtutibus: aerem praefert Christo: & purpuram co-
 loris eius putet regna caelorum. Et tamen ille formosus monachus: crassus: nitidus: dealbatus: & quasi sponsus se-
 per incedens: aut uxorem ducat: ut aequalem uirginitatem nuptiis probet: aut si non duxerit: frustra contra nos uer-
 bis agit: cum opere nobiscum sit. Sed & Ioannes in eadem uerba concordat Nolite diligere mundum: neque ea quae in
 mundo sunt. Siquis diligit mundum: non est charitas patris in eo: quoniam omne quod in mundo est: desiderium car-
 nis est: & desiderium oculorum & superbia huius uitae: quae non est de patre: sed de mundo est: & mundus preterit: &
 desiderium eius: qui autem facit uoluntatem dei: manet in aeternum. Mandatum nouum scripsi uobis: quod est uerissi-
 mum: & in Christo & in nobis: quia tenebrae preterierunt: & lux iam luget. Et rursum charissimi nunc filii dei sumus
 & nec dum apparuit: quid futuri sumus. Scimus autem quia si apparuerit: similes ei erimus: quoniam uidebimus
 eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem: castificat semetipsum: sicut & ille castus est. In hoc perfecta est no-
 stra charitas: si fiduciam habeamus in die iudicii: ut quomodo ille est: sic & nos simus in hoc saeculo. Epistola quoque
 Iudae tale quid significat. Odientes & carnis pollutam tunicam. Legamus apocalypsim Ioannis: & ibi reperimus
 agnum super montem Syon: & cum eo centum quadraginta quatuor milia signatorum habentium nomen eius: & no-
 men patris eius scriptum in frontibus suis: qui cantant canticum nouum: & nemo potest dicere canticum illud: nisi
 hi qui empti sunt de terra. Isti sunt qui cum mulieribus se non coinquauerunt: uirgines enim permanserunt: hi sequun-
 tur agnum quocumque uadit. Empti sunt enim ex hominibus primitiae deo & agno: & in ore ipsorum non est inuentum menda-
 cium: & sine macula sunt: de singulis tribubus excepta tribu Dan: pro qua reponit tribum Leui. xii. milia uirgi-
 num signatorum: creditura dicunt: qui cum mulieribus non sunt coinquati. At ne putaremus de his dici: qui scort-
 a non norunt: statim intulit: uirgines enim permanserunt: ex quo ostendit omnes qui uirgines non permanserunt: ad compara-
 tionem purissimae & angelicae castitatis: & ipsius domini nostri Iesu christi esse pollutos. Hi sunt qui cantant can-
 ticum nouum: quod nemo potest canere: nisi qui uirgo est: hi sunt primitiae dei & agni: & sine macula. Si uirgines
 primitiae dei sunt: ergo & uiduae & in matrimonio continentes erant post primitias. i. in secundo & tertio gradu:
 nec prius perditus populus saluari poterit: nisi tales hostias castitatis deo obtulerit: & immaculatum agnum purissimis
 uictimis reconciliauerit. In finem est de euangelio decem uirginum exponere sacramentum: quinque stultae: & quinque
 sapientum. Hoc solum nunc dico quod quomodo absque ceteris operibus uirginitas sola non saluat: sic omnia ope-
 ra absque uirginitate: puritate: continentia: castitate: imperfecta sunt. Ex quo nequaquam nos illud poterit impedire
 quod aduersarius obiicit: fuisse dominum in Chana Galilaeae: & nuptiarum festa celebrasse: quando aquas uer-
 tit in uinum. Hoc enim breuissime respondebo: quod qui octaua die circumcisus est: & pro quo parturiturum &
 duo pulli columbarum die purgationis oblatus sunt: cum ceteris antequam pateretur iudaicam consuetudi-
 nem comprobauit: ne illis occasione iuste se interficiendi tribuere uideretur: quasi legem destruens: dam-
 nanque naturam: quam & hoc pro nobis faciat. Qui enim semel uenit ad nuptias: semel docuit esse nubendum.

Ioannem canis / Loquens buccis tumentibus

Apitius / Paxamii

Lana uirginitatis

Et tunc uirginitati posset officere: si nuptias post uirginitatem: & uiduitatis castimoniam: non in gradu tertio poneremus. Nunc autem cum hæreticorum sit damnare coniugia: & dei spernere conditione: quicquid de laude dixerit nuptiarum: libenter audiuius. Ecclesia enim matrimonia non damnat: sed subiicit: nec abiicit: sed dispensat: sciens ut supra diximus in domo magna non solum esse uasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia: & alia esse in honorem: alia in cõtumeliam: & quicquid se mundauerit: eum futurum esse uas honorabile & necessarium in omne opus bonum preparatum. Cap. xxvi.

Quonia intellexi in cõmentariis aduersarii prouocari nos etiã ad mundi sapientiã: q̄ nunq̄ hoc genus in sæculo sit probatũ: & nouũ dogma cõtra naturam religio nostra prodiderit: percurrã breuiter Græcas & Latinas: Barbarasq; historias: & docebo uirginitatẽ semper tenuisse pudicitia principatũ. Referunt fabulã Atlantã calydoniã uirginẽ: semper in uenatibus: semper in siluis: non tumentes uteros sceminarũ: fastidiaq; conceptuũ: sed expeditã & castã amasse uirtutẽ. Harpalicẽ quoq; uirginẽ Thraciã insignis poeta describit: & reginã uolscoꝝ Camillã: quã Turnus cui auxilio uenerat: laudare uolens: non amplius habuit quid diceret: nisi uirginem nominaret.

O decus Italia uirgo. Calcodocus quoq; illa filia leo uirgo perpetua pestilentia patriã scribit spõanea morte soluisse: & Iphigeniã uirginis sanguis aduersos placasse uentos. Quid referã Sybillas Brythraã atq; Cumanã: & octo reliquas. Nã Varro decẽ fuisse autumat: quas in signe uirginitas est: & uirginitatis præmiũ diuinatio. Quod si æolici genere sermonis Sybilla ὁ εὐβουλή appellatur: recte consiliũ dei sola scribit nosse uirginitas. Cassandram quoq; & Chrysen uates Apollinis ac Iunonis uirgines legimus. Et sacerdotes Dianæ Tauricæ & Vestæ innumerabiles extiterunt quas: una Minutia ppter suspicionẽ stupri uiua defossa est: iniusta ut reor pœna: nisi grãde crimen putaret læsa uirginitas. Certe romanus populus q̄to honore uirgines semp habuerit: hinc apparet: q̄ cõsules & imperatores & i curribus triũphantes: qui de supatis gẽtibus trophœa referebant: & oēs dignitatis gradus eis de uia cedere solitus sit. Claudia uirgo uestalis cũ i suspicionẽ uenisset stupri: & simulacrũ matris Idææ in uado tyberis hæret: ad cõprobandã pudicitia suã: fert cingulo duxisse nauẽ: quã multa milia hoium trahere nequerant. Melius tamen inquit Lucani poetæ patruus cũ illa esset actũ: si hoc qd' euenit: ornamentũ potius exploratã fuisset pudicitia: q̄ dubiã patrociniũ. Nec mirũ hoc de hoibus: cũ Mineruã quoq; & Dianã uirgines deas finxerit error gentiliũ: & iter. xii. signa cæli: qbus mudũ uolui putãt: uirginẽ collocarũ. Magna iniuria nuptiarũ

& iter scorpis qdẽ & cẽtauros & cãcros & pisces & egocerotas. i. capricornos: uxore maritũq; cõstrinxerit. Trigita Atheniensiu tyrãni cũ Phedonẽ i cõuiuio necassent: filias eius uirgines ad se uenire iusserũt: & scortorũ more nudari: ac sup pauimẽta patris sãguine cruentata: ipudicis gestibus ludere: quã paulisp̄ dissimulato doloris habitu: cũ tẽmuletos cõuiuas cerneret: quasi ad requisita naturã egrediẽtes: inuicẽ se cõplexe precipitauerunt i puteũ: ut uirginitatẽ morte seruarẽt. Demotionis Ariopagitarũ principis uirgo filia audito spõsi Leostenis iteritu: q bellũ lamiacũ cõcitarat: se iterfecit: asserens q̄ itacta esset corpore: tamen si alterũ accipe cogeret: quasi secundũ acciperet: cũ priori mẽte nupsisset. Spartiatã & Messeniã diũ iter se habuere a micitias in tantũ: ut ob qdã sacra etiã uirgines ad se mutuo mitteret. Quodã igitẽ tẽpore cũ quinquagita uirgines Lacedæmoniorũ Messeniũ uiolare tẽtassent: de tãto numero ad stuprum nulla cõsensit: sed oēs libetissime pro pudicitia occubuerũt. Quãobrẽ graue bellũ & longissimũ cõcitatũ est: & post multũ tẽpore Mamertia subuersa est. Aristoclidẽ Orcomeni tyrãnu adauit uirginẽ Stryphalidẽ: quã cũ patre occiso ad tẽplũ Dianæ cõfugisset: & simulacrũ eius teneret: nec ui posset auelli: in eodẽ loco cõfosa est: ob cuius necẽ tãto ois Arcadia dolore cõmota est: ut bellũ publice sumeret: & necẽ uirginis ulcisceret. Aristomenes messeniũ uir iustissimus uictis lacedæmoniis: & quodã tẽpore nocturna sacra celebrantibus: quã uocabant hiacythina: rapuit de choris ludentiũ uirgines. xii. & tota nocte gradu concito fugiens excessit de sinibus Spartanorũ. Cũq; eas comites eius uellẽt uiolare: monuit quantũ potuit: ne hoc facerent: & ad extremũ quosdam non parentes iterfecit: ceteris metu coercitis: redẽpta postea a cognatis puellã: cũ Aristomenẽ uiderent cædis reũ fieri: tãdiũ ad patriã non sunt reuersã q̄ diu iudicium aduolutã genibus: defensorẽ pudicitia suã cernerent absolutum. Quo ore laudandã sunt Scedasi filia i Leuctris Boetiã: quas traditum est absente patre duos iuuenes pretereũtes iure hospitii suscepisse. Qui multum idulgentes uino: uim per noctẽ intulere uirginibus. Quã amissa pudicitia nolentes supuiere: mutuis conciderunt uulneribus. Iustũ est & Lucrinã uirgines non tacere: quã cũ Ilium mitterent ex more: panos circiter mille nulla obsceni rumoris & polutã uirginitatis ulla fabulam dedit. Quis ualeat silentio: preterire septẽ Milesias uirgines: quã Galloꝝ i petu cuncta uastante: ne quid indecens ab hostibus iustinerent: turpitudinẽ morte fugerunt: exẽplũ sui cunctis uirginibus relinquentes: honestis mentibus magis pudicitiam curã esse q̄ uitam. Nicãnor uictis Thebis atq; submersis: unius uirginis captiua amore superatus est. Cuius cõiugium expetens & uoluntarios amplexus quod scilicet captiua optare debuerat: sensit pudicis mentibus plus uirginitatem esse: q̄ regnum & interfectam propria manu: flens & lugens amator tenuit. Narrant scriptores Græciã & aliã Thebanã uirginem quam hostis Macedo corruperat: dissimulasse paulisper dolorẽ & uiolatore uirginitatis suã iugulasse postea dormientem: seq; iterfecisse cum gaudio. Ut nec uiuere uoluerit post perditã castitatem: nec ante mori: q̄ sui ultrix existeret. Apud gymnosophistas in diã quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur: q̄ Buddam principem dogmatis eorum: e latere suo uirgo generarit. Nec hoc mirum de Barbaris cum Mineruã quoq; de capite Iouis & Libery patrem de scemipe eius procretos: doctissima

de amantia Strangis pappus
Harpalice
Camilla
Leon
Iphigenia
Sybilla
Cassandra
Chryse
Minutia
Claudia *de qua scribitur in pappo Salis*
Minerua
Diana
Filia phobonis
Filia demotionis
Spartiatã uirginis
Stryphalidã uirgo
Hiacythina *scribitur*
Filia Scedasi
Virgines lucrinæ
Septem uirgines Milesiæ
Nicanor
Bulla princeps dogmatis
Iudorum e uirgine maris

Minerua

Barbus

Atissima finxerit graecia. Pseusippus quoque sororis Platonis filius: & Clearchus in laude Platonis & Anaxilides in secundo libro philosophiae Peritione matrem Platonis fatalitate Apollinis oppressam ferunt: & sapienter principem non aliter arbitrant nisi de partu uirginis editum. Sed & Timaeus scribit Pythagorae uirginem filiam choro uirginum presuisse: & castitatis eas instituisse doctrinis. Diodorus socraticus quoque filias dialecticas insignis pudicitiae habuisse narrat: de quibus & Philo Carneadis magister plerissimam scribit historiam: ac ne nobis dominum Saluatorem de uirgine procreatum romana exprobraret potentia: auctores urbis & gentis suae Ilia uirgine & Marte genitos arbitrant. Cap. xxvii.

Peritione. Plato e virgine matris. Sicut primogeniti.

Vide Apulei. non de hoc. uirgo plato.

Uirgo uirginis. allegorice. Iustitia. & uirginitas. de uirginitate.

De uirginitate. Iulianus.

Xenophon. de uirginitate. Iulianus.

De uirginitate. Iulianus.

Haec de uirginibus saeculi: currens per multiplices historias: & properans sermo perstrinxerit: ueniam ad maritatas: quae mortuis uel occisis maritis suis: superuiuere noluerunt: ne cogentur secundos nosse concubitus. Et quae mire unicos amauerunt maritos: ut sciamus digamiam apud ethnicos etiam reprobari. Dido soror Pygmalionis multo auri & argenti pondere congregato: Africa nauigauit: ubique urbem carthaginem condidit: & cum ab Iarba rege Libya in coniugium peteretur: paulisper distulit nuptias: donec cederet ciuitatem: nec multo post exstructam in memoriam mariti quodam Sichaei pyra maluit ardere quam nubere. Casta mulier Carthaginem condidit: & rursus eadem urbs in castitatis laude finita est. Nam Hasdrubalis uxor capta & incensa urbe: cum se cerneret a romanis capiendam esse: apprehensis ab utroque latere paruulis filiis: in subiectum domus suae deuoluit incendium. Quid loquar Nicerati coniugem: quae impatiens iniuriae uiri mortem sibi ipsa consciiuit: ne triginta tyrannorum: quos Lysander uictis Athenis imposuerat: libidinem sustineret. Arthemisia quoque uxor Mauoli insignis pudicitiae fuisse perhibetur. Quae cum esset regina Cariae: & nobilium poetarum atque historicorum laudibus praedictur: in hoc uel maxime effertur: quod defunctum maritum sic semper amauit: ut uiuum: & mirae magnitudinis ac pulchritudinis extruxit sepulchrum: intantum ut usque hodie omnia sepulchra preciosa: ex nomine eius Mausolea uocentur. Teuta Illyriorum regina ut longo tempore uiris fortissimis imperaret: & Romanos saepe frangeret: miraculo utique meruit castitatis. Indi & omnes penes Barbari uxores plurimas habent: apud eos lex est: ut uxor charissima cum defuncto marito cremetur. Haec igitur contendunt inter se de amore uiri: & ambitio summa certantium est ac testimonium castitatis: dignam morte decerni. Itaque uictrix in habitu ornataque pristino: iuxta cadauer accubat: amplexans illud: & deosculans: & suppositos ignes pudicitiae laude cotinens: puto quae sic moritur: secundas nuptias non requirit. Alcibiades ille socraticus uictis Atheniensibus: fugit ad Pharnabazum: qui accepto precio a Lysandro principe lacedaemone iussit cum interfici. Cumque suffocato caput esset ablatum: & missum Lysandro in testimonium caedis expletum: reliqua pars corporis iacebat insepulta. Sola igitur concubina contra crudelissimi hostis imperium: inter extraneos & imminente discrimine: funeri iusta persoluit: mori parata pro mortuo: quem uiuum dilexerat. Imitent matronae christianae saltem concubinae: fide: & prestent liberae: quod captiua seruauit. Strato regulus Sydonis manu propria se uolens confodere: ne imminetibus Persis ludibrio foret: quorum foedus aegyptii regis societate neglexerat: retrahebat formidine & gladium quem arripuerat circumspectans: hostium pauidus expectabat aduentum. Quae iam itaque capiendum uxor intelligens: extorsit acinace de manu & latus eius transuerberauit. Compositoque ex more cadaueri se moriens superiecit: ne post uirginalia foedera alterius coitum sustineret. Xenophon in Cyri maioris scribit infantia: occiso Abradote uiro: quem Pathia uxor miro amore dilexerat collocasse se iuxta corpus laetis: & confosso pectore sanguine suum mariti infudisse uulneribus. Iustam causam regis occidendi putauit uxor: quam maritus nudam amico suo & ignorantem monstrauerat. Iudicauit enim se non amari: quae & alteri posset ostendi. Rhodogune filia Darii post mortem uiri: nutrice quae illi secundas nuptias suadebat occidit. Alcestin fabulae ferunt occiso apud troiam Prothesilao noluisse superuiuere. Ad romanas foeminas traese. Et primam ponam Lucretiam: quae uiolata pudicitiae nolens superuiuere: maculam corporis cruore delcuit. Duillius qui primus Romae nauali certamine triumphauit: Biliam uirginem duxit uxorem tantae pudicitiae: ut illo quoque saeculo pro exemplo fuerit: quod impudicitia monstrum erat non uitium. Is iam senex & trementi corpore in quodam iurgio audiuit exprobari sibi os fetidum & tristis se domum contulit. Cumque uxori questus esset: quare nunquam se monuisset: ut huic uitio mederetur: fecissem inquit illa nisi putassem omnibus uiris sic os olere. Laudanda in utroque pudica & nobilis foemina: & si ignorauit uitium uiri: quod sic patienter tulit: & quod maritus infelicitatem corporis sui non uxoris fastidio: sed maledicto sensit inimici. Certe quae secundum ducit maritum: hoc non potest dicere. Martia Catonis filia minor: cum quaereretur ab ea: cur post amissum maritum denuo non nuberet: respondit non se inuenire uirum: qui se magis uellet quam sua. Quod dicto ostendit diuitias magis in uxoribus eligi solere quam pudicitiam: & multos non oculis: sed digitis uxores ducere: optima sane res: quam auaritia conciliat. Eadem cum lugeret uirum: & matrimonium ab ea querebant: quem die haberet luctus ultimum. Ait quem & uitae arbitror quae ita uirum querebat absentem: de secundo matrimonio non cogitabat. Brutus Portiam uirginem duxit uxorem. Martiam Cato non uirginem: sed Martiam inter Hortensium Cato neque discurrit: & sine Catone uiuere Martiam potuit. Portiam sine Bruto non potuit. Magis enim se unicis uiris applicant foeminae: & nihil aliud nosse: magnum aetioris indulgentiae uinculum est. Aniam cum propinquus moreretur: ut alteri uiro nuberet: esse enim ei & aetatem integram & faciem bonam: nequaquam inquit hoc faciam. Si enim uirum bonum in uenero ut ante habui: nolo timere ne perdam. Si malum quid necesse est post bonum pessimum sustinere: Portiam minor cum laudaretur apud eam quedam bene morata: quae secundum habebat maritum: respondit: felix & pudica matrona: nunquam preter semel nupsit. Marcella maior rogata a matre sua gauderet ne se nupsisset: Respondit ita ualde: ut amplius nolim. Valeria Messallarum soror amisso Seruio uiro: nulli uolebat nubere. Quae interrogata cur hoc faceret: ait sibi semper maritum Seruium uiuere. Cap. xxviii.

Ethnici
Casta Dido
Uxor hasdrubalis
Nicerati coniugem
Arthemisia
Mausolea uirginitatis
Teuta
Indorum mores

Alcibiades

Strato

Xenophon

Rhodogune

Lucretia

Os fetens duillij

Martia, Catonis

Portia Bruti

Aniam

Marcella

Valeria

Entio in cathalogo sceminarū multo me amplius plura dixisse: q̄ exemplorū patitur cōsuetudo: & a le-
 ctore erudito iuste posse reprehendi. Sed quid faciā: cū mihi mulieres nostri tēporis apostoli igerant
 auctoritatē: Et nec dū elato funere prioris uiri memoriter digamiae precepta decantent: ut quae chri-
 stianae pudicitiae despiciunt fidē: discant saltē ab ethnicis castitate. Fert Aureolus Theophrasti liber de nuptiis
 in quo querit an uir sapiens ducat uxore. Et cū definisset: si pulchra esset: si bene morata: si honestis parentibus:
 si ipse sanus ac diues: sic sapientē aliquando inire matrimoniū statim intulit: hae autē in nuptiis raro uniuersa
 concordant. Nō est ergo uxor ducēda sapienti. Primū enī impediri studia philosophiae: nec posse quenq̄ libris
 & uxori pariter inservire. Multa esse quae matrimoniarū usibus necessaria sunt: preciosae uestes: aurū: gemae: su-
 ptus: ancillae: supellex uaria: leticiae: & exedra deaurata. Deinde p̄ noctes totas garrulae cōquestiones: illa orna-
 tior procedit in publicū: hae honorat̄ ab oibus: ego in cōuentu sceminae: misella despicior. Cur aspiciebas uici-
 nam: quid cū ancillula loquebaris: de foro ueniens quid attulisti: Non amicū habere possumus: nō sodalē: al-
 terius amorē: suū odiū suspicat̄. Si doctissimus preceptor in qualibet urbiū fuerit: nec uxore relinquere: nec cū
 sarcina ire potest: pauperē alere difficile est: diuitē ferre tormentū. Adde quoniam nulla est uxoris electio: sed
 qualiscūq; obuenerit: habenda: si iracunda: si fatua: si deformis: si superba: si fetida: quodcūq; uitii est post nup-
 tias discimus. Equus asinus bos canis & uilissima mācipia: uestes quoq; & lebetes: sedile ligneum: calix & urceo-
 lus fictilis: probant̄ prius: & sic emunt̄. Sola uxor nō ostendit̄: ne ante displiceat q̄ ducat̄. Attēdenda est semp̄
 eius facies: & pulchritudo laudāda. ne si alterā aspexeris: se aestimet displicere: uocanda domia: celebrandus na-
 talis eius. Jurandū per salutē illius: ut sit supstes optādum: honoranda nutrix eius & gerula: seruus paternus &
 alūnus: & formosus assecla: & procurator calamistratus: & in longā securāq; libidinē exectus spado: sub qbus
 nominibus adulteri delitescūt. Quosq; illa dilexerit ingratis amādū. Si totā domū regendā ei cōmiseris: ser-
 uendū est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris: fidē sibi adhibere nō putabit: sed in odiū uertet̄ ac iurgia. & nisi
 cito consulueris parabit uenena. Anus & aurifices & ariolos & institores gemarū: sericarūq; uestium si i tromise-
 ris: piculum pudicitiae est. si phibueris: suspitiōis iniuria. Verū quid prodest etiā diligens custodia: cū uxor ser-
 uari ipudica nō possit: pudica nō debeat. Infida enim custos est castitatis necessitas: & illa uere pudica dicenda
 est: cui licuit peccare si uoluit. pulchra cito adamat̄: foeda facile cōcupiscit: difficile custoditur: qd̄ plures amāt
 Molestū est possidere: quod nemo habere dignetur. Minore tamen miseria deformis habetur: q̄ formosa serua-
 tur. Nihil tutū est: in quo totius populi uota suspirant: alius forma: alius ingenio: alius facietis: alius liberalitate
 sollicitat̄: alio modo uel aliquādo expugnatur: quod undiq; incesit̄. Quod si propter dispēfationē domus
 & languoris solatia & fugā solitudinis uxores ducuntur: multo melius seruus fidelis dispensat̄: obediens aucto-
 ritati domini: & dispensationi eius obtēperans: q̄ uxor quae in eo se aestimat dominā: si aduersum uiri faciat uo-
 luntatē. i. quod placet: nō quod iubet. Assidere autē egrotātī magis profert̄ amici & uernulae beneficiis obliga-
 ti: q̄ illa quae nobis iputet lachrymas suas: & haereditatis spe uendat illuuiē: & sollicitudinē iactans: languentis
 aium desperatione cōturbet. Quod si ipsa languerit: cōgrotandū est: & nunq̄ ab eius lectulo recedendū. Aut
 si bona fuerit & suauis uxor: quae tamen rara uisa est: cū parturiente gemimus: cū periclitante torquemur. Sapi-
 ens autē nunq̄ solus esse potest: habet secum omnes qui sunt: qq; unq̄ fuerunt boni: & aium liberū quocūq; uult
 trāffert. Quod corpore nō potest: cogitatione cōplectit̄: & si hoium inopia fuerit: loquit̄ cū deo: nunq̄ minus
 solus erit: q̄ cū solus fuerit. Porro liberorū causa uxore ducere: ut uel nomē n̄m nō itreat: uel hēamus senectutis
 presidia: & certis utamur haereditibus stolidissimū ē. Quid. n. ad nos p̄tinet recedētes e mūdo: si nomē n̄o alius
 nomine: Cū & filius nō statim prius uocabulū referat: & innumerabiles sint: q̄ eodē appellent̄ noie. Aut quae sene-
 ctutis auxilia sunt nutrire domi: q̄ aut prior te forte moriat̄: Aut puerissimis moribus sit: Aut certecū ad matu-
 rā aetate uenerit: tarde ei uidearis mori: Haeredes autē meliores & certiores amici sūt & p̄pinq; quos iudicio eli-
 gas: q̄ quos uelis nolis habere cogaris: licet certa haereditas sit: dū uiuis bene abuti substantia tua: q̄ tuo labore q̄ si-
 ta i certos usus relinq̄re. Hae & huiusmodi Theophrastus disserēs: quē nō suffūdat christianorū: quorū conuer-
 satio est i caelis: Qui quotidie dicūt: cupio dissolui & esse cū Christo: Haeredē nimis desiderabit hoiem: cohæ-
 res Christi. Et optabit liberos: nepotūq; serie delectabit: quos fors ita sit occupaturus Antichristus: cū legamus
 Moyse & Samuelē filiis suis alios praeluisse: nec putasse liberos: quos uidebāt dño displicere. Cap. xxix.

Ex Aureolo Theophrasti.

Multa necessaria mariti
mariti uisibus.

Quidam ante dicitur paruos
supponit in amos.

Terentia Ciceronis
habet uxore. 10. 1. an.

Socratis imago.

Infans in mala mā dicitur.

Qui formosus p̄pinq; uxore
p̄pinq; huiusmodi appellat̄: q̄
p̄pinq; huiusmodi appellat̄: q̄
p̄pinq; huiusmodi appellat̄: q̄

huc p̄pinq;
maliis est.

possunt.

Quidam
p̄pinq;

huc in dicitur.

disse.

disse. Philippū regē Macedonū cōtra quē Demosthenis philippicæ tonant: itro euntē ex more cubiculū: uxor
 exclusit irata: qui exclusus tacuit: & iniuriā suā uersu tragico consolatus est. Gorgias rhetor librū pulcherrimū
 de concordia: græcis tunc inter se dissidentibus recitauit olympiæ. Cui Melanthus inimicus eius: hoc nobis in-
 quit de concordia precipit: qui se & uxorem & ancillulā tres in una domo concordare non potuit. Aemulabat
 quippe uxor eius ancillulæ pulchritudini: & castissimū uirum quotidianis iurgiis exagitabat. Totæ Euripidis
 tragediæ in mulieres maledicta sunt. Vnde & Hermion loquitur: Malarū me mulierū deceptere concilia. In
 Lepti urbe semi barbara: & posita in solitudine moris est: ut nurus altera die socrū ollā mutuā postulet. Cui illa
 statim negat: ut scias illud uerū esse Terentii: quod consulto ambigue extulit. Quid est hoc: omnes socrus ode-
 runt nurus. Legimus quēdam apud romanos nobilem: cū cum amici arguerent: quare uxore formosā & castā
 & diuitem repudiasset: protendisse pedē: & dixisse eis. Et hic sotularis quē cernitis: uidetur uobis nouus & ele-
 gans: sed nemo scit præter me ubi me premat. Scribit Herodotus: quæ mulier cū ueste deponat & uerecundiam.
 Et noster comicus fortunatū putat: qui uxore nunq̄ duxerit. Quid referam Paliphæn: Clytēnestram: & Eri-
 phylā: quarū prima delitiis fluens: quippe ut regis uxor tauri dicitur expetisse concubitus: alia occidisse uirū
 ob amorē adulteri: tertia prodidisse Amphiarauū: & saluti uiri monile aureum pretulisse: quicquid tragediæ tu-
 ment: & domos urbes regnaq; subuertit: uxore pellicūq; contentio est. Armantur parentū in liberos manus: ne
 fandæ apponuntur epulæ: & propter unius muliercule raptum: europæ atq; asiæ decēnalia bella confligunt.
 Quasdam repudiatas altero nuptiarū die statim nupsisse legimus. Vterq; reprehēdendus maritus: & cui tam ci-
 to displicuit: & cui tā cito placuit. Epicurus uoluptatis assertor: quæq; Metrodorus discipulus eius Leontiā habue-
 rit uxore: raro dicit sapiētī in eunda cōiugia: quia multa incōmoda admixta sunt nuptiis. Et quomodo diuitiæ
 & honores & corporum sanitates & cætera quæ in differētia nominamus: nec bona nec mala sunt: sed uelut in
 meditullio posita: usu & euentu uel bona uel mala fiunt: ita & uxores sitas in bonorū malorūq; cōfinio. Graue
 autē esse uiro sapiētī uenire in dubiū: utrum bonā an malā ducturus sit. Ridicule Chrysippus ducendā uxore
 sapiētī precipit: ne Iouē Gameliū & Genethliū uiolet. Isto enim modo apud latinos ducēda uxor nō erit:
 quia Iouem non habent nuptialē. Quod si deos: ut putant nomina uitæ: hominū præiudicant: offendet ergo
 Statorem Iouē: qui libenter fedit.

Philippus Macedo
Gorgias
polihistor
Mos lepturum
Satum dicitur
nobilis Romani
Epicurus
Iupiter statos ex eo qd dicitur
qd uxorū quædam fuisse pnt

Cap. xxx.

Acriperunt Aristoteles & Plutarchus & noster Seneca de matrimonio libros: ex quibus & superiora
 nonnulla sunt: & ista quæ subiicimus. Amor formæ rationis obliuio est: & insanix proximus: sedū mi-
 nimeq; conueniens aio sospiti uitū: turbat consilia: altos & generosos spiritus frangit: a magnis cogita-
 tionibus ad humillimas detrahit: querulos: iracundos: temerarios: dure imperiosos: seruiliter blandos: omnibus i-
 utiles ipsi nouissime amorī facit. Nā cum frūstrēdi cupiditate insatiabilis flagrat: plura tēpora suspicionibus: la-
 chrymis: cōquestionibus pdit: odiū sui facit: & ipse nouissime odiū est. Tota amoris insectatio apud Platonem
 posita est: & oia eius incōmoda Lysias explicat: q; non iudicio: sed furore ducatur: & maxime uxore pulchritudi-
 ni grauissimus custos accubet. Refert præterea Seneca cognouisse se quendā ornatū hoīem: qui exiturus in pu-
 blicū fascia uxoris pectus colligabat: & ne puncto quidē horæ presentia eius carere poterat potioneq; nullā si-
 bi: nisi alternis tactū labris uir & uxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes: in quæ improuida
 uis ardentis affectus erūpebat. Origo quidē amoris honesta erat: sed magnitudo deformis: nihil autē interest:
 q̄ ex honesta causa quis insaniat. Vnde & Sextus i sententiis: adulter est inquit in suā uxore amator ardentior.
 In aliena quippe uxore omnis amor turpis est: in sua nimius. Sapiens uir iudicio debet amare coniugē: non af-
 fectu. Reget ipetus uoluptatis: nec preceps feretur in coitū: nihil est scēdius: q̄ uxore amare quasi adulterā. Cer-
 te qui dicunt se causa reipublicæ: & generis humani uxoribus iungi: & liberos tollere: imitentur saltē pecudes:
 & postq̄ uxorū uenter intumuerit: non pdant filios: nec amatores uxoribus se exhibeant sed maritos. Quorū
 dā matrimonia adulteriis cohæserunt: & o rē iprobā iidē illi pudicitiam præceperunt: qui abstulerāt. Itaq; cito
 eiusmodi nuptias facietas soluit. Cū primū lenociniū libidinis abscessit: timor quod licebat euiluit. Nā quid ait
 Seneca: de uiris pauperibus dicā. Quorū in nomē mariti ad eludendas leges quæ cōtra cælibes latae sunt: pars
 magna cōducitur. Quomodo potest regere mores & precipere castitatē: & mariti auctoritatē tenere qui nup-
 sit: Doctissimi uiri uox est pudicitia in primis esse retinendā: qua amissa omnis uirtus ruit. In hac muliebrium
 uirtutū principatus est. Hæc pauperē cōmendat: diuitem extollit: deformē redimit: exornat pulchrā: benemeret
 de maioribus: quorū sanguinē furtiua sobole nō uitiat: bene de liberis: quibus nec de matre erubescendū: nec de
 patre dubitandū est. Bene in primis de se: quā a cōtumelia externi corporis uindicat. Captiuitatis nulla maior
 calamitas est: q̄ ad alienā libidinē trahi: uiros consulatus illustrat: eloquētia in nomē æternū effert: militaris glo-
 ria: triūphusq; nouæ gētis consecrat. Multa sunt quæ preclara ingenia nobilitēt. Mulieris uirtus pprie pudici-
 tia est. Hæc Lucretiā Bruto æquauit: nescias an etiā pretulerit: quoniā Brutus nō posse seruire a fœmina didi-
 cit. Hæc æquauit Corneliā Gracco. Hæc Portiā alteri Bruto: notior est marito suo Tanaquil. Illū inter multa re-
 gū nomina iā abscondit antiquitas. Hanc rara inter fœminas uirtus altius sæculorū oium memoria: q̄ ut exci-
 dere posset infixit. Imitentur ergo nuptæ Theanū: Cleobulinā: Gorguntē: Timochiā: Claudias atq; Cornelias:
 & cū apostolū malis mulieribus digamiā uiderint ignoscentē: legant anteq̄ religio nostra fulgeret in mūdo uni-
 cubas semper habuisse inter matronas decus: p̄ illas fortunæ muliebri sacra fieri solitū: nullū sacerdotē digamū:
 nullum flaminē bimaritum. Hierophantas quoq; Atheniensium usq; hodie cicute sorbitione castrari: & postq̄
 in pontificatum fuerint electi: uiros esse desinere.

Amor
Plato
Sextus plus
Pudicitia deo fœmæ
Tanaquil

Beati Hieronymi contra Iouinianum, Secundus liber incipit.

Cap. xxxi.
•xxx•

Ecūda propositio est: eos qui fuerint baptizati: a diabolo non posse tentari. Et ne hoc stulte dicere uideatur: adiecit. **Q**uicumque autē tentati fuerint: ostendit eos aqua tantum: & nō spiritu baptizatos: quod in simone mago legimus. Vnde & Ioannes dicit: omnis qui natus est ex deo: peccatum non facit. quoniam sēmen ipsius manet in eo: & non potest peccare: quia ex deo natus est. Et in hoc manifesti fiunt filii dei & filii diaboli. Et in fine epistolae: omnis qui natus est ex deo: non peccat: sed generatio dei conseruat eum: & malignus non tangit eum. Re uera fortis obiectio: & quae indissolubilis permaneret: nisi ipsius Ioannis testimonio solueretur. Statim enim intulit: filioli custodite uos a simulacris. Si omnis qui natus est ex deo: non peccat: & a diabolo tentari non potest: quomodo precipit ut caueant: ne tententur? Et in eadem rursus epistola. Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus: ut remittat nobis peccata: & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus: quia nō peccauimus: mendacem facimus eum: & uerbum eius non est in nobis. Aestimo q̄ Ioannes baptizatus ad baptizatos scripserit: & q̄ omne peccatum ex diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur: & sperat remissionem post baptismum: & Iouinianus meus dicit: ne tangas me: quoniam mundus sum. **Q**uid ergo: contraria sibi apostolus loquitur? Minime. In eodem quippe loco cur hoc dixerit: statim edisserit: filioli mei hoc scribo uobis ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus q̄ cognouimus eum: si mandata eius obseruamus. **Q**ui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est: & in eo ueritas non est. **Q**ui autem seruat uerbum eius: uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. **Q**ui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit: & ipse ambulare. Propterea inquit scribo uobis filioli mei: omnis qui natus est ex deo: non peccat: ut non peccetis: & tandiu sciatis uos in generatione domini permanere: quādiu non peccaueritis: imo qui in generatione domini perseverant: peccare non possunt. **Q**uae enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? **Q**uomodo dies & nox misceri non queunt: sic iusticia & iniquitas: peccatum & bona opera. Christus & Antichristus: si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris: ilico fugamus diabolum. Si peccauerimus: & per peccati ianuā ingressus fuerit diabolus: pronus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum: Redde mihi ait læticiam salutaris tui: scilicet quam peccando amiserat. **Q**ui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est: et in hoc ueritas nō est: Christus ueritas appellatur. immo est. Ego sum inquit uia et uita et ueritas. Frustra nobis in eo applaudimus. cuius mandata non facimus. Scienti bonum et non faciēti illud. peccatum est. **Q**uomodo corpus sine spiritu mortuū est. sic et fides sine operibus mortua est. Nec grāde putemus unum deū nosse: cū et dæmones credāt et cōtemiscant. **Q**ui dicit se in ipso manere: debet sicut ipse ambulauit et ipse ambulare. Eligat aduersarius de duobus quod uult: optionem enim damus. manet in Christo. an nō manet? Si manet. ita ergo ambulet ut Christus. Si autem temerarium est: similitudinem uirtutū domini polliceri. nec manet in Christo: quia nō ingreditur ut Christus. Ille peccatū nō fecit: neq; inuentus est dolus in ore eius: qui cū malediceretur: non maledixit: et tanq̄ agnus corā tondente: sic nō aperuit os suū: ad quē uenit princeps mūdi istius: & iuenit in eo nihil. qui cū peccatū nō fecisset: pro nobis peccatū eum fecit deus. Nos autē iuxta epistolam Iacobi: multa peccamus omnes: & nemo mundus a peccatis: ne si unius quidem diei fuerit uita eius. **Q**uis enim gloriabitur castū se habere cor? Aut q̄s cōfidet mūdum se esse a peccatis? Tenemurq; rei. in similitudinē preuaricatiōis Adam. Vnde et Dauid: Ecce ait in iniquitatibus cōceptus sum: & in delictis cōcepit me mater mea. Et beatus Iob. Si fuero iustus os meum impia stit: et execratum est me uestitū meum. Verū ne penitus desperemus: arbitrātes nos post peccata baptismi non posse saluari: statim hoc ipsū temperat: Et si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum christū iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: nō pro nostris autē tantum. sed etiam pro totius mundi. Hoc ad credētes post baptismum loquitur: et aduocatū pro delictis eorū dominum pollicetur. Nec dicit: si quid peccaueritis aduocatum habetis apud patrē Christū: et ipse est propiciatio pro peccatis uestris: ne eos dices nō plena fide baptismum consecutos: sed aduocatum inquit habemus Iesum christū: et ipse est propiciatio pro peccatis nostris: et nō solū pro peccatis nostris: sed etiam pro totius mūdi: In toto autē mūdo & apostoli sunt: omnesq; credentes. Ex quibus liquido cōprobatur post baptismum posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum christum: si peccari non potest.

Petrus apostolus ad quē dictū fuerat: qui lotus est nō necesse habet ut ites: lauet: & tu es Petrus: & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā: ab ancilla perterritus negat. Et ipse dominus: Simon Simon: ecce inquit sathanas postulauit uos: ut cribraret sicut triticū. Ego autē rogauī pro te: ne deficeret fides tua. Et in eodē loco: Vigilate & orate: ne intretis in tentationē: spiritus quidē prōptus est: caro autē infirma. **Q**uod si ante crucē dictū responderis: certe post crucē in oratione dominica dicimus: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos iducas in tētationē: sed libera nos a malo. Si non peccamus post baptismum: cur nobis poscimus peccata dimitti: quae in baptismo iam dimissa sūt? quid oramus: ne intremus in tētationē: & ut liberemur a malo: si diabolus tētare nō pōt iam baptizatos? Aliud autē ē si ad cathecuminos hac oratio pertinet: & nō cōuenit fidelibus & christianis. Paulus electionis uas castigat corpus suū: & in seruitutē redigit: ne aliis prædicās: ipse reprobus inueniatur. Et datus est mihi inquit stimulus carnis angelus sathanæ: qui me colaphizet. Et ad Corinthios. Timeo ait ne sicut serpens decepit Euam in astutia sua: ita corrumpantur sensus uestra simplicitate: quae est in Christo. Et alibi: Cui autem aliquid donastis: & ego: nam & ego quod donauī: siquid

Omne p̄m ex diabolo

Nemo sine peccatis

Cap. xxxii.

si quid donauit propter uos in persona christi: ut non circūueniamur a sathana. Nō enim eius ignoramus astu-
 tias. Et rursū. Tentatio uos nō apprehendat: nisi humana: Fidelis autē deus: qui nō dimittet uos tentari sup id
 quod potestis: sed faciet cū tentatione etiā euentū: ut possitis sustinere: & qui sibi uidetur stare: uideat ne cadat.
 Et ad Galathas. Currebatis bene: quis uos impediuit ueritati non obedire: Et alibi. Voluimus quidē uenire ad
 uos: ego quidem Paulus: & semel & iterū: sed impediuit nos sathanas. Et ad maritos. Et iterū reuertimini ad idipsum
 ne tentet uos sathanas propter incōtinentiā uŕam. Et rursū: dico autē spiritu ambulate: & desideria carnis nō
 perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spūm: & spiritus aduersus carnē: hæc inuicē aduersantur sibi: ut nō
 quæ uultis illa faciatis. Ex utroq; cōpacti necesse est: ut utriusq; contra se substātiæ bella patiamur. Et ad Ephe-
 sios. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus pŕicipatus & potestates: aduersus recto-
 res tenebrarū istarū: aduersus spiritalia nequitia in cælestibus. Et æstimat aliquis securos & dormientes nos esse
 debere post baptismū. Necnon & ad hebræos. Impossibile est. n. eos qui semel sunt illuminati: & gustauerunt
 donum cælestē: & participes facti sunt spiritus sancti: gustaueruntq; nihilominus bonū dei uerbū: uirtutesq; sac-
 culi futuri: & prolapsi sunt: renouari iterū ad pœnitentiā: rursū crucifigentes sibi metipsis filiū dei: & ostentui ha-
 bentes: Certe eos qui illuminati sunt: & gustauerūt donū cælestē: & participes facti sūt spiritus sancti: gustau-
 erūtq; bonū dei uerbū: negare nō possumus baptizatos. Si autē baptizati peccare nō possūt: quō nunc apostolus
 dicit: & prolapsi sūt: Verū ne Montanus & Neouatus hic rideant: qui contendūt nō posse renouari per pœnitē-
 tiam eos: qui crucifixerunt sibi met filiū dei: & ostentui habuerūt: cōsequēter hūc errorē soluit: & ait. Cōfidimus
 autē de uobis dilectissimi: meliora & uiciniora salutis: tæcti ita loquimur. Nō enim iniustus est deus: ut obliui-
 scatur operis uŕi: & dilectionis quā ostendistis in noīe ipsius qui ministrastis sanctis: & nūc ministratis. Et re ue-
 ra grandis esset iniusticia dei: si tantū peccatū puniret: & bona opera nō susciperet. Locutus sū inquit apostolus
 ut ita uos a peccatis retraherē: & desperationis metu facerē cautiore. Ceterū cōfido de uobis dilectissimi melio-
 ra & uiciniora salutis: Neq; enim iusticiæ dei est: ut obliuiscatur bonorū operū & ministerii: quod propter no-
 men eius exhibuistis & exhibetis in sanctos: & tantū meminerit peccatorū. Sed & apostolus iacobus sciens bap-
 tizatos posse tentari: & propria corruere uoluntate: & beatus ait uir: qui suffert tentationē: quia cū probatus fue-
 rit: accipiet coronā uitæ: quā repromisit deus diligētibus se. Ac ne putaremus secundū illud Geneseos ubi scribi-
 tur. Abrahā a deo fuisse tentatū: nos quoq; tentari a deo: nemo inquit cū tentatur dicat: quoniā a deo tentatur:
 deus enim intentator malorū est. Ipse autē neminē tentat. Vnusquisq; uero tentatur a concupiscentia sua abstra-
 ctus & illectus. dehinc concupiscentia cū conceperit: parit peccatū: peccatū uero cū consumatum fuerit: gene-
 rat mortē. liberi arbitrii nos cōdidit deus: nec ad uirtutes nec ad uitia: necessitate trahimur. Alioquin ubi neces-
 sitas est: nec dānatio nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est deus: nō est enim uolentis neq; cur-
 rentis: sed miserētis & adiuuātis dei: ut puenire ualeamus ad calcē: sic in malis atq; peccatis semina nŕa sūt incē-
 tuias: & pfectio diaboli: Cū uiderit nos sup fundamētū Christi ædificare scēnū: ligna: stipulā: tunc supponit icē-
 dium. Aedificemus ergo aurū: argentū: lapides preciosos: & tentare nō audebit: q̄q̄ & in hoc nō sit certa & secu-
 ra possessio. Sedet quippe leo in insidiis: ut in occultis interficiat innocentem. Et uasa figuli probat fornax: hoīes
 autē iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribit: fili accedens ad seruitutē dei: prepara te ad tentationem.
 Rursū idē iacobus loquitur. Estote factores uerbi: & nō auditores tantū. Siquis auditor est: & nō factor: iste si-
 milis est uiro: qui considerat uultū natiuitatis suæ in speculo. Considerauit illud: & statim recedens oblitus est
 qualis sit: frustra monuit ut iungerēt opera fidei: si post baptismā peccare nō poterāt. Qui totā legē inquit ser-
 uauerit: & peccauerit in uno: factus est oīum reus. Quis nŕm absq; peccato: Concluserit deus oīa sub delicto: ut
 oibus misereatur. Petrus quoq; nouit inquit dominus pios de tentatione eripere: & de falsis doctoribus. Hi sūt
 fontes sine aqua: & nebulæ turbiniibus exagitata: quibus caligo tenebrarū reseruat: Superbia enim uanitatis
 loquētes pelliciet in desideriiis carnis luxuriæ eos qui paululū effugerāt: Et ad errorē reuerſi sunt: Nōne tibi ui-
 detur pinxisse sermo apostolus nouā iperitiæ factionem: Aperiunt enim quasi fontes sciæ: qui aquā nō habēt:
 doctrinarū permittunt imbrē: uelut nubes prophetiæ ad quas pueniat ueritas dei: & turbiniibus exagitantur
 dæmonū: atq; uitioꝝ. Loquunt grandia: & totus eorū sermo superbia est. Immundus est autem apud deū om-
 nis qui exaltat cor suum: & qui paululum refugerant a peccatis: ad suum reuertuntur errorem: & suadent in lu-
 xuria ciborū carnisq; delicias. Quis enim non libenter audiat: manducemus et bibamus: et in æternum regna-
 bimus: Sapientes et prudentes prauos uocant: eos uero qui dulces sunt in sermonibus: plus audiunt. Ioannes
 apostolus: immo in Ioanne Saluator scribens angelo ephesi ecclesiæ: scio inquit opera tua: et laborem et patiē-
 tiam tuam: et quia sustinuisti propter nomen meum et non defecisti. Sed habeo aduersus te pauca: q; charita-
 tem tuam primā reliquisti: memor esto unde cecideris. Et age pœnitentiā: et prima opera fac. Sin autem ue-
 niā tibi: et mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi pœnitentiā egeris. Similiter ceteras ecclesias Smyr-
 nam: Pergamum: Thiatiram: Sardis: Philadelphiam: Laodiceam ad pœnitentiā prouocat: et nisi reuertantur ad
 opera pristina: cōminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit: qui nō cōquinauerunt uestimenta sua: et ambu-
 laturi sunt cū eo in albis: quia digni sūt. Qui autē dicit memēto unde cecideris. et ecce missurus est diabolus ex
 uobis carcerem: ut tentemini: et scio ubi habitas: ubi sedes est sathana: et in mente habe qualiter acceperis: et au-
 dieris: et serua. et pœnitentiā age: et reliqua: utiq; ei dicit: qui credidit: et baptizatus est: et stans quondam: cor-
 ruit per delictum.

Hominis pœnitentia

Inuictus esse dicitur si in se

Acconspicere uoluerunt.

Libere uelut uocati sumus

Septem ciuitates Asiae

Paulus per de ueteri testamento exēpla distulerā: quia solēt ubicūq; cōtra eos facit dicere lex & prophe-
 ta usq; ad Ioannē. Cæterūq; q̄s ignorat sub alta dispensatione dei: oēs retro sanctos eiusdē fuisse meri-
 d

Cap. xxxiii.
d .xxxii.

aplicus pro

ti: cuius nunc christiani sunt: Quod ante Abraham placuit in coniugio: sic nunc uirgines placet in perpetua. Seru-
uit ille legi & tempori suo: seruimus & nos euangelio & tpe nro: in quos fines saeculorum decurrerunt. David cle-
ctus secundum cor domini: qui oēs eius fecerat uoluntates: et qui in quodam psalmo dixerat: Iudica me domine:
quia ego in innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor: proba me domine et tenta
me: ure renes meos: et cor meum. postea tentatus a diabolo: et post peccatum penitens loquitur. Misere mei
deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnū peccatū magna deleri uult misericordia. Salomon amabi-
lis domini: et cui bis deus fuerat reuelatus: quia amator mulierū fuit: a dei amore discessit. Manassē impiissimum
regem post captiuitatē babilonicā: in pristina dignitatē liber die: restitutum refert. Et Iosias uir sanctus in ca-
po Magedo ab Aegypto rege confoditur. Iesus quoque filius Iosedech sacerdos magnus quā in typo precesserit
Saluatoris qui nostra peccata portauit: et alienigenā sibi ex gentibus ecclesiam copulauit: tamen secundum litterā
post sacerdotiū sordidatus inducitur: et stat diabolus a dextris eius: et candida illi uestimenta deinceps reddun-
tur. Superfluum est de Moysē et Aaron scribere: quod ad aquam contradictionis offenderint deum: et terram repromis-
sionis non intrauerint: cum beatus Iob angelos quoque et omnem creaturam peccare posse cōmemoret dicens.
Quid enim nunquid homo coram deo mundus est? Aut ab operibus suis sine macula uir? Si contra seruos
suos non credit et aduersum angelos suos prauum quid repperit: quanto magis habitantes in domibus luteis:
de quibus et nos ex eodem luto sumus? Tēatio est uita hoīum super terram. Et cecidit lucifer: qui mittebat ad
uniuersas nationes. Et ille qui in paradiso delitiae: inter .xii. nutritus est lapides: uulneratus a monte domini: ad
inferna descendit. Unde & Saluator in euangelio uidebā inquit sathanā quasi fulgur de caelo cadentē. Si altissi-
ma illa sublimitas cecidit: quis cadere nō possit? Si in caelo ruina: quāto magis in terra? Et tamen cum ceciderit
Lucifer: imo post casū coluber antiquus: uirtus eius in lūbis est: & ptās eius sup umbilicū uentris: obūbrantur
in eo arbores magnae: & dormit iuxta iuncū: & calamū: & caricē. Ipse est rex oīum quae in aquis sunt: ubi scili-
cet uoluptas & luxuria: et propago et irrigatio nuptiarū. Quis enim denudabit faciem uestitus eius? Et por-
tas uultus eius quis aperiet? Saginantur in eo nationes: et partiuntur phoenicū gentes. Ac ne forsitan tacita le-
gentis cogitatio putaret eas tantū phoenicū gētes: quas et populos aethiopum significari: quibus draco in escā
datus sit: statim de iis qui per mare huius saeculi transierunt: & ad portum salutis peruenire festinant: dicitur. Et
in nauibus piscatorum caput eius stat sicut incudo infatigabilis: reputat ferrum ut paleas: & sicut lignum pu-
tridum aēs. Et omne aurum maris sub eo est sicut lutum: seruescere facit abyssum sicut uas aeneum: aestimat ma-
re sicut deletum: & tartarum abyssi ut captiuum. Omne altum uidet: & arbitratur Iouinianus meus facile sibi
eum posse succūbere. Quid loquar de sanctis uiris & de angelis: qui cum creaturā dei sint: possunt utiq; reci-
pere peccatum. Filium dei tentare ausus est: & prima eius & secunda sentētia reperiens: nihilominus caput
leuat: & tertio uulneratus usq; ad tempus recedit: differens magis tentationem quā auferens: & nos nobis blandi-
mur de baptisate. Quod sicut priora peccata dimittit: sic in futurum seruare non potest nisi baptizati omni
custodia seruauerint cor suum.

Cap. XXXIII.

Quod ad peruenimus ad cibos: ubi & tertiae quaestionis nobis opponitur difficultas: ad hoc creata esse
omnia: ut usui mortaliū deseruirent. Et quomodo homo rationale animal quasi quidam habitator &
possessor mundi deo subiaceret: & suum ueneratur auctore: ita cuncta aiantia aut in cibos hoīum: aut in
uestitum: aut ad scindendum terram: aut ad subuentionē frugū: & ipsius hoīs esse creata: unde & iumenta ab eo
quod iuuent appellantur. Quid est David homo quod memor es eius: aut filius hoīs quoniam uisitas eū? Minui-
sti eū paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eū: & constituisti eū super opera manuum tuarū. Oīa sub-
iecisti sub pedibus eius oues & boues uniuersas: in super & pecora campi. Volucres caeli & pisces maris: qui p-
ambulant semitas maris. Esto inquit bos ad arandū: ad sedēdū equus: canis ad seruandū: caprae ad lac: oues ad
lanitia conditae sint. Quis usus porcorū absq; esu carniū: quis caprae: ceruuli: damulae: apri: lepores: & huius
modi uenatio. Quid aferes siluestres & domestici: quid anates: quid ficedulae: quod attagen: quid fulicae: quid
turdus. Cur in domibus gallina discurret: si non comeduntur haec: omnia frustra a deo creata sunt. Verū quid
opus est argumentis cum manifeste scriptura doceat omne quod mouetur sicut olera herbarum data nobis in
escam: & apostolus clamitet omnia munda mundis: & nihil reiiciendum quod cū gratū actione precipitur: &
uētuos in nouissimo qui prohibeant nubere: & uesci cibis: quos deus creauit ad utendū. Ipse dominus uini po-
tator & uorator a pharisaeis appellatur: & publicanorū conuiuia & peccatorū. Zachaei prandiū nō recusans: ua-
dens ad nuptias: epulas. Porro aliud est si stulta contentione dicitis eum isse ad nuptias ieiunatus: & in poste-
rum more dixisse hoc comedo: illud non comedo: nolo uinum bibere quod ex aquis creauit. In typo sanguinis
sui nō obtulit aquā sed uinum. Post resurrectionem piscē & fauū comedit: nō Zizania nuces et sorbitiūculas.
Petrus apostolus nō expectans stellā more iudaico: sed hora sexta in solarium prāsurus ascēdit. Paulus in nauī
panem frangit nō caricas: Timotheo dolenti stomachum uinum suadet bibere non piratium. De ciborum sibi
placent abstinentia quasi non & superstitio gentilium costum matris deum obseruet & isidis.

Cap. XXXV.

Equar ergo uestigia ppositiōis expositae: & anteq; ad scripturas uēiā: doceāq; ex eis deo grata ieiunia:
& acceptabile cōtinentiā: argumētis philosophorū: argumēta cōponā: & pbabo nō Empedoclis & Py-
thagorae nos dogma sectari: qui ppter uē Teuoy uxωσιv. id est trānsanimationē: oē qd' mouet & uiuit
edendū non putant: & eiusdē criminis reos arbitrant: qui abietē quereūq; succiderint: cuius parricidā sunt: &
uenefici: sed uenerari conditorem nrm: qui in usus hoīum cuncta generauit. Et quō bos ad arandum: equus ad
sedendum:

David electus.

Salomoni deo bis reuelatus

Ueni libitū ppter tētiā
sup oīa. Uoluptas
in uoluptate

Ueni quōd aut uin
in oīa libitū

Iumenta ut a
iumenta sunt

Pharisaei philosophi
Iudeorum
Imponeat qd' fallax
in tempore
Impostorū ut apud
Sunt in ista legē
Mōd nō impōstōrū
mōd

100/110

Tunc caron
boni uoluntatis

phoenicū p
lignū uoluptatis

quidam uini
iure. iure
dicitur.

Ammonia
ut dicitur

per

pyrum

quidam dicit
quidam

sedendum: canes ad seruandū: capræ ad lac: oues ad lanitia cōdite sunt: ita sues & ceruos & capreas & lepores: &c. sed illa nō statim ad comedendū creata esse: sed in alios usus hoīum. Si enim oē quod mouetur & uiuit: ad uelendū factū est: & preparatū gulæ: respondeant mihi cur elephanti: cur leones: ursi: leopardi: lupi: cur uipe: scorpīi: culices: pulicesq;: cur uultur: aquila: coruus: accipiter: cur cete: delphines: phocæ: minutæq; cocleolæ conditæ sint. Quis nfm leonē: quis uiperā: quis uolucrē: quis ciconiā: quis miluū: quis reptantes in littoribus uermiculos unq; comederit. Sicut igitur hæc proprios usus habent: ita possumus dicere & cæteras bestias pifces: aues: nō ad esum: sed ad medicinā creatas. Deniq; carnes uiperæ unde tyriaca conficitur: quātis rebus aptæ sint: norunt medici: segmenta eboris in medelas uarias assumūtur. fel hyeme oculoꝝ restituit claritatē. ster- cus eius & canū: putrida curat uulnera. Et quod forsitan legenti mis- sit: hoīs simus quantis curationibus profi- ciat Gallienus ἐναπλοῖς. id est in simplicibus docet. Aiunt phyci: q; pellis colubri qua exiuit decocta i oleo mire dolorē auriū mitigat. Quid ita inutile uidetur nescientibus: ut cimices. Si sāguisuga faucibus hæserit: fu- mo eius excepto: statim euomitur: & difficultas urinæ huius appositione laxatur. Porcorū autē & anserū & gal- linarum: phasianorūq; adipēs: quid cōmodi habeant: oēs medicorū declarāt libri: quos si legeris uidebis tot cu- rationes esse in uulture: quot mēbra sunt. Paui simus podagræ feruorē mitigat. Gruis: ciconiæ: fel aquilæ: san- guis accipitris: strutio camelus: ranæ: chameleontes: hyrundinis ster- cus & carnes: quibus morbis aptæ sint di- cerē: si mihi propositū esset de medela corporū disputare: legat qui uult Aristotelē & Theophrastū pro- sa. Mar- cellū Sydetē: & nostꝝ Flauīū hexametris uersibus differentes. P. Lyniū quoq; secundū: & Dioscoridē: & cæte- ros tam phycos q; medicos: qui nullā herbā: nullū lapidem: nullū animal tā reptile q; uolatile & natatile: nō ad suæ artis utilitatē referunt. Igitur cū mihi dixeris: cur porcus creatus est: statim tibi respondebo puerorū more certantium. cur uiperæ: cur scorpīi. Nec deum superfluum iudicabis artificē. quia plurimæ & bestia & uo- lures sunt: quas tuæ fauces recusent. Sed ne contenciosū hoc & pugna magis uideatur esse q; uerū: audi iccirco sues & apros & ceruos & reliquas aiātes creatas: ut milites & athletæ: nauarū: rhetorē: metallorūq; fossores: & cæteri duro operi mancipati: haberent cibos: quibus fortitudo corpoꝝ necessaria est: qui portant arma & ciba- ria: qui pugnis & calcibus sua inuicem membra debilitant: qui remos trahunt: quorum latera ad clamandum dicendūq; sunt ualida: qui subuertunt montes: & sub diuo & imbris dormiūt. Cæteræ nra religio nō πικρὴν id est pugilem: non athletas: non nauas: nō milites: non fossores: sed sapientiæ erudit sectatorem: qui se dei cul- tui dedicauit: & scit cur creatus sit: cur uersetur in mūdo: quo abire festinet. Vnde & apostolus loquitur. Quā- do infirmor inquit tunc fortior sū. Et si exterior noster homo corrumpitur: sed interior renouatur de die in diē. Et cupio dissolui & esse cum Christo. Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Nunquid omnibus preceptum est: ne duas tunicas habeant: ne cibos in pera: res in zona: uirgam in manu: calciamentum in pedibus: ut uen- dant uniuersa quæ possident: dentq; pauperibus: & sequantur Iesū. Sed iis utiq; qui uolunt esse perfecti: alio- quin a Ioāne baptista aliud precipitur militibus aliud publicanis: Dominus autē dicit in euangelio ad eū qui se iactauerat legis uniuersa complexisse. Si uis perfectus esse uade uende oīa quæ habes: & da pauperibus: & ueni sequere me. ne graue onus nolenti uideretur iponere: in propria audientis uoluntate dimisit dicens: si uis perfe- ctus esse. Quamobrē & ego tibi dicā. Si uis pfectus esse bonū est uinū non bibere & carnē non manducare. Si uis perfectus esse melius est saginare animam q; corpus. Si autem adhuc paruulus es: & cocorū iura te dele- ctant: nemo eripit faucibus tuis esculentas dapes. Manduca & bibe: & si tibi placet: cum israele lude consurgēs & canito: manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Manducet & bibat: qui post cibos expectat interitū. qui cum Epicuro dicit: post mortem autem nihil est. & mors ipsa nihil est. Nos Paulo credimus intonanti: esca- uentris: & uenter escis. deus autem & hunc & illam destruet.

Cap. XXXVI.

Hæc autē de scripturis pauca posuimus: ut congruere nra cum philosophis doceremus. Cæterum quis ignoret: unāquāq; gentē nō cōi lege naturæ: sed his quoq; apud se copia est uesci solitam. Verbi grā: Arabes & Saraceni & omnis heremi barbaria camelorum lacte & carnibus uiuit: quia huiuscemodi aial pro tpe & sterilitate regionum facile apud eos & gignitur & nutritur. si nefas arbitrantur: porcorū uesci car- nibus: Sues enim qui glande: castaneis: radicibus filicū et hordeo ali solent: aut raro apud eos aut penitus non i- ueniuntur. & si inuenti fuerint: alimenta non habent quæ supradiximus. E regione septentrionales populos: si ad esum asinorū camelorūq; compellas: simile putabūt eorū uesci carnibus: ac si lupū comedere cogant uel cor- uum. In pōto et phrygia uermes albos et obesos qui nigello capite sūt: et nascuntur in lignorū carie pro magnis redditibus paterfamilias exigit. Et quomodo apud nos attagen & ficedula: mullus & scarus in delitiis compu- tantur: ita apud illos ξυλοφάγιον comedisse luxuria est. Rursum orientales & Lybiæ populos: quia per deser- tum & calidam heremi uastitatem locustarum nubes reperiuntur: locustis uesci moris est. Hoc uerū esse Ioan- nes quoq; baptista probat. Compelle phrygē & ponticū: ut locustam comedat: nefas putabit. Coge syrū: afri- cum & arabē: ut uermes ponticos glutiat: ita eos aspiciet: ut muscas: millepedas & lacertos. Quāq; Syri & cro- codilis terrenis: Afri etiam lacertis uiridibus uesci soleant. In ægypto & palæstina propter boum raritatem ne- mo uaccam comedit: tauroꝝ carnes & boum uituloꝝ assumunt in cibos. At in nra prouincia scelus putant ui- tulos deuorare. Vnde et imperator Valens nuper legem per orientem dederat: ne quis uituloꝝ carnibus uesce- retur: utilitati agriculturæ prouidens: et pessimam iudaizantis uulgi emendans consuetudinem: pro altibus et lactentibus uitulos consumentis. Nomades & trogloditæ & scitæ et hunnoꝝ noua feritas semicrudis uescunt carnibus: Porro Ichthyopāgi gens errans in littore maris rubri: super petras solis calore feruētes assant pifces: et hoc solo alimento uictitant. Sarmatæ: Quadi: Vandali et innumerabiles aliæ gentes equorū et uulpiū car-

uolucrom

hepiara
hyene

Epicurus

xylophagom
larusta

Imperator Valens
phyte

Asinum
alioq; per
pauit huius

alibus

Scoti

Masfagete
Tibareni
Hircani
Syrus
Bactri

Thymus byzant.

Von Sacutus Comos.

Thymus byzant.

Pythagoras
Platonis
Stoici

Crates

Vetus Soma

nibus delectantur. Quid loquar de cæteris nationibus: cū ipse adolescētulus in Gallia uiderim Scotos gen-
 te britannicā humanis uesci carnibus: & cū per siluas porcorū greges & armentorū pecudūq; reperiant: pasto-
 nates & feminas: papillas solere abscedere: & has solas ciborū delicias arbitrari: Scotorū natio uxores proprias
 non habet: Et quasi Platonis politiam legerit: & Catonis scētetur exemplū nulla apud eos coniunx propria ē:
 sed ut cuiq; libitū fuerit: pecudū more lasciuiūt. Persæ: Medi: Indi: & Ethiopes: regna non modica: & Romano
 regno paria: cū matribus & auis: cū filiabus & neptibus copulantur. Massagetæ & Derbices miserimos putāt
 qui egrotatione moriantur & parentes. cognatos: propinquos: cū ad senectam uenerint: iugulatos deuorant: re-
 ctius esse dicentes: ut a se potius q̄ a uermibus comedantur. Tibareni: quos dilexerint senes suspendūt in pati-
 bulis. Hircani uolucris & canibus semiuiuos proiciūt. Capsiu bestias mortuos proiciūt. Schytæ eos qui a de-
 functis amati sunt: uiuos infodiunt cū ossibus mortuorū. Bactri canibus ad hoc ipsam nutritis obiciunt senes.
 Quod cū Alexandri prefectus Nicanor emendare uoluisset: pene amisit prouinciā. Coge ægyptiū: ut ouium
 lacte uescatur. Impelle si uales Pelusioten ut manducet cepe. Singulae pene i ægypto ciuitates singulas bestias
 & monstra uenerantur. Et quodcunq; uoluerint: hoc inuolabile & sacrum putant. Vnde & urbes quoq; apud
 eos ex animalium uocabulis nuncupantur. Leonto: Cyno: Lyco: Busyris: Thymius quod interpretatur hircus
 Et ut sciremus: quales deos semper ægyptus recepisset: nuper ab Hadriani amasio urbs eorū Antinous appella-
 ta est. Peruides igitur q; non solum in elu: sed & in sepulturis & in connubiis: & in omni conuersatione unaquæ
 q; gens suo ritu & proprietatibus uictit: & hoc eam naturæ legem putare quod didicit. Verū fac esum carniū
 cunctis nationibus esse cōem: & passim licere quod passim gignitur. Quid ad nos: quorū conuersatio in cælis
 est: Qui super Pythagoram & Empedocle: & omnes sapientiæ sectatores: non ei debemus cui nascimur: sed
 cui renascimur: qui repugnantem carnem: & ad libidinum incentiua rapientem inedia subiugamus. Esus car-
 nium: & potus uini: carnisq; saturitas seminarium libidinis est. Vnde & comicus: Sine cerere iquit & libero fri-
 get uenus.

Cap. XXXVII.

Per quinque sensus: quasi per quasdam fenestras: ueriorū ad aiām introitus est. Non potest ante metro-
 polis & arx mentis capi: nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus. Horū perturbationibus aiā pre-
 grauatur: & capitur aspectus: auditus: odoratus: sapor: tactus. Si Cyrcensibus quispiā delectetur: si Ath-
 letarū certamine: si mobilitate histrionum: si formis mulierū: splendore gemarū: uestiū: metallorū: & cæteris hu-
 iuscemodi per oculorū fenestras aiā capta libertas est: & impietur illud propheticū: mors intrauit per fenestras
 uīas. Rursum auditus uario organorū cantu: & uocum flexionibus delinitur: & carmine poetarum: & Comæ-
 dorū minorūq; urbanitatibus & strophis & quicquid per aures introiens uirilitem mentis effeminat. Odo-
 ris aut suauitas & diuersa Thymiamata & amomū: cyphi: oenathemuscus: & peregrini muris pellicula: q; dis-
 solutis & amatoribus cōueniat: nemo nisi dissolutus negat. Porro ciborū auiditas q; auaritiæ mater sit: & aiām
 quasi quibusdam compedibus degrauatū in terra teneat: quis ignorat: Propter breuem gulæ uoluptatem: ter-
 ræ lustrantur et maria: et ut mulsū uinū preciosusq; cibus fauces nras trāseat: totius uitæ opera desudamus.
 Tactus aut alienorū corporū: et sceminarū ardentior appetitus: uicinus insanix est. Ob hunc sensū cupimus: ira
 scimur: gestimus: inuidemur: æmulamur: solliciti sumus: et expleta uoluptate: per quandā plenitudinē rursus
 accendimur: quærimusq; facere: quod cū faceribus: iterū pœniteamus. Igitur cū per has portas quasi quidam
 pturbationū cunei ad arcē nrae mentis intrauerint: ubi erit libertas: ubi fortitudo eius: ubi de deo cogitatio ma-
 xime cū tactus depingat sibi etiam preteritas uoluptates: Et recordatione uitiorū cogat aiām cōpati: et quodā
 modo exercere quod non agit: His igitur rationibus inuitati multi philosophorū reliquerunt frequentias urbi
 um: et hortulos suburbanos: ubi ager irriguuset arborū comæ: et sulcatus auiū: fontis speculū: riuus immurmu-
 rans: et multa oculorū auriūq; illecebræ sūt: ne per luxum & abundantiam copiarū animæ fortitudo mollesce-
 ret: & eius pudicitia constupraretur. Inutile quippe est crebro uidere: per quæ aliquādo captus sis: & corū te ex-
 perimento cōmittere: quibus difficulter careas. Nam & Pythagoræi huiuscemodi frequentiam declinantes i
 solitudine & desertis locis habitare consueuerunt. Platonici quoq; & Stoici in templorum locis & porticibus
 uersabantur: ut admoniti angustioris habitaculi sanctitate: nihil aliud q̄ de uirtutibus cogitarent. Sed & ipse
 Plato cū esset diues: & toros eius Diogenes luteis pedibus conculcasset: ut posset uacare philosophiæ elegit Aca-
 demiam uillam ab urbe procul non solū desertam: sed et pestilentem: ut cura et assiduitate morborum libidi-
 nis impetus frangeretur: discipulūq; sui nullam aliam sentirent uoluptatem: nisi earum rerum quas discerent.
 Quosdam legimus effodisse sibi oculos: ne per eorū uisum a contemplatione philosophiæ auocarentur. Vn-
 de & Crates ille Thebanus proiecto in mari non paruo auri pondere: abite inquit pessum male cupiditates:
 ego uos mergam: ne ipse mergar a uobis. Quod si quis existimat: & abundantia ciborū portionūq; semper frui
 & uacare posse sapiētix: hoc est et uersari in delitiis: et deliciarū uitiis non teneri seipsum decipit. Cū enim pro-
 cul ab his remoti sæpe capiamur naturæ illecebris: & cogamur ea cupere quorū copiam nō habemus: q̄to ma-
 gis si circumdati rebus uoluptatum esse nos liberos arbitremur: Sensus noster illud cogitat: quod uidet: audit:
 odoratur: gustat: attrectat: & ad eius rei trahitur appetitum: cuius capitur uoluptate. Quod mens uideat: et
 mens audiat: et q; nec audire quippiam: nec uidere possumus: nisi sensus in ea quæ cernimus et audimus fuerit
 intentus. Vetus quoq; sententia est: difficile est immo impossibile: delitiis et uoluptatibus affluentes non ea cogita-
 re quæ gerimus: frustra q; quidam simulant salua fide et pudicitia et integritate mentis: se abuti uoluptatibus:
 cum contra naturam sit: copiis uoluptatum sine uoluptate perfrui. Et apostolus hoc ipsū cauēs dixerit: Quæ
 autem in delitiis uiuens est uidua: mortua est.

Cap. XXXVIII.

Sensus

Genera *Edo cura sanctorum*
Bibe cura claustrorum

corpore

De non habet
ne satis

in pinguis

Ingenit

In pinguis

In pinguis

Sensus corporum quasi equi sunt: sine ratione currentes: anima uero in aurigae modum retinet frenas currentium. Et quod equi absque rectore precipites ruunt: ita corpus sine ratione & imperio animae suum fertur interitum. Alia quoque comparatio animae & corporis a philosophis ponitur: corpus pueri: animam pedagogum esse dicentibus. Vnde & historicus: animae imperio: corporis seruitio magis utimur. alterum nobis cum diis: alterum cum baluis coe est. Igitur nisi uitia adolescentis & pueri prudentia pedagogi rexerit: omnis conatus eius & impetus ad lasciuia prope- rant: sine quatuor sensibus uiuere possumus. id est sine aspectu: auditu: odoratu: atque complexu. Absque gustu autem & cibus impossibile est humanum corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio: ut tales ac tantas sumamus escas: quibus non oneretur corpus: nec libertas animae pregrauetur: quia & comedendum est: & deambulandum: & dormiendum: et digerendum: et postea inflatis uenis incentiua libidinis sustinenda. luxuriosa res uinum: et tumultuosa ebrietas. Omnis autem qui cum his miscetur non erit sapiens. Nec tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere: aut comestos magno partos: et perditos labore doleamus. Oleum et pomorum ac leguminum: et facilius apparatus est: et arte impediunt: cocorum non indiget: et sine cura sustentat humanum corpus: moderateque sumptus. quia nec auide deuoratur: et quod irritamenta gula non habet: leniori digestionem concoquitur. Nemo enim uno et duobus cibus iisque uilibus usque ad inflationem uentris oneratur: quae diuersitate carniu et saporis delectatione concipitur: cum uariis nidoribus fumant patinae: et ad esum sui expleta esurie: quasi captiuos trahunt. Vnde et morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientia gulae uomitu remediuntur: et quod turpiter ingererunt: turpius egerunt: Hippocrates in amphorismis docet crassa et obesa corpora quae crescendi mensuram impleuerint: nisi cito ablatione sanguinis minuantur: in paralytin & pessima morborum genera erumpere: & iccirco esse necessariam deprecationem: ut rursus habeant in qua possint crescere. Non enim manere in uno statu natura corporum potest: sed aut crescere semper: aut decretere habet: nec posse uiuere aial: nisi crescendi capax sit. Vnde & Gallienus etiam doctissimus Hippocratis interpretas athletas quorum uita & ars sagina est: dicit in exhortatione medicinae nec uiuere posse diu: nec sanos esse: aniamque eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas nihil tenue: nihil caeleste: sed semper de carnibus: & uictu: & uetris igne cogitare. Diogenes tyrannos & subuersores urbium: bellaque uel hostilia uel ciuilia: non simpliciter uictu oleum pomorumque sed per carnibus & epularum delitiis asserit excitari. Quodque mirandum sit: Epicurus uoluptatis assertor: omnes libros suos repleuit oleribus & pomis & uilibus cibus dicit esse uiuendum: quia carnes & exquisitae epulae ingenti cura ac miseria preparantur: maioremque poenam habeant inquerendo: quam uoluptatem in abutendo. Corpora autem nostra cibo tantum & potu indigere. ubi aqua & panis sit: & caetera his similia: ubi naturae satisfactum quicquid supra fuerit: non ad uitae necessitatem spectat: sed ad uitium uoluptatis: Bibere & comedere non delinere ardore: sed sitim famemque restringere. Qui carnibus uescuntur: indigere etiam iis quae non sunt carniu: Qui autem simplici uictu abutantur eos carnes non requirere: Sapietiam quoque operam dare non possumus: si mensa abundantiam cogitemus: quae labore nimio. & cura diligenti atque indigenti indiget. Cito expletur naturae necessitas: frigus & fames simplici uestitu et cibo expelli potest. unde et apostolus habentes inquit uictum et uestitum his contenti sumus. Delitiae et epulae uarietates: fomenta auaritia sunt: Gradis exultatio anime est: cum paru contentus fueris cibo: mundum habere sub pedibus: et omnem eius potentiam: epulas: libidines: propter quae diuitiae comparantur: uilibus mutare cibus: et crassiore tunica compensare. Tolle epulas: et libidinis luxuriam: nemo quare diuitias: quarum usus aut in uentre aut sub uentre est. Qui egrotat: non aliter recipit sanitatem: nisi tenui cibo et castigato uictu: quae λεπτη διαίτη id est tenuis dieta dicitur. Quibus ergo cibus recipitur sanitas: his et seruari potest: ne quis putet morbos oleribus concitari. Si autem Milonis illius Crotoniatae uires olera non ministrant: quae nascuntur et aluntur ex carnibus: quid necesse est uiro sapienti et philosopho Christi tantam habere fortitudinem: quae athleticis et militibus necessaria est: Quam cum habuerit ad uitia prouocetur. Illi arbitrantur carnes sanitati congruas: qui uolunt abuti libidine: et in caenum demergi uoluptatum ad coitum semper exaestuam. Christiano sanitas absque uiribus nimis necessaria est. Nec turbare nos debet: si rari sint huius propositi sectatores: quia rari sunt et amici boni et fideles et pudici et continentes. semperque uirtus rara est. Lege Fabritii continentiam: Curii paupertatem: et in tanta urbe uix paucos inuenies: quos sequare. Noli timere ne si carnes non comederis: aucupes et uenatores frustra artificia didicerint. Legimus quosdam morbo articulari et podagrae humoribus laborantes. prescriptione bonorum: ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerat enim sollicitudine dispensandae domus: et epularum largitate: quae et corpus frangunt et animam. Irridet Oratius appetitum ciborum: qui consumpti reliquunt poenitentiam.

Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
Et cum in amoenissimo agro in morsu uoluptuosorum hominum se crassum pingueque describeret: lusit his uersibus.
Me pinguem et nitidum bene curata cute uises:
Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Cap. XXXIX.

Sed et ex uilissimis cibus uitanda satietas est. Nihil enim ita obruit animum: ut plenus uenter: et exaestuans: & huc illucque se uertens: & in ructus uel in crepitus uentris efflatione respirans. Quale illud ieiunium est: aut qualis illa refectio post ieiunium cum pridianis epulis distenditur: & guttur nostrum mediatorum efficitur latinarum: Dumque uolumus prolixioris inediae fame carere: tantum uoramus: quantum uix alterius diei nox digerat. Itaque non tam ieiunium appellandum est: quam crapula ac fetens & molesta digestio. Diocearchus in libris antiquitatum & descriptione Graeciae: refert sub Saturno id est in aureo saeculo: cum omnia humus funderet: nullum comedisse carnes: sed uniuersos uixisse frugibus & pomis: quae sponte terra gignebat. Persarum regis Cyri uitam Xenophon octo uoluminibus explicat: polenta & cardamo & sale ac pane cibario.

Composito Corpore
et anime

Alcibiades debet ratio

Hippocrates

Galenus de regimine saniorum
Galenus

Diogenes
Epicurus

Cito expletur naturae necessitas

Semper uirtus rara est
Fabritius
Curius praep.

Plenus uenter
Guttur mediatorum latinarum

Diocearchus

Xenophon in Persia

Cheremon eloquentissimus
de vita sacerdotum.

Iunius
Lac.
Josephus.

de vita philosophorum in quinto
libro.

Gymnosophistae
Brahmanes
Samanae
Prophetes Iouis
Triptolemi leges
Orpheus
Antisthenes

Diogenes: eiusque doctrina

Satyrus
Hemerobius

Tropus

eos asserens uictitare: Lacedaemoniorum mese frugalitatisque & superscriptus Xenophon & Theophrastus & oēs pene scriptores Graeciae testes sunt. Cheremon Stoicus uir eloquentissimus narrat de uita antiquorum aegypti sacerdotum quod oibus mundi uegociis curisque postpositis semper in templo fuerint: & rerum naturas causasque ac rationes syderum contemplati sint: nunquam mulieribus se miscuerint: nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidem uiderint: ex eo tempore quo cepissent diuino cultu deservire: & carnibus & uino se semper abstinerint: propter tenuitatem sensus & uertiginem capitis: quod ex paruo cibo patiebantur: & maxime propter appetitus libidinis: qui ex his cibis & ex hac potatione nascuntur, pane raro uesciebantur: ne onerarent stomachum. Et si quando comedebant: tonsu pariter isopum sumebant in cibo: ut escam grauiorem illius calore decoquerent. Oleum tantum in oleribus nouerant: uerum & ipsum parum propter nauisam & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar inquit de uolatilibus cum ouum quoque pro carnibus uitauerint & lac? Quorum alterum carnes liquidas: alterum sanguinem esse dicebant colore mutato. Cubile eis de foliis palmarum: quas Bayas uocant, contextum erat scabellum acliue: & ex una parte obliquum: in terra pro puluillo capiti supponebant: bidui triduique inedia sustinentes. Humores corporis qui nascuntur ex ocio: & ex mansione unius loci nimia uictus castigatione siccabant. Iosephus in secunda iudaicae captiuitatis historia: & in octauo decimo antiquitatum libro: & contra Appionem: duobus uoluminibus tria describit dogmata iudeorum. Pharisaeos: Saducaeos: Essaeos. Quorum nouissimos miris effert laudibus: quod & ab uxoribus & uino & carnibus semper abstinerint: & quotidianum ieiunium uerterint in naturam. Super quorum uita & Philo uir doctissimus proprium uolumen edidit. Eantes Cizycenus & Asclepiades cyprius: aetate qua Pygmalcon in oriente regnabat: scribunt esum carni non fuisse. Eubulus quoque qui historiam Mithrae multis uoluminibus explicuit: narrat apud Persas tria genera Magorum: quorum primos qui sunt doctissimi & eloquentissimi excepta farina & oleribus nihil aliud in cibo sumere: Apud Eleusina etiam uolucris & piscibus & quibusdam pomis abstinerere solent. Bardesanes uir babilonius in duo dogmata apud Indos gymnosophistas diuidit: quorum alterum appellat brahmanas: alterum samaneos: qui tantae continentiae sint ut uel pomis arborum iuxta gangem fluium: uel publico orizae & farinae alantur cibo: & cum rex ad eos uenerit: adorare illos solitus sit: pacemque suae prouinciae in illorum precibus arbitrari sita. Euripides in creta Iouis prophetas non solum carnibus sed & coctis cibis abstinuisset fertur. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud athenienses tria tantum precepta in templo Eleusinae resideret scribit: honorandos parentes: uenerandos deos: carnibus non uescendum. Orpheus in carmine suo esum carniū detestatur. Pythagorae, Socratis, Antisthenis: & reliquorum frugalitatem referrem in consuetudinem nostram: nisi & longum esset: & proprii operis indigeret officio. Hic certe est Antisthenes qui cum gloriose docuisset rhetoricam: audissetque Socratem dixisse fertur ad discipulos suos: Abite: & magis querite ego enim iam repperi. Statimque uenditis quae habebat: et publice distributis nihil sibi plus quam palliolum reseruauit. Paupertatisque eius et laboris et Xenophon testis est in symposio: et inumerabiles libri eius: quorum alios philosophico: alios rhetorico genere scripsit. Huius Diogenes ille famosissimus sectator fuit: potentior rege Alexandro: et naturam uictoris humanam. Nam cum discipulorum Antisthenes nullum recipe ret: et perseuerantem Diogenem remouere non posset: nouissime claua minatus est: nisi abiret. Cui ille subiecisse dicitur caput: atque dixisse: nullus tam durus baculus erit: qui me a tuo possit obsequio separare. Refert Satyrus: qui illustrium uirorum scribit historias: quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus: peram pro celario habuerit: secumque portarit clauam ob corpusculi fragilitatem: qua iam senex membra sustentare solitus erat. Et in uerbo id est diarii uictus uulgo appellatus sit. in presentem horam poscens a quolibet: et accipiens cibum. habitauit autem in portarum uestibulis et porticibus ciuitatum. Cumque se contorqueret in dolio: uolubile se habere domum iocabatur: et se cum temporibus immutantem. frigore enim os dolii uertebat in meridiem: aestate ad septentrionem & utcumque sol se inclinauerat: Diogenes simul pretorium uertebatur. Quodam uero tempore habens ad postandum cauum ligneum: uidit puerum manu concaua bibere: et elisisse illud fertur ad terram dicens. Nesciebam quod natura haberet poculum. Virtutem eius et continentiam mors quoque indicat. Nam cum ad agonem olimpiacum qui magna frequentia graeciae celebrabatur: iam senex pergeret: febre in itinere dicitur apprehensus accubuisse in crepidine uiae. uolentibusque eum amicis aut in iumentum aut in uehiculum leuare non acquieuit: sed transiens ad arboris umbram locutus est. Abite quae so: & spectatum pergit. haec me nox aut uictore probabit aut uictum. Si febre uicero: ad agonem ueniā. Si me uicerit febris: ad inferna descenda. Ibi quoque per noctem eliso gutture: non tam mori se ait: quam febre morte excludere. Vnius tantum philosophi exemplum posui. ut formosuli nostri & trofili: & uix sumis pedibus adubrantes uestigia: quorum uerba in pugnis sunt: & syllogismi in calcibus: qui paupertatem apostolorum & crucis duriciam aut nesciunt aut contemunt: imitent saltem gentiliū parcitate. Cap. LX.

Haec de argumentis philosophorum exemplisque disserui. Nunc ad exordium generis humani id est ad nostram transiens: docebo primum Adam & in paradiso accepisse preceptum: ut caetera poma comedens: ab una arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quoad Adam ieiunauit in paradiso fuit: comedit & eiectus est. eiectusque statim duxit uxorem. Qui ieiunans in paradiso uirgo fuerat: satur in terra matrimonio copulatur. & tamen eiectus non protinus accipit licentiam carniū uescendae: sed tantum poma arborum & fruges segetum: & herbarum olera ei traduntur in cibum. ut exul quoque paradisi non carnibus quae in paradiso non erant: sed similitudine frugum paradisi uesceretur. postea uero uidens deus quod diligenter appositum esset ad malitiam cor hominis ab adolescentia: & spiritus eius in iis permanere non posset: qui erant caro. opera carnis diluuiū condennauit: & audissimam hominum gulam probans dedit eis licentiam comedendarum carniū: ut dum sibi intelligunt licere omnia. non desiderarent magnopere quod licebat nec mandatum in causam uerteret preuaricationis: Quamquam & tunc ex parte imperatum de immundis animalibus ieiunium sit. nam cum

alia

alia munda dicantur: alia imunda: & in archa Noe de imundis bina: de mundis introducuntur iparia: & utiq; imundorū esus ablati sunt: ne sine causa dicerentur imunda: ex parte ieiunium dedicatum est: docens abstinētia omnium in quorūdam recisione. Cur perdidit Esau primogenita sua? Nōne propter cibū: Impatentiamq; gulæ languis emendare non potuit. Eiectus de ægypto populus Israel & in terrā repromissionis lacte & melle manantē introducendus: ægyptias carnes & pepones: alliaq; desiderat. Vtinā inquit obissemus percussī a deo in terra ægypti: quādo sup ollas carniū sedebamus. Et iterū: Quis nos uescet carnibus? Venerūt in mentē nobis pisces quos in ægypto comedebamus gratis: & cucumeres: & pepones: & porri: & cepe: & allia. At nūc aīa nra arida: nihil nisi māna oculi nri cōspiciūt. Angelorū cibū cōtēnētes: carnes ægyptias suspirabant. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunus ī mōte Syna: etiā tūc p̄bans: nō in pane solo uiuere hoīem: se in oī uerbo dei: cū do mino loquitur. populus aut satur idola fabricat. Ille uacuo uentre legē accipit scriptā digito domini: iste mādu cans & bibens: cōsurgensq; ludere: aurū conflāt in uitulū: & ægyptiū bouē prefert domini maiestati. Tot dieꝝ labor: unius horæ saturitate perit. Frangit audacter Moyses tabulas: sciebat enim dei sermonē nō posse audiri temulentos: icrassatus est & pinguefactus: & dilatatus: & recalcitrauit dilectus: & dereliquit dominū: qui fecerat eū: & abscessit a deo saluari suo. Vnde & in codē deuteronomio precipitur: ne cum manducaueris & bibe ris: & domos optimas ædificaueris: ouibus & bobus tuis multiplicatis & argento & auro extollatur cor tuū: & obliuiscaris domini tui. Deniq; manducauit populus: & icrassatū est cor eius: ne uideret oculis: & audiret au ribus: & corde contineret: & uulū ieiunātis Moysi: & iuxta hebraicā ueritatē: dei cōfabulatiōe cornutū pastus & pinguior populus sustinere non potuit. Quamobrē dominus nri atq; Saluator nō ob differentiā uirginitatis & nuptiarū: ut quidā putant: sed ob ieiuniorū consortia Moysē & Heliam transfiguratus in monte secum ostendit in gloria. q̄q; Moyses & Helias typū propriæ legis prophetarūq; monstrauerunt: sicut manifeste scrip tura euangelii testatur. dicebant ei exitū: quem completurus erat in Hierusalē. passionē enim domini non uir ginitas & nuptiæ: sed lex nūciat & propheta: Quod si contentiose in Moysē nuptias: in Helia uirginitatē di xerint demonstrari: breuiter audiant Moysē mortuū & sepultū: Heliam igneo curru raptū: ante imortalē esse cœpisse: q̄ mortuū. Sed nec secūda conscriptio tabularū: absq; ieiunio potuit ipetrari. Quod ebrietas pdiderat: inedia repperit. Ex quo ostenditur posse nos per ieiunium redire in paradisu. unde per saturitatē fueramus eieci. In exodo aduersus Amelech orōne Moysi: & totius populi usq; ad uesperā ieiunio dimicatū est. Iesus filius Na ue stationē ipetrauit soli & lunæ. & inedia plusq; unius diei uictoris exercitus p̄telauit. Saul sicut in regnoꝝ pri mo libro scribitur: maledictus inquit qui ederit panē usq; ad uesperā: donec ulciscar me de inimicis meis. Et nō gustauit oīs populus eius: & tota terra prandebat. Tantaq; fuit auctoritas stationis semel domino destinata: ut Ionatham qui causā uictoriæ extiterat: deprehenderet fors: & ignorantia crimen declinare nō posset. p̄risq; in se concitaret manum: & uix populi precibus saluaretur. Helias quadraginta dieꝝ ieiunio preparatus: deū uidit in monte Oreb: audiuitq; ab eo: quid tu hic helia? Multo familiarior ista uox: q̄ illa in Genesi. Adam ubi es? Il la enim pastū terrebat & perditū. hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Congregatum Samuel populū in Mas phat: indicto ieiunio roborauit: & fecit hostibus fortiorē. Assyriorū ipetū: & potētia Sēnacherib Ezechia regis lachrymæ saccus & humiliatio uictus fregit: prostrauit & uicit. Et e contrario ciuitas Ninue iminentem irā do mini: ieiuniorū miseratione detorsit. quā & Sodoma placasset & Gomorra: si uoluisset agere pœnitentiam: & la chrymas pœnitentiæ p̄ocinante conciliare ieiunio. Acab rex ipiissimus: ut sniam dei subterfugeret: & euersio domus eius differretur in posteros: ieiunio impetrauit & sacco. Anna uxor Elchane inanem cibo uentrem filio meruit implere. Periclitantur in babylone magi: omnis coniectō & auriolus & aruspex ceditur. Daniel & tres pueri reuelationem merentur ieiunio. & pasti leguminibus pulchriores sunt & prudentiores his: qui de mensa regis carnibus uescēbātur. Deinde scriptum est: q; Daniel tribus hebdomadis ieiunauerit: panem suauem non comederit: caro & uinum non intrauerit os eius: oleo unctus non sit: et uenerit ad eū angelus dicens. Daniel ho mo miserabilis es. Qui deo miserabilis apparuerat post ieiunium: leonibus in lacu fuerat horribilis. Quā pul chra res quæ placat deum: leones mitigat: dæmones terret. Mittitur ad eum licet hoc ī hebraicis uoluminibus non inuenerimus Abacuch messorū prandium portans. Talem enim discophorum inedia meruerat hebdoma dis: Dauid periclitante filio post adulterium εφομολογῆσιν in cinere et ieiunio facit dicens. Qui cenerem tā q̄ panem manducabam: et potum meum cū fletu miscebam. Et infirmata sunt in ieiunio genua mea. et certe iā audierat a Nathan. Dominus abstulit te hoc peccatum. Sāp̄son et Samuel uinum et siceram non bibunt. Erāt enim filii repromissionis: et per abstinētia ieiuniorūq; concepti. Aaron et ceteri sacerdotes ingressuri templū omne quod potest inebriare nō potant: ne moriantur. Ex quo intelligimus mori eos: qui in ecclesia non sobriū ministrarint. Quamobrē exprobratur Israeli: potum dabatis Nazareis meis uinum. Ionadab filius Zechab precepit filiis suis ut non biberent uinum usq; in æternū. Quibus cū offerret Hieremias ut biberēt: et illi bibe re noluisent: loquitur dominus per p̄phetā. quia obedistis precepto Ionadab patris ur̄i nō deficiet uir de stir pe Ionadab filii Zechab: stans in cōspectu meo cūctis diebus.

Cap. XLI.

In foribus euangelii Anna filia Phanuelis uniuira iducit: sempq; ieiunās. Et dominū uirginē lōga ca stitas lōgaq; ieiunia suscepe. Præcurfor eius & preco locustis aliis & siluestri melle nō carnibus: hitatio q; deserti & icunabula moachorū talibus ichoanē alimētis. Sed & ipse dñs baptisma suū. xl. dieꝝ ieiunio dedicauit: & acriora dæmōia docuit nō nisi orōne & ieiuniis posse superari. Cornelius cēturio ut sp̄m sanctū acciperet anteq; baptisma: elemosynis meruit crebrisq; ieiuniis. Paulus apostolus post famē & siti et ceteros labo res suos et pericula latronum: naufragii: solitudinis: crebra ieiunia enumerat. Et discipulo Timotheo dolenti

d iiii .xxx. iiii.

Ieiunia animalia

Sup illas omnia Nihilam

Moses Cornutus

Ieiunium

Anna uirgine

Cornelius cetero

stomachum: & infirmitates plurimas sustineti suadet uini modicam potionem: iam noli inquit aquam bibere. Cui autem dicit: iam noli aquam bibere: ostendit eum aquam ante potasse. Quod non concederet: nisi crebra infirmitates & dolor stomachi postulassent. Reprobatur quidem apostolus eos: qui prohibebat nuptias: & iuebant cibis abstinere quos deus creauit ad utendum cum gratia actione. sed Martione designat & Tatianum & ceteros hereticos: qui abstinentiam indicant perpetuam: ad destruenda & continentia & abominanda opera creatoris: nos autem & creaturam omnem laudamus dei: & maciem saginam: abstinentiam luxuriam: ieiunia preferimus saturitati. Vir quippe in laboribus laborat sibi & uinum facit in interitum suum. Et a diebus Iohannis baptiste ieiunatoris & uirginis regnum caelorum uinum patitur: & uolenti diripiunt illud. Timemus enim ne ab aduentu aeterni iudicis: sicut in diebus diluuii: & euerfionis Sodomae & Gomorrae deprehendamus manducantes & bibentes: & nubentes: & nuptum tradentes. Nam & diluuium & ignis de caelo saturitatem pariter & nuptias quas deleret inuenit. Nec mirum si omne quod in macello uenditur: apostolus emi iubeat & comedit: cum idolatris & adhuc in templis idolorum quasi idolotheta uescentibus: pro summa abstinentia fuerit cibis tantum abstinere gentiliu. Quod si sic loquitur ad romanos: is qui manducant: non manducantem non spernat & qui non manducat manducantem non iudicat: non inter ieiunia & saturitatem aequalia merita dispensat: sed contra eos loquitur: qui in Christum credentes adhuc iudaizabant. & eos qui ex gentibus crediderant: monet ne scandalizet illos cibo suo: qui adhuc infirmiores erant in fide: Denique & in consequentibus hoc ipsum sonat: Scio & confido in domino Iesu: quod nihil commune per seipsum est: nisi ei qui existimat qui comest esse illi comest esse. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere: pro quo Christus mortuus est: non ergo blasphemetur bonum nomen: non est enim regnum dei esca & potus. Ac ne quis putaret hoc de ieiuniis dici: & non de superstitione iudaica: statim edisserit: alius credit manducare omnia. Qui autem infirmus est: olera manducet. Et rursum. Alius iudicat diem plus quam diem: alius iudicat omnem diem. unusquisque in suo sensu abundat. Qui sapit: diem domino sapit. Et qui manducat: domino manducat. gratias agit enim deo. Et qui non manducat: domino non manducat: & gratias agit deo: Qui enim infirmi erant in fide adhuc: & alias carnes mundas: alias arbitrabantur immundas & inter diem & diem esse aliquid aestimabant. Verbi gratia: sanctius esse sabbatum: & neomenias: & scenophagiam: reliquos dies: iubentur olera manducare: quae indifferenter comeduntur ab omnibus. Qui uero firmioris erant fidei: omnes carnes & omnes dies: aequales esse credebant. Illud autem quod proponere aduersarius ausus est: dominum uoratore & potatore uini a pharisaeis appellatum esse. & qui ad epulas ierit nuptiarum: & conuiuia non despexerit peccatorum: existimo quod nobiscum faciat. Iste enim est dominus ut arbitraris uorator: qui quadraginta diebus christianorum ieiunium sanctificat: qui beatos appellat esurientes: & sitientes: qui escam habere se dicit: non quam discipuli suspicabantur: sed quam in perpetuum non periret. qui de die crastino cogitare prohibet. Qui cum esurisse & sitisse dicatur: & isse frequenter ad praedia: excepto mysterio quod in typum suae passionis expressit: & probandi corporis ueritatem: nec gulae scribitur seruasse nec uentri: Qui diuitem purpuratum propter epulas narrat in tartaro: & Lazari pauperem ob inedia dicit esse in sinu Abrahae: qui quando ieiunamus ungi caput & lauare precepit faciem: ut non gloriae hominum: sed domino ieiunemus. Qui comedit quidem post resurrectionem partem piscis asini & fauam: non propter esuriam & gutturis suauitatem: sed ut ueritatem sui corporis comprobaret. Nam quotienscumque mortuum suscitauit: iussit ei dari manducare: ne resurrectio fantasma putaretur. Et Lazari post resurrectionem: ob hanc causam scribitur cum domino inisse conuiuium. Nec hoc dicimus: quod negemus pisces & cetera si uoluntas fuerit in cibo esse sumenda: sed quomodo nuptias uirginitatem: ita saturitati & carnibus ieiunia spirituumque preferimus. Si autem Petrus hora sexta pransurus ascendit in coenaculum: fortuita esuries non facit praediuicium ieiuniorum. Hoc enim modo & dominus quia ad puteum samaritanae hora sexta sessus refedit. & bibere uoluit: oibus incumbit necessitas: uelint nolint hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri: ut uel sabbatum esset uel dies dominicus: & post bidui triduique ieiunium hora sexta esurierit. Nunquam enim crediderim apostolum: si ante unam diem coenauerat: epulisque distectus fuerat: alterius diei esurisse meridie. Quod si coenauit praedie et sequenti die esuriuit ante prandium: existimo quod usque ad facietatem non comederit: qui tam cito potuit esurire. Porro si per Esaiam loquitur deus: quod non tale ieiunium elegerit dicens: in diebus ieiuniorum uestrosque inueniuntur uoluntates uestrae: & subiectos percutitis: & in iudicia & in lites ieiunatis: & ceditis pugnis: non tale ieiunium elegi dicit dominus. Quale elegerit: docet: Frange esurienti panem tuum: et pauperes sine tecto: induc in domum tuam. si uideris nudum uesti: et domesticos seminis tui ne despicias. Non igitur ieiunium reprobauit: sed quale uellet ostendit. Neque enim uentris esuries accepta est deo: quam lites et rapinae et libidines destruunt. Si non uult ieiunium deus: quomodo in leuitico precipit: ut septimo mense decima mensis omnis populus ieiunet usque ad uesperam: Et qui non afflixerit animam suam moriatur: Et exterminetur de populo suo: Quare sepulchra concupiscentiae ubi carnibus deditus populus ruit: usque hodie in solitudine perseverant: Et crassus populus ortigomoram scribitur ad coleram usque ructasse. Cur homo dei: ad cuius prophetiam manus aruerat regis Ieroboam: qui manducauit contra edictum dei: ilico percussus est: Et leo qui asinam custodiuit intactam: Prophetae leuanti se de prandio non pepercit: Qui ieiunus miracula fecerat: pransus ilico saturitatis penas luit. Sed & Iohel clamitat. Sanctificate ieiunium: predicate curationem: ut monstraretur ieiunium sanctificari ceteris operibus: & sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum. Quomodo autem uirginitati uere non praediuicet imitatio uirginum diaboli: ita et ueris ieiuniis costum Iliadis et Cybele: et quorundam ciborum in aeternum abstinentia: maxime cum apud illos: ieiunium panis sagina carniuum comestetur. Et sicut signa quae faciebat Moyses imitabantur signa aegyptiorum: sed non erant in ueritate: nam uirga Moysi uirgas magorum deuorabat: ita et omnia quae per emulationem dei facit diabolus: non religionis nisi superstitio: sed

Martio
Tatianus

Comuna

Sabbatum
Neomenie
Scenophagia

Ne gula seruit non uentri

Ortigometram

quid

Velle sum
magis est

Neomenie
Velle q
dicitur

compensat

compensat

stio: sed nra arguit negligentia: id nolentiū facere qd bonū esse: etiā sæculi homines nō ignorāt. Cap. XLII.

Quarta propositio est Iouiniani quæ et extrema: duos esse ordines ouium ponit et hircos: alterum iustorum alterum peccatorum. alios stare a dextris: alios a sinistris et audire iustos. Venite benedicti patris mei possidere paratum uobis regnum a constitutione mundi. Peccatoribus uero dici: Discedite a me maledicti in ignem æternum: qui preparatus est diabolo et angelis eius. Arborem bonam nō posse malos fructus facere: nec malam bonos. Vnde et Saluator loquitur ad iudæos: Vos de patre diabolo estis. et concupiscētias patris uestri facere uultis. Decem uirgines proponit: stultas atq; sapiētes: et quinq; quæ oleum non habuerunt remansisse extrinsecus: alias uero quinq; quæ sibi lumen bonorum operum preparauerunt: thalamum intrasse cum sponso. Ascendit ad diluuium et ait. Qui erant cum Noe iusti: seruati sunt: qui uero peccatores: omnes in comune perierunt. Apud Sodomam et Gomorram exceptis duobus gradibus bonorum malorumq;: nulla diuersitas inuenitur. Qui est iustus: eripitur: qui peccator: pari uoratur incendio. una salus liberatis. unus interitus remanentibus. Ne paululum quidem a iusticia declinandum: indicio est uxor Loth. Si autem inquit mihi opponis: quare iustus labore in pace: aut in persecutionibus: si nullus perfectus est: nec maiora premia? Scias hoc cum facere: non ut quid plus mereatur sed ne perdat: quod accipit. In ægypto quoq; decem plagas æqualiter omnes sentiunt peccatores: & similes tenebre domino & seruo: nobili & ignobili: regi iminent & uulgo. Sancto uero dei & populo israel una erat lux. Sic & in mari rubro iusti pariter transeunt: peccatores pariter obruuntur. Sexcenta hominum milia excepta imbelli ætate & sexu: in deserto æqualiter ruunt: & duo qui iusticia pares erant: æqualiter liberantur: per quadraginta annos cunctus israel similiter laborat & moritur. Gomor manē uniuersis ætatibus una in cibo mensura est. uestitus pariter non deteritur. capilli simul non augentur. barba in comune non crescit. calciamenta ex æquo omnibus durant. Non incaluerunt pedes. cibus in ore cunctorum æqualiter sapit. Ad unam mansionem pari labore & mercede pergebant. Omnis hebræus æquale habet pascha: æqualiter scenophegiæ: æquale sabbatum: æquales neomenias. Septimo requietionis anno absq; personarum discretionē dimittitur: & in iubilæo uniuersa cunctis debita relaxantur: atq; ad antiquam possessionem uenditor redit. Parabolam autem in euangelio seminantis: in qua in bona terra ceterisimus & sexagesimus & tricesimus fructus exoritur: & e contrario in terra mala triplex sterilitatis uarietas indicatur: in duos ordines diuidit: bonæ terræ & malæ. Et quomodo apostolis pro derelictis filiis & uxoribus: in euangelio alio centies: in alio septies dominus repromittit: & in futuro uitam æternam: nullaq; distantia est inter centum & septem: sic & in hoc numero non facere preiudicium: ubi huius terræ fertilitas predicatur: præsertim cum & euangelista Marcus retrorsum numeret: triginta: sexaginta & centum. Dicit dominus: qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: in me manet & ego in illo. Sicut ergo sine aliqua differentia graduum Christus in nobis est: ita & nos in Christo sine gradibus sumus. Omnis qui diligit me: sermonem meum seruabit: & pater meum diliget eum: & ad eum ueniet: & mansionem apud eum faciemus. Qui iustus est: diligit. qui diligit: uenit ad eum pater & filius: & in eius habitatio. Vbi autem huiusmodi habitator est: puto quod nihil deesse possit hospiti. Si autem dicit: multæ mansiones sunt apud patrem meum: non in regno cælorum diuersas significat mansiones: sed ecclesiarum in toto orbe numerum: quæ constat una per septem. Vado inquit & preparabo uobis locum: non loca. Si hæc repromissio proprie. xii. apostolorum est: ergo Paulus exclusus est de hoc loco: & electionis uas superfluum putabitur & indignus. Ioannes & Iacobus quia plus cæteris petierunt: non impetrauerunt: & tamen non est dignitas eorum in minuta quia reliquis apostolis æquales fuerunt. Nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti. Templum inquit est: & non templum: similiter in omnibus habitorem ostenderet deum. Non pro his rogo tantum: sed pro illis qui credituri sunt per uerbum eorum: in me: ut sicut tu pater in me: & ego in te unum sumus: ita oēs uerter & filius & spiritus sanctus unus deus: sic & unus populus in ipsis sit hoc est quasi filii charissimi diuinæ consortes naturæ: sponsa: soror: mater: & quæcūq; alia putaueris uocabula: unius ecclesiæ congregatio est: quæ nūquā est sine sponso: frater: filio unam habet fidem: nec constupratur dogmatum uarietate: nec hæresibus scinditur: uirgo manet. Quocūq; agnus uadit: sequitur illum. Sola nouit canticum Christi. Si autem inquit mihi opposueris. stella a stella differt in claritate: audies differre stellam a stella: hoc est spirituales a carnalibus. Omnia membra æqualiter diligimus. nec oculum præponimus digito: nec digitum auriculæ: sed singulorum amissione membrorum cōmunis dolor est. Aequaliter introimus in hoc sæculum: & æqualiter de eo egredimur. unus autem Adam terrenus: & alter cælestis. Qui in terreno fuerit a sinistris est: & peribit. Qui in cælesti: a dextris est & saluabitur. Qui fatuæ fratri dixerit & racha: reus erit gehennæ. Et qui homicida fuerit & adulter: mittetur similiter in gehennam. In persecutione qui incēditur: qui suffocatur: qui decollatur: qui fugerit: qui in carcere inclusus obierit: uaria quidem luctæ genera: sed una corona uictorum est. Inter eum fratrem qui semp cum patre fuerat: & qui postea pœnitens est receptus: nulla diuersitas est. Operariis primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius æqualiter redditur. Et quo magis admireris: ab his incipit præmium: qui minus in uinea laborauerunt.

Cap. XLIII.

His et huiusmodi diuinarum scripturarum testimoniis: quæ ad pueritatē sui dogmatis callidus disputator inclinatus: non tentes etiā electorum dei. Et quod Ioānes apostolus antichristos dicit uenisse multos: hæc uera est Antichristi predicatio: quæ inter Ioannē et ultimum pœnitentē nullā facit esse distantiam. Simulq; miror quomodo serpens lubricus et Proteus nō in uariarum se mutet portēta formarum. Qui enī in coitu et in saturitate Epicureus est: subito in retributione meritorum Stoicus efficit. Hierosolymā Cito: iudæā Cypro: Christū Ze-

d y .xxv.

quis

nam

fulbens animo

Protheus

none cōmutat. Si non licet a uirtutibus paululum declinare: et oīa peccata sunt paria: eiusdēq; criminis reus est qui esurienti panem surripuerit: et qui hoīem occiderit: tu quoq; maximorum scelerum reus teneberis. Porro aliud est: si dicas te minima quidem habere peccata et cum omnes apostoli et propheta: iuxta id quod in secūda propositione differui peccatores esse se plangant: solus de iusticia glories: Ante nudo eras pede: modo non solum calciato: sed & ornato. Tunc pexa tunica & nigra subuccula uestiebaris sordidatus & pallidus: & callosā opere gestitans manum: nunc lienis & sericis uestibus & Atrebatum ac Laodicēa indumentis ornatus incedis. Rubent buccae: nitet cutis: comae in occipitium frontemq; tornantur: protensus est aqualiculus: insurgunt humeri: turget guttur: & de obesis faucibus uis suffocata uerba promuntur. certe in tanta diuersitate uictus & uestitus: necesse est aut hic aut ibi esse peccatum. Non q; peccatum in cibo aut in uestibus asseram: sed quo uarietas & commutatio in deterius reprehensionī proxima sit. Quod autem reprehenditur a uirtute procul est: uictio mancipatur. Quod uitiosum arguitur peccato iungitur. Quod peccatum est: iuxta tuam sententiam in sinistra parte & hircorum grege describitur. Aut reuerteris igitur ad antiquū propositū: ut ouis possis eius esse ad dexteram. Aut si priorem sententiam peruersa pœnitentia commutaris: uelis nolis q̄q; barbam raseris: inter hircos numeraberis. Verum quid prodest luscum uocare luscum: & accusatoris docere inconstantiam: cum p propositionum series diluenda sit: Oues & hēdos a dextra & sinistra: duos iustorum & peccatorū esse ordines non negamus. Arborem bonam fructus malos non facere: nec malam bonos: nulli dubium est. Decem quoq; uirgines sapientes & stultas: in bonas malasq; diuidimus: In diluuiō liberatos iustos: & peccatores aquis obrutos nō ignoramus. In sōdōma & gomorra ereptum iustum: & impios igne consumptos: omnibus perspicuum est. X. quoq; plagis percussam aegyptum: & israel fuisse sospitem nouimus. In mari rubro transisse iustos: et pharao / nem cum suo exercitu demersum: etiam in scholis cantant paruuli. Sexcenta milia in deserto cecidisse quia in / creduli fuerint: et duos tantum terram repromissionis intrasse scripturae docent. et reliqua quae usq; ad opera / rios uineae in duos bonorum et malorū ordines descripsisti. Sed quale est: ut quia inter bonos et malos diuisio est: tu asseras inter ipsos bonos uel econtrario malos nullam esse distantiam: nihilq; referre: utrum i pecore ali / quis aries sit an ouicula: Vtrum primam lanam habeat: an secundam: Vtrum scabidum pecus sit et morbidū: an uegetum atq; suffultans: Maxime cum ezechiel oues rationabiles et diuersitatem inter pecus et pecus suae prophetiae auctoritate demonstrat dicens. Ecce ego iudico inter pecus et pecus: et inter arietes et hircos: et inter pecus pingue et macilentum. Pro eo q; lateribus et humeris impingebatis: et cornibus uestris ueutilabatis omnia infirma pecora: donec dispergerentur. Et ut sciremus quae ista sint pecora: statim intulit. Vos autem greges mei: oues pascuae meae: homines estis. Id ipsum ergo erit paulus et ille pœnitens: qui cum patris uxore dormierat: quia in ecclesiam post pœnitentiā receptus est: Et quia simula dextris est: in eadē cū apostolo claritate fulgebit: Et quomodo in uno agello usq; ad messem: in cōsumationem mundi: zizania pariter frumenta q; succrescunt: Quae consequentia pisces boni et mali sagena christi et reti euāgelico continētur: Cur in typo ecclesiae in archa noe diuersa animalia: et pro qualitate meritorum diuersae sunt mansiones: Cur astitit regina a dextris tuis in uestigū deaurato circumdata uarietate: Cur ioseph in forma christi uariam habuit tunicam: Cur apostolus loquitur ad Romanos: Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in christo: singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes: siue prophetia secundum mensuram fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui praest in sollicitudine: & reliqua. Et in alio loco alius iudicat diem plus q̄ diem: alius iudicat omnem diem: unusquisq; in suo sensu abundat. Et ad Corinthios. Ego plantaui apollo rigauit. sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Qui plantat et qui rigat: unum sunt. Unusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. dei enim sumus adiutores: dei agricultura estis: dei aedificatio estis. Et rursum alibi. Secundum gratiam quae data est mihi: ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superaedificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere: praeterq̄ quod positum est: qui est christus iesus. Siquis autem superaedificat super fundamentum hoc aurum: argentum: lapides preciosos. ligna: scenum: stipulam: uniuscuiusq; opus apparebit. dies enim domini illud manifestabit: quoniam in igne reuelabitur: & singulorum opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit: quod superaedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Sic is cuius opus arsit & periit: & damnum sustinuit laboris sui: perdet quidem laboris praemium. sed ipse saluabitur: non tamen absq; probatione ignis: Ergo is cuius opus manserit: quod superaedificauit: sine ignis probatione saluabitur. & inter saluationem utiq; erit diuersitas aliqua. Necnon in alio loco: Sic nos inquit existimet homo: quasi ministros christi & dispensatores ministeriorum dei: Hic iam quaeritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Vis scire quoniam inter dispensatores sit multa di / stantia: Non dico de malis & bonis: sed de ipsis bonis qui ad dexteram stant. Audi consequenter. Nescitis quoniam qui in sacrificiis operantur: de sacrificiis comedunt. qui altario deseruiunt: de altario participantur. Sic & dominus disposuit his: qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Ego aut non abutar horum aliquo. nō scripsi autē haec: ut sic fiant in me. Melius est mihi mori: q̄ ut gloriā meā quis euacuet. Si enim euange /

lizauero

Vide illi boni dicitur in pro
Koualdu in Antio Gm. Apule

Suffocata uerba.

In scholis cantant paruuli

Scabidum pecus

lizauero non est mihi gloria necessitas quippe mihi incumbit. Ve enim mihi est: si non euangelizauero: nam si uoluntate hoc ago: mercedem habeo. Si autem nolens: dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium Christi: ut non abutar potestate: quæ data est mihi in euangelio. Cum enim essem liber ex omnibus: omnium me seruam feci: ut plures lucrifacerem. Nunquid potes dicere peccare eos: qui uiuunt de euangelio? Et qui de sacrificiis participantur? Vtiq; non. Dominus enim disponit: ut qui prædicant euangelium: de euangelio uiuant. Apostolus autem qui non abutitur hac licentia: sed laborat manibus suis: ne quem grauet: & die & nocte operatur: & ministrat his qui secum sunt: utiq; ideo hoc facit: ut plus laborans: plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuisiones autem gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt: Idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: Idem autem deus: qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem data est operatio spiritus: iuxta id quod expedit. Et iterum. Sicut corpus unum est & membra plurima habet: omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus est: sic & Christus. Verum ne dicas in uno corpore diuersa membra unum habere meritum: statim gradus describit ecclesie & ait: quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primum apostolos: secundo prophetas: tertio doctores. Deniq; uirtutes & gratias curationum: opulationes: gubernationes: genera linguarum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam habentes curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem dona maiora: & adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Cumq; de charitate uirtutis latius disputa set: adiecit. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destructur. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est: & in continentibus. Nunc autem manent fides: spes: & charitas tria hæc. Maior autem horum est charitas. Sectamini charitatem: æmulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis. Et iteq; uos loquimini. Et rursus. Gratias ago deo: q; omnium uestrum lingua loquor: ubi diuersa sunt dona: & alius maior: & alius minor est: & omnes spirituales appellantur: certe oues sunt: & stant a dextris: & inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate Paulus apostolus: ego sum nouissimus apostolorum: qui non sum dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit: sed amplius omnibus illis laboraui. Non ego autem sed gratia dei: quæ in me est. Verum tamen in eo q; se humiliat: ostendit posse apostolos alios minores: alios esse maiores. Et qui utiq; uas electionis dicitur: & cunctis amplius laborauit: non est iniustus deus: ut obliuiscatur operis eius: & dispar meritum æquali mercede compenset. Dehinc legimus: Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur: unusquisq; autem in suo ordine. Quoniam unusquisq; in suo resurget ordine: utiq; diuersa sunt merita resurrectionum. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum: alia pecorum: alia uolucrum: alia autem piscium. Et corpora cælestia: & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria: alia autem terrestrium: alia claritas solis: alia claritas lunæ: alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic erit & resurrectio mortuorum. Quod tu sanctus doctus interpretes sic exposuisti: ut diceres spirituales differre a carnalibus. Ergo & spirituales & carnales in cælestibus erunt: & iam non solum oues: sed etiam hirci tui consendent regna cælorum: stella a stella differt in claritate: non oues & hirci: sed oues & oues. i. stella & stella. Deniq; alia inquit claritas solis: & alia claritas lunæ: ne stellam & stellam totum humanæ multitudinis assereres genus: solem posuit & lunam: quos certe inter hircos non poteris numerare. Sic inquit erit & resurrectio mortuorum: ut iusti in claritate solis luceant: & qui in sequenti gradu sunt lunæ splendore rutilent: ut alius Lucifer sit: alius Arcturus: alius Orion: alius Mazuroth: & cætera stellarum uocabula: quæ sacrata in Iob uolumine continent. Omnes enim ait: manifestari nos oportet ante tribunal Christi: ut recipiat unusquisq; quæ gessit per corpus siue bonum siue malum. Ac ne forsitan dicas: ante tribunal Christi nos manifestari: ut boni bona: mali recipiant mala: in eadem epistola docet. Qui parce seminat parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Certe qui plus & qui minus seminat: de parte sunt dextra. Et cum unius sementis genus sint: tamen mensura & numero differunt. Scribit ad ephesios idem Paulus: ut nota fieret nunc principatibus & potestatibus in cælis: per ecclesiam multiplex & uaria sapientia dei. Cernis q; in diuersis agminibus ecclesie uaria & multiplex sapientia dei prædicetur. Nec non in eadem epistola: unicuiq; autem nostrum data est gratia: iuxta mensuram gratie Christi non q; mensura Christi diuersa sit: sed tantum gratie eius infunditur: quantum ualemus haurire.

Cap. XLIII.

Rustra igitur oues & hircos: quinque & quinque uirgines: Aegyptios: & Israelitas & cætera huiuscemodi replicas: quia non est in præsentis retributio: sed in futuro. Vnde & dies iudicii in consummatione promittitur: quia nunc non est iudicium. Sine causa enim appellatur dies extrema iudicii: si modo iudicat deus. In præsentiarum nauigamus: luctamur: atq; pugnamus: ut in fine perueniamus ad portum: coronemur: triumphemus. Tu autem peruerse & lubricè præsentis sæculi conuersationem in futurorum exempla proponis: cum utiq; hic iniusticia sit: tibi iusticia: donec intremus in sanctuarium dei: & intelligamus in nouissimis eorum. Non aliter sanctus: aliter peccator moritur: in eodẽ mari nauigantibus: eadẽ tranquillitas & tēpestas

est: non aliter latro: aliter martyr occiditur. Nec alio modo de adulterio et prostibulis: alio de castis matrimo-
niis nascuntur liberi. Certe dominus et latrones æquali iudicio crucifixi sunt. Si idem est huius sæculi futuriq;
iudiciū: ergo quia hic pariter crucifixi sunt: et i futuro similiter habebuntur. Paulus et qui eū uinxerant: simul
nauigant: simul sustinent tempestatē: simul naui fluctibus dissipata: in litus euadunt. Negare non potes: quin
inter uinctum et uinciētes diuersa sint merita. Et quomodo unum apostoli militūq; naufragiū: Refert postea
Paulus reuelationē: et eos qui i naui fuerant: dicit sibi a domino esse donatos. Nunquid is cui donatur: et qui
donatur: unius meriti sunt: Decem sancti peccatricem possūt eruere ciuitatē: Loth cū filiabus ereptus est de
incēdio. liberati essent & generi si exire uoluissent. Et certe multa differentia est inter Loth & generos eius. Li-
beratur Segor una urbs de Pentapoli. Et quæ eiusdē meriti erat: atq; uni sententiæ subiacebat: cui Sodoma &
Gomorra: Adama & Seboym sancti precibus custoditur. Ecce diuersum meritū in Loth & Segor: & tamen de
incendio pariter euadunt. Latrunculi qui absente Dauid uastauerant Sicelech & uxores eorū: & liberos in præ-
dam duxerant: die tertia ceduntur in cāpo: & quadrigenti homines ascensis camelis fugiunt: dic aliquā iter eos
qui cæsi sunt: & qui fugere potuerunt esse distantia. Legimus i euangelio turrē Siloe cecidisse super decem &
octo uiros: & obrutos occidisse. Certe iuxta sententiā Saluatoris: non soli fuerant peccatores: sed in formidinem
reliquoꝝ puniti sunt: ut pestilente flagello stultus sapientior fieret. Si omnium peccatoꝝ unū est supplicium: *Flagellat*
iniuste alius occiditur: & per mortē alterius: alius cōmonet. Opponis mihi Gomor māne: unāq; mensurā & ue-
stitū & capillos & barbā & calciamenta ex æquo fuisse israelitarū: quasi nō & nos Christi corpus æqualiter acci-
piamus. Vna est i mysteriis sanctificatio domini & serui: nobilis & ignobilis: regis & militis: q̄q; pro accipientū
meritis diuersū fiat quod unū est. Qui enī indigne manducauerit & biberit: reus erit uiolati corporis & sangui-
nis Christi. Nunquid quia & Judas de eodem calice bibit: de quo & cæteri apostoli: unius cū reliq; erit meriti?
Quid si non uis recipere sacramentū: Certe omnes equaliter uiuimus: unū trahimus aerem: eodē humore ir-
rigamur: iisdē cibis pascimur. Porro si alimenta cocorū arte mutantur i melius: & fit aliqd; suauius cōdituris: hu-
iuscemodi cibi non naturæ satisfaciunt: sed uoluptati: æque esurimus: æque algemus: simul attrahimur frigore
æstibus & calore dissolui mur. Sol quoq; ipse & luna & omnis astroꝝ chorus & pluuia & mundus: æqualiter
nobis currunt: & iisdē omnes iuxta euangeliū i ribus irrigamur: boni & mali: iusti & iniusti. Si presentia exem-
pla sunt futuroꝝ: ergo & sol iusticiæ æqualiter iustis & peccatoribus: i piis & sanctis: Christianis & iudæis atq;
gentilibus orietur: cū scriptura dicat: timentibus autē dominū: oriet sol iusticiæ. Si timentibus oriet: ergo con-
tēptoribus & pseudo prophetis occidet. Oues quæ stant a dextris: ad regna cæloꝝ introducunt: hirci i tartarū
detruduntur. Parabola ista: non ouīū inter se merita: & e contrario describit hircorū: sed inter oues & hircos tan-
tum distantia facit. Neq; enī in oībus locis docent oīa: sed unaquaq; similitudo ad id refert: cuius similitudo
est. Sicut & decē uirginū non totius generis humani: sed sollicitoꝝ & pigroꝝ exempla sunt: quoꝝ alteri domini
semper prestolantur aduentū: alteri sōno & inertia sedantes futurū iudiciū non putant. Vnde & in fine parabo-
læ dicit: uigilate quia nescitis diē neq; horā. Sed in diluuiio liberatus est Noe: et oīs orbis iterit: oēs caro erant:
& propterea perierūt. Aut num eiusdē meriti dices filios Noe & Noe propter quē filii liberati sunt: Aut male-
dictū Cham i eodē pones loco: i quo et patrē: q̄a de diluuiio simul liberatus est: In passione Christi oēs declina-
uerūt: simul inutiles facti sunt: et nō fuit q̄ faceret bonū: non fuit usq; ad unū. Audebis ne igit; dicere: sic negasse
Petru et cæteros apostolos q̄ fugerūt: quomodo Cayphā et Phariseos: et clamantē populū crucifige crucifige
talē: Et ut de apostolis taceā: eiusdē ne sceleris tibi uidebit; reus Annas et Cayphas: et Judas proditor: cuius et
Pilatus: q̄ nolens compulsus est contra dominū ferre sententiā: Quanto maioris meriti fuit Judas: tanto maio-
ris criminis est: et quanto maioris criminis: tanto maioris et pœnæ: potentis enim potenter tormenta patientur.
Arbor mala fructus bonos non facit: nec bona malos. Si hoc ita est: responde mihi quomodo Paulus cū esset ar-
bor mala persequens ecclesiā Christi: fecit postea fructus bonos: et Judas cū esset arbor bona: signa faciens cum
apostolis: postea uersus in proditorē fecerit fructus malos: Tādiu ergo nec arbor bona malos fructus facit: nec
mala bonos: q̄ diu uel in bonitate sua: uel in malitia perseuerant: q̄ omnis Hebræus æqualiter facit pascha: et se-
ptimo anno liber efficitur: & iubilæo idest q̄nq; gesimo uniuersa possessio redit ad dominos: hoc nō de presenti
dicitur: sed de futuro: quia in sex diebus huius sæculi seruiētes: in septimo die uero et æterno sabbato liberemur.
Si tamē uoluerimus esse liberi: dum adhuc seruiamus in sæculo. Si autē noluerimus. pforabitur nobis auricula:
in testimoniū iobediētiæ. et cū uxore et filiis nostris quos pretulimus liberati. i. cū carne et operibus iugiter ser-
uiemus. Parabola autē seminātis quæ ex utraq; parte ternos fructus facit: et iuxta apostolū sup fūdamentū Chri-
sti alius edificat aurū: argētū: lapides preciosos: alius ligna: scēnū: stipulā: cum et in domo magna diuersa uasa
sint. pspicue patet: Et huic uelle cōtradicere: aptissime i prudētia est. Tamē ne exultet in mēdacio: et exēplū apo-
stolorū in preiudiciū cētenariū: et sexagenariū et trigenariū afferat numeri: sciat in Mattheo et in Marco aposto-
lis: qui sua uniuersa dimiserant: centuplum repromissū. In euangelio autē lucæ multo plura *πολυπλεισμονα*:
& penitus in nullo euāgelio pro centū scriptum esse septem: seq; aut falsariū: aut imperitiā: reum teneri: nec no-
cere nobis: quia in alio euāgelio a centum: in alio a triginta incipit numerari: cum omnis scriptura maxime ue-
tus: minorem preponat numerum: & sic ad maiorē gradatū conscendat. Verbi gratia: ut dicat aliquē fuisse āno
rum quinq; & septuagita & centū: nec tamen quinq; & septuagita plura poterunt esse: q̄ centū: quæ priora sūt
nominata. Si nō accipis in bonā partē diuersitatē numeri. c. & lx. & xxx. nec in malam partem accipies. Et idē
uitiū erit feminis: quod secus uia cecidit: & sup petras: & sup spinas. Si & illa tria: & hæc uel in bonā uel i malā
partē singula sūt: stultū fuit pro duabus rebus sex species numerare: presertim cū i Mattheo & i Marco & i Luca
narrata pa-

Segor.

Paulus arbor mala
Judas arbor bona

Subtilis animus

Minor nūm preponit

narrata parabola Saluator semper intulerit: qui habet aures audiendi audiat. Vbi nihil est quod intrinsecus la-
teat: frustra ad intelligentiam mysticam prouocatur.

Cap. XLV.

Sed autem pater & filius mansionem faciunt apud credentes: & ubi Christus hospes est: ibi nihil deesse existimas: puto quod aliter Christus habitauerit in Corinthiis: aliter in Ephesiis. Hoc est aliter in iis apud quos Paulus apostolus peccata multa reprehendit: & aliter in iis: quibus sacramenta a saeculis ignota differuit: aliter in Tito & Timotheo: aliter in Paulo. Certe inter natos mulierum non fuit maior Ioanne Baptista: ubi autem maior dicitur: necesse est ut caeteros habuerit minores. Et qui minor est in regnum caelorum: maior est illo. Vides ergo quod in caelis sit maximus & minimus: & inter angelos quoque: & inter uisibiles creaturas sit multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt apostoli domine auge nobis fidem: si omnium una mensura est? Et dominus ad discipulum: modicae fidei quid dubitasti? In Hieremia quoque de futuro regno legimus: Ecce dies ueniunt dicit dominus: ut feriam domum israel: & domui Iacob foedus nouum: non secundum pactum: quod pepigi cum patribus uestris. Et post paululum: dabo legem meam in uisceribus eorum: & in corde eorum scribam illam: & ero eis in deum: & ipsi mihi in populum: & non docebit uir ultra proximum suum: & uir fratrem suum: dicens cognoscite dominum. Omnes enim cognoscent me a maximo usque ad minimum: perspicue ex contextu ipsius loci: futurum Christi regnum propheta describit. Et qua consequentia ibi erit minimus & maximus: si omnes aequales futuri sunt? Vtique ea qua in euangelio dicitur: Qui docterit & fecerit: hic uocabitur maximus in regno caelorum. Qui autem docuerit & non fecerit: erit minimus. In conuiuio Saluator praecipit: ut inferiorem praecipitemus locum: ne cum maior uenerit: de superiori turpiter extrudamur. Si cadere non possumus: sed tantum per poenitentiam subleuamur: quid sibi uult schala illa in Bethel: per quam angeli descendunt: atque ascendunt: qui de caelis ad terram ueniunt? Certe inter oues & ad dexteram stabant: dum ibi essent: angeli de caelis descendunt: & Iouinianus de eorum possessione securus est. Quis autem risum tenere queat in eo: quod multas mansiones apud patrem: ecclesias arbitretur in toto orbe diffusas: cum manifestissime scriptura doceat secundum euangelium Ioannis: non de ecclesiarum numero: sed de caelorum mansionibus: & aeternis tabernaculis: quae propheta desiderat: domino fuisse sermonem? In domo inquit patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus dixissem uobis: quia uado uobis parare locum: & si abiero & praeparauero uobis locum: iterum ueniam & accipiam uos ad meipsum: ut ubi ego sum & uos sitis. Locus & mansiones quas praeparare se dicit Christus apostolis: in domo utique sunt patris. id est in regno caelorum: non in terra: in qua praesens apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturae intuentus: dicerem inquit uobis quia uado & praeparabo uobis locum: si non mansiones multae essent apud patrem: hoc est si non unusquisque mansionem sibi non ex largitate dei: sed ex propriis operibus praepararet. Et ideo non est meum parare sed uestrum: quia & iudae nihil profuit paratus locus quem suo uitio perdidit: iuxta quem sensum & illud intelligendum: quod ad filios dicitur Zebedei: quorum alter a sinistris: alter cupiebat sedere a dextris. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem a dextris meis sicut a sinistris: non est meum dare uobis: sed quibus paratum est a patre meo. Non est filii dare: & quomodo patris est praeparare? Paratae inquit sunt in caelo diuersae & plurimae mansiones: plurimis diuersisque uiribus: quas non personae accipiunt: sed opera. Frustra ergo me petitis: quod in uobis situm est: quod pater meus illis parauit: qui dignis uirtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem. Porro quod ait iterum ueniam & accipiam uos ad meipsum: ut ubi ego sum & uos sitis: proprie ad apostolos loquitur: de quibus & in alio loco scriptum est: ut quomodo ego & tu pater unum sumus: sic & illi in nobis unum sint: qui crediderunt: qui perfecti sunt: qui possunt dicere pars mea dominus. Si autem non sunt plurimae mansiones: quomodo & in ueteri testamento & in nouo alium ordinem pontifex tenet: alium sacerdotes: alium leuitae: alium ianitores: alium aeditui? Et in limine Ezechielis ubi futurae ecclesiae & caelestis Hierusalem ordo describitur: sacerdotes qui peccauerant regradantur in aedituos & in hostiarios: & cum sint in templo dei: hoc est a dextris: non sunt inter arietes: sed inter minimas oues. In fluuio quoque illo qui de templo egreditur: & irrigat salsum mare: & uniuersa uiuificat multae species piscium describuntur. Quare in regno caelorum archangeli sunt: angeli: throni: dominationes: potestates: cherubim: & seraphim: & omne nomen quod nominatur: non solum in praesenti saeculo: sed etiam in futuro. Sine causa diuersitas nominum est: ubi non est diuersitas meritorum. Archangelus utique aliorum minorum angelorum archangelus est: & potestates & dominationes habent alia: super quae exerceant potestatem: & in quae subiecta dominantur. Hoc in caelis est: hoc in mysterio dei: ne nos solito more irrideas atque subannes si imperatorem posuerimus: & perfectos eius & comites: & tribunos: & centuriones: & manipulos: & reliquum militiae ordinem.

Cap. XLVI.

Illud autem quod ait: nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti: ualde friuolum est: cum scriptura diuina soleat & unum pluraliter: et plura singulariter appellare: et tamen sciat in templo quoque ipso multas esse mansiuiculas: esse exterius atrium: esse interius uestibula: esse sanctum: esse sancta sanctorum: sunt et culinae in templo: sunt et cellariola: sunt et torcularia: et uasorum receptacula. Ita et in templo corporis nostri: diuersa sunt merita. Non aequae deus omnes inhabitat: nec ad eandem mensuram omnibus infundit de spiritu. Moyse auferitur: et septuaginta presbyteris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis: aliam riuulorum. Heliae spiritus Helisaeo duplex datur: unde et duplex gratia fecit signa maiora. Ille uiuus mortuum: iste mortuum mortuum suscitauit. Ille famem imprecatus est populo: iste obsessae ciuitati sub una die hostiles copias praeiuit: licet hoc quod ait: nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti: de cuncta credentium dicat ec-

Helia spiritus Helisaeo datur

Manichei

clesia: qui pariter congregati unū Christi corpus efficiūt. Hic iā q̄rit in corpore: qui pedibus Christi dignus sit: qui capite: qui oculus eius sit: qui manus. Quod & duæ mulieres in euāgelio: poenitens & sancta significant: q̄ rū altera pedes: altera caput tenet. Tāetsi nōnulli æstimēt unā esse: & quæ primū cœpit a pedibus: eam gradatī ad uerticē peruenisse. Sed & illud quod obiecit nō pro his rogo tantū: sed pro illis qui credituri sūt per uerbum eorū in me: ut sicut ego pater in te: & tu in me unū sumus: ita omnes unū sint in nobis: & omnis populus Christianus unū sit in deo quasi filii charissimi diuine consortes naturæ: iā supra diximus: & nūc plenius inculcandū est: non nos secundū naturā: sed secundū gratiā unū esse in patre & filio. Neq; enim eiusdē substantiæ est: quod Manichæi solent dicere: anima humana & deus. Sed dilexisti inquit eos: sicut & me dilexisti. Vides ergo q̄ i cōfortiū substantiæ eius assumimur: non naturæ esse sed gratiæ: & ideo nos diligit: quia filium dilexit pater: & mēbra diligunt scilicet a corpore. Quot quot. n. receperunt Christū dedit potestātē filios dei fieri: qui credūt in nomine eius qui non ex sanguinibus: neq; ex uoluptate carnis: neq; ex uolūtate uiri: sed ex deo nati sūt. Uerbum caro factū est: ut nos de carne transiremus in uerbum: nec uerbum desit esse quod fuerat: nec homo pdidit esse: qd̄ natus est. Gloria aucta est: non mutata natura. Vis scire quomodo cū Christo unū corpus efficiamur? Doceat te ipse qui condidit: qui comedit carnem meā: & bibit sanguinē meū: hic in me manet: & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater: & ego uiuo propter patrē: & qui comedit me: uiuit propter me. Iste est panis: qui de cælo descendit. Sed & Ioānes Euangelista: qui de pectore Christi auferat sapientiā: in eadem uerba cōcordat dicens. In hoc intelligimus q̄ in eo manemus: & ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis. Siquis confessus fuerit: quoniā Iesus est filius dei: deus in eo manet: & ipse in deo est. Si credis in Christo: quomodo & apostoli crediderūt: unū cū eis in Christo corpus efficieris. Si autē temerariū est fidē eorū tibi & opera uendicare: qui fidem eandem & opera non habes: eūdem locū habere non poteris. Porro quod iactitas sponsam: sororem: matrē: & oīa hæc uocabula unius esse ecclesiæ: cūctosq; credentes his nominibus significari: contra te facit. Si enim unus ordo ecclesiæ est: & non habet plurima mēbra in uno corpore: quid necesse est ut sponsa soror uocetur & mater? Nisi aliorū sponsa: aliorū soror: aliorū mater sit? Stant quidem omnes ad dexterā: sed alius stat ut sponsus: alius ut frater: alius ut filius. Filioli inquit mei quos itex parturio: donec Christus formetur in uobis: putasne eiusdē esse meriti eos qui parturiunt: & qui parturit? Vnde & stulte asserere uoluisti omnia mēbra æqualiter nos diligere: nec oculū preponere digito: nec manū auriculæ sed in singulorū amissione membrorū dolorē esse cōmunē: cū apostolus doceat ad Corinthios: alia mēbra esse honestiora: alia uerecūdiora: & quæ uerecūdiora sūt: maiore honestate circūdari: quæ uero p se honesta: nostra non indigere sollicitudine. Eiusdē ne ordinis arbitraris & meriti os: & aluū: oculos & meatus: per quos fumus egerit & urina? Lucerna iquit corporis tui: est oculus tuus. Si oculus cæcus fuerit: totū corpus in tenebris est. Si digitū amputes: si sūmitatē auriculæ: est quidē dolor: sed non tantū dānū: nec tanta cū dolore deformitas: q̄ta si oculos eruas: truces nares: os disseces. Sine aliis membris uiuere possumus: sine aliis omnino non possumus. Sūt peccata leuia: sūt grauiā. Aliud est decē milia talenta debere: aliud quadrantē. Et de ocioso quidē uerbo & adulterio: rei tenebimur: sed non est idē suffūdi & torqueri: & erubescere & lōgo tēpore cruciari. Putas nostrū esse quod loquimur? Audi apostolū Ioāne. Qui scit fratrem suū peccare peccatū: non ad mortē petat & dabit ei uitā peccati non ad mortē. Qui uero peccauerit ad mortē: quis orabit pro eo? Cernis q̄ si pro peccatis minoribus deprecemur: ipetremus ueniā? Si pro maioribus: difficilis ipetratio sit: & inter peccata & peccata magnā esse distantiā? Vnde & de populo israel: quia peccauerat peccatū ad mortē: dicitur ad Hieremiā. Noli orare pro populo hoc: nec assumes pro eis deprecationē: & non oblitas mihi: quia nō exaudiā te. Si autē omnes æqualiter & introimus sæculū: & eximus de sæculo: & hoc preiudiciū futurorū est: ergo æqualiter & iusti & peccatores habebimur apud deū: quia nūc pari modo & generamur et morimur. Quod si duos contēdis esse Adā: alterū terrenū: alterū cælestē: et qui i terreno fuerint eos esse ad sinistrā: qui uero i cælesti: eos esse a dextris. Respōde mihi iterū: ut de duobus fratribus iterrogē. Esau i terreno fuit: an i cælesti? Nulli dubiū est qn i terreno eū fuisse respōdeas. Iacob i quo fuit? Dices p̄tinus i cælesti? Et quomodo i cælesti fuit: cū adhuc Christus nō uenisset i carne: q̄ secundus et cælestis Adā dicit? Aut igit̄ oēs ante incarnationē Christi in ueteri reputabis Adā: et iusti quoq; i terreno hoīe: et ad sinistrā erūt iter hircos tuos. Aut si ipiū est ibi Isaac ponere: ubi Ismahel: ibi Iacob: ubi Esau: ibi factos: ubi peccatores: nouissimus Adā ex eo tēpore numerabit: quo Christus est natus ex uirgine. Et argumentū duorū Adā non proficiet ouibus et hædis tuis: quia in primo Adā et oues et hædos cōuincimus fuisse: et i uno atq; eodē homine: alios a dextris dei stetit: alios a sinistris. Ab Adā enī usq; ad Moysē mors sup omnes dominata est: etiā sup eos qui nō peccauerūt in similitudinē preuaricationis Adam.

Cap. XLVII.

de eo autē qd̄ niteris approbare cōiutiū et homicidiū racha et adulteriū et ociosū sermonē et impietate nō supplicio repēdari: iā et supra tibi respōsū ē: et nūc breuiter respōdebo. Aut peccatorē te negabis: ut nō sis reus gehēnæ: aut si peccator fueris etiā de leui crimie ducēris ad tartarū. Os inqt qd̄ mētī: occidit aiām. Suspicio te aliq̄do ut hoīem fuisse mētītū: oīs enī hō mēdax ut sit solus deus uerax: et iustificet i sermonibus suis: et uicat cū iudicauerit. Aut igit̄ hō nō eris: ne mēdax sis: aut si quia hō es: mēdax fueris: cū parricidis et adulteris punieris: nulla est enī inter peccata diuersitas: et nō tibi habebūt tantas gratias: quos de humili in sublimē eleuas: quantum irascuntur: quos propter leue quotidianūq; peccatū in exteriores tenebras retrulisti. Si autē in p̄secutione: qui suffocat: et qui decolat: et qui fugerit: et qui in carcerem retrusus obierit: in uariis lucte generibus una corona uictoriæ est: et hoc p nobis facit. In martyre enī uolūtas: ex qua ipsa mors nascit: corōatur. Meū est opponere me gentiliū furori: et dominū nō negare. Iā in illos arbitrio est: aut decolare: aut uere:

aut re-

aut recludere in carcere: aut uaria adhibere genera pœnarum: quod si fugero: & in solitudine abiero: eadē erit corona morientis: quia eadē & causa mortis est Christus. Ad illud uero quod dicis: iter eū fratrem qui semper cū patre fuerit: & qui postea pœnitens est receptus: nihil penitus discrepare: Adicio si uis: & drachmā unā: quæ p̄ dita fuerat: & inuentā iunctā esse cū reliquis: & ouem unā quā nonagintanouē ouibus derelictis bonus pastor inquisiuit & retulit: explese numes: centenariū. Sed aliud est pœnitentē esse: & lachrymis ueniam deprecari: aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportandam ouem: & perditum quondam filium: loquitur pastor & pater: & suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego dominus: & recordaberis: & confundetur: ut non sit tibi ultra aperire os p̄ confusionem tuam: cū placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti: ut nihil minus iusto habeant pœnitentes: sufficit eis pro omni pœna sola confusio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: & recordabimini uias uestras: pessimas: & omnium sceles: quibus polluti eratis: & displicebit uobis in cōspectu uestro in omnibus malitiis uestris: quas fecistis. Et scietis quia ego dominus: cū benefecero uobis propter nomen meū: & non secundū uias uestras malas: neq; secundū scelera uestra pessima. Arguitur quoq; a patre filius: q; saluti fratris inuideat: & cū angeli letentur in cælo: ille liuore crucietur. Quāq; duos fratrum similitudo frugi & luxuriosi: non ad merita totius generis humani: sed uel ad iudæi pertineant Christianiq; personas: uel ad sanctos: & pœnitentiū. Super qua parabola libellū quondā Damaso episcopo dum adhuc uiueret dedicaui. Porro si operariis primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius redditur: & ab eis incipit premium: qui nouissimi in uinea laborauerunt: et hic non unius tēporis: & unius ætatis homines describuntur: sed ab exordio mundi usq; ad finē uocationū sacramenta sunt diuersas: prima hora uocatus est Abel & Seth. Tertia Enoch et Noe. Sexta Abraham Isaac et Jacob. Nona Moyses et propheta. Undecima gētilium populus. Cui primo redditur merces: quia in crucifixū credens dominū difficultate fidei magnitudinē meruit premium. Multiq; reges et prophete quæserunt uidere quæ uidemus: et nō uiderūt. Vnus autē denarius: nō unū est premium: sed una uita: et una de gehēna liberatio. Ceteros quomodo ad indulgentiā principalē diuersos criminum rei dimittunt de carcere: & unusquisq; pro labore uel opibus suis: in hoc uel in illo statu uitæ est: ita & denarius quasi indulgentia ueri p̄cipis: oēs p̄ baptismū emittit de carcere. Jam nostri laboris est pro diuersitate uirtutum diuersa nobis premia p̄parare.

Ille liuore crucietur
Libellus de filio galigo infra

Cap. XLVIII.

Hucusq; p̄ partes ad proposita respondimus: sequēs sermo in cōmune ad oēs respōdebit: dominus ad discipulos suos: Qui uult inquit inter uos maior esse: sit oīum minimus. Si oēs in cælo æquales futuri sumus: frustra nos hic humiliamus: ut ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus qui gentos denariorū & quinquaginta: cui plus dimittit plus amat. Vnde & saluator: dico inquit tibi remittunt ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Cui autē minus dimittit: minus diligit. Qui minus diligit: & minus ei dimittitur: utiq; in minori gradu erit. Paterfamilias proficiscēs tradidit seruis suis substantiā: alii quiq; talēta: alii duo: alii unū: unicuiq; secundū p̄prias uires. Simile quod et in alio euāgelio scribit: q; homo nobilis proficiscēs in regionē longinquā: ut acciperet sibi regnū: et reuertere: uocauerit. x. seruos: et dedit eis singulas mnas: de quibus unus lucratus est. x. mnas: alius quinq;: et singuli iuxta uires suas et emolumentū: uel. x. uel quinq; acceperint ciuitates. Porro alius qui unū talētū siue unā mnā acceperat: quod acceperat in fodis: siue in sudario colligauit: et domini reseruauit ad uētū. Primo cōsiderandū: q; iusti nō spe p̄fectus laborant: ut uult noster Zenō: sed ne pdant quod acceperat: iste qui mnā & talētū in fodis: ne pderet quod acceperat: nō peccauit: magisq; laudāda est cautio reseruātis: q̄ cassus labor eorū: q; sine laboris premio desudarūt. Deinde q; hoc ipsū talentū quod auferat a timido uel negligēte seruo: nō det ei qui minus lucri fecerat: sed q; plus. i. q; sup. x. positus fuerat ciuitates. Si numerus nō facit ordinē: quare dixit dedit unicuiq; secundū suas uires. Si eadē lucra sūt qnq; talentorū: & x. cur ei q; minus lucri fecerat nō decē: & ei qui plus: nō qnq; tradunt urbes? Quod autē dominus nō his cōtentus sit quæ habemus: sed semp̄ maiora desideret: ipse mōstrat dicens: Quare nō dedisti pecuniā meā ad trapezetas: & ego ueniēs cū usura exegisse. Quod quidē & Paulus apostolus sciēs: preteritorū obliuiscit: & ad ea quæ ante sūt: se extendit. i. quotidie proficit: nec seruat in sudario delicate gratiā quā accepit: sed auarus negociator renouat de die in diem: & de crescere se putat: nisi semp̄ creuerit. Sex urbes fugitiuorū describunt in lege homines iterficere uolētes: & ipse se urbes sacerdotales sūt. Interrogare libet: fugitiuos istos iter hircos tuos: an iter oues nostras colloces? Si hirci essēt: occiderent ut homicidæ ceteri: nec ministrorū dei intrarēt ciuitates. Si oues dixeris: utiq; nō erūt tales oues quæ absq; luporū metu tota libertate pascant. Et probabit tibi oues quidē eas esse: sed erroneas a dextris esse uerū nō stare: sed fugere donec moriat sacerdos magnus: & ad inferna descēdens: liberet aīas fugitiuorū. Gabonitæ occurrūt filiis israel: & cæcis aliis gētib; in lignarios & aquarios reseruāt: Tantiq; apud deū meriti sūt: ut stirps Saul ab eorū iniuriis sit deleta. Inter quos eos collocabis? Inter hircos: sed non sūt interfecti & sententia domini iudicant oues. Sed dicit scriptura diuina q; non sint eiisdē meriti: cuius & israelitæ. Vides ergo q; stent quidē a dextris: sed multo inferiori gradu. Inter Dauid uirū sanctū: & Saul regem pessimū: medius Ionathas fuit. Quē nec inter hædos possumus ponere: q; propheta amore dignus est: nec inter arietes: ne parē eū faciamus Dauid: maxime cum & ipse interfectus sit. Erit igitur inter oues: sed in inferiori ordine. Et quomodo inter Dauid & Ionatham: ita inter ouem & ouem cogitis suscipere differentias. Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui: & non p̄parauit: nec fecit secundum uoluntatem eius uapulabit multis: qui autem non cognouit & nō fecit: plagis uapulabit paucis. Omni enim cui multum datum est: multum queretur ab eo: & cui commēdatur multū: plus exigitur ab illo. Ecce seruo & seruo plus minusue cōmittit: & pro qualitate cōmissi atq; peccati plagarum quoq; numerus irrogatur. Tota iudex terræ Tribuūq; descriptio futuræ ecclesiæ in cælis typus est. Le

Mna

Auarius negotiator.

Lignarij
Aquarij

gamus Iesū naue: legamus Ezechielis extremas partes: & uidebimus quicquid in altero quasi p̄ historiā in ter-
ra distribuitur: in altero in caelis spiritualiter repromitti. Quid sibi uolunt in descriptione templi septē & octo
gradus: Quid rursū in psalterio post elementa centesimi octauidecimi psalmi: quibus mysticū erudimur al-
phabētū: per quindecim gradus usq; illuc peruenimus: ut possimus canere. Ecce nunc benedicite dominū omnes
serui domini: qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri: Quare duæ & semis tribus trans iordanē
habitantes: ubi plurima sunt iumēta: & nouē & semis reliquæ: uel expellūt pristinos habitatores de sedibus suis:
uel cū ipsis habitant: Cur leuitica Tribus in terra partē non accepit: sed dominus pars eius est: & inter ipsos Le-
uitas & sacerdotes: ad sancta sanctorū ubi cherubi & propiciatoriū est: pontifex solus ingredit: Quare reliqui
sacerdotes lineis tantū utunt̄ uestibus: & nō habent indumentū auro: hiacyntho: cocco purpura: byssoq; cōtex-
tū: Inferioris gradus Leuitæ & sacerdotes & plaustra & boues accipiūt: Maioris ordinis ipsi gestant archā do-
mini humeris suis: si tollis ordinē tabernaculi: tēpli: ecclesiæ: si omnes quia dextris sunt: corpus unū ut uulgo di-
citur *ev̄o q̄ ad* ad militiā prodit: ne quicq; Episcopi frustra presbyteri sine causa dyaconi sunt. Quid perseue-
rant uirgines: Quid laborant uiduæ: Cur maritæ se continent: Pecemus omnes & post p̄nitentiā idem eri-
mus: quod apostoli sunt. Verum iam cepimus terram perspectare de pelago: & post montes gurgitum & spu-
mosos fluctus & nauem uel in sublimē erectam: uel in mari præcipitem: paulatim fessis & languentibus por-
tus aperitur.

Quod uis de nuptis: uiduis: uirginibus. Viduitati uirginitatē: uiduitatē pretulimus matrimonio. Exposita
est *ep̄i ko* *III* id est concilio apostoli: de huiuscemodi quæstionibus disputantis: singulis opinionibus
responsū est. Sæcularis quoq; litteratura uenit ī mediū: quæ uirgines fuerint: quæ uniuiræ: & ecōtrario q̄s
interdū habeat molestias uinculū cōiugale. Transiuimus ad secundā partitionē: in qua negat eos: qui tota fide
baptisma consecuti sunt deinde posse peccare: Et docuimus q̄ excepto deo: ois creatura sub uitio sit. nō q̄ uni-
uersi peccauerint: sed q̄ peccare possint: & similiū ruina stantiū metus sit. Tertio uenimus ad ieiunia. Et quia ad
uersariū duplex propositio fuerat: uel ad philosophos: uel ad diuina scripturā: prouocatis exēpla: nos quoq;
ad utrūq; respondimus. Quarta. i. extrema diuisio: oues & hædos: dextram & sinistrā: iustos & peccatores: in
duos ordines distribuerat: uolens ostendere nullā inter iustum & iustū: peccatorem & peccatorem esse distantia.
Et ut hoc probaret: infinita de scripturis exēpla congererat: quasi suo sensui congruentia: cuius nos quæstioni
& argumentis & exemplis respondimus scripturā: ueteremq; Zenonis sententiā tā cōmuni sensu q̄ diuina le-
ctione contriuimus. Nunc restat ut Epicurus nostrū subantē in hortulis suis inter adolescentulas & mulierculas
alloquamur: fauent tibi crassi: nitidi: dealbati. Adde si uis iuxta Socraticā irrisionē: omnes sues & canes: & quia
carnē amas: uultures quoq; aquilas: accipitres: & bubones: nunq; nos Aristippi multitudo terrebit. Quoscūq;
formosos: quoscūq; calamistratos: quos crine cōposito: quos rubentibus buccis uidero: de tuo armento sunt: im-
mo inter tuos sues grūniunt de nostro grege tristes: pallidi: sordidati: & quasi peregrini huius sæculi: licet sermo
ne taceant: habitu loquuntur & gestu. Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata est: habitauit cū habitanti-
bus cedar: uidelicet in tenebris huius mundi: quia lux lucet in tenebris: & tenebræ eā nō cōprehenderunt. Ne
glorieris q̄ multos discipulos habeas: filius dei docuit in iudæa: & xii. tantū illū apostoli sequebantur soli. Tor-
cular inquit calcaui solus: & de gentibus uir non est mecū. Ille in passione solus remansit: & Petri quoq; erga eū
trepidauit cōstātia. phariseorū autem doctrinæ ois populus applaudebat: dicēs crucifige crucifige talē: nō habe-
mus regem nisi Cæsarem. i. uitia sequimur: non uirtutes: epicurus non Christū: louinianū non apostolū Paulū.
Quod multi acquiescunt sententiæ tuæ: iudiciū uoluptatis est: non enī tā te loquentē probant: q̄ suis fauent ui-
tiis. In circulis platearū quotidie fictus ariolus stultorū nates uerberat & obtorto fusta dentes mordentium qua-
tit: nec tamen dēst qui semper possit induci: & pro magna sapientia reputas: si plures porci post te currāt: quos
gehēnæ succidiæ nutrias post preconium tuū: & balneas quæ uiros parit̄ & scēminas lauant: omnis ipatentia
quæ ardentē prius libidinē quasi uerecundiæ uestibus protegebat: nudata est & exposita: quæ ante in occulto
erant: nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos non fecisti: hoc profecit doctrina tua: ut ne peccatū
quidē p̄nitentiā habeat. Virgines tuæ: quas prudentissimo consilio: quod nemo unq; legerat: nec audierat
de apostolo docuisti: melius est nubere q̄ uri: occultos adulteros in apertos uerterunt maritos. Non sua sit hoc
apostolus: non electionis uas. Virgilianum consilium est.

Coniugium uocat: hoc prætextit nomine culpam.

Quadragesimo ferme anni sunt: q̄ Christi predicatio fulget in mundo. Ex quo innumerabiles hæreses tunica
illius cōsciderunt: uniuersus p̄ error de Chaldaeo et Syro et Græco sermone processerat. Basilides magister
luxuriæ et turpissimorum complexuum post tot annos ita in louinianum quasi in Euphorbum transforma-
tus est: ut latina quoq; lingua haberet hæresim suam. Nulla ne fuit alia in toto orbe prouincia quæ reciperet
preconium uoluptatis: in qua coluber tortuosus irreperet: nisi in qua Petri doctrina super se petram fundauit
Christus: in qua uexillum crucis & predicationis auctoritas idolorum templa destruxerat: E regione luxu-
ria penitus: uentris: et gutturis subuertere nititur fortitudinem crucis. Vnde per Esaiam loquitur deus: populus
meus qui uos beatificant: seducunt uos: & semitas pedum uestrorum conturbant. Nec non per Hieremiam: fu-
gite de medio Babylonis: et seruate unūquisq; animam suam: et nolite credere pseudo prophetis: qui dicunt
pax pax: et non est pax: qui semper ingeminant: templum domini: templum domini. Prophete tui uiderunt tibi
falla: et insipientia: non aperuerunt iniquitatē tuam: ut te ad p̄nitentiā prouocarent qui deuorāt plābē suā
ut cibū panis: deū non inuocauerunt. Hieremias captiuitatē nūcians: lapidatur a populo. Ananias filius Azor:
frangebat

EV̄O Q̄ AD

Prætexti subantē in hortulis
crassi: nitidi: dealbati.

Ariolus stultorū nates uerberat

Virgines tuæ: quas prudentissimo consilio: quod nemo unq; legerat: nec audierat de apostolo docuisti: melius est nubere q̄ uri: occultos adulteros in apertos uerterunt maritos.

Basilides magister luxuriæ

frangebat ad presens ligneas torques: & in futuræ ferreas preparabat. Semper pseudo prophetæ dulcia pollicetur: & ad modicum placent: amara est ueritas: & qui eam predicant replentur amaritudine. In azimis enim ueritatis & sinceritatis domini pascha celebrat: & cum amaritudinibus comedit. Egregia sane uox: & quam audiat sponsa Christi inter uirgines & uiduas & celibes: unde & ipsum nomen inclutum est: quod caelo digni sint qui coitu careant: Raro ieiunare: crebrius nubite. Non enim potestis implere opera nuptiarum: nisi mulsu & carnes & nucleu sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Cito caro consumpta marcessit. Nolite metuere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est: cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis: redintegritatis uos poenitentia: & qui in baptismo fuistis hypocritæ: eritis in poenitentia solidæ fidei: neque turbemini: putantes inter iustum & poenitentem aliquid interesse: humilioris gradum dare quidem ueniam: sed coronam tollere: una est enim retributio: qui ad dexteram steterit: introibit in regna caelorum. His consiliis subulci tui pastoribus nostris ditiores sunt: & hirci plurimas secum capras trahunt. Equi inlanientes in sceminas facti sunt: statim ut mulieres uiderint hinnunt: & impatientiam suam: pro nefas: scripturas solant exemplis: sed & ipsæ mulierculæ miseræ: & non miserabiles preceptoris sui uerba cantantes: quid enim nisi semet requirit deus: non solum pudicitiam: sed etiam uerecundiam perdiderunt maioriq; procacitate defendunt libidinem: quæ exercent. Habes preterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras & uelites in presidiiis crassos: comptos: nitidos: clamatores: qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedunt de uia nobiles: tibi osculant diuites caput. Nisi enim tu uenisses: ebrii atq; ructantes paradisu intrare non poterant: macete uirtute: immo uitia: habes in castris tuis & amazonas exercitus paterfamilias es: in auariis tuis non turtures: sed upupæ nutriunt: quæ tota fetida uoluptatis lustra circumuolat. Me carpe: me disuice: obuice crimina quæ uolueris: arguæ luxuriæ & deliciarum. Magis me amabis: si talis fuero: ero enim de armento tuo. Sed ad te loquar: quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessionem delesti. Urbs potens: urbs orbis domina: urbs apostoli uoce laudata: interpretare uocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud grecos: aut sublimitas iuxta hebræos. Serua quod diceris: uirtus te excelsam faciat: non uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi saluator in Apocalypsi comminatus est: potes effugere per poenitentiam: habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen: quod de idolo deriuatum est. Squalet Capitolium: templa Iouis & cerimoniarum conciderunt. Cur uocabulum eius & uitia apud te uigeant. Adhuc sub regibus: & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam: quæ sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.

Celebs
Iouiniani doctrina

Upupa

Roma

Incipit argumentum sequentis libelli. Genadius de uiris illustribus.

Heluidius Auxentii discipulus: Symachi imitator: scripsit religionis quidem studio: sed non secundum scientiam librum: neque sermone: neque oratione nitidum: quo opere ita sanctarum scripturarum sensum ad suam peruersitatem flectere conatus est: ut earum testimoniis asserere uoluerit sanctam Mariam post natiuitatem domini: quem uirgo peperit: Ioseph sponso suo iunctam: & ex eius consortio filios suscepisse: qui fratres domini appellati sunt.

Heluidius

Item de eodem Augustinus de hæresibus.

Heluidianus exorti ab Heluidio. Isti uirginitati beatæ Mariæ contradicunt: ut eam post Christum alios etiam filios de uiro suo Ioseph peperisse contendant. Sed nimirum istos prætermisso Heluidii nomine antimaritas Epiphanius appellauit.

Heluidianus

Incipit Liber Beati Hieronymi aduersus Heluidium de perpetua uirginitate beatæ Mariæ. Epistola. XII.

Nuper rogatus a fratribus: ut aduersus libellum cuiusdam Heluidii responderem facere distuli. Non quod difficile fuerit hominem rusticanum: & uix quoque primis imbutum litteris super ueri assertionem conuincere: sed ne respondendo dignus fieret: qui uinceret. Huc accedebat quod uerebar ne homo turbulentus & solus in uniuerso mundo simul & laicus & sacerdos: quod ut ait ille loquacitate facundia existiat & maledicere omnibus bone conscientiarum signum arbitrat: accepta materia disputandi amplius inciperet blasphemare: & quasi de sublimi loco in totum orbem ferre sententiam: meque quia ueritate non posset lacerare conuictis. Verum quia hæc omnes tam iustæ silentii mei causæ ob scandalum fratrum: qui ad eius rabiem mouebant iustiorum sine cessarunt: iam ad radices infructuosæ arboris euangelii securis est admouenda: & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: ut discat aliquando reticere: qui nunquam didicit loqui. Igitur sanctus mihi iuocandus est spiritus: ut beatæ Mariæ uirginitatem suo sensu ore meo defendat. Inuocandus est dominus Iesus: ut sacri uentris hospitium: cuius nouem mensibus inhabitator fuit: ab omni concubitus suspitione tueatur. Ipse quoque deus pater est imprecandus: ut matrem filii sui uirginem ostendat fuisse post partum: quæ fuit mater antequam nupta. Non rhetorici campum desideramus eloqui: non dialecticorum tediculas: nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum uerba ponenda sunt: ut ipsis quibus aduersum nos usus est testimoniis reuincatur: ut intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt: & non potuisse quæ pietate roborata sunt cognoscere. Prima eius propositio fuit. Matthæus loquitur: Christi autem generatio sic erit. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph priusquam conuenirent inuenta est habens in utero de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eam traducere uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitate: ecce angelus domini in somniis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid: ne timeas accipe Mariam coniugem tuam. Quod enim natum est in ea: & de spiritu sancto est. Ecce inquit habes desponsatam non commedatam ut dicis. Et utique non ob aliud desponsatam nisi quod nupturam. Neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusquam conueniret: quia nemo de non prænupto dicit antequam præderet. Deinde ab Angelo uxorem appellatam & coniunctam. Audiamus nunquam scriptura pronunciet. Exurgens inquit Ioseph a sono fecit sicut preceperat ei Angelus domini: & accepit uxorem suam: & non cognouit eam.

Loquacitatem facundiam existimare

Inuocatio spiritus

Dialecticorum tediculas
Aristotelis spineta

Traducere ut infamare

donec peperit filium suum. Curramus per singula: & impietate illde quibus ingressa est uelignis persequentes
pugnantia inter se dixisse uerba doceamus. Desponsata confitetur: & statim uxorem uult esse quam confessus
est sponsam. Rursum qua uxore nominat: dicit non ob aliud desponsata: nisi quandoque nupturam. Et ne parum
hoc arbitremur: habes inquit desponsata non comendata. i. necdum uxorem: necdum maritali uinculo copulatam.
in eo uero quod ait: neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Prius quam conuenirent: quia nemo de non pra-
suro dicit ante quam pranderent: doleam ne an rideam nescio: imperitia arguam an temeritatis accuset. Quasi si quis di-
xerit ante quam in portu praderet ad africam nauigauit: non possit stare sententia: nisi in eo portu praderent quadoque
sit. Aut si uelimus dicere: Paulus apostolus ante quam ad hispanias pergeret: Roma in uincula coniectus est. Aut cer-
te illud Heluidius ante quam poenitentiam ageret morte preuentus est: statim aut paulo post uincula ad hispani-
as sit eundem: aut Heluidio poenitentia agenda post morte: Cum scriptura dicat: In inferno autem quis confitebitur tibi: aut
non potius sit intelligendum quam ante prepositio licet saepe consequentia indicet: tamen nonnunquam ea tantum quae prius cogita-
batur ostendat: unde nec necesse sit ut cogitata fiant: cum aliud ideo interuenit: ne ea quae cogitata sunt fierent.
Igitur cum euangelista dicat: Prius quam conuenirent: proximum nuptiarum tempus ostendit: & in eo iam re fuisse: ut quae
prius sponsa fuerat: esse uxor inciperet. Quasi dixerit ante quam oscula amplexusque miscerent: ante quam re ageret nu-
ptiarum: inuenta est habens in utero. Inuenta est autem a nullo alio nisi a Ioseph: qui sponsae uterum tumentem pene iam
licentia maritali & curiosis oculis deprehendit. Non tamen sequitur ut prioribus docuimus exemplis eum cum Ma-
ria conuenisse post partum: cuius conueniendi desiderium uteri conceptione sublatum est: Quod autem in sonis dicit
ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam: & rursum: Exurgens autem Ioseph a sono fecit sicut precepit ei an-
gelus domini: & accepit uxorem suam: nullum mouere debet: quasi ex eo quod uxor est appellata sponsa esse desierit: cum
hanc esse scripturae diuinae consuetudinem nouerimus ut sponsas appellet uxores: sicut in sequentibus Deutero-
nomii testimoniis approbatur. Siquis inquit inuenit uirginem desponsatam uiro in campo: & uim faciens dormie-
rit cum ea: moriatur: quia humiliavit uxorem proximi sui. Et in alio loco. Si autem fuerit adolescentula desponsata
uiro: & inuenit homo eam in ciuitate: & dormierit cum ea: educetis utrumque ad portum ciuitatis illius: & lapidabunt
lapidibus: & morientur: Adolescentula quidem: quia non proclamauit in ciuitate: uir autem quia humiliavit uxorem
proximi sui: & eradicabitis malignum ex uobismet ipsis: nec non & alibi. Et quis est ille homo cui desponsata est
uxor: & non accipiet eam? Vadat & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello: & forte homo alius acci-
piat eam. Sicut autem scrupulus commouetur quare desponsata & non potius sine sponso: siue ut scriptura appellat
marito uirgo conceperit: sciat triplicem fuisse rationem. Primo ut per genealogiam Ioseph cuius Maria cognata erat: ori-
go quoque Mariae monstraretur. Secundo ne iuxta legem Moysi ut adultera lapidaretur a populo. Tertio ut ad
aegyptum fugiens haberet solatiu custodis potius quam mariti. Quis enim in tempore illo credidisset uirgini de sancto eam
spiritu conceperit: uenisse ad eam angelum Gabrielem: dei detulisse mandatum: ac non magis quasi adultera iux-
ta exemplum Susanae sententiae omnium condemnasent: cum hodie toto iam credente mundo argumententur iudaei. Esa-
ia docente de Maria & uirginitate eius: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium: in haebreos iuenculam scri-
ptum esse non uirginem. i. ahalma non bethula: aduersus quos in alio loco competentiis differemus. Denique exce-
pto Ioseph & Helisabeth & ipsa Maria & paucis admodum si quos ab his audisse possumus existimare omnes le-
sum filium existimabant Ioseph: in tantum ut etiam euangelistae opinionem uulgi exprimentes quae uera historiae lex
est patrem eum dixerint Saluatoris: ut ibi: Et uenit in spiritu in templum haud dubium in Symeon. Et cum induceret pue-
rum Iesu parentes eius: ut faceret de illo secundum consuetudinem legis. Et alibi: Et erant pater illius & mater admi-
rantes super his quae dicebant de eo. & rursum: Et ibant parentes eius per annum in hierusalem in solenni die paschae. Ac
deinde: Et completis diebus cum reuerterentur remansit puer Iesus in hierusalem: & non cognouerunt parentes eius.
Ipsa quoque Maria ad Gabrielem responderat dicens: quomodo fiet hoc: quia uirum non cognoui: Quid de Ioseph
loquitur ausculta: Fili quid fecisti nobis sic: ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Nonne hic plerique
iudaeorum argumentantur: non enim ludentium uox est: euangelistae patrem dicunt: patrem Mariae confitetur. Non quo
ut superius indicauimus uere pater Ioseph fuerit Saluatoris: sed quo ad famam Mariae conseruandam pater sit ab om-
nibus existimatus: quod ante quam moneret ab angelo Ioseph fili David ne timueris accipere Mariam coniugem tuam: quod
enim in ea natum est de spiritu sancto est: cogitabat occulte dimittere eam: in tantum suum non esse qui conceptus fue-
rat confidebat. Sed iam satis docendi magis quam respondendi studio disputatum est: cur Ioseph pater domini: cur
Maria appellata sit coniunx: in quo & hoc breuiter continetur cur fratres eius quidam esse dicantur. Verum quia
suum locum huic quae uinculae referuamus: & ad reliqua festinat oratio: nunc illud est differendum quomodo Scrip-
tura dicat: Exurgens autem Ioseph a sono fecit sicut precepit ei angelus domini: & accepit uxorem suam & non cogno-
uit eam donec peperit filium & uocauit nomen eius Iesum: in quo primum aduersarius superfluo labore desudat cogno-
scendi uerbum ad coitum magis quam ad scientiam esse referendum: quasi hoc quisque negauerit: & eas ineptias quas redar-
guit aliquando prudens quisquam poterit suspicari. Deinde uult docere: quod donec siue usque ad uerbum certum tempus signi-
ficat: quo completo fiat id quod usque ad illud temporis quod prescriptum est non fiebat uelut in presenti. Et non cognoscebat
eam donec peperit filium. Apparet inquit cognitam esse post partum: cuius cognitionem filii tantum differerebat generatio.
Et ad hoc approbandum cogit de scripturis exempla quae plurima more andabitarum gladium in tenebris uentilans: & lin-
guam sonum ad confodienda sui tantum corporis membra concuties. Ad quod nos breuiter rudentur: & cognoscebat & usque
sermonem in scripturis sanctis dupliciter intelligi: & de eo quod quod scriptum est cognoscebat quoque ad coitum esse refe-
rendum: ipse differuit nullo dubitate quin ad scientiam saepe referat. Ut ibi: Remansit puer Iesus in hierusalem: & non
cognouerunt parentes eius. Nunc illud est ostendendum: ut quomodo ibi consuetudinem scripturae secutus est: sic etiam
hic donec

Ante propositio

Sponsa uxores appellat

Uxor causa quare b. magis
non concepta sine marito

Ioseph pater christi

Cognoscere

Andabitarum gladios

deabus

Sicut

Dono
b. 47

hic donec e iusdem scripturæ auctoritate fungat: quæ sape certū tēpus ut ipse differuit in eius assumptione si-
 gnificat: sape infinitū: ut est illud quod deus ad quosdā loquit in prophetis: Ego sū: ego sū: et donec senescatis
 ego sum. Nunquid postq̄ illi senuerint deus esse desistet: Et Saluator in euangelio ad apostolos: Ecce ego iquit
 uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsumationē sæculi: a discipulis dominus abscedet: et tunc quando. xii.
 solis iudicaturi sunt. xii. tribus israel domini consortio fraudabuntur: Paulus quoq; apostolus corinthiis scri-
 bens: primitiæ ait Christus: deinde hi qui sunt Christi qui in aduentu eius crediderunt: deinde finis cum tradi-
 derit regnum deo et patri: cum destruxerit omnem principatum et omnem potestatem & uirtutem. Oportet
 enim illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Omnia enim sub pedibus eius subiecit. Esto
 de homine dictum sit. Non negamus de eo qui passus est crucē: qui postea sedere iubetur a dextris. Quid sibi
 uult hoc quod ait: Oportet enī illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: Nunquid tādū re-
 gnaturus est dominus: donec incipiant esse inimici sub pedibus eius: & postq̄ illi sub pedibus fuerint regnare
 desistet: cum utiq; tunc magis regnare incipiet: cum inimici cœperint esse sub pedibus: Dauid quoq; in quarto
 graduū psalmo. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū donec mi-
 serereatur nostri. Ergo tādū propheta oculos habebit ad dominū q̄ diu misericordiā ipetret: & post ipetratā mi-
 sericordiā oculos torquebit ad terras. Qui in alio loco dicit: Oculi mei defecerunt in salutare tuū: & in uerbū
 iustitiæ tuæ. Poterā sup hoc innumerabilia exēpla cōgerere: & omnē lacescentis procacitatē testimoniōrū nube
 cælare. Verū adhuc pauca subiiciā: ut his similia ipse sibi lector inueniat. Loquit in Genesi sermo diuinus. Et
 tradiderunt Iacob deos alienos: qui erant in manibus eorū: & in aures qui erant in auriculis eorum. Et abscondit
 eos Iacob sub terebintū: quæ est in sicimis: & pdidit eos usq; in hodiernū diem. Item in fine deuteronomii: Et
 defunctus est Moyses seruus domini in terra modo per uerbū domini: & sepelierunt eum in geth prope domū
 phegor. & nemo scit sepulchrum eius usq; in diem istum. Certe hodiernus dies illius temporis existimandus
 est quo historia ipsa contexta est. Siue Moysen dicere uolueris auctorem pentateuci: siue Heliā eiusdē in-
 stauratorem operis nō recuso. Nunc hoc querit: ut id quod dictū est usq; i diem istum: ad illam referatur æta-
 tem qua libri editi siue conscripti sunt. Doceat igitur post illā diem tot iam ānoꝝ usq; ad nos uoluminibus exa-
 ctis aut idola quæ sub terebinto condita fuerant reperta: aut Moysi tumulū iustigatū: quia obnixè asserit post
 donec & usq; esse inciperet: quod tādū non fuit q̄ diu usq; completeretur: & donec: quin potius animaduertat scri-
 pturæ sanctæ idioma: & nobiscū in quo hæsitabat intelligat. Intelligat ea de quibus posset ambigi si nō fuissent
 scripta significari: cætera uero nostræ intelligentiæ derelinqui. Si enim adhuc recentū tēpore uiuentibus his q̄
 uiderant Moysē sepulchrū eius potuit ignorari: multo magis tot sæculis pretereuntibus. Juxta quod & illud i-
 telligitur de Ioseph euangelistā id indicat: de quo scandalū poterat moueri non eā cognitā esse a uiro suo usq;
 ad partū: ut multo magis itelligeremus cognitā non fuisse post partū: a qua tunc se abstinuit cū adhuc de uisio-
 ne poterat fluctuare. Ad sūmam illud requiro: quare se abstinuerit Ioseph usq; ad partus diē. Respōdebit utiq;
 quia angelū audierit dicentē: Quod enī in ea natū est: de spiritu sancto est. Ad quod nos inferimus: & certe au-
 dierat Ioseph fili Dauid ne timeas accipere Mariā uxore tuā: prohibitū ei fuerat ne relinqueret: ne adulterā exi-
 stimaret uxore. Nunquid & a congressu coniugis separatus fuerat: cū utiq; ne separaret magis fuisset admo-
 nitus: Et audebat inquit uir iustus dei in utero audiens filiū de uxoris coitu cogitare: pulchre. Qui ergo sonio
 tantum credidit ut uxore non auderet attingere: is postq̄ pastorum uoce cognouerat angelū domini uenisse de
 cælis: & dixisse ad eos nolite timere: Ecce euangelizo uobis gaudium magnum: quod erit omni populo: quia na-
 tus est uobis hodie saluator: qui est Christus dominus in ciuitate Dauid & cū eo laudes militiæ concinisse cæle-
 stis. Gloria in excelsis deo: & super terram pax hominibus bonæ uoluntatis: qui Symeonem iustum inter am-
 plexus paruuli uiderat prædicantem: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace.
 Quia uiderunt oculi mei: salutare tuū: qui Annā prophetissam: magos: stellam: Herodē: angelos uiderat: qui
 inq̄ miracula tanta cognouerat: dei templū: spiritus sancti sedem: domini sui matrē audebat attingere. Et certe
 Maria conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Ac ne impudenter neges ista ignorat: Ioseph: Et
 erant inquit Lucas pater illius & mater admirantes super his quæ dicebantur de eo: licet tu mira impudentia
 hæc in græcis codicibus falsata contendas: quæ non solū omnes pene græciæ tractatores in suis uoluminibus
 reliquerunt. Sed nonnulli quoq; e latinis ita ut in græcis habetur assumpserunt. Nec necesse est nunc de exēpla-
 riorum uarietate tractare: cū omnes & ueteris & nouæ scripturæ instrumentū in latinū sermonē exinde trās-
 tum sit: & multo purior manare credenda sit fontis unda q̄ riuu. Hæc ais apud me nugæ sunt: & argumentatio-
 nes superflua: & disputatio magis curiosa q̄ uera. Nunquid non potuit scriptura dicere: & accepit uxorem suā
 & nō fuit amplius ausus contingere eam: sicut de Thamar dixit & iuda: Aut defuerunt Matthæo uerba: quibus
 id quod intelligi uolebat posset affari: Non cognouit inquit eam donec peperit filium. Post partū ergo cogno-
 uit: cuius cognitionem ad partum usq; distulerat. Si tā contentiosus es: iā nunc tua mente superaberis. Nolo mi-
 hi aliquod inter partū & coitū tēpus interseras. Nolo dicas mulier quecūq; cōcepit & peperit masculū imūda
 erit septē diebus secundū dies secessiōis & purgationis suæ imūda erit: & octauo die circuncidet carnē preputii
 eius: & xxx. tribus diebus sedebit i sanguine puro: & oē sanctū nō tāget: & reliq;: Statū eā iuadat Ioseph: statim
 audiat p Hieremiā: Equi isaniētes i foeminas facti sūt mihi: unusq; ad uxore pximi sui hīniebat. Alioquin sta-
 re quomodo poterit: nō cognouit eā donec pepit filiū: si post purgationis tēpus expectat: si. xl. iursū diebus tā-
 to tēpore dilata libido differat: polluat cruore puerpera: obstetrices suscipiat paruulū uagiet: maritus lassā te-
 neat uxore: Sic incipiat nuptiæ: ne euangelista mētus sit. Sed absit ut hoc de matre Saluatoris & uiro iusto sit
 .xl.

Sicut hic ex græcis trāslatū sūt

Obsterrix

Uxor puerperarum

*Primogenitus
Unigenitus*

Ingenitus

existimandum. Nulla ibi obstetrix: nulla mulierularum sedulitas intercessit. Ipsa p̄nis inuoluit infantem: ipsa & mater & obstetrix fuit. Et collocauit eum inquit in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Quae sententia & apocryphorum deliramenta conuincit: dum Maria ipsa p̄nis inuoluit infantem: & Heluidii explere non patitur uoluntatem: in diuersorio locus non fuit nuptiarum. Verum quia iam satis abundeque respondi-
mus ad id quod proposuerat anteq̄ conuenirent: & non cognouit eam donec peperit filium. Ad tertiam uenie-
dum est questionem: ut iuxta disputationis eius ordinem etiam nostrae responsionis ordo procedat. Vult eni-
alios quoque filios Mariam p̄creasse: & ex eo quod scriptum est: Ascendit aut̄ Ioseph in ciuitate Dauid: ut p̄fite-
tur cum Maria uxore sua pregnantē. Factum est aut̄ cum ibi essent: impleti sunt dies ut pareret: & peperit filiū
suum primogenitum. uisitur approbare primogenitū non posse dici nisi eū qui habeat & fratres: Sicut unige-
nitus ille uocet̄ qui parētibus solus sit filius. Nos aut̄ ita diffinimus. Ois unigenitus est primogenitus: non ois
primogenitus est unigenitus. Primogenitū esse non tantū post quē & alii: sed ante quē nullus. Omne inquit do-
minus ad Aaron quod aperit uulua ab omni carne quae offert̄ domino ab hoie usq; ad pecus tibi erunt. Tantū
modo precii redimant primogenita hominū & primogenita pecorū imundorum. Definiuit sermo dei quid sit
primogenitū. Omne inquit quod aperit uulua. Alioquin nō est primogenitus nisi is tantū quē sequunt̄ fratres: 311
tādiu sacerdotibus primogenita non debent̄: q̄diu & alia fuerint procreata: ne forte partu postea nō sequente
unigenitus sit & non primogenitus. Redēptio inquit eius erit ab uno mense: aestimatio quinq; siclis secundū si-
clum sanctū. xx. oboli sunt. Tantūmodo primogenita uitulorū & primogenita ouiu & primogenita caprarum
nō redimes quia sancta sunt. Cogit me sermo dei: ut omne masculinū quod aperit uulua si de mūdīs aialibus sit
deo uouea: si de imūdīs redimā dans precii sacerdoti. Possum respondere & dicere: Quid me in unius mēsis strig-
gis articulo: quod primogenitū uocas: quē anteq̄ fratres sequant̄ ignoro. Expecta donec nascat̄ secundus. Nihil
debeo sacerdoti: nisi & ille fuerit p̄creatus: p̄ quē is qui ante natus est incipiat esse primogenitus. Nōne mihi ip-
sa apices loquent̄: & me stulticia redarguent eū esse dictū primogenitū: quod aperiat uulua: nō qui habeat & fra-
tres: Deniq; iterrogo de Ioāne quē constat esse unigenitū: an & primogenitus fuerit: utrū ne & ipse secundū le-
gē pro toto ei legi fuerit obnoxius: Ambigi nō potest. Certe de saluatore scriptura sic loquit̄: Cū expleti essent
dies purgationis eorū secundū legē Moysi: duxerunt eū in hierusalē: ut offerrent eū domino: sicut scriptū est in le-
ge domini. Quia omne masculinū adaperiens uulua sanctū domino uocabit̄: & ut darent hostias secundū quod
dictū est in lege domini par turturū: aut duos pullos colūbarū. Si haec lex tantū ad primogenitos p̄tinet: primo-
genitū aut̄ sequentes faciunt: nō debuit lege primogeniti teneri: qui de sequētibus ignorabat. Sed quia tenetur
lege primogeniti etiā ille quē fratres ceteri non sequunt̄: colligit̄ eū primogenitū uocari: qui uulua aperiat: &
ante quē nullus sit: non eū quē frater post genitus subsequat̄. Moyses scribit in Exodo. Factū est aut̄ circa mediā
noctē: & dominus percussit omne primogenitū in terra aegypti primogenito Pharaonis qui sedebat sup̄ thro-
nū eius: usq; ad primogenitū captiuā: quae est ad lacū: & omne primogenitū pecoris. Responde mihi hi qui tūc
ab exterminatore fuerint interēpti primogeniti fuerūt: an & unigeniti: Si primogeniti tantū illi uocant̄ quod fra-
tres habent̄: ergo ab interēptione unigeniti liberati sunt: si aut̄ & unigeniti ceteri sūt: cōtra sententiā factū est: ut in-
ter primogenitos & unigeniti morerent̄. Aut unigenitos liberabis a p̄na & ridiculus eris: aut si cōfiteberis in-
terfectos igratis obtinebimus & unigenitos primogenitos appellari. Extrema propositio fuit (licet id ipsū in pri-
mogenito uoluerit ostēdere) fratres domini in euāgelii nominari: ut ibi: Ecce mater eius & fratres eius stabant
foris q̄rentes loqui cū eo. Et alibi. Post haec ostēdit capharnaū ipse & mater eius & frater eius. Et ibi: Dixerunt
ergo fratres eius ad eū: Trāsi hinc: & uade in iudaea: ut & discipuli tui uideāt opera tua: quae facis. Nemo eni ali-
quid in occulto facies q̄rit ipse in palā esse: Si haec facis: manifesta te ipsū huic mūdo. Ioāne desup̄ iherēte: Neque eni
fratres eius tūc credebāt in eū. Itē Marcus & Matthaeus. Et docebat eos in synagoga eorū in patria sua: ita ut stupe-
rent & dicerēt: Vnde huic haec ois sapiētia & uirtutes: Nō hic est fabri filius: nō mater eius dicit̄ Maria: & fra-
tres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas: & sorores eius omnes apud nos sunt: Lucas quoque in actibus apo-
stolorū ita refert: Hi oēs erant istātes unanimes in oratione cū mulieribus & Maria mater Iesu & fratribus ipsius.
Nec nō & Paulus apostolus in eandē historiae ueritatē pari uoce concordat: Ascēdi aut̄ secundū reuelationē: &
neminē uidi nisi Petrū & Iacobū fratrem domini. Et rursum in alio loco. Nūquid nō habemus potestātē māducādi
& bibēdi: Nūquid nō habemus potestātē uxores circumducēdi: sicut & ceteri apostoli & fratres domini &
Cephas: Et ne forte aliquis iudeorū testimoniū non admitteret: qui etiā nomina fratrum illius ediderunt: simili
eos asserens in fratribus errore deceptos quo in patre aestimando sunt lapsi: argute precauit: & ait haec eadē uoca-
bula ab euāgelistis in alio loco nominari: & eosdem esse fratres domini filios Mariae. Matthaeus loquitur: Erant
autē ibi & mulieres: haud dubiū quin ante crucē domini etiā mulieres multae a longe expectantes: quae secutae
fuerunt Iesū a galilaea ministrantes illi. Inter quas erant Maria magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater: &
mater filiorū zebedei. Itē Marcus: Erant autē & mulieres a longe aspicientes: inter quas erant Maria magdale-
ne & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater & Salome. Ibiq; post modicū: & aliae multae: quae ascenderant cum
eo in hierusalē. Nec non & Lucas: Erant autem Maria magdalene & Ioāna & Maria Iacobi: & ceterae cū eis.
Haec iccirco replicauimus: ne calūnietur & clamitet ea quae pro se faciant a nobis esse subtracta: & sententiā suā
nō testimoniis scripturarum sed lubrica disputatione conuulsam. Ecce inquit Iacobus & Ioseph filii Mariae
quos iudaei fratres appellauerunt: Ecce Maria Iacobi minoris & Ioseph mater: minoris autem Iacobi: ad di-
stinctionem maioris qui erat filius zebedei: sicut et in alio loco Marcus ponit: Maria autē magdalene et maria
Iacobi et Ioseph mater uiderunt ubi poneretur: et transacto sabbato emerūt aromata: et uenerūt ad monymētū &
utiq; ait:

utiq; ait. Quā miser erit & ipiū de maria hoc sentire: & cū aliā scēminā curā sepulturæ Iesu habuerint: matrē eius dicamus absentē: aut alterā esse mariā nescio quā confingamus: presertim cū euangeliū Ioannis testet presentē eā illic fuisse: quando illā de cruce dominus iā uiduā ut matrē Ioanni cōmendabat. Aut nunquid euangeli- stæ falluntur & fallunt: ut eorū mariā matrē dicerent quos iudæi fratres esse dixerunt: O furor cæcus & in pro- priū exitū mens uesana. Dicis ad crucē domini matrē eius fuisse presentē. dicis Ioanni discipulo ob uiduitatem & solitudinē cōmendatā: quali iuxta te non haberet quatuor filios & inumeras filias: quarū cōsortio frueret. Vi- duam quoq; nomias: quod scriptura nō loquit. Et cū oīa euangelistarū exēpla pponas: solius tibi Ioannis uer- ba nō cōplacent. Dicis transitorie ad crucē domini eā fuisse presentē: ne cōsulto preterisse uidearis: & tamē quæ cū illa mulieres fuerāt siles. Ignoscerē nesciēti: nisi uiderē cōsulto reticētē. Audi itaq; Ioānes quid dicat: Stabant aut iuxta crucē domini mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalenæ. Nulliq; dubiū ē duos fuisse apostolos Iacobi uocabulo nūcupatos: Iacobū Zebedei: & Iacobū Alphei: Istū nescio quē minorē Iacobū: quē Mariæ filiū: nec tamen matris domini scriptura cōmemorat: apostolū uis esse an nō: Si apostolus ē Alphei filius erit: & credit in Iesū: & nō erit de illis fratribus de quibus scriptū est. Neq; enī tūc fratres eius crede- bant i Iesum. Si nō est apostolus: sed tertius nescio quis Iacobus: quō est frater domini putāus: & quomō terti- us ac distinctiōe maioris appellabitur minor: cū maior & minor nō inter tres sed iter duos soleāt prebere distā- tiā: & frater domini apostolus sit Paulo dicēte: Deinde post triēniū ueni hierusalē uidere Petrū: & mansi apud illū diebus. xv. aliū apostolorū uidi neminē: nisi Iacobū fratrem domini. Et i eadē epistola: Et cognita gratia quæ data est mihi Petrus & Iacobus & Ioannes: qui uidebantur colūnæ esse. Ne aut hunc putes Iacobū filiū Zebe- dei: lege actus apostolorū: iā ab Herode fuerat interēptus. restat cōclusio: ut Maria ista quæ Iacobi minoris scri- bitur mater: fuerit uxor Alphei: & soror Mariæ matris domini: quā Mariam Cleophæ Ioānes euangelista co- gnominat a patre siue a gentilitate familiæ: aut quacūq; aliā causā ei nomē iponens. Si aut idē tibi alia atq; alia uidetur: q; alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater: & hic Maria Cleophæ: disce scripturæ consuetudinē eun- dē hoīem diuersis nominibus nuncupari. Raguel socer Moyli & Iethro dicitur: Gedōn nōnullis causis immu- tādi nominis ante premissis subito Hieroboa legitur. Ozias rex iuda uicissim Azarias uocatur: Mons thabor thabiriū dicitur. Rursū Hermon Phœnices cognominant sanior: & Amoreus cognominat eum sanir. Eadē ca- li plāga tribus nominibus appellatur nageb themā darion. Lege Ezechiel Petrus & Simon dicitur & Cephas. Iudas Iacobi Zelotes: in alio euangelio Thadeus dicitur: Multaq; alia: quæ ad exēplum horū ipse sibi de oibus scripturis lector poterit congregare. Nūc illud est qd' conamur ostendere: ut fratres domini appellent filii ma- terteræ eius Mariæ: qui antea nō credentes postea crediderūt: licet fieri potuerit: ut uno statim credēte alii diu i creduli fuerint: & hanc fuisse matrē Iacobi & Iosephitis. i. Mariā Cleophæ uxore Alphei: hanc dictā Mariā Iacobi minoris. Quæ si esset mater domini: magis eā ut in oibus locis matrē illius appellasset: & nō aliorū: dicen- do matrē alterius uoluisset intelligi. Verū in hac parte contentiosū funē nō traho. Alia fuerit Maria Cleophæ: alia Maria Iacobi & Iosephitis: dūmō constet nō eandē Mariā Iacobi & Iosephitis esse quā matrē domini. Et un- de ais fratres domini dicti sunt: qui nō erant fratres: Iā nūc doceberis quatuor modis in scripturis diuinis frēs dici natura: gente: affectu: cognatiōe. Natura Esau Iacob. xii. p̄iarcha: Andreas & Petrus Iacobus & Ioānes. Gē- te qua oēs iudæi iter se fratres uocant: ut in deuteronomio: Si aut emeris fratrem tuū: qui est hebræus: uel quæ ē hebræa: seruiet tibi sex annis: & septio āno dimittes eū liberū abs te: & in eodē cōstituēdo: constitues sup te prin- cipē quē elegerit dominus deus tuus: eū qui ex fratribus tuis sit. Non enī poteris cōstituere sup te hoīem alieni genā: quia non est frater tuus. Et rursū: Ne uiso uitulo fratris tui uel oue eius errātibus per uia: negligas ea. Re- uersione reduces ea fratri tuo: & reddes ea fratri tuo. Quod si nō appropinquat tibi frater tuus: neq; noueris eū: colliges ea intra domum tuam: & erunt ea tecum donec querat ea frater tuus: & reddes ei. Et apostolus Paulus. Opiabam inquit ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis cognatis secundū carnem qui sunt israeli- tæ. Porro cognatione fratres uocantur: qui sunt de una familia. i. patria: quas latini paternitates interpretantur: cum ex una radice multa generis turba diffunditur: ut in Genesi. Dixit aut Abraham ad Loth: non sit rixa iter me & te: & inter pastores meos & pastores tuos: quia fratres nos sumus: ibiq; elegit sibi Loth regionem iorda- nis: & eleuauit Loth ab oriente: & discesserunt unusquisq; a fratre suo. Et certe Loth non est frater Abrahæ: sed filius fratris eius Arā. Thara q̄ppe gēuit Abrahā & Nachor & Arā & Arā genuit Loth. Et rursū: Abrahā aut erat ānoꝝ. lxxv. cum exiret de carra. Et sumpsit Abraham Saram uxore suam: & Loth filiū fratris sui. Quod si adhuc dubitas fratrem fratris filium nuncupari: accipe exemplum. Cum autem audisset Abraham: quia cap- tiuus ductus est Loth frater suus: numerauit uernaculas suos trecentos decem & octo. Et cum cædem noctur- ni impetus descripsisset: adiecit & reduxit omnem equitatum sodomorū: & Loth fratrem suum reuocauit. Suf- ficiebant hæc ad ea quæ diximus approbanda. Sed ne in aliqua cauilleris: & te quasi lubricus anguis euoluas: testimoniōꝝ stringendus es uinculis: ne querulus sibilis: & dicas te magis argumentationibus tortuosus q̄ scri- pturæ: ueritate superatum: Iacob Isaac filius ac Rebecca cum fratris insidias metuens mesopotamiam pere- pturæ: ueritate superatum: Iacob Isaac filius ac Rebecca cum fratris insidias metuens mesopotamiam pere- xisset: accessit & deuoluit lapidem ab ore putei: & aduocauit oues Laban fratris matris suæ. Et osculatus est Iacobi Rachel: & exclamans uoce sua plorauit: & indicauit Rachel quia frater est patris eius: & quia filius Re- beccæ est. Ecce & hic eadem lege qua frater sororis filius appellatur. Et iterum. Dixit autem Laban ad Iacob: Quoniam frater meus es: non seruiet mihi gratis. Dic mihi quæ sit merces tua. Expletis itaq; xx. annis cum ignorante socero uxoribus filiisq; comitatus reuerteretur ad patriam: consecutus est eum Laban in monte ga- laad. Et cū idola quæ Rachel occultabat quæ sita non inuenisset in sarcinis: respondit Iacob: & dixit ad Laban.

Maior de duobus dicitur Minor

Petrus Simon Cephas Iudas Iacobus Zelotes

constat. q̄ si sumus nō traho.

Fratres quatuor matris dicitur

Anathema atq; anathema sunt frater & frater est in apud septuaginta & ceteris lo- quuntur anathema: fratres

testimoniōꝝ uinculis stringendus es.

Quare culpa mea est: & quod delictum meum: quod persecutus es me: & quare scrutatus es omnia uasa mea: Quid inuenisti de omnibus rebus tuis: Pone hic in conspectu fratrum tuorum: & fratrum meorum: & redarguent inter nos duos. Responde qui sint isti fratres Iacob & Laban: qui tunc fuerant in presenti. Esau certe frater Iacob absens erat: & Laban filius Bathuel fratres excepta sorore Rebecca non habuit. Innumerabilia sunt istiusmodi libris inserta diuinis. Sed ne longum faciam: ad extremam diuisionis partem reuertar. i. & affectum fratres dici: qui in duo scinditur. in spiritale & in comune. In spiritale: quia omnes christiani fratres uocantur: ut ibi Ecce quod bonum & quod iocundum habitare fratres in unum. Et in alio psalmo saluator: Narrabo inquit nomen tuum fratribus meis. Et alibi: Vade dic fratribus meis. Porro in comune: quia omnes homines in comune ex uno patre nati pari germanitatis coniungimur. Dicite ait his qui oderunt uos: fratres nostri estis. Et apostolus ad Corinthios: Siquis frater nominatur fornicator: aut auarus: aut idolis seruicus: aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere: & cetera his similia. Interrogo nunc iuxta quem modum fratres domini in euangelio intelligas appellari: iuxta naturam. Sed scriptura non dicit: nec Mariam eos uocans filios & Ioseph iuxta gentem. Sed absurdum est ut pauci ex iudeis uocati sint fratres: cum omnes qui ibi erant hac lege iudei fratres potuerunt appellari: iuxta affectum humani iuris ac spiritus. Verum si sic quod magis fratres quam apostoli quos docebat intrinsecus: quos matres uocabat & fratres. Aut si omnes quia homines fratres stultum fuit nunciari quasi proprium: ecce fratres tui querentes te: cum generaliter omnes homines hoc iure sint fratres. Restat igitur ut iuxta superiorum expositionem fratres eos intelligas appellatos cognatione: non affectu: non gentis priuilegio: non natura. Quomodo Loth Abraham: quomodo Iacob Laban est appellatus frater: quomodo & filia Saphaad accipiunt de se inter fratres suos: quomodo & Abraham ipse Sara sororem suam habuit uxorem. Etenim ait. Vere soror mea est de patre: sed non de matre: id est fratris est filia non sororis. Alioquin quale est ut Abraham uir iustus patris sui filiam coniugem sumpserit: cum in primis hominibus propter aurium sanctitatem id ipsum scriptura non nominet male intelligi quod profertur: & deus lege postea sanciat & minet: qui acceperit sororem suam de patre suo uel de matre sua: & uiderit turpitudinem eius. & in ipsa uiderit turpitudinem illius: obprobrium est: exterminabuntur coram filiis generis sui: turpitudinem sororis suae detexit: peccatum suum accipient. Imperitissime hominum ista non legeras & toto scripturarum pelago derelicto ad iniuriam uirginis tuam rabiem contulisti: exemplum eius quod fabula ferunt: cum uulgo esset ignotus & nihil boni posset facinoris excogitare: quo nobilis fieret Diana incendisse templum: & nullo prodente sacrilegium fertur ipse in medium processisse clamitans sese incendium subiecisse: sciscitantibus ephesi principibus quam ob causam hoc facere uoluisset: respondisse ut quia bene non poterat: omnibus male innotescere. Et hoc quidem graeca narrat historia. Tu uero templum dominici corporis succendisti: tu contaminasti sanctuarium spiritus sancti: ex quo uis quadrigam fratrum & sororum processisse congerere. Denique cum iudeis uoce sociata dicis: Nonne hic est fabri filius: Nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius Iacobus & Ioannes & Simon & Iudas: & sorores eius omnes apud nos sunt: Omnes nisi de turba non dicitur. quis te oro ante hanc blasphemiam nouerat: quis diuino supputabat: Consecutus est quod uolebas: nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui contra te scribo: cum in eadem urbe tecum consistam: quare balbutis & erubescis: albus ut aiunt ater ueris nescio. Praetermitto uicia sermonis: quibus omnis liber tuus scatet. Taceo ridiculum exordium. O tempora: o mores. Non quero eloquentiam: quam ipse non habens in fratre Craterio requisisti. Non in quam flagito linguam nitorem: animam quero pietatem. Apud christianos autem sollicitissimus est magnus & uitium turpe quid uel narrare uel facere. Ad calcem uenio: & te cornuta interrogatio concludo. sicque tecum agam: quasi superius nihil egerim. eodemque modo dictos esse fratres domini: quo Ioseph dictus est pater. Ego inquit & pater tuus dolentes querebamus te. Mater haec loquitur: non iudei & ipse euangelista referens: Et erant pater & mater illius admirantes super his quae dicebantur de eo & his similia quae iam enumerauimus: in quibus parentes uocabantur. Ac ne forte de exemplariorum ueritate causeris: quia tibi stultissime persuasisti graecos codices esse falsatos: ad Ioannis euangelium uenio: in quo plenissime scribitur: Inuenit Philippus Nathanael. & ait illi: Quem scripsit Moyses in lege: & propheta: Inuenimus Iesum filium Ioseph a nazareth. Certe hoc in tuo codice continetur. Responde mihi quomodo Iesus sit filius Ioseph: quem constat de spiritu sancto esse procreatum. Vere Ioseph pater fuit: quis sic hebes dicere non audebis. An putabatur: Eodem modo attestentur & fratres: quo attestatus est & pater. Sed quoniam iam e cautibus et confragosis locis enauigauit oratio: pandenda sunt uela: et in epilogos illius irruendum: in quibus sciolus sibi uisus Tertullianum in testimonium uocat: et Victorini pictauiensis episcopi uerba proponit. Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico quam ecclesiae hominem non fuisse. De Victorino uero id assero: quod et de euangelistis fratres eum dixisse domini non filios Mariae. Fratres autem eo sensu quem superius exposuimus propinquitate: non natura. Verum nugas terimus: et forte ueritatis omisso: opinionum riuulos conlectamur. Nunquid non possum tibi totam ueteris scripturae gratiam commouere: Egnatium: Polycarpum: Hirenatum: Iustinum martyres: multosque alios apostolicos & eloquentes uiros: qui aduersus Hebionem et Theodotum byzantium: Valentinum haec eadem sentientes plena sapientiae uolumina conscripserunt: quae si legisses aliquando plus sciret. Sed melius puto breuiter ad singula respondere: quam diutius imorando uolumen extendere. In illud nunc impetum facio in quo tu uirginitatem & nuptias comparando: disertus esse uoluisti. Risimus in te proverbum: camelum uidimus saltitantem. Dicis: Nunquid meliores sunt uirgines Abraham Isaac & Iacob: qui habuere coniugia: Nunquid non quotidie dei manibus paruuli finguntur in uentribus: ut merito erubescere debeamus Mariam nupsisse post partum: Quod si hoc illis turpe uideatur: superest ut non credant etiam deum per genitalia uirginis natum. Turpius est enim iuxta eos deum per uirginis pudenda genitum: quam uirginem suo uiro nupsisse post partum. Junge si libet & alias naturae contumelias nouem mensibus uterum insolecete: fastidia: partum sanguinem: panos. Ipse tibi describat infans tegmine membranae solito conuolutus

Faci spirituales

Abraham filia in uxore dicitur

Erasmus sceleris nobilitas

Quaeritur frater

Omnes de multis dicitur

Quis te diuino supputabat

Albus uterque sis nescio

Cornuta interrogatio

Parabola sunt uela

Stedus Heluandus

Tertullianus

Camelum uideo saltitantem

*Membranae plura dicitur
Serrate a medicina
Serrate quae sunt
et infans in uero*

De virginibus b. Maria

conuolutus. Ingerantur dura presepia: uagitus paruuli: octauæ dici circuncisio: tempus purgationis: ut probe
 tur imundus. Non crubescimus: nō silemus. Quanto sunt humiliora quæ pro me passus est: tanto plus illi de
 beo. Et cum oia replicaueris: cruce nihil contumeliosius proferes: quā profitemur & credimus: & in qua de ho-
 stibus triūphamus. Sed ut hæc quæ scripta sunt non negamus: ita ea quæ nō sunt scripta renuimus. Natū deū
 esse de uirgine credimus: quia legimus: Mariā nupsisse post partum non credimus: quia non legimus. Nec hoc
 ideo dicimus: quo nuptias cōdēnemus (ipsa quidē uirginitas fructus est nuptiarū) sed quod nobis de sanctis
 uiris temere æstimare nihil liceat. Possumus enim hac æstimationis possibilitate cōcedere plures quoq; uxores
 habuisse Ioseph: quia plures habuerit Abrahā: plures habuerit Iacob: & de his esse uxoribus fratres domini: qd'
 pleriq; nō tam pia q̄ audaci temeritate confingūt. Tu dicis Mariā uirginē nō permāsisse. ego mihi plus uēdico
 etiam ipsū Ioseph uirginē fuisse per Mariā: ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. Si enim in uirū san-
 ctū fornicatio non cadit: & aliā eū uxore habuisse nō scribit: Mariæ autē quā putatus est habuisse: custos potius
 fuit q̄ maritus: Relinquitur uirginem eū māsisse cū Maria: qui pater domini meruit appellari: & quia de cōpa-
 ratione uirginitatis & nuptiarum sū aliqua dicturus: obsecro lecturos: ne me putent nuptiis detraxisse in uirgi-
 num laude: & aliquā fecisse distantia: inter sanctos ueteris testamēti & noui. i. inter eos qui habuere cōiugia: &
 hos qui a cōplexu mulierū penitus recesserunt. Verū pro conditiōe tēporū alia eos tunc subiactū sentētia: &
 alia nos: in quos fines sæculorū decurrerūt. Quādiu lex illa permāsit: Crescite & multiplicamini & replete ter-
 ra: & maledicta sterilis quæ nō parit semen in israel: nubebant oēs: & nubebant: & derelictis parētibus siebant
 una caro. Quādo uero uox illa per tonuit: Tēpus breuiatū est: reliquū est: ut qui habēt uxores sic sint quasi nō
 habentes: adherentes domino unus cū eo efficiuntur spiritus & quare: quia sine uxore est: & cogitat ea quæ dei
 sunt quomō placeat deo. Qui autē cū uxore est: sollicitus est quæ sūt huius mundi: quomō placeat uxori. Et di-
 uisa est mulier: & uirgo quæ non est nupta: cogitat quæ sunt dei: ut sit sancta corpore & spiritu. Nā quæ nupta
 est: cogitat quæ sunt mundi: quomodo placeat uiro. Quid oblatras: Quid repugnas: Vas electionis hæc lo-
 quitur: Diuisa est dicens mulier & uirgo. Vide quantæ felicitatis sit quæ & nomen sexus amiserit uirgo: iā mu-
 lier non uocatur. Quæ nō est nupta cogitat quæ sunt domini: ut sit sancta corpore & spiritu. Virginis diffini-
 tio sanctam esse corpore & spiritu. quia nihil profit carnem habere uirginem: si mente quis nupsit. Quæ ue-
 ro nupta est cogitat quæ sunt mundi: quomodo placat uiro. Idem tu putas esse diebus & noctibus uacare ora-
 tioni: uacare ieiuniis. & ad aduentum mariti expolire faciē: gressum frangere: simulare blanditias. Illa hoc agit
 ut turpior appareat: & naturæ bonū infuset iniuria. Hæc ad speculum pingitur: & in contumeliam artificis co-
 natur pulchrior esse q̄ nata est. Inde infantes garrunt: familia per strepit: liberi ab osculis & ab ore dependent:
 cōputantur sumptus: impendia preparantur. hinc cocos: accincta manus carnes terit: hinc textricū turba com-
 murmurat. nunciatur interim uir uenisse cum sociis. Illa ad hirundinis modū lustrat uniuersa penetralia: si tho-
 rus rigeat: si pauimenta uerterint: si ordinata sint pocula: si prandiū preparatum. Responde quæso iter ista ubi
 sit dei cogitatio: & hæc felices domus. Cæterę ubi tympana sonant: tibia clamat: lyra garrit: cymbalū concre-
 pat: quis ibi dei timor? Parasitus in contumeliis gloriatur: ingrediūtur expositæ libidinum uictimæ. & tenuita-
 te ueluti nudæ impudicis oculis ingeruntur. His in foelix uxor aut lætatur aut perit: aut si tristatur offendit ma-
 ritus & hinc iurgia concitantur: hinc discordia seminariū repudiū: Aut si aliqua inuenitur domus: in qua ista
 non fiant: quæ tamen rara est: ipsa dispensatio domus: liberorū educatio: necessitates mariti: correctio seruulo-
 rū: quæ a dei cogitatione non auocent. Defecerunt inquit scriptura Saræ muliebria: post quod dicitur ad Abra-
 ham: Omnia quæcūq; dicit tibi Sara audi uocem eius: quæ non est in partus anxietatibus & dolore: quæ defi-
 cientibus mēstrui cruoris officiis mulier esse desistit: a dei maledictione fit libera. nec est ad uirū cōuersio eius:
 sed e contrario uir subiicitur ei: & domini uoce precipitur: Oia quæcūq; tibi dicit Sara audi uocem eius: & sic i-
 cipiunt uacare orationi: quia q̄diu in coniugio debitum soluitur: orandi preteritur instantia. Non negamus ui-
 duas: non negamus maritatas sanctas mulieres inueniri: sed quæ uxores esse desierint: quæ i ipsa necessitate cō-
 iugii imitantur uirginum castitatem. Hoc est quod apostolus breuiter Christo in se loquente testatus est: nup-
 ta cogitat quæ sunt mundi: quomodo placeat uiro: nobis super hoc campū intelligentiæ dereliquens. Neq; ta-
 men alicui necessitatē imponit aut laqueum: sed id quod honestum est suadet: uolens omnes esse sicut seipsum
 & q̄q; de uirginitate domini preceptum non habeat: quia ultra hoies est: & quodāmodo ipudentis erat aduer-
 sum naturam cogere: alioq; modo dicere: Volo uos esse quod angeli sunt: Vnde & uirgo maioris est meriti: dū
 id contennit: quod si fecerit non delinquit: nihilominus in coherentibus infert: Consiliū autem do tanq̄ miseri-
 cordiam consecutus a domino: ut sum fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem:
 quia bonum est homini sic esse. Quæ est ista necessitas? Ve pregnantibus & nutrientibus in illa die. Ideo silua
 succrescit: ut postea recidatur. Ideo ager seritur ut metatur. Jam plenus est orbis: nos non capit: quotidie bella
 secant: morbi subtrahunt: naufragia absorbent & nihilominus de terminis litigamus. De hoc numero sunt illi
 qui agnum sequuntur: qui uestimenta sua non coinquinauerunt. uirgines enim permanserunt. Obserua quid
 significet coinquinauerunt: Ego non audeo exponere. ne heluidius calūnietur. Quod autem ais quosdam esse
 se uirgines tabernarias: ego tibi plus dico esse in his & adulteras: & quod magis mireris clericos esse caupones:
 & monachos impudicos. Sed quis non statim intelligat: nec tabernariam uirginem: nec adulterum monachū:
 nec clericum posse esse cauponem? Nunquid uirginitas est culpa? Sed simulator uirginitatis in crimine est.
 Ego certe ut aliis personis pretermissis ad uirginem ueniā: quæ institorias exercet artes: nescio an corpore qd'
 scio spiritu uirgo non permanet. Rhetoricati sumus: & i morem declamatorū paululum lusimus. Tu nos Hel-
 c ii .xlii.

*Ioseph uirgo custos Mariæ
potius q̄ maritus.*

Virginis diffinitio

Molestie nuptiarum

*Discordia seminariū repudiū
Heresuatores*

Campus intelligentiæ

Tabernaria uirgo

Institories artes

Rhetoricati sumus

uidi coegisti: qui iam euangelio coruscante eiusdem uis esse gloriae uirgines & maritatas. Et quia arbitror te ueritate superatum ad detractionem uitae meae & ad maledicta conuerti (solent enim hoc & mulierculae facere: quae uictoribus dominis male optant in angulis) illud dico preueniens gloriae mihi fore tua conuicia: cum eodem quo Mariae detraxisti ore me laceres: & caninam facundiam seruus domini pariter experiatur & mater.

Argumentum sequentis Libelli excerptum ex Gennadio de uiris illustribus.

Vigilantius presbyter natione Gallus hispaniae barcelonensis ecclesiam parochiam tenuit. Scripsit & ipse quidem zelo religionis: aliqua, sed uictus studio humanae laudis: & presumens supra uires suas: homo lingua politus: non sensu scripturae exercitatus: exposuit prauo ingenio secundam Danielis uisionem: factorum quoque reliquias minime uenerandas: uigilias non custodiendas: & alia locutus est friuola: quae in catalogo haereticorum necessario exponuntur.

Beati Hieronymi Presbyteri in Vigilantium haereticum.

Multa in orbe monstra generata sunt: Centauros & sirenas: ululas & onocrotalos in Esaiam legimus. Iob Leviathan & Behemoth mystico sermone describit. cerberus & symphalidas apertum erimantium & leonem nemurum: chimeram atque hydram multorum capitum narrant fabulae poetarum. Cacum describit Virgilius, triformem geryonem hispaniae perdidit. Sola Gallia monstra non habuit: sed uiris semper fortibus & eloquentissimis abundauit. Exortus est subito Vigilantius seu uerius dormitatus: qui in mundo spiritu pugnet contra Christi spiritum & martyrum neget sepulchra ueneranda danandas dicat esse uigilias: nunquam nisi in pascha alleluia cantandum continentiam haeresim: pudicitiam libidinis seminari. Et quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur: sic & in isto Iouiniani mens praua surrexit: ut & in illo & in hoc diaboli respondere cogamur insidiis, cui iure dicitur. Semen pessimum para filios tuos occisioni peccati patris tui. Ille romanae ecclesiae auctoritate danatus inter phasides aues & carnes suillas non tam emisit spiritum quam eructa uit. Iste caupo callaguritanus & in peruersum propter nomen uituli mutus Quintilianus miscet aquam uino: & de artificio pristino suae uenena perfidiae catholicae fidei sociare conatur: impugnare uirginitatem: odisse pudicitiam: in conuiuio saecularium contra sanctorum ieiunia proclamare: dum inter phialas philosophatur: & ad placet liguriens: psalmodiae modulatione mulcet: ut tantum inter epulas Dauid & Idithim & Asaph & filiorum Chore cantica audire dignetur. Haec dolentis magis effudi animo quam ridens: dum me cohibere non possum: & iniuriam apostolorum ac martyrum surda nequeo aure transire. Proh nefas episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen episcopi nominandi sunt: qui non ordinant diaconos: nisi prius uxores duxerint: nulli caelibus credentes pudicitiam: imo ostendentes quam sancte uiuant: qui male de omnibus suspicantur: & nisi pregnantes uxores uiderint clericorum: infantemque de uenis matrum uagientes: Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientis ecclesiae: quid aegypti & sedis apostolicae: quae aut uirgines clericos accipiunt: aut continentes: aut si uxores habuerint: mariti esse desistunt: Hoc docuit dormitatus: libidini frena permittens: & naturale carnis ardorem qui in adolescentia plerumque feruescit suis hortatibus duplicans: imo extinguens coitu foeminae: ut nihil sit: quo distemus a porcis: quo differamus a brutis animantibus: quo ab equis: de quibus scriptum est: Equi insanientes in foeminas facti sunt mihi: unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat. Hoc est quod loquitur per Dauid spiritus sanctus: Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. Et rursum de dormitatio & sociis eius: In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Sed iam tempus est: ut ipsius uerba ponentes ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest: ut rursum malignus interpres dicat fictam a me materiam. cui rhetorica declamatione respondeam: sicut illa quam scripsi ad Galliam: matri & filiae inter se discordantibus. Auctores sunt huius dictatiuulae meae sancti presbyteri Riparius & Desiderius: qui parochias suas uicinia istius scribunt esse maculatas. miseruntque libros per fratrem Sisinnium: quos inter crapulam stertens euomit: & asserunt repertos esse nonnullos: qui fauentes uitii suis: illius blasphemias acquiescant. Est quidem imperitus: & uerbis & scientia & sermone inconditus: nec uera quidem potest defendere. Sed propter homines saeculi & mulierculas oneratas peccatis: semper discentes: & nunquam ad scientiam peruenientes: una locubratiuula illius ueniis respondebo: ne sanctorum uirorum qui ut haec facerem: me deprecati sunt: uidear litteras respuisse. Nimirum respondet generi suo: ut qui de latronum & conuenarum natus est semine: quos consul Pompeius edomita hispania: & ad triumphum redire festinans: de pirenaei iugis deposuit: & in unum oppidum congregauit unde & conuenarum urbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur contra ecclesiam dei: & de Teutonibus aruis celtiberisque descendens incurset Galliarum ecclesias: portetque nequaquam uexillum Christi: sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius etiam in orientis partibus: ut Cilicibus & Isauris pyratibusque superatis: sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet ciuitatem. Sed haec urbs hodie seruat scita maiorum: & nullus in ea ortus est dormitatus. Galliae uernaculum hostem sustinent: & hominem moti capitis: atque Hippocratis uinculis alligandum: sedentem cernunt in ecclesia: & inter caetera uerba blasphemiae: ista quoque dicentem: Quid necesse est te tanto honore non solum honorare: sed etiam adorare illud nescio quid: quod in modico uasculo transferendo colis? Et rursum in eodem libro. Quid puluerem linthamine circumdatum adorando oscularis? Et in consequentibus prope ritum gentiliu uidemus sub pretexto religionis introductum in ecclesiis sole adhuc fulgere: moles caereorum accendi: & ubicumque puluisculum nescio quid in modico uasculo precioso linthamine circumdatum osculantes adorant. Magnum honorem prebent huiusmodi homines beatissimos martyribus: quos putant de uilissimis caereolis illustrandos: quos agnus qui est in medio throni cum omni fulgore maiestatis suae illustrat. Quis enim o insanum caput aliquando martyres adorauit? quis hominem putauit deum? none Paulus & Barnabas: cum

Ab Insuper uirgines. laudes

Comuna

nabas: cum a Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur: & eis uellent hostias immolare: sciderunt uestimenta sua & se homines esse dixerunt: non quod meliores non essent olim mortuis hominibus Ioue atque Mercurio: sed quod sub gentilitatis errore honor eis deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus: qui Cornelium se adorare cupientem: manu subleuauit: & dixit: Surge, nam & ego homo sum. Et audes dicere illud nescio quid quod in modico uasculo transferendo colis: Quid est illud nescio quid: scire desidero: Expone manifestius: ut tota libertate blasphemus puluisculum nescio quid in modico uasculo precioso lintheamine circumdatum. Dolet martyrum reliquias precioso operiri uelamine: & non uel pannis uel cilicio colligari: uel proici in sterquilinum: ut solus Vigilantius hebraeus & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando apostolorum basilicas ingredimur: Sacrilegus fuit Constantinus imperator: qui sanctas reliquias: Andreæ, Lucae & Timothei transtulit constantinopolim: apud quas demones rugiunt: & habitatores Vigilantii illorum se sentire presentiam confitentur: Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius: qui ossa beati Samuelis longo post tempore de iudæa transtulit thraciã. Omnes episcopi non solum sacrilegi sed & fatui iudicandi: qui rem uilissimã & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt: Stulti omnium ecclesiarum populi: qui occurrerunt sanctis reliquiis: & tanta lætitia sunt iocundati: quasi presentem uiuentemque prophetam cernerent: atque susciperent ut de Palæstina usque ad chaldæam iungerent populorum examina: & in Christi laude una uoce resonarent: Videlicet adorabant Samuelē & non Christum: cuius Samuel & leuita & prophetes fuit: Mortuum suspicaris: & iccirco blasphemus. Lege euangelium. Deus Abraham, deus Isaac: deus Iacob: non est deus mortuorum: sed uiuorum. Si ergo uiuunt: honesto iuxta te carcere non claudunt. Ais enim uel in sinu Abraham: uel in loco refrigerii: uel sub ter aram dei ante apostolorum & martyrum condidisse: nec posse de suis tumulis & ubi uoluerint adesse presentes. Senatoria uidelicet dignitas sunt: & non inter homicidas terribilissimo carcere: sed in libera honestaque custodia in fortunatorum insulis & in cæcis egyptiis recludantur. Tu deo leges pones: Tu apostolis uincula iniicies: ut usque ad diem iudicii teneantur custodia: nec sint cum domino suos de quibus scriptum est. Sequitur agnum quocumque uadit. Si agnus ubique: ergo & hi qui cum agno sunt ubique esse credendi sunt: Et cum diabolus & demones toto uagentur in orbe: & celeritate nimia ubique presentes sint: martyres post effusionem sanguinis sui ara operientur inclusi: & inde exire non poterunt. Dicis in libello tuo: quod dum uiuimus: mutuo pro nobis orare possumus. postquam autem mortui fuerimus nullius sit pro alio exaudienda oratio. presertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quierint. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris: quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas uictorias & triumphos. Unus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat a deo ueniam: & Stephanus imitator domini sui: & primus martyr in Christo: pro persecutoribus ueniam deprecatur: & postquam cum Christo esse coeperint: minus ualebunt. Paulus apostolus ducenta septuaginta sex sibi dicit in nauis animas condonatas & postquam resolutus esse coeperit cum Christo: tunc ora clausurus est: & pro his qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt: mutire non poterit. Meliorque erit Vigilantius canis uiuus: quam ille leo mortuus. Recte hoc de ecclesiaste proponere: si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti non appellantur mortui: sed dormientes. Unde & Lazarus qui resurrecturus erat dormisse prohibetur: & apostolus uetat thessalonicenses de dormientibus contristari. Tu uigilans dormis: & dormiens scribis: & proponis mihi librum apocryphum: qui sub nomine Esdræ a te & similibus tui legitur: ubi scriptum est: quod post mortem nullus pro aliis audeat deprecari: quem ego librum nunquam legi. Quid enim necesse est in manus sumere: quod ecclesia non recipit: Nisi forte balsamum mihi & barbellum & thesaurum Manichæi: & ridiculum nomen Leusiboræ proferas: & quia ad radices pyrenæi habitas: uicinusque es Hiberiæ Basilidis antiquissimi hæretici & iperitiæ scientiæ: incredibilia portenta persequeris: & proponis quod totius orbis auctoritate dannat. Nam in comentiolo tuo: quasi pro te faciens de Salomone sumis testimoniū: quod Salomon omnino non scripsit: ut qui habes alterum Esdræ: habeas & Salomonem alterum: & si tibi placuerit: legito fictas reuelationes omnium patriarcharum & prophetarum: & cum illas didiceris inter mulierum textrinas cætato: imo legendas propone in tabernis tuis: ut facilius per has uenias uulgus indoctum prouoces ad bibendum. Cæceos autem non clara luce accendimus: sicut frustra caluniaris sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus: & uigilemus ad lumen: ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum: uel certe religiosarum sceminarum: de quibus uere possumus dicere: confiteor zelum dei habent: sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis? Causabantur quondam & apostoli: quod periret unguentum sed domini uoce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento: nec martyres lumine cæcorum: & tamen illa mulier in honore christi hoc fecit: deuotioque mentis eius recipitur. Et quicumque accendunt cæceos secundum fidem suam habent mercedem: dicente apostolo: unusquisque in suo sensu abundat. Idolatras appellas huiusmodi homines: Non diffiteor omnes nos qui in christo credimus: de idolatriæ errore uenisse: Non enim nascimur: sed renascimur christiani. Et quia quondam colebamus idola: nunc deum colere non debemus: ne simili eum uideamur cum idolis honore uenerari. Illud fiebat idolis: & iccirco detestandum est. hoc fit martyribus: & iccirco recipiendum est. Nam & absque martyrum reliquiis: per totas orientis ecclesias quando legendum est euangelium: accedunt lumina iam sole rutilante: non utique ad fugandas tenebras: sed ad signum lætitiæ demonstrandum: Unde et uirgines ille euangelicæ semper habent accensas lampades suas. Et ad apostolos dicitur. Sint lumbi uiri præcincti: et lucernæ ardentes in manibus uestris. Et de Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens et lucens: ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur: de qua in psalterio legimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine: et lumen semitis meis. Male facit ergo romanus episcopus: quod super mortuorum hominum Petri et Pauli secundum nos ossa ueneranda: secundum te uile puluisculum offert domino sacrificia: et tumulos eorum christi arbitrat altaria: Et non

solum unius urbis: sed totius orbis errant episcopi: qui cauponē Vigilantiū cōtēnentes: ingrediuntur Basilicas mortuorū: i quibus puluis uilissimus & fauilla nescio quæ iacet lintheamic colligata: ut polluta oīa polluat: & quasi sepulchra pharisaica foris dealbata sint: cū intus imūdo cinere iuxta te imunde oīa oleāt atq; sordeāt: Et post hæc de barathro pectoris tui cœnosā spurcitiā euomens audes dicere. Ergo cineres suos amant aiæ martyꝝ: & circūuolant eos: sempq; presētes sūt: ne forte si aliquis peccator aduenerit: absentes audire nō possint. O portentū in terras ultimas deportandū. Rides de reliquiis martyꝝ: & cū auctore huius hærescos Eunomio: ecclesiis christi calūniā struis: nec tali societate terreris: ut eadē cōtra nos loqueris: quæ ille cōtra ecclesiā loquitur. Oēs enī sectatores eius basilicas apostolorū & martyꝝ nō ingrediūtur: ut scilicet mortuū adorent Eunomiū: cuius libros maioris auctoritatis arbitrant q̄ euāgelia: & in ipso credūt esse lumen ueritatis: sicut aliæ hæreses paraclitum in Montanū uenisse contēdūt & Manichæū ipsū dicunt esse paraclitū. Scribit aduersū hæresim tuā: quæ olim erupit aduersū ecclesiā ne & in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris: Tertullianus uir eruditissimus i-
Tertullianus
signe uolumen qd' scorpia cū uocat rectissimo nomine: quia arcuato uulnere in ecclesiæ corpus uenena diffudit: quæ olim appellabatur caicia hæresis & multo tēpore dormiens uel sepulta: nunc a dormitatio suscitata est miror q; nō dicas nequaquā perpetranda martyria: deū enī qui sāguinē hircoꝝ taurorūq; non querat: multo magis hominū nō requirere. Quod cū dixeris: imo & si nō dixeris ita habebis quasi dixeris. Qui enī reliquias martyꝝ asseris calcandas esse: phibes sanguinē fūdi: qui nullo honore dignus est: De uigiliis & pnoctatiōibus in basilicis martyꝝ sæpe celebrādis i altera epistola quā ferme ante biēniū sancto ripario presbytero scripserā respōdi breuiter. Quod si ideo eas æstimas respūdas: ne sæpe uideamur pascha celebrare: & nō solennes post annū exercere uigilias: ergo & die dominico nō sūt Christo offerēda sacrificia: ne resurrectionis domini crebro pascha celebremus: & icipiamus nō unū pascha habere: sed plurima. Error autē & culpa iuuenū uilissimarūq; mulierū: qui p noctē sæpe deprehendit: nō est religiosus hoibus iputandus: quia & uigiliis paschæ tale quid fieri plarūq; cōuincitur: & tamē paucorū culpa nō preiudicat religioni: qui & absq; uigiliis presēte errare uel i suis uel i alienis domibus. Apostolorū fidē Iudæ perditio nō destruxit. Et n̄as ergo uigilias malæ aliorū uigilia nō destruent: quin potius pudicitia uigilare cogant: qui libidini dormiunt. Quod enī semel fecisse bonū est: non potest malū esse si frequenter fiat aut si aliqua culpa uitāda est. nō ex eo q; sæpe: sed ex eo quod fit aliquando: culpabile est. nō uigilemus itaq; diebus paschæ: ne expectata diu adulterorū desideria cōpleantur: ne occasione peccandi uxor inueniat: ne maritali nō possit recludi clauē. Ardentius appetitur quicquid est rarius. Nō possū uniuersa percurrere: quæ sanctorū presbyterorū litteræ cōprehendūt. de libellis illius aliquid proferā. Argumētatur cōtra signa atq; uirtutes: quæ in basilicis martyꝝ fiunt. & dicit eas incredulis prodesse: nō credentibus: q̄. si nūc hoc querat quibus fiant: & nō qua uirtute fiāt. Esto ergo signa sint infidelium: qui quoniā sermoni & doctrinæ credere noluerūt: signis adducant ad fidē: & dominus incredulis signa faciebat: & tamē nō iccirco domini sigillāda sūt signa. quia illi infideles erāt. Sed maiori admiratiōi erunt: quia tantæ fuere potentia: ut etiā mētes durissimas edomarent: & ad fidē cogerēt. Itaq; nolo mihi dicas signa infidelium sūt: sed responde quomō i uilissimo puluere & fauilla nescio quā: tāta sit signorū uirtutūq; presentia. Sētio sētio infœlecissimæ mortaliū qd' doleas: quid timeas. Spiritus iste imūdus qui hæc te cogit scriberē: sæpe hoc uilissimo tortus est puluere: imo hodieq; torquetur: & qui in te plagas dissimulat: in cæteris confitē. Nisi forte in morē gentiliū ipiorum: Porphyrii & Eunomii. has prestigias dæmonū esse cōsingas: & nō uere clamare dæmones: sed sua simulare tormenta. Do consiliū. Ingredere Basilicas martyꝝ & aliquando purgaberis. inuenies ibi multos socios tuos: & nequaquā cæreis martyꝝ qui tibi displicent: sed flāmis inuisibilibus cobureris: & tūc fateberis quod nūc negas: & tuū nomen qui in Vigilantiō loqueris: libere proclamabis te esse aut Mercuriū propter nūmorū cupiditatē: aut Nocturnū iuxta Plauti Amphitriōnē: quo dormiente in Alcmenæ adulterio: duas noctes Iupiter copulauit ut magnæ fortitudinis Hercules nasceret: aut certe liberū patrē pro ebrietate & cantharo ex humeris: depēdētē: & se per rubente facie: & spumantibus labiis effrenatisq; conuitiis. Vnde & in hac prouincia cū subitus terremotus noctis medio oēs de sono excitasset: tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas: & referebas nobis Adā & Euā de paradiso eiectos sic orasse. & illi quidē apertis oculis erubuerunt: nudos se esse cernentes: & uerenda texerunt arborū foliis: tu & tunica & fide nudus: subitoq; timore perterritus: & aliquid habens nocturnarū crapularū sanctorū oculis obscenam partē corporis ingerebas: ut tuā indicares prudentiā. Tales habet aduersarios ecclesia. Hi duces contra martyꝝ sanguinem dimicant. huiusmodi oratores contra apostolos pertonant. immo tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos. Ego confiteor timorē meū: ne forsitan de superstitione descendat. Quando iratus fuero: et aliquid mali in meo aīo cogitauero: et me nocturnū fantasma deluserit: Basilicas martyꝝ intrare non audebo: ita totus: et corpore et aīo pertremisco. Rideas forsitan et mulierularū deliramenta subfannes. Non erubescō earū fidem: quæ primæ uiderunt dominū resurgentē: quæ mittuntur ad apostolos: quæ in mīe domini Saluatoris sanctis apostolis cōmendant. Tu ructato cū sæculi hoibus. ego ieiunabo cū scemīs: imo cū religiosis uiris: q; pudicitia uultu preferūt: et pallida iugū cōtinētia orantētes Christi ostēdūt uerecundiā. Videris mihi dolere et aliud: ne si inoluerit apud Gallos cōtinētia et sobrietas atq; ieiuniū: tabernæ tuæ lucra non habeant: et uigilias diaboli ac temulenta conuiuia tota nocte exercere non possis. Præterea iisdem ad me relatum est epistolis: q; contra auctoritatem apostoli Pauli: immo Petri: Ioannis: et Iacobi: qui dextrā dederunt Paulo et Barnabæ cōmunicationis et preceperunt eis: ut pauperum memores essent: tu prohibeas Hierosolimam in usus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. Videlicet si ad hoc respondero: statim latrabis meam me causam agere: qui tanta cūctos largirate donasti: ut nisi uenisses Hierosolimā

posant
pro

177

et
cō
uitam
ta cogit
nate ab
nia apert
Q uod d
lucra de
fuerim
mubere
Quasi Hier
dicit
Crep
gustam
Dama

Hierosolyma: & tuas uel p̄onos tuorū pecunias effudisses: oēs periclitaremur fame. Ego hoc loquor: qd' beatus apostolus Paulus in cunctis pene epistolis suis loquitur: & precipit in ecclesiis gentiū per unā sabbati: hoc est in die dominico oēs cōferre debere. quā Hierosolymā in sanctorū solatia dirigant: & uel p̄ discipulos suos: uel quos ipsi pbauerint: & si dignum fuerit: ipse aut dirigat: aut perferat qd' collectum est. In actibus apostolorū loquens ad Felicē presidē: post annos ait plures elemosynas facturū in gentē meā ueni Hierosolymam: & oblationes & uota: in quibus inuenerunt me purificatū in tēplo. Nunquid in alia parte terrarum & iis ecclesiis quas nascentes fide sua erudiebat: quā ab aliis acceperat: diuidere nō poterat. Sed factis pauperibus dare cupiebat: qui suas pro christo facultatulas relinquentes: ad domini seruitutē tota mēte cōuersi sunt. Longū ē nūc si de cunctis epistolis eius oīa testimonia reuoluere uoluerō: in quibus hoc ait: & tota mēte festinat: ut Hierosolymā & ad sancta loca credētibus pecuniā dirigātur. nō i avaritiā: sed in refrigeriū. nō ad diuitias cōgregandas: sed ad imbecillitatē corpusculi sustentandā: & frigus atq; inediā declinandā. Hac in iudaea usq; hodie pseuerante cōsuetudine: nō solū apud nos: sed & apud hebræos: ut qui in lege domini meditant' die ac nocte: & patrē non habēt in terra: nisi solū deū synagoga: & totius orbis foueant ministeriis. ex æqtate dūtaxat: nō ut aliis refrigeriū: & aliis sit tribulatio: sed ut aliorū abūdantiā: aliorū sustentet iopiā. Respondebis hoc unūquēq; posse in priā sua facere. nec paupes defuturos: qui ecclesiā opibus sustentādā sint. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiā iudæis & Samaritanis. si tanta sit largitas: stipēs porrigendas. Sed apostolus faciendā quidē docet ad oēs elemosynā: sed maxime ad domesticos fidei. De quibus & saluator in euāgelio loquebat'. facite uobis amicos de mōna iniquitatis qui uos recipiāt in æterna tabernacula. Nunquid isti paupes iter quorū pannos & ingluuiem corporis flagrans libido dominatur: possūt habere æterna tabernacula: qui nec presentia possidēt nec futura. Nō enī simpliciter paupes: sed paupes spiritu beati appellant': de quibus scriptū est: Beatus qui intelligit sup̄ egenū & pauperē: in die mala liberabit eū dominus. In uulgi pauperibus sustentādīs: nequaquā intellectus: sed elemosyna opus est. In sanctis pauperibus beatitudo est intelligentiā: ut ei tribuat qui erubescit accipere: & cū accepit: dolet: metēs carnalia: & seminās spiritalia. Quod aut' asseris eos melius facere qui utant' rebus suis: & paulatī fructus possessionū suarū pauperibus diuidēt: q̄ illos qui possessionibus uenūdatis semel oīa largiant': nō a meis: sed a domino respondebit. Si uis esse p̄fectus: uade & uēde oīa quæ habes: & da pauperibus: & ueni sequere me. Ad eū loquitur qui uult esse p̄fectus: qui cū apostolis patrē nauiculā & rete dimittit. Iste quē tu laudas: secundus & tertius gradus est: quē & nos recipimus dū nō sciamus prima secundis & tertiis p̄ferēda. Nec a suo studio monachi deterrendi sunt a te linguis uiperis & morsu saxissimis: de quibus argumētariis & dicis. Si oēs se clauerint & fuerint in solitudine: quis celebrabit ecclesias: quis sæcularēshomines lucrifaciet: quis peccātes ad uirtutes poterit cohortari. Hoc enī mō si oēs tecum fatui sint: sapiens quis esse poterit. Et uirginitas non erit approbanda. Si enim oēs uirgines fuerint: nuptiæ non erunt: interibit humanū genus: infantes in cunis nō uigilent: obstetrices absq; mercedibus mendicabunt: & grauissimo frigore solutus atq; contractus dormitantiū uigilabit in lectulo. Rara est uirtus: nec a pluribus appetitur. atq; unā hoc oēs essēt: quod pauci sunt: de quibus dicitur: multi uocati: pauci aut' electi. & uacui essent carceres. Monachus aut' nō doctoris sed plangentis habet officiū: qui uel se uel mundum lugeat: & domini pauidus prestoletur aduentū. qui sciens imbecillitatē suam & uas fragile quod portat: timet offendere ne impingat: corruat: atq; frangatur. Vnde & mulierū maximeq; adolescentularū uita aspectū: & in tantū castigatōis sui est: ut etiā quæ tutta sunt pertimescat: cur iniquis pergis ad heremū: uidelicet ut te nō audiā: nō uideā: ut tuo furore non mouear: ut tua bella non patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis hoc non est pugnare: sed fugere. Sta i acie: aduersariis armatus obsiste. ut postq̄ uiceris: coroneris. Fateor imbecillitatē meā. Nolo spe pugnare uictoriā: ne perdā aliquando uictoriā. si fugero: gladiū dimittā. si stetero: aut uincendū mihi est: aut cadendum. Quid aut' necesse est certa dimittere: & incerta sectari. Aut scuto aut pedibus mors uitanda est. Tu qui pugnās & superari potes: & uincere. Ego cū fugero. non uincar in eo q̄ fugio: sed ideo fugio: ne uincar. Nulla securitas est uicino serpente dormire potest fieri ut me non mordeat: tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Matres uocemus sorores & filias & non erubescimus uitiis nostris nomina pietatis obtendere. Quid facit monachus in cellulis sceminarum: quid sibi uolunt solā & priuata colloquia: & arbitros fugientes oculi. Sāctus amor impatientiam non habet. Quod de libidine diximus: referamus ad avaritiā: & ad oīa uitia quæ uitantur solitudine. Et iccirco urbium frequentias declinamus: ne facere compellamur: quæ nos non tam natura cogit facere: q̄ uoluntas. Hæc ut dixi sanctorū presbyterorū rogatu unius noctis lucubratione dictaui: festinante admodum fratre Sisinnio: & propter sanctorū refrigeria ægyptum ire properante: alioquin & ipsa materia apertā habuit blasphemiam: quæ indignationem magis scribentis q̄ testimoniorū multitudinem flagiraret. Quod si Dormitantiū in mea rursus maledicta uigilauerit: & codē ore blasfemo quo apostolos & martyres lacerat: de me quoq; putauerit detrahendū: nequaquā illi breui lucubratiūcula: sed tota nocte uigilabo: & sociis illius immo discipulis uel magistris: qui nisi tumentes uteros uiderint sceminarū: maritos earū Christi ministerio arbitrantur indignos.

Monachus.

Beati Hieronymi presbyteri ad Riparium presbyterum blasphemiam Vigilantiū de non uenerandis reliquiis detestantis. Epistola. XIII.

Acceptis primū litteris tuis nō respōdere supbia ē incaute id facere temeritatis. De his enī rebus interrogas: quæ & p̄ferre & audire sacrilegiū ē. Ais Vigilantiū qui καὶ τῶν ὑπορεσῶν hoc uocat nomine: nā Dormitantiū rectius dicere. Os fetidū rursus aperire: & putorem spurcissimum contra sanctorum

martyrum proferre reliquias: & nos qui eas suscipimus appellare cinerarios & idolatras: qui mortuorum hostium ossa ueneremur: O infelicem hominem: & omni lachrymarum fonte plangendum: qui hæc dicens non se intelligit esse Samaritanum & iudæum: qui corpora mortuorum pro imundis habet: & etiã uasa quæ in eadẽ domo fuerint pollui suspicatur: sequentes occidentem litteram: & non uiuificantem spiritum. Nos autem non dico martyrum reliquias: sed ne solẽ quidẽ & lunam: non angelos: non archangelos: non cherubim: non seraphim: & omne nomen quod nominatur: & in presenti sæculo & in futuro colimus & adoramus: ne seruiamus creaturæ potius quã creatori: qui est benedictus in sæcula. Honorem autem reliquias martyrum: ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos: ut honor seruorum: redundet ad dominum: qui ait: Qui uos suscipit: me suscipit. Ergo Petri & Pauli imundæ sũt reliquie: Ergo Moyse corpusculum imundum erit: quod iuxta hebraicam ueritatẽ ab ipso sepultum est domino: Et quotienscumque apostolorum & prophetarum & omnium martyrum basilicas ingredimur: totiens idolorum templum ueneramur: Accensique ante tumulos eorum ceteri idolatrie insignia sunt: Plus aliquid dicam: quod redundet in auctoris caput: & insanum cerebrum uel sanet aliquando uel deleat: ne tantis sacrilegiis simulacrum animæ subuertant: ergo & domini corpus in sepulchro positum imundum fuit: Et angeli qui candidis uestibus utebantur mortuo cadaueri atque polluto prebebant excubias: ut post multa sæcula Dormitantius sonaret: imo eructaret imundissimam crapulam: & cum Iuliano persecutore sanctorum basilicas aut destrueret: aut in templum conuerteret: Miror sanctum episcopum: in cuius parrochia esse presbyter dicitur acquiescere furori eius. & non uirga apostolica: uirgaque ferrea confringere uas inutile: & tradere in iteritum carnis: ut spiritus saluus fiat. Meminerit illius dicti: Si uidebas furem: currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et in alio loco: In matutino interficiebam omnes peccatores terram: ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Et iterum. Nonne odistes te domine odio habui: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Si non sunt honorandæ reliquie martyrum: quomodo legimus: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius? Si ossa mortuorum polluant contingentes: quomodo Heliseus mortuus mortuum suscitauit: Et dedit uitam corpori: quod iuxta Vigilantiũ iacebat imundum: Ergo omnia castra israelitici exercitus: & populi dei fuere imunda: quia Ioseph & patriarcharum corpora portabant in solitudine: & ad sanctam terram imundos cineres ptulerunt: Ioseph quoque qui in typo precessit domini saluatoris nostri sceleratus fuit: qui tanta ambitioe Jacob in Hebræo ossa portauit: ut imundum patrem auo & attauo sociaret imundis: & mortuum mortuis copularet: O precidendam linguam a medicis: immo insanum curandum caput: ut qui loqui nescit: discat aliquando reticere. Ego uidi hoc aliquando portetum: & testimoniis scripturarum quasi uinculis Hippocratis uolui ligare furiosum. Sed abiit: excessit: euasit: erupit: & iter Hadriæ fluctus. Cotinque Regis alpes: in nos daclamando clamauit. quicquid enim amens loquitur: uociferatio & clamor est appellandus. Tacita me forsitan cogitatione reprehendas: cur in absentem iuehar: Fatebor tibi dolorẽ meum. Sacrilegium tantum patienter audire non possum. Legi enim Syromasten Phinees austeritatem Heliam: zelum Simonis Chananeis: Petri saueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis: Paulique constantiam: qui Helymam magum uis domini resistentem æterna cæcitate dånauit. Non est crudelitas pro deo: sed pietas. Unde & in lege dicitur. Si frater tuus & amicus & uxor: quæ est in sinu tuo deprauare te uoluerit a ueritate: sit manus tua super eos: & effunde sanguinem eorum: & auferes malum de medio israel. Iterum dicam. Ergo martyrum imundæ sunt reliquie? Et quid passi sunt apostoli: ut imundum Stephani corpus tanta funeris ambitioe precederent: ut facerent ei planctum magnum: ut eorum luctus in nostrum gaudium uerteretur. Nam quod dicitur eum uigilias execrari facit & hoc contra uocabulum suum ut uelit dormire Vigilantius & non audiat saluatorem dicentem sic: Non potuistis una hora uigilare mecum. uigilate & orate ne intretis in tentationem. Spiritus promptus est: sed caro infirma. Et in alio loco Propheta dicit: Media nocte surgebam: ut confiterer tibi super iudicia iusticie tue. Dominum quoque in euangelio legimus pernoctasse & apostolos clausos carcere tota nocte uigilasse: ut illis psallentibus terra quateretur: custos carceris crederet: magistratus & ciuitas terrerentur. Loquitur Paulus. Orationi insistite uigilantes in ea. Et in alio loco: in uigiliis frequenter. Dormiat itaque Vigilantius: & ab exterminatore Aegypti cum Aegyptiis dormiens suffocetur. Nos dicamus cum Dauid: Non dormitabit neque dormiet qui custodit israel: ut ueniat ad nos sanctus Ethir: qui interpretatur uigil. Et si quando propter peccata nostra dormierit: dicamus ad eum. Surge: ut quid dormitas domine excitemusque illum: & nauicula fluctuante clamemus. Magister saluos nos fac: Perimus. Plura dictare uoluimus: si non epistolaris breuitas pudorem nobis tacendi imponeret: & si librorum ipsius ad nos uoluisses mittere cætilenas: ut scire possemus ad quæ rescribere deberemus. Nunc autem aerem uerberauimus: & non tam illius infidelitatem: quæ omnibus patet: quam nostram fidem aperuimus. Ceterum si nolueris longiorem non aduersum eum librum scribere mitte nenias illius & ineptias: ut Ioannem baptistam audiat predicantem. Iam securis ad radices arborum posita est. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur: & in ignem mittetur.

Argumentum sequentis opusculi excerptum ex Isidoro libro octauo ætimologiarum.

Luciferiani a Lucifero Syrimie episcopo orti: qui episcopus catholicos qui Constantini persecutioe perfidie Arrianorum consistentes erant: & postea correcti redire in catholicam ecclesiam delegerunt dånantes siue quod crediderunt: siue quod se credere simulauerunt. quos catholica ecclesia minime recipit sicut tanquam Petrum post fletum negationis. Hanc illi matris charitatem superbe accipientes eosque recipere nolentes: ab ecclesie comunione recesserunt. Et cum ipso Lucifero suo auctore qui mane oriebatur cadere meruerunt.

Altercatio Luciferiani & Orthodoxi cuiusdam edita a beato Hieronymo presbytero contra Luciferianum inscripta.

Proxime accidit: ut quidam Luciferi sectator cum alio ecclesie alium odiosa loquacitate contedens: canina facundiam exercuerit. Asserebat quippe uniuersum mundum esse diaboli. Et ut iam familiare est eis dicere:

dicere: factum de ecclesia lupanar. At ille contrario rationabiliter quidem & oportuno loco & tempore defen-
 debat: nō sine causa Christū mortuum fuisse: nec absurdorū tantū causa dei filium descendisse. Quid plura: dū
 audientia & circum lumina iam in plateis accensa soluerent: & inconditā disputationē nox interrūperet: con-
 sputa pene inuicē in facie recesserunt. Hoc tamē his qui assuerunt stantibus: q; in secretā porticū primo ma-
 ne conueniret: quo cū iuxta placitum oēs cōuenissent uisum est utriusq; sermonē a notariis excipi. Atq; ita cū
 etis residentibus HELLADIUS LVCIFERIANVS dixit. Hoc primum mihi responderi uolo: utrū Arriani
 christiani sint an non: HIERONYMVS ORTHODOXVS. Ego plus inquit interrogo: utrū ne oēs hære-
 tici christiani sint. LV. dixit. Q uē hæreticū dixeris christianū negasti. OR. Oēs ergo hæretici christiāi nō sūt.
 LV. Iam superius audisti. OR. Si christiani non sunt: diaboli sūt. LV. Nemo dubitat. OR. Si autē diaboli sunt:
 nihil refert hæretici sint an gentiles. LV. Non refello. OR. Igitur præfixū iter nos habemus de hæretico sic lo-
 quendū sicut de gentili. LV. Plane fixum. OR. Q uare modo ut libet: quoniā inter nos constat nūc hæreticos
 gentiles esse. LV. Q uod interrogatio mea cogere uolebat expressū est hæreticos christianos nō esse: Nunc re-
 stat cōclusio. Si arriani hæretici sūt: & hæretici oēs gētiles sūt: & arriani gētiles sūt: & ita cōstat nullā societate ec-
 clesie esse cū arrianis. i. cū gentilibus. manifestū est ergo uestrā ecclesiam quæ ab arrianis. i. a gētilibus episcopos
 suscipit: nō tam episcopos recipere q̄ de capitolio sacerdotes: ac per hoc antichristi magis synagoga q̄ Christi ec-
 clesia debeat nūcupari. OR. Ecce impleta est pphetia: parauit mihi foueā & ipse incidit in eā. LV. Q uo nā mo-
 do: OR. Si arriani ut dicis gētiles sūt: & arrianorū cōueticula castra sunt diaboli: quomodo in castris diaboli
 baptizatū recipis: LV. Recipio: sed pœnitentē. OR. Prorsus quid dicas nō intelligis: quisq; ne gentilem recipit
 pœnitentē: LV. Ego simpliciter in exordio sermonis oēs hæreticos gentiles esse respōdi. Verū quia captiosa re-
 spōsio fuit: primæ questionis tibi palmā tradēs ad secundā ueniā: in qua aio laicū ab arrianis uenientē recipi de-
 bere pœnitentē: clericū uero nō debere. OR. Atqui in prima questioe quā obtinuisse me dicis: etiā secundā
 obtinui. LV. Doce quomō obtinueris. OR. Nescis & laicos & clericos unū habere christū: nec aliū neophytis
 aliū episcopis esse deū: Cur ergo nō recipiat clericos: q; recipit laicos pœnitentes: LV. Non est episcopi ipsū la-
 chrymas fundere pro peccatis: & corpus atrectare domini. Non est episcopi ad fratrum genua puolui: & de sub-
 limi loco eucharistiā ministrare populo. Aliud est lugere quod fueris: aliud neglecto peccato in ecclesia uiuere
 gloriosū. Tu qui hesternō die sacrilegus creaturā dei filium prædicabas: qui quotidie peior iudæis blasphemiarū
 lapides in christū iaciebas. cuius manus sanguine plenæ sunt: cuius stilus lancea militis fuit ad unius horæ con-
 uersionē uirginem ecclesiam adulter ingrederis: si peccasse te pœnitent: officium depone sacerdotis: si te non pec-
 casse confidis: permane quod fuisti. OR. Rhetoricis: & a disputationū spinetis ad cāpos liberæ declamatiōis
 excurris. Verum desine quæso a cōmunibus locis: & in gradū rursus ac in lineas regredere: postea si placuerit
 latius differemus. LV. Nulla declamatio hic est. Dolor patientiā superat: propone ut libet: argumētare ut libet:
 nunq̄ persuadebis idē esse episcopum quod laicū pœnitentē. OR. Q uoniā obstinate tenes aliā esse rationē epi-
 scopi: aliam laici ad cōpendiū tentationis: tribuo quod postulas: nec me pigebit locū te faciente manū tecum cō-
 ferere: expone mihi quare laicum uenientem ab arrianis recipias: episcopum nō recipias. LV. Recipio laicum
 quia errasse se confitetur: & dominus mauult pœnitentiā peccatoris q̄ mortem. OR. Recipio & ego episcopū:
 quia & errasse se confitetur: & dominus mauult pœnitentiā peccatoris q̄ mortē. LV. Si errare se confitetur: cur
 episcopus perseuerat: deponat sacerdotiū: concedo ueniā pœnitenti. OR. Respondebo tibi & ego sermoni-
 bus tuis. Si laicus errasse se cōfiteatur: quomō laicus perseuerat: depōat sacerdotium laici idest baptisma: & ego
 do ueniā pœnitenti. Scriptum est enim: Regnū quippe nos & sacerdotes deo & patri suo fecit. Et iteg. Gentē
 sanctam: regale sacerdotiū: populum acquisitum. Omne quod licet christiano: cōmune est tā episcopo q̄ laico.
 Qui pœnitentiā agit: priora condēnat. Si non licet episcopo pœnitenti perseuerare quod fuerat: nō licet lai-
 co pœnitenti in eo permanere: propter quod pœnitentiā confitetur. LV. Recipimus laicos: quoniā nemo con-
 uertitur si scierit baptizandū: & ita fiet ut nos simus causa perditionis eorū: si repudiētur. OR. Tu in eo quod re-
 cipis laicū unā aiām recipiendo saluas: & ego in recipiendo episcopū non dicā unius ciuitatis populos: sed uni-
 uersā cui præest prouinciā ecclesie socio: quē si repellā multos secū in ruinā trahet. Q uamobrē quæso uos ut
 eā rationē quā in paucis recipiendis habere uos existimastis: etiā ad totius orbis salutē concedatis. Q uod si di-
 splacet & tam duri estis. imo tam irrationabiliter inclāmentes: ut cum qui dederit baptisma hostē christi: eum
 qui acceperit filium putetis: nos nobis: aduersa nō facimus: aut episcopū cum populo recipimus quē facit chri-
 stianum: aut si episcopū non recipimus: scimus etiā nobis populū reiiciendū. LV. Oro te nomine christi non le-
 gisti de episcopis dictum: uos estis sal terræ. Si autē sal infatuatū fuerit: in quo salietur: sed & ad nihilū est utile: ni-
 si ut proiciatur foras: & conculcetur ab hoibus. Sed & illud quod populo peccatore sacerdos deū exoret: ac p
 sacerdote nullus sit alius qui deprecetur. Q uæ quidē duo scripturarū capitula in sententiā concurrunt unam.
 Nā ut sal omnē cibum condit: nec est aliquid p se tā suaue quod absq; eo gustū demulceat: Ita mundi totius &
 ecclesie proprie condimentū episcopus est: qui si infatuatus fuerit: siue per negationē: siue p hæresim: sine pli-
 bidinem: & ut semel dicā per uniuersa peccata: a quo alio poterit condiri: cum ipse fuerit condimentum: Sacer-
 dos quippe pro laico offert oblationem suam: imponit manū subiecto: reditum sancti spiritus inuocat: atq; eum
 qui traditus fuerat sathanæ in interitum carnis: ut spiritus saluus fieret indicta in populum oratione altario re-
 conciliat. nec prius unum membrum restituit sanitati: q̄ omnia simul membra conflauerit. facile quippe igno-
 scit filio pater: cum mater pro uisceribus suis deprecatur. Si ergo hoc quem diximus gradu laicus pœnitens re-
 stituitur ecclesie: ubiq; cōsequitur ueniā ubi luctus precesserat: manifestū est sacerdotem de gradu suo motū

Sacerdotum laici baptisma dicitur.

in eundē locū nō posse restitui: quia aut poenitēs sacerdotio carebit aut in honore plīstēs reduci in ecclesiā nō poterit p ordinē poenitētis. Tu mihi nūc infatuato sale ecclesiā sapore cōtaminas: tu enī eū qui proiectus foras iacere deberet in stercore a cūctis hoibus cōculandus sup altariū reponis. Et ubi erit illud apostoli p̄ceptū. Oportet episcopū esse sine crimie quasi dispensatorem dei. Et iterū p̄bet aut se unūq̄sq̄: & sic accedat ubi domīnica denūciatio ē: ne miserimus margaritas nostras ante porcos. Quod si de oibus generaliter dictū intelligis: quātomagis de sacerdotibus precauēdū est cū etiam de laicis sic habeat? Separamini inq̄t dominus p̄ Moysē a tabernaculis istorū hominum durissimorū: & nolite tangi ab oibus qui sunt eorū: ne simul pereatis in peccato eorū. Et rursū in duodecim p̄phetis: Sacrificia eorū tanq̄ panis luctus: oēs qui māducāt ea cōtamiabuntur. Et in euāgelio: dominus lucerna inquit oculis corporis est oculus tuus. id est ecclesiā lumē est episcopus. Si aut oculus tuus simplex est: totū corpus tuū lucidū erit. Sacerdote enī fidē uerā predicāte ex omni corde tenebrā discutiat: & causam reddit. Neq̄ enī lucerna accēditur & ponitur sub modiū: sed sup candelabrū: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Lucernā enim hoc est deus scientiā suā igniculum in episcopo succēdit: ut non sibi tantū luceat: sed oibus p̄sit. Et ī cōsequēti. Si inq̄t oculus tuus neq̄ fuerit: oē corpus tenebrosū est. Si enim lumē quod in te est tenebrā sunt: ipsā tenebrā quātā erūt. Et recte Nam cū ideo episcopus in ecclesia constituatur ut populū coerceat ab errore quātus erit error in populo: cum errat ille qui docet. Quomō pōt peccata dimittere: q̄ ipse peccator est? quomō sanctū sacrilegus faciet? unde ad me lumē introiet: cum oculus meus cæcus sit. Proh dolor antichristi discipulus ecclesiā Christi gubernat. Et unde est illud: Non potestis duobus dominis seruire. Sed & illud. quæ cōmunicatio luci ad tenebras? qui consensus christi ad belial? Legimus in ueteri testamēto. Homo in quo fuerit macula & uitium: nō accedat offerre dona domino. Et rursū. Sacerdotes qui accedunt ad dominum deum ut sacrificent: mundi sint: ne forte derelinquat eos dominus. Et in eodem: & cum accēdūt ministrare sancta: nō adducāt in se delictū: ne moriāt. Et multa alia: quæ p̄sequi infinitū est: sed studio breuitatis omitto. Neq̄ enim numerus testimoniorū: sed auctoritas ualet. Ex q̄bus ostēdit uos p̄ modicū fermentum totā ecclesiā massam corrupisse. Et de eius manu hodie eucharistiā accipere: quā heri quasi idolū respuebatis. OR. dixit. Multa q̄dē de sacris uoluminibus memoriter copioseq̄ dixisti: sed cū totū circūieris saltū: meis cassibus cōcluderis. Sit q̄ppe arrianorū episcopus hostis christi: sit infatuatū sal: sit lucerna sine igniculo: sit oculus sine pupilla: nēpe eo puenies ut salire nō possit: quia sal ipse nō habeat. nō illuminet cæcus: nō accēdat extinctus. Tu aut cū conditū cibū ab eo deuores: cur insulsū arguis cōditorē? Igniculus eius ī ecclesia tua lucet: & lucernam eius criminariā extinctā. Oculos tibi p̄bet: & cæcus est. Quā ob rē oro te: ut aut sacrificandi ei diligētiam tribuas: cuius baptisma p̄bas: aut reprobos eius baptisma: quē nō existimas sacerdotē. Neq̄ enim fieri pōt ut qui ī baptisate sanctus sit: sit apud altare peccator. LV. Sed ego recipio laicum poenitentem per manuum impositionem & inuocationem spiritus sancti: sciens ab hæreticis spiritum sanctum nō posse conferri. OR. Omnes propositionum uestrarum calles ad uuum compitum confluunt: & pavidorum more ceruorum dum uanos pēnarum euitatis uolatus fortissimis retibus implicamini. Nam cum in patre & filio & spiritu sancto baptizatus homo templum domini fiat: cum ueteri æde destructa nouum trinitatis delubrum ædificetur: quomodo dicis sine aduentu spiritus sancti apud arrianos peccata posse dimitti? Quomodo at̄iquis sordibus anima purgatur: quæ sanctum nō habet spiritum? Neque enim aqua lauat animam: sed prius ipsa lauatur spiritu: ut alios lauare spiritualiter possit. Spiritus inquit Moyses domini ferebatur super aquas. Ex quo apparet baptisma nō esse sine spiritu sancto. Bethsaida lacus iudææ: nisi per aduentum angeli debilitata corporaliter mēbra sanare non poterat. Et tu mihi aqua simplici quasi de balneo animam lotam pducis. Ipse dominus noster Iesus christus qui nō tam mundatus est q̄ lauacro suo uniuersas aquas mandauit: statim ut caput extulit defluente spiritū sanctum accepit: nō q̄ unq̄ sine spiritu sancto fuerit: quippe qui de spiritu sancto in carne natus est: sed ut illud nobis monstraretur uerum esse baptisma: quo spiritus sanctus adueniat. Igitur si arrianus spiritū sanctū non potest dare: nec baptizare quidem potest: quia ecclesiā baptisma sine spiritu sancto nullum ē. Tu uero cū baptizatum ab eo recipis: & postea iuocas spiritū sanctū: aut baptizare eū debes: quia sine spiritu sancto baptizari non potest: aut si est baptizatus in spiritu: desine ei inuocare spiritum: quem tunc cum baptizaretur accepit. LV. Obsecro te nōne legisti in actibus apostolorū eos qui iam a Ioāne baptizati fuerāt: cum ad interrogationem apostoli respondissent se nec auditu quidē comperisse quid esset spiritus sanctus: postea fuisse spiritum sanctū cōsecutos? Vnde manifestū est posse aliquē baptizari: & tamē non habere spiritū sanctū. OR. Nō tam imperitos diuinorum uoluminū eos qui audiunt puto ad hanc quæstiūculam dissoluēdam: longo ut sermone opus sit. Verū prius q̄ quid in ea sentiā loquar: ausculta iuxta sensum tuū quāra scripturarum turbatio oriatur. Quid est hoc quod Ioānes in baptisate suo aliis sanctū dare nō potuit: qui Christo dedit? Et quis est iste Ioānes? Vox clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas facite semitas dei nostri. Ille qui dicebat: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Minus dico ille qui ex matris utero clamabat. Et unde hoc mihi: ut ueniat mater domini mei ad me? spiritum sanctum non dedit quem Philippus diaconus eunucho dedit: quem Ananias Paulo dedit: Audacter forsītā uidear Ioannē preferre cūctis. Audi dominum loquētem. Non est in natis mulierum aliq̄ maior Ioāne Baptista. Nulli enim cōtigit p̄phetarum & annūciare christum & digito demonstrare. Et quid mihi necesse est in talis uiri laudibus immorari: cum a deo patre etiam angelus nuncupetur? Ecce inquit mitto angelum meum ante faciem tuam: qui p̄parebit uiam tuam. Plane angelū qui post materni uentris hospitium heremi secreta sectatus: paruulus de serpētibus lusit: q̄ oculis expectantibus Christū: nihil aliud est di-

Bethsaida lacus

spiritum

est dignatus aspicere: qui eloquiis domini quæ melle & fauo dulciora sunt: dignam deo uocem erudiuit: Et ne
 quæstionem morer: sic decebat crescere præcursores domini. Iste ergo talis tantusq; spiritum sanctum nõ de-
 dit: quem Cornelius centurio anteq̃ baptizaretur accepit. Responde quælo cur non dederit: sed ignoras. Audi
 quid scripturæ doceant. Ioannes baptista nõ tam peccata dimisit: quã baptisma pœnitentiæ fuit in peccatorũ
 remissionem: id est in futuram remissionem: quæ est post ex sanctificatione christi subsecuta. Scriptum est enĩ:
 fuit Ioannes in deserto baptizans: & prædicans euangelium pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et post-
 modum: & baptizabantur ab eo in iordanem confitentes peccata sua: ut enim ante præcurfor domini ipse: sic
 & baptisma eius præuium dominici baptismatis fuit: qui de terra est aiebat: terrena loquitur: & qui de super-
 nis uenit: super omnes est. Et iterum: Ego baptizo uos in aqua: ille baptizabit uos i spiritu sancto. Si autem Io-
 nes ut confessus est non baptizauit in spiritu: neq; peccata dimisit: quia nulli hominum sine spiritu sancto pec-
 cata dimittuntur: aut si contentiose argumentaris: ideo Ioannis baptisma dimisisse peccata: quia de cælis fuit: e-
 doce quid amplius in Christi baptismate consequamur. Quod peccata dimittit: liberata gehenna: quod a ge-
 henna liberat perfectum est. Perfectum autem baptisma non est: nisi quod in cruce & in resurrectione Christi
 est: ita tu in peruersum ducis irreligiosus: dicente ipso Ioãne: illum oportet crescere: me autem minui: & cum
 serui baptismato plus q̃ habuit tribuis: dominicum destruis. Cui nihil amplius relinquis. Quorsum ista tendit
 assertio: uidelicet ut non tibi durum uideatur: & si ii qui a Ioanne fuerant: baptizati: postea per impositionem
 manuum apostolorum sint spiritum sanctum consecuti: cum constet eos nec peccatorum quidem sine subse-
 cutura fide remissionem consecutos. Tu uero qui ab arrianis recipis baptizatum: ideo tribues baptisma quod
 perfectum est. Et quo pacto quasi modicum quod ei defuerit: sanctum aduocas spiritum: cum baptisma Chri-
 sti sine spiritu sancto nullum sit: Verum longe excessis: cum æqua fronte aduersarii exercitus concitus sim im-
 petum summouere: leuiora minus tela direxi. Ioannis autem baptisma in tantum perfectum fuit: ut constet po-
 stea Christi baptismate baptizatos: qui ab eo fuerant baptizati. Ita enim historia refert. Factum est autem cũ
 Apollo esset corinthi: & cum Paulus pertransiret superiores partes Asiæ: deuenit Ephesum: & cum inuenisset
 quosdam descendentes dixit ad eos. Si spiritum sanctum accepistis: cui credidistis? At illi responderunt.
 Sed nec si spiritus sanctus sit: audiuius. Dixit autem ad eos: in quo ergo baptizati estis? Responderunt
 in Ioannis baptismate. Sed dixit Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismato pœnitentiæ plæbem: di-
 cens in aduenientem post eum ut crederet. hoc est in Iesum: in remissionem peccatorum. His auditis baptizati
 sunt in nomine domini nostri Iesu Christi. Et cum imposuisset illis manus Paulus continuo cecidit spiritus san-
 ctus super eos: Si ergo baptizati sunt uero & legitimo ecclesiæ baptismate: & ita postea spiritum sanctum con-
 secuti sunt: & tu apostolorum sequere auctoritatem: & baptiza eos qui Christi non habent baptismato: & pote-
 ris inuocare spiritum sanctum. **LUCIFERIANVS** dixit. Qui dormientes sitiunt: auide fauces flumibus igur-
 gitant. Et quãto plus hauserunt tãto plus sitiunt: ita mihi & tu uideris aduersus quæstiunculã: quanto pposui:
 hinc atq; illinc argumeta quæsisse: & nihilominus eandẽ quæstionẽ uis pseuerare: an nescis & iã ecclesiarũ hũc
 esse morẽ: ut baptizatis postea manus imponatur: & ita inuocetur spiritus sanctus: exigis ubi scriptũ sit in acti-
 bus apostolorum: etiam si scripturæ auctoritas non subesset: totius orbis in hac parte consensus instar præcep-
 ti obtinet. Nam & multa alia quæ per traditionẽ in ecclesiis obseruantur. auctoritatem sibi scriptæ legis usur-
 pauerunt uelut in lauacro ter caput mergitare: deinde egresos lactis & mellis prægustare concordiam ad infã-
 tiã significationem die dominico: & p oẽm penthecosten: nec de genicolis adorare: & ieiuniũ soluere multaq;
 alia quæ scripta non sunt: rationis sibi obseruatio uendicabit. Ex quo aĩ aduertis nos ecclesiæ consuetudinẽ se-
 qui. licet ante aduocationẽ spiritus constet aliquẽ baptizatũ. **ORTHO.** Non quidem ab uno hanc esse eccle-
 siæ consuetudinẽ: ut ad eos qui longe in maioribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt episco-
 pus ad iuocationẽ sancti spiritus manu impositurus excurrat: quale est ut leges ecclesiæ ad hæresim transferas: &
 uirginis tuæ integritatẽ per meretricũ lupanaria spurcari patiaris. Episcopus si ipsonit manu eis ipsonit: qui i re-
 cta fide baptizati sũt: qui & in patre & filio & spiritu sancto tres psonas unã substantiã crediderũt. Arrianus ue-
 ro cũ aliud nihil crediderit (claudite quælo aures qui audituri estis: ne tãtã impietatis uocibus polluamini) nisi
 in patre solo uero deo & in Iesu christo saluatore creatura & in spiritu sancto utriusq; seruo: quõ spũm sanctũ ab
 ecclesia recipiet: qui necdũ remissionẽ pctõrũ cõsecutus est: Spũs qppe sanctus nõ nisi in mundã sedem incedit:
 nec hitator eius tẽpli efficit: cuius antistes nõ hêt uerã fidẽ. Quod si obloqueris quare i ecclesia baptizatus ni-
 si per manus episcopi non accipiat spiritum sanctũ: quem nos asserimus in uero baptismate tribui: disce hanc
 obseruationem ex ea auctoritate descendere: quod post ascensũ domini spiritus sanctus ad apostolos ascẽdit.
 Et multa in locis id esse tantum factũ reperimus ad honorẽ potius sacerdotiũ: q̃ ad legis necessitatẽ. Alioquin si
 episcopi tantum ipræcatione spiritus sanctus defluit: lugendi sunt qui in uillulis aut in castellis aut in remotio-
 ribus locis p presbyteros & diaconos baptizati ante dormierũt: q̃ ab episcopis iuiferent. Ecclesiæ salus i sũmi sa-
 cerdotis dignitate ac ueneratiõẽ cõsistit: cui si nõ exors qdã & ab oibus eminẽs det ptãs: tot i ecclesiis efficietur
 chrismata: quot sacerdotes ide ideo uerũ: ut sine chrismate & episcopi iussioe neq; presbri neq; diaconus ius hêt
 baptizãdi. Quod frẽq̃nter si tñ necessitas cogit: scimus licet laicis: Ut. n. accipiat qs: ita & daĩ pot: nisi forte eu-
 nuchus a Philippo diacono sine spũ scõ baptizatus fuisse credẽdus ẽ: de quo scriptura hoc loquit. Et descẽde-
 rũt abo i aquã: & baptizauit eũ Philippus. Et cũ abscederẽt ab aq̃ spũs scõs uerũ i eunuchũ. Si aut illud obici-
 endũ putas: qã cũ audisset apostoli: q̃ erãt hierosolymis: qã recepisset samaria uerbũ dei miserũt ad eos Petũ &
 Ioãne: q̃ cũ uenisset ad eos: orauerũt p eis: ut acciperẽt spũm scõũ. nõdũ enĩ deciderat sup ullũ illoꝝ. Cur ita

Abnuo

multis

factū sit i cōsequētibus disce. Ipse enī ait. Sed solū baptizati erāt i noīe domini Iesu. Tūc iponebant illis manus: & accipiebāt spiritū sanctū. Hoc loco si & tu similiter te facere dicis: q̄a haretici nō baptizauerūt in spiritu sancto: scias Philippū ab apostolis nō fuisse baptizatū: i diuisā eādē habuisse ecclesiā: eundē dominū Iesū Christū predicasse: diaconū fuisse eorū: qui postea manus iposuerūt. Tu uero cū apud Arrianū nō ecclesiā dicas esse: sed synagogā: nec clericos dei: sed creaturā & idolorū cultores: quomodo i dispari causa eandē asseris rationē te tenere? **LVCIFERIA.** Valēter quidē & fixo gradu me tibi i faciē dimicātē repellis: sed post tergū caderis: & nuda a spiculis dorsa nō p̄tegis. Esto q̄ppe apud Arrianos ne baptisma esse q̄dē: & ideo spiritū factū ab eis nō posse dari: quia necdū remissionē peccatorū acceperūt: totū hoc uictoriā meā p̄ficiat: & argumētōrū tuorū palæstra mihi palmā uictoriā sudat. Arrianus baptisma nō habet: & quomodo sacerdotiū habet? Laicus apud eos non est: & quomodo episcopus esse pōt? Mihi recipere medicū nō licet: tu recipis regē. Vos hosti castra traditis: & a nobis p̄fuga reiciēdus est. **OR.** Si priorū meminisses: iā scires tibi fuisse respōsū: sed dū amorē cōtradiciēdi seq̄ris: a questionū lineis excidisti more quorundā loquaciū potius q̄ faciēdo: qui cū disputare nesciunt: tamen litigare nō desinūt. Ego enī nō tā in presētī arrianos uel improbo uel desēdo: q̄ illā cursus mei metā circūeo: eadem ratioē a nobis episcopū recipi: qua laicus a nobis recipit. Si errātī cōcedis ueniā: & ego ignosco p̄nitenti: si i fide sua baptizatū baptizās nocere nō potuit: & i fide sua sacerdotē cōstitutū cōstituēs nō iquinauit. Subtilis est hāreſis: & ideo simplices aīa facile decipiunt. Deceptio tā laici q̄ episcopi cōmunis est. At episcopus errare nō potuit: re uera de Platonis & Aristophanis sinu i episcopatū eligunt. Quotus est qui nō apprime i his eruditus sit? Deniq; ex litteratis quicūq; hodie ordinant: id habēt curā: non quomodo scripturarū medullas ebibāt: sed quomodo aures populi declamatorū flosculis demulceāt. Accedit ad hoc q̄ arriana hāreſis magis cū sapiētia sæculi facit: & argumētationū riuos de Aristotelis fōtibz mutuat. Igit̄ paruulorū iter se certantiū ritu quid dixeris dicā: affirmabis: affirmabo: negabis: negabo. Arrianus baptizat: ergo episcopus est: nō baptizat tu refuta laicū: & ego nō recipio sacerdotem. Sequar te quocūq; ieris: aut pariter i luto hāsitabimus: aut pariter expediemur. **L V.** Sed laico ideo ignoscēdū est: quia ecclesiā dei putās simpliciter accessit: & iuxta fidē suā credēs baptizatus est. **OR.** Nouā rē asseris ut Christianus quisq; factus sit ab eo qui nō fuit Christianus. Accedēs arrianus i qua fide baptizatus est? Nēpe i ea quā habebāt arriani: aut si iā ipse bene credebat: & sciēs ab hāreticis baptizatus est erroris ueniā nō meret. **Ve:** hoc penitus absurdū est: ut discipulus ad magistrū uadēs ante sit artifex q̄ doceatur. At modo ab idolorū ueneratione cōuersus nouerit Christū melius q̄ ille qui doceat. At dicis simplici ter in patre & filio & spiritu sancto credidit: & ideo baptisma cōsecutus est. Quā est ista queso simplicitas: nescire quid credas: simpliciter credidit. Quid credidit? certe aut tria nomina audiēs tres deos credidit: & idola tra effectus est: aut in tribus uocabulis trinomini credens in Sabellii hāreſim incurrit. Aut edoctus ab arrianis unū esse uerū: deū patrē filiū & spiritū sanctū credidit creaturas: aut extra hoc quid credere potuerit nescio nisi forte homo iā edoctus i capitolio homouisiā didicerit trinitatē: sciebat patrē & filiū & spiritū sanctū: nō natura: sed p̄sonis esse diuisos. Sciebat & filii nomē in patre: & patris nomē in filio. Ridicula penitus assertio ante de fide disputare q̄ credere: ante mysteriū scire q̄ initiatus sit. Aliter de deo scire baptizantē: & aliter baptizatū. Præterea cū solēne sit in lauacro post trinitatis cōfessionē interrogare: credis i sanctā ecclesiā: credis i remissionē peccatorū? In quā ecclesiā credidisse eū dicis: in arrianorū: sed nō habēt. In nostrā: sed extra hāc baptizatus non potuit in eā credere: quā nesciuit. **L V C I.** Quoniā ad oīa argumētariis: & emissa a nobis spicula scuto oratiōis eludis: unā hastā iaciā: quæ umbonē tegminis tui: & uerba crepitantia ui sua penetret: nec diutius patiar fortitudinē arte superari. Laicus etiā extra ecclesiæ fidē baptizatus p̄nitēs recipit. Episcopus uero aut penitentiā non ager: & sacerdos est: aut si penitentiā egerit: esse episcopus desinit. Quā ob rē recte nos laicū suscipimus p̄nitentē: & episcopū si i sacerdotio p̄seuerare uult repudiamus. **OR.** Sagitta quæ cōtēto neruo dirigit̄ difficile uitat. Ante enī ad eū ad quē iacta est puenit: q̄ obice clypei frustret. Ecōtrario tuæ p̄positionē quia sine ferri acumie mittitur hostē nō ualent p̄forare. Hāc igitur hastā quā totis uiribus misisti: de qua nobis minitaris: ut aiūt uno digitulo repellā. Neq; enī hoc modo querit̄ an episcopus p̄nitens esse non possit: sed an hāreticus baptisma habeat: qui si ut constat baptisma non habet: quō potest esse p̄nitens ante q̄ christianus? Proba mihi ab arrianis ueniētem laicum habere baptismum: & tunc ei penitentiam nō denegabo. Si uero christianus nō est si nō habuit sacerdotem qui cum faceret christianum: quō ager penitentiam homo qui necdum credit. **L V C I.** Oro te ut philosophorū argumentatione deposita christiana mecum simplicitate loquaris. Si tamen non dialecticos sequeris: sed piscatores: æquum ne tibi uideatur: ut arrianus episcopus sit? **OR.** Tu eū episcopū probas: quia ab eo recipis baptizatum: & in hoc reprehendendus es: quare a nobis parietibus separaris: cum in fide & in arrianorū nobiscū receptione consentias. **L V C I.** Iam supius rogauit̄: ut nō philosophicā: sed christianā mecū loq̄ris. **OR.** Discere uis an contendis? **L V.** Vtiq; contendo quia facti tui a te quero rationē. **OR.** Si contendis iā tibi responsū est. Eadem enim ratione episcopū ab arrianis recipio: qua tu recipis baptizatū. Si discere cupis: in meam aciē transgredere. Aduersarius enim uincitur: discipulus docetur. **L V.** Nō possū ante esse discipulus q̄ magis audiam predicātē. **OR.** Quoniā tergiuersaris: & sic uis a me doceri: ut aduersariū in tergo habeam tuo aīo te docebo. Consentimus in fide: consentimus in hāreticis recipiendis: consentiamus etiam in cōuentu. **L V.** Hoc non est docere: sed argumentari. **OR.** Quia tu pacē cum scuto petis: & nos oliuæ ramum gladio in serimus. **L V C I.** En tollo manus: cedo: uicisti. Verum cum arma deponam sacramētū in quo me iurā cōpellis: quero rationem. **OR.** Gratulor interim tibi: & Christo deo meo gratias ago: quia animo bono a falsitatis ardore ad totius cibi te sapore cōtulisti nec dicis more quorundā. Saluū me fac domine: quoniam defecit in me species.

spiritus quorū uox ipia crucē Christi euacuat: dei filiū subiugat diabolo: & illā cōplorationē quā a domino de peccatoribus prolata est nō de uniuersis hominibus dictā intelligit. Quā utilitas ī sanguine meo: dū descendo ī corruptionē: Sed absit: ut frustra deus mortuus sit. Alligatus est fortis: & uasa eius direpta sunt. Allocutio patris īpleta est. Postula a me & dabo tibi gētes: hāreditatē tuā & possessionē tuā terminos terre: apparuerūt fontes aquarū: & reuelata sūt fundamēta orbis terrarū: ī sole posuit tabernaculū suū: nec est qui se abscondat a calore eius: de eo plenus psalmista canit. Inimici defecerūt framea in sinē: & ciuitates eorū destruxisti. Et ubi queso isti sunt nimirū religiosi imo nimirū pphani qui plures synagogas asserunt esse q̄ ecclesias: quomodo destructe sunt diaboli ciuitates: & ī fine hoc est ī saeculorū cōsumatione idola corruerunt: Si ecclesiā p̄ totū orbē nō habet Christus: & in sardinia tantū habet: nimirū paup factus est. Et si britānias: gallias: oritē: indorū populos: barbaras nationes: & totū semel mundū possidet sathanas: quomodo ad angulū uniuersae terrae crucis trophæa collocata sunt: Nimirū aduersarius potēs cōcessit Christo hiberiā & celiberos liuidos hoies: aethiopūq; prouiciā dignatus est possidere. Quod si de illa quā ī euāgelio scripta est: sibi sentētia blandiunt: putas ne cū uenerit filius hoīs inueniet fidē sup̄ terrā? Sciāt illā fidē noiari: quā ipse dominus aiebat: Fides tua te saluā fecit. Et alibi de Cēturione. Nō inueni tantā fidē ī israel. Et rursus ad apostolos. Quid timidi estis modicæ fidei? Necnon & in alio loco. Si habueritis fidē sicut granū synapis: dicetis huic mōti trāsmigra: & trāsmigrabit. Neq; enī centurio: aut illa muliercula quæ p̄ duodecī annos fluxu sanguinis tabescebat: ī trinitatis sacramēta crediderat: quæ post resurrectionē Christi a apostolis māifestata sūt: ut merito fides horū quæ ī mysterio est laudaretur. Sed simplicitas mentis & deuota deo suo anima approbata est. Dicebat enī corde suo: Si tetigero uestimentū eius tantū salua fiā. Hæc est fides: quā raro inuentā deus pronunciauit. Hæc est fides quæ etiā apud eos qui bene credunt difficile p̄fecta inueniē. Fiat tibi iquit deus secū dū fidē tuā: hanc ego fidē audire uolo. Si enī secundū fidē meā fiat mihi p̄ibo. Et certe credo in deū patrē: credo in deū filiū: & credo in deū spiritū sanctū. Credo in unū deum & tamen secundū meā fidē nolo mihi fieri. Saep̄ quippe uenit inimicus homo: & iter dominicā messē zizania interferit. Neq; hoc dico q; maius quicq; sit q̄ sacramēti fides: q̄ puritas animæ: sed ī dubitatē ad deū fides arduæ reperiūtur. Verbi gratia dictū sit: ut qd' uolumus p̄spiciū fiat: ad orationē assiste: nō orare si non crederē: sed si uere credere illud cor quo deus uidetur mundare: manibus tūdere pectus: genas lachrymis rigare: corde mollescere corpore ihorrescere: ore pallerē: iacere ad domini mei pedes: eosq; fletu p̄funderē: crine tergerē: hærere certe trūco crucis: nec prius amitterē q̄ misericordiā īpetrare. Nūc uero creberime ī oratione mea aut p̄ porticus de abulo: aut de scenore cōputo: aut adductus turpi cogitationē etiā quæ dictū erubescēda sunt gero. Vbi est fides? Sicine putamus orasse Ionā: sic tres pueros: sic Danielē inter leones: sic certe latronē ī cruce. Et hæc ego exēpli causa ad itelligētiā Iesus protuli. Ceterū cōueniat unusq; cor suū: & ī omni uita inueniet q̄ rax sit fidelē aiām inuenire: ut nihil ob gloriæ cupiditatē: nihil ob rumusculos hoīum faciāt. Neq; enī statū qui ieiunat deo ieiunat: aut extēdes paupī manū deo scenerat. Vicina sūt uita uirtutibus. Difficile est deo tantū iudice esse contētū LVCIFE. Præuenisti ite rogationē meā: hāc enī scripturā mihi ī ultimo referuabā. Et fere oēs nostri: imo iā nō mei: hoc quasi ariete ī disceptationibus utunt: quē cōfractū ac cōminutū uehemēter gaudeo. Sed queso te: ut mihi oēm causam quæ ab arrianis ueniētes ecclesia nō recipiat: nō quasi aduersario: sed discipulo explices. Nā cū tibi uerbo respōdere nō possim: aiō tamē necdū assētor. OR. Sub Rege Cōstāntio Eusebio & Hippatio cognomine unitatis & fidei infidelitas nō agnoscebat. Nā illo ī tēpore nihil tā piū: nihil tā cōueniēs seruo dei uidebat: q̄ unitatē sequi & totius mūdi comunione nō scindi. Præsertim cū sup̄ficies expositionis nihil sacrilegum preferret: credimus aiebant ī unū deū patrē omnipotētē: hoc etiā nos cōfitemur. Credimus ī unigenitum dei filiū qui ante oīa sæcula: & ante omne principiū natus est ex deo. Natū autē unigenitū solū ex deo patre: deū ex deo: similit̄ genitori suo patri secundū scripturas: cuius natiuitatē nullus nouit: nisi qui solus eū genuit pater. Nūquid hic isertū est: erat tēpus q̄do nō erat: Vel de nullis extātibus creatura ē filius dei? Perfecta fides ē: deū de deo credere: & natū aiebāt unigenitū solū: ex solo patre quidē natū: nō factū: natiuitas suspitionē auferebat creaturæ. Aiebant preterea qui de cælo descēdit: cōceptus ē de spiritu sancto: natus ex Maria uirgine: crucifixus a potio Pilato: tertia die resurrexit: sedet ad dexterā dei patris: uēturus iudicare uiuos & mortuos. Sonabāt uerba pietatis: & inter tāta mella preconii: nemo uenēnū isertū putabat. De usiā uero nomine abiiciēdo: uerisimilis ratio prebebat. Quia ī scripturis aiebāt nō inueniē: & multos simpliciores nobilitate sua scādalizabāt: placuit auferrī: nō erat curæ episcopo de uocabulo: cū Iesus esset ī tuto. Deniq; ipso ī tēpore cū fraudē fuisse in expositione rumor populi nūciaret: Valēs mirsēsis episcopus: q̄ eā cōscripserat prefete Tauro pretorii præfecto: q̄ ex iussu Regis synodo aderat: p̄fectus est se Arrianū nō esse: & penitus ab eorū blasfemiis abhorre: res secreta gesta opinione uulgi nō extixerat. Itaq; alia die ī ecclesia: quæ est apud Arrianū: & episcoporū simul & laicorū turbis cōcurrētibus. Mizonius episcopus puiciæ Byzātina: cui primæ ab oibus deferebant: ita locutus ē: ea quæ sūt iactata p̄ publicū: & ad nos usq; plata: aliq̄ue a nobis sc̄titati ueræ legere precipimus: ut q̄ sūt mala: & ab aurbus: & a corde nro abhorre debēt: oīum una uoce dānent. Responsū ē ab uniuersis episcopis: placet. Itaq; cū claudius episcopus puiciæ Piceni ex precepto oīum blasfēias: q̄ ferebat legere cœpisset: Valēs suas eē negans exclamauit: & dixit. Siq; negat Christū deū: dei filiū: ante sæcula ex p̄re gēitu: anathema sit. Siq; negat filiū similit̄ p̄ri sc̄t̄m scripturas anathema sit. Ab uniuersis cōsonatū ē: anathema sit. Siq; filiū dei nō dixerit: athernū cū patre anathema sit: ab uniuersis conclamatū est: anathema sit. Siq; dixerit creatū filiū dei: ut sunt creatæ creaturæ: anathēa sit: similit̄ dictū ē anathēa sit. Siq; dixerit d̄ nōnullis extātibus filiū & nō de deo patre: anathema sit. Oēs clamauerūt: anathēa sit. Siq; dixerit: erat tēpus q̄do nō erat filius: anathēa sit. ī hoc x̄o cūcti episcopi: &

Celiberos liuidos homines

tora simul ecclesia & plausu quodā & tripudio Valēti uocē susceperunt. Quod si quis a nobis fictū putat: scri-
nia publica scrutet. Plenae sunt certe ecclesiarū archae & recēs adhuc memoria est. Superfunt homines: qui illi
synodo interfuerunt: & qui ueritatē firment. Ipsi arriani hęc ita ut diximus: gesta non denegant. Cū ergo cun-
cti Valēte ad cælū laudibus tollerent: & suā in eū suspitionē penitentia dānarent: idē Claudius qui supra lege
re cœperat: ait. Adhuc sunt aliqua quæ superfugerunt dominū & fratrem meū Valēte: quæ si uobis uidentur: ne
quis scrupulus remaneat: in cōmune dānemus. Siquis dixerit filiū dei esse siquidē ante omnia sæcula: sed non
ante omnino omne tēpus: ut ei aliqd auferat: anathema sit. Dixerūt cūcti anathema sit. Multaq; alia quæ suspi-
tiosa uidebant: ad pronūciationē Claudii Valens cōdēnauit. Quæ si quis plenius dicere cupit: i Ariminen. syno-
di actis repiet. Vnde & nos ista prelibauimus. His itaq; gestis cōciliū soluit: læti hoīes ad puinciā reuertuntur.
Id enī Regi & bonis hoīibus curæ fuerat: ut oriens atq; occidentis canonis sibi uinculo neq̄terent: sed diu scelera
nō latent: & cicatrix male obducta i corpore dirūpit. Cœperunt postea Valēs & Vrsatius cæteri q; neq̄tiae eorū
socii egregii: uidelicet Christi sacerdotes palmas suas iactitare: dicentes se filiū nō creaturā negasse: sed similem
cæteris creaturis. Tunc usiā nomen aboletū est: tunc nicenae fidei dānatio cōclamata est: igemuit totus orbis: &
Arrianū se esse miratus est. Igit̄ alii intra suā comunione remanere: alii ad eos cōfessores q; sub nomine Athana-
sii exulabāt: cœperūt litteras mittere: nōnulli istā societate meliorē dispositiōe plāxerunt. Pauci uero (ut se natu-
ra hoīum habet) errore pro cōsilio defensauerunt. Periclitabat̄ nauicula apostolorū: urgebāt uētī: fluctibus latera
tundebant: nihil iā superat spei: dominus suscitāt: i perat tēpestati: bestia moritur: tranquillitas rediit. Manifesti
us dicā. Omnes episcopi q; de p̄p̄iis sedibus fuerāt exterminati: p̄ indulgentiā noui p̄cipis ad ecclesias redeūt.
Tunc triūphatorē suū Athanasiiū ægyptus excepit: tūc Hilariū de prelio reuertentē galliarū ecclesia cōplexata
est: tūc ad reditū Eusebii lugubres uestes Italia mutauit. Cōcurrēbāt episcopi: q; ariminen. sibus dolis irretiti: sine
cōscientia hæretici ferebant: cōtestantes corpus domini & qcquid in ecclesia sanctū est: nihil mali i sua fide su-
spicatos. Putauimus aiebant sensū cōgruere cū uerbis: nec i ecclesiis ubi simplicitas: ubi pura cōfessio est: aliud i
corde clausū esse: aliud i labiis p̄ferri timuimus. Decepit nos bona de malis existimatio. Nō sumus arbitrati sa-
cerdotes Christi aduersus Christū pugnare. Multaq; alia quæ breuitatis studio pretereo: s̄tētes asserebāt: para-
ti & subscriptionē pristina & omnes Arrianorū blasphemias cōdēnare. Hoc loco iterroga istos nimirū religiosos
quid de cōfessoribus agendū putauerint. Depositis i quietē ueteribus episcopis: nouos ordinasse tentatū est. Sed
quotusquisq; bene sibi cōsciū patitur se deponi: Præsertim cū oēs populi sacerdotes suos diligētes pene ad la-
pides & ad iterēptionē deponentiū eos cōuolauerint: māssissent aiūt itra suā comunione: hoc est dicere irrōnabi-
li crudelitate orbē totum diabolo cōdēnassent. Cur dānassent eos: qui Arriani non erāt? Cur ecclesiā scinderēt
in cōcordia fidei p̄manente? Curq; idē credentes bene obstinatione sua facerēt arrianos? Nā cū in synodo nice-
na: quæ propter arriana p̄fidia cōgregata est: octo episcopos arrianos susceptos sciamus: & episcopus iā in mū-
do nullus sit: nisi quos synodus illa ordinauit: quomodo potuerūt aduersū eos facere: propter quos exiliū susti-
nuerūt. L V C I. dixit. Ad id tandē uenisti: ut tūc recepti sint arriani: quā q̄lo? OR. dixit. Eusebius episcopus Ni-
comeden. Theogonus episcopus nicenus: Sacras tūc presbyter libyæ: Eusebius cæsareæ Palestinæ: & reliqui
quos enumerare longū est. Ipse quoq; caput horū: & causa malorū Arrius presbyter: & Coronius diaconus: qui
postea sub Theodosio Anthiocenus episcopus fuit: & Achelas lector: hi quippe tres Alexandrinæ ecclesiæ cle-
rici auctores huius hæreseos extiterūt. L V C. dixit. Quispiā eos negās fuisse susceptos: quomodo reuincetur?
OR. dixit. Sup̄sūt adhuc hoīes qui illi synodo interfuerunt. Et si hoc parū est: quia p̄pter tēporis antiquitatē ra-
ri admodū sunt: & i omni loco testes adesse nō possūt: legamus acta & nomia episcoporū synodi Nicenæ: & hos
quos supra diximus fuisse susceptos scripsisse omouision iter cæteros repiemus. L V. dixit. Si potes ostēde post
synodū nicenā illos in p̄fidia declinasse. OR. dixit. Recte p̄posuisti. Solent enī oculis clausis denegare: qui cre-
dunt factū esse qd̄ nolunt. Sed quomodo postea declinarūt: propter quos synodus cōgregata est? Et quorū epi-
stolæ & libri ipietatis ante synodū editi usq; ad presentē diē durēt? Igit̄ cū illo tēpore treceti & eo amplius epi-
scopi paucos hoīes: quos sine dāno ecclesiæ abiicere poterāt susceperint: miror quosdā nō certe nicenæ fidei se-
ctatores tāta duritiā existere: ut tres cōfessores de exilio reuertētes nō putent id ob totius orbis salutē necessita-
te facere debuissē: quod tot & tales uiri uolūtate fecerūt. Sicut dicere cœperamus post reditū confessos: in Ale-
xadrina postea Synodo cōstitutū est: ut exceptis auctoribus hæreseos: quos error excusare nō poterat: pœnitē-
tes ecclesiæ sociarent: nō qd̄ episcopi possent esse: qui hæretici fuerāt: sed qd̄ cōstaret eos: qui recipentur: hære-
ticos nō fuisse. Assēsus est huic sententiæ occidēs: & p̄ tā necessariū cōciliū & sathanæ faucibus mūdus ereptus est
Ventū est ad asprimū locū: i quo aduersū uolūtate & p̄positū meū: quo corde bono erga Lucifeg: sū: secus qcq̄
dicere: q̄ & illius meritū & mea humanitas possit existimari. Sed quid faciā: ueritas os referat: & inuitū longius
ad loquēdū pectus ipellit. In tali articulo ecclesiæ: in tanta rabie luporū segregatis paucis ouibus reliquū gregē
deseruit: bonus quidē ipse pastor: sed multā prædā bestiis relinquit. Prætereo illa quæ quidā ex maledicis qua-
si satis firma defendūt: hoc illū nō amore ecclesiæ: sed nominis in posteros trāmissione fecisse: nec non & simul-
tate quam aduersus Eusebium propter Anthiocenam dissensionem susceperat: nihil istorum de tali uiro credo:
unum quod etiam in præsentī constat: eloquar: uerbis cum a nobis dissentire nō rebus: sed eos quidem recipiat
qui ab arrianis baptisma consecuti sunt. L V C I. dixit. Quālonge alia: & nūc intelligo: error magis q̄ spei profi-
cientia mihi ante asserebantur. Verum gratias ago Christo deo: qui in pectus meum ueritatis lumen i fudit: ne
adhuc ore sacrilego uirginē eius scortum diaboli clamarē. Restat unum quod queso ut differas: quod aduersū
Hilariū dicēdū sit: q; nec baptizatos qdē recipiat ab arrianis. OR. THO. dixit. Hilarius cōdiaconus de ecclesia
recessit

Ariminen. synod.
Valens Vrsatius

Quotusquisq;

recessit solus: quæ ut puta turba sit mundi: neq; eucharistiam conficere potest: episcopos & presbyteros non habes: neq; baptisma sine eucharistia tradere. Et cū iā homo mortuus sit: cū hoīe pariter interiit & secta: quæ post se nullū clericū diaconus potest ordinare. Ecclesia autē non est: quæ nō habeat sacerdotē. Sed omīssis paucis hominibus: qui ipsi sibi & laici sunt & episcopi: ausculta quid de omni ecclesia sentiendū sit. LVCL. dixit. Tribus ut aiunt uerbis rē istā grandē dissoluisti: & quidē dū loqueris uideor mihi tecū facere. Si uero obticueris nescio quid rursum scrupuli nascit: quare ab hæreticis baptizati suscipiunt. ORTHO. dixit. Hoc est quod & ego dixi ausculta quid de omni ecclesia sentiendū sit. Iste enī (ut ais) scrupulos multos titillat. Et lōgus fortasse ero enarrandū: uerū tāti est lucrū ueritatis: ut nō sileā. Archa Noe ecclesiæ typus fuit. Dicente Petro apostolo. In archa Noe pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt p̄ aquā: quod & nos nunc similiter baptisma saluos faciat. Vt in illa oīum aīaliū genera: ita & in hac uniuersarū & gentiū & morū homines sūt. Vt ibi pardus & hædi: lupus & agni ita & hic iusti & peccatores. i. uasa aurea & argentea cū ligneis & fictilibus cōmorant. Habuit archa nidos suos: habet ecclesia plurimas nationes. Octo animæ hoīum in archa Noe secutæ sunt. Et nobis Ecclesiastes iubet dare partes septē: dare partes octo. i. credere utriq; testamento. ideo quidā psalmi pro octaua scribunt. Et p̄ octo nos uersus: qui singulis litteris subiecti sūt: i. cētésimo decimo octauo psalmo iustus erudit. Beatitudines quoq; quas dominus discipulis in mōte pnūcians ecclesiā demōstrauit: octo sunt. Et Ezechiel i. adificationē tēpli octo nariū numeꝝ assumit. Multaq; in hunc modū p̄ scripturas significata reperies. Emittit itaq; de archa Coruus: & non rediit. Et postea pacē terræ colūba denūciat. Ita & in baptisate ecclesiæ deterrimo alite expulsio. i. diabolo: pacē terræ nostræ colūba spiritus sancti nunciata: triginta cubitis incipiens: & usq; ad unū cubitū paulatī decrescens archa construit. Similiter & ecclesia multis gradibus consistens: ad extremū diaconis presbyteris: episcopisq; finit: periclitata est archa i. diluio: periclitat ecclesia i. mūdo. Egressus Noe uineā plantauit: & bibens de ea inebriatus est. Natus quoq; in carne Christus: & ecclesiā plantauit: & passus est. Nudatū patrē irrisit: maior filius: & minor tenuit: & deū crucifixū illuserūt iudæi: & honorauerunt gētiles. Dies me deficiet: si oīa archæ sacramēta cū ecclesia cōponēs edisserā. Qui sint iter nos aquilæ: qui colūbæ: qui leones: qui cerui: qui uermiculi: qui serpētes: quod ad presens negociū pertinet breuiter expediā. Oō solū in ecclesia morant oues: nec mūdæ tantum aues uolitant: sed frumentū in agro seritur: & inter nitentia culta.

Lappæq; tribuli & steriles dominantur auenæ.

Quid faciat agricola? Auellat loliū: Sed tota pariter messis euerit. Quotidie industria rusticana aues sonitu abigit: imaginibus exterrit: hinc flagello crepitat: hinc formidines tendit. Attamē aut ueloces capræ: aut lascius onager incurrit: hinc in effossa horrea mures frumenta cōportant: hinc frequē agmine segētē formica populatur: ita res se habet. Nemo securus agrum possidet. Dormiente patte familias inimicus homo zizaniā superseminauit: ad quā eradicandā cū serui ire proponerent: dominus prohibuit: sibi seruans palearū & frumētī discretionē. Hæc sunt uasa iræ & misericordiæ: quæ in domo dei ab apostolo predicant. Veniet ergo dies quando thesauro ecclesiæ aperto proferet dominus uasa iræ suæ: quibus exeuntibus sancti dicent. Ex nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. Si enī fuissent ex nobis: mansissent utiq; nobiscū. Nemo potest Christi palmā sibi assumere: nemo ante diē iudicii de hominibus iudicare. Si enī iā mūdā est ecclesia: quid domino reseruamus? Est uia quæ uidetur apud homines recta: nouissima autē eius ueniunt in profundū inferni: hoc iudicii errore quæ potest esse certa sentētia? Conatus est beatus Cyprianus cōtritos lacus fugere: nec bibere de aqua aliena. Et iccirco hæreticos: baptisma reprobans: ad Stephanū tunc romanæ urbis episcopū: q̄ a beato Petro. xxvi. fuit: super hac re africanā synodū indixit: sed conatus eius frustra fuit. Deniq; ipsi episcopi q̄ rebaptizādos hæreticos cū eo statuerant: ad antiquā consuetudinē reuoluti nouū emisere decretū. Quid faciamus? Ita est: nobis maiores nostri: & illis sui tradidere maiores. Sed qd de posterioribus loquar? Apostolis adhuc in sæculo supstitibus adhuc apud iudæā Christi sanguine recētī fantasma domini corpus asserbat. Gallatas ad obseruationē legis traductos apostolus iterū parturit. Corinthios resurrectionē carnis non credentes pluribus argumentis ad uerū iter trahere conat. Tunc Simon magus & Menander discipulus eius dei se asseruere uirtutes: tunc Basilides sūmū deū: Abaxas cū trecētis sexagintaquinque editionibus cōmentatus est: tunc Nicolaus qui unus de septem diaconibus fuit: die noctuq; nuptias faciens obscenos quoq; auditu erubescendos coitus sōniauit. Taceo de iudaismi hæreticis: qui ante aduentū Christi legē traditā dissiparunt: quod Dosiceus Samaritanorū princeps prophetas repudiavit: quod Saducei ex illius radice nascentes etiā resurrectionē carnis negauerūt: quod pharisæi a iudæis diuisi propter quasdam obseruationes superfluas nomen quoq; absidio susceperunt: quod Herodiani Herodē regē susceperūt pro Christo. Ad eos uenio hæreticos: qui euangeliā lanauerunt. Saturninū quēdā & Orphitū & Chaldæā & Theoitū & Carpocratē & Cheritū & huius successorē Hebionē & cæteras pestes: quorū plurimi uiuēte adhuc Ioāne apostolo eruperūt: & tamen nullū eorū legimus rebaptizatū. Quoniā autē talis uiri fecimus mentionē: de apocalypsi quoq; eius approbemus hæreticis sine baptisate debere penitētiā cōcedi. Angelo ephesi deserta charitas iputatur: in angelo p̄gamenæ ecclesiæ idolatretū eius et nicolaitarū doctrina reprehendit: itē apud angelū thaidiatirorū hie zabel prophetissā: et simulacrorū escæ & fornicationes i erepant. Et tamen omnes hos ad penitētiā dominus hortat sub cōmīatiōe quoq; futuræ pœnæ nisi cōuertant. Nō aut cogeret pœnitere: si nō eēt pœnitētibus ueniā cōcessurus. Nūqd dixit rebaptizent q̄ i nicolaitarū fidē baptizati sūt: uel iponāt eis manus: q̄ eo tpe apud p̄gamos crediderūt: qd disciplinā tenebāt Baalin. Qui potius age inq̄t penitētiā: sin aut ego ueniā tibi cito: & pugnabo tecū i rōphea oris mei. Verū si uoluerit hi q̄ ab Hilario instituti sūt: & oues sine pastore eē cœperūt: ea de scripturis p̄ferre: q̄ btūs Cypriāus ad hæreticos bapti

zandos in epistolis suis reliquit: Sciunt illū non eos qui se sequi noluerunt sententiā odisse. Siquidē in comu-
nionē eorū permanſit: qui sententiā suā contraierant: sed hortatū potius fuisse propter Nouatū: & alias tūc hæ-
reses multas enascentes: ne quisq̄ ab eo sine dānatione erroris sui reciperet. Sermonē deniq; suū quē super hac
re ad Stephanū romanū pontificē habuit: tali fine cōpleuit. Hæc ad cōscientiā tuā frater charissime & pro ho-
nore comuni & pro simplici dilectione protulimus credentes etiā tibi religionis tuæ & fidei ueritate placere: q̄
& religiosa pariter & uera sunt. Cæterū scimus quosdā quod semel ibiberūt: nolle deponere: nec propositū suū
facile mutare: sed saluo inter collegas pacis & cōcordiæ uinculo quedā ppria quæ apud se semel sunt usurpata
retinere. Quia in re non uim cuiq̄ facimus: aut legē damus q̄do habeat i ecclesia administratio uoluntatis suæ
arbitriū suū libere: & unusquisq; sit prepositus rationē acti sui domino redditurus. Ad Iouinianū quoq; de hæ-
reticis rebaptizandis scribens: in fine libelli sic locutus est. Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate rescripti-
mus frater charissime: nemini prescribētes aut preiudicātes quo minus unusquisq; episcopos quod putat faci-
at: habens arbitrii sui liberā potestātē. Nos q̄tū in nobis est: propter hæreticos cū collegis & episcopis nostris cō-
tendimus: cū quibus diuinā cōcordiā & dominicā pacē tenemus: maxime cū apostolus dicat. Siquid autē pu-
tauerit contentiosos esse: nos talē consuetudinē non habemus: ne ecclesia dei scindat̄ a nobis patienter & leniter
charitas animi: collegii honor: uinculū fidei: cōcordia sacerdotū est. Præterea aliud quiddā inferimus: aduersū
quod ne mutire quiddā audeat Hilarius deucapolim urbis. Si enim hæretici baptismā nō habent: & ideo bap-
tizandi ab ecclesia sunt: quia in ecclesia nō fuerunt. Ipse quoq; Hilarius non est christianus. In ea quippe ecclesia
baptizatus est: quæ semp ab hæreticis baptismū recepit: ante q̄ Ariminensis synodus fieret: ante q̄ lucifer exula-
ret. Hilarius romanæ ecclesiæ diaconus ab hæreticis uenientes in eo q; prius acceperāt: baptismate suscipiebat.
Nisi forte tantū arriani hæretici: & ab iis aliū baptizatū recipere nō licet: ab aliis licet. Diaconus eras o Hilari: &
Manichæos recipiebas. Diaconus eras: & Hebionis baptismā cōprobabas repēte postq̄ exortus ē Arrius totus
tibi displicere cœpisti. Segregas te cū tuis seruulis: & nouū balneū apis. Si te angelus aliq; aut apostolus bap-
tizauit: nō refringo: quod sequeris. Si uero i sinu meo natus: si ubiq; meorū lacte nutritus: aduersū me gladium le-
uas: redde quod dedi. Et esto si potes: aliter christianus. Meretrix sū: sed tamē mater tua sū. Nō seruo unius tho-
ri castitatē: talis erā q̄do conceptus es: cū Arrio adulteriū cōmitto: feci: & antea cōpar cū Hebione: cū cherintho:
Nouato: hos amplexaris: hos in matris tuæ domū iā adultos recipis. Nescio quid te unus adulter offendat: q; si
negandū quispiā putauerit hæreticos a maioribus nostris semp fuisse susceptos: legat beati Cypriani epistolas:
in quibus apud Stephanū romanæ urbis episcopū inueteratæ cōsuetudinis lacerat errorē: legat & ipsius Hila-
rii libellos: quos aduersū nos de hæreticis rebaptizandis edidit: & ibi reperiet ipsū Hilariū cōfiteri a Iulio: Marco:
Siluestro: & cæteris ueteribus episcopis: similiter in pœnitentiā omnes hæreticos susceptos: nec tamen sibi & ue-
ritati māsuetudinē preiudicare debere. Synodus quoq; Nicena: cuius paulo ante fecimus mētionē: omnes hæ-
reticos suscepit: exceptis Pauli Samosatēni discipulis: & quod his maius est: episcopi Nouitianos: si cōuersi fue-
rint presbiteri gradū seruāt: quæ sentētia & Lucifery i pugnat: & Hilariū: dū idē & clericus est & baptizatus. Po-
terā diē istiusmodi eloquio ducere: & oēs ppositionū riuulos uno ecclesiæ sole siccari. Verū quia tam multū ser-
mocinati sumus: & prolixitas cōcertationis audientū studia lassauit: breuē tibi apertaq; animi mei sententiā p-
ferā in illa esse ecclesia pmanendū: quæ ab apostolis fūdata: usq; ad diē hanc durat. Si cubi audieris eos: qui di-
cūtur christi: nō a domino Iesu christo: sed a quoq; alio nūcupari: ut puta Martionitas: Valentinianos: Monten-
ses: siue Cāpates: scito nō ecclesiā christi: sed antichristi esse synagogā. Ex hoc enī ipso quod postea instituti sunt:
eos se esse idicāt: quos futuros apostolus prenūciauit. Ne etiā ipsi sibi blādiant̄: uel si de scripturarū capitulis ui-
dent sibi affirmare: quod dicūt: cū & diabolus de scripturis aliq; sit locutus: & scripturæ nō in legēdo cōsistant:
sed i intelligēdo: alioquin si litterā sequimur: possumus & nos quoq; nouū nobis dogma componere: ut assera-
mus in ecclesiā nō recipiendos qui calciati sunt: & duas tunicas habeāt. LUCIFERIANVS dixit. Nō te uicisse
æstimes: uicimus utriq; uterq; nostrū palmā refert: tu mei: & ego erroris: utināq; mihi sic sepe disputare cōtin-
gat: ut ad meliora proficiens deserā: quod male tenebā. Vnū tamen tibi cōfiteor: quia mores meorū: apprimē no-
ui: facilius uinci posse: quā psuaderi.

Beati Hieronymi presbyteri ad Cresiphontē de libero arbitrio cōtra Pelagianos hæreticos: qui dei gratiæ ad-
uersantes cuncta ad humanam referunt uoluntatem. Epistola. XV.

NON Audacter: ut falso putas: sed amanter studioseq; fecisti: ut nouā mihi ex ueteri mitteres quæ-
stionē: quæ ante litteras tuas plærosq; in oriēte decepit: ut p simulatā humilitatē supbiā discerēt:
& dicerēt cū diabolo: In cælū ascēdā: sup sydera cæli ponā thronum meū: & ero similis altissimo.
Quæ enī potest admissa maior esse temeritas: q̄ dei sibi nō dicā similitudinē: sed equalitatē uēdi-
care: & breui sentētia oīum hæreticorū uenena cōplecti: quæ de philosophorū & maxie Pythagoræ & Zeno-
nis principis stoicorū fōte manarūt: Illa enī eorū quæ græcæ appellāt τωον nos perturbationes possumus dice-
re: ægritudinē uidelicet & gaudiū: spem & metū: quorū duo præsentia: duo futura sūt. Asserūt exinaniri & extir-
pari posse de mētibus: & nullā fibrā radicēq; uitiorū in homine omnino residere meditatione & assidua exerci-
tatione uirtutū. Aduersū quos & peripatetici qui ex Aristotelis fonte descendunt: fortissime disputant: & acade-
mici noui quos Tullius sequit̄: & eorū non dico res quæ nullæ sunt: sed umbras & momenta subuertunt. Hoc
est enī hominē ex homine tollere: & in corpore constitutū esse sine corpore: & optare potius q̄ docere: dicente
apostolo. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Et quia epistolaris breuitas non potest
omnia comprehendere: strictim tibi uitanda describam. Vnde & illud uirgilianum est.

Hinc

Hinc metuunt: cupiuntq; dolent: gaudentq; neq; auras

Despiciunt clausi: tenebris & carcere caeco.

Quis enim potest aut non gestire gaudia: aut moerore contrahi: aut spe extolli: aut timore terri? Quam ob rem & grauissimus poeta Flaccus scripsit in Satyra.

Nam uitis sine nemo nascitur: optimus ille est

Qui minimis urgetur.

Pulchrae quidam nostrorum ait: philosophi patriarchae haereticorum ecclesiae puritatem pueris maculauere doctrina: ut nesciant illud dictum de humana fragilitate. Quid gloriatur terra & cinis: preferunt cum de iisdem apostolus dicat. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: & ducentem me in captiuitatem. Et iterum. Non enim quod uolo hoc ago: sed quod nolo id oportet. Si quod non uult operari: quomodo stare potest hoc quod dicitur: posse hominem sine peccato esse si uelit? Quia ratione potest esse quod uelit: cum apostolus asserat se quod cupiat implere non posse: Cumque ab eis quaramus: qui sint illi quos absque peccato putent: Noua strophae cludere cupiunt ueritatem: se non eos dicere qui sint uel fuerint: sed qui esse possint. Egregii doctores dicunt esse non posse: quod nunquam fuisse demonstrat: dicente scriptura. Omne quod futurum est: iam factum est in priori tempore. Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctos: & quasi in corpore pulcherrimo ne uos quosdam & maculas demonstraret: quod plerique nostrorum simplici ter faciunt cum paucis sententiosis scripturarum possint haereticorum & per eos philosophorum argumenta conuinci.

Quid enim dicit uas electionis? Concluserunt deus omnia sub peccato: ut omnium misereatur. Et in alio loco. Omnes enim peccauerunt & indigent gloria dei. Ecclesiastes quoque per quem se cecinit ipsa sapientia libere protestatur: & dicit. Non est enim homo iustus super terram: qui non peccet. Et iterum: Si peccauerit populus tuus: non est enim homo qui non peccet & quis gloriabitur castum se habere cor: & non est mundus a sordibus: nec si unius diei fuerit super terram uita eius. Unde & David dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Et in alio psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quod testimonium sub nomine ueritatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationem dei nullum esse perfectum: quasi scriptura hoc dixerit. Neque enim ait: Non iustificabitur ad comparationem tui omnis uiuens: sed non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quando enim in conspectu tuo hoc intelligi uult: quod etiam qui hominibus sancti uidentur: dei scientiae atque notitiae nequaquam sancti sint. Non enim uidet in facie: deus autem in corde. Si autem inspiciente deo & omnia contemplantis: quae cordis archana non fallunt: nullus est iustus: perspicue ostenditur haereticus non hominem in excelsa sustollere: sed dei potentiae derogare: multaque alia: quae si de scripturis sanctis uolueris congregare: non dicam epistolae: sed uoluminis quoque excedam modum. Nihil noui asserunt qui in huiusmodi applaudere perfidia simplices quidem & indoctos decipiunt: sed ecclesiasticos uiros qui in lege dei die ac nocte meditantur decipere non ualent. Pudeat ergo eos principum & sociorum suorum: qui aiunt posse hominem sine peccato esse si uelit: quod graeci dicunt $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & quia hoc ecclesiarum prurientes aures ferre non possunt: simulant se si sine peccato quidem dicere: sed $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & non graecum sermonem $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ dicere audere: quasi aliud sit sine peccato: aliud $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & non graecum sermonem: qui apud illos compositus est duobus uerbis sermo latius expresserit: si absque peccato dicis $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ dicere diffiteris. Dana eos ergo quod te $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ predicant: sed non facis. Nosti enim quid intrinsecus discipulos tuos doceas: aliud ore commemorans: & aliud calans conscientia: nobisque alienis & indoctis loqueris per parabolam: tuis autem mysteria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas. Quia dictum est turbis Iesus parabolis loquebatur: & ad discipulos in domo dicit. Uobis datum est scire mysteria regni caelorum: illis autem non est datum. Sed ut dicere coeperam exponam breuiter principum & sociorum tuorum nomina: ut animaduertas qualium consortio gloriaris. Manichaeus electos suos quos iter idaeas id est formas Platonis in caelestibus collocat: dicit omnia carere peccato: nec si uelit posse peccare. Ad tanta enim eos uirtutum culmina transcendisse ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars manichaei de turpitudine cuius te discipuli diligunt uerbum perfectionis: & scientiae sibi temere uendicantes soli cum solis clauduntur mulierculis: & illud eis inter coitum amplexusque decantant.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus aether

Coniugis in gremium laetae descendit: & omnis

Magnus alit magno commixtus corpore foetus.

Qui quidem partem habet gnosis haereseos de basilidis impietate uenientem. Unde & uos asseritis eos qui absque legis scientia sunt peccata uitae non posse. Quid loquitur de Prisciliano: quod & saeculi gladio: & totius orbis auctoritate datus est: Euagrius ponticus Hypborita: quod scribit ad uirgines: scribit ad monachos: scribit ad eam cuius nomen nigredinis testatur: & perfidia tenebras edidit librum & scientias: $\omega\epsilon\ \rho\iota\ \alpha\pi\tau\alpha\theta\epsilon\iota\alpha$ S qua nos impassibilitate: uel in perturbationem possumus dicere: quod non animus ulla perturbatione contagione & uitio commouetur: & ut simpliciter dicam: uel saxum uel deus est. Huius libros per orientem graecos: & interpretate discipulo eius, Rufino latinis plerique in occidente legitant: qui librum quoque scripsit quasi de monachis: multosque in eo enumerat qui nunquam fuerunt & quos fuisse scribit. Origenistas ab episcopis danatos esse non dubium est a moniui uidelicet & Eusebium & Euthymium: & ipsum Euagrium: Origenem quoque & Isidorum & multos alios: quos dinumerare tedium est: & iuxta illud Lucretii.

Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes

Cum dare conantur prius ora pocula circum

Contingat: dulci mellis flauoque liquore.

Ita ille unum Ioannem in ipsius libri poseit principio: quem & catholicum & sanctum fuisse non dubium est: ut per illius oc-

caſionē ceteros quos poſuerat hæreticos eccleſiæ introduceret: illā autē temeritatē imo inſaniā eius quis digno
poſſit explere ſermone: q̄ librū Sixti pythagorei hominis abſq̄ Chriſto: atq̄ ethnici imutato nomīe Sixti mar
tyris: & romanæ eccleſiæ ep̄ſcopi prenotauit: in quo iuxta dogma pythagoricū hominē exæquant deo: & de
eius dicunt eſſe ſubſtantia. Multa de p̄fectione dicuntur: ut qui uolumē philoſophi neſciunt ſub martyris no
mine bibant de aureo calice babylonis. Deniq̄ i ipſo uolumine nulla propheta: nulla patriarcha: nulla apo
ſtolo: nulla Chriſti ſit mētio: ut ep̄ſcopū & martyre ſine chriſti fide fuiſſe contendat. Vnde & uos plurima cō
tra eccleſiā uſurpatis teſtimonia. Fecerat hoc & in ſancti Pamphili martyris nomine: ut librū primū ſex libroꝝ
deſenſionis Origenis Eulebii Cæſariēſis (quem fuiſſe arrianū nemo qui neſciat) nomine Pāphili martyris præ
notaret: quo ſcilicet egregia illa quatuor Origenis $\omega\pi\alpha\chi\omega\nu$ uolumina latinis iſuderet auribus. Vis adhuc
& alium noſſe tui erroris principē: Doctrina tua Origenis ramuſculus eſt. In eo enī p̄ſalmo: ubi ſcriptū eſt: ut
de cæteris taceā: Inſuper & uſq̄ ad noctē erudierunt me renes mei: aſſerit uirū ſanctum: de quoꝝ uidelicet & tu
numero eſ: cū ad uirtutum uenerit ſūmitatē: ne in nocte quidē ea pati: quæ hoīum ſunt: nec cogitatione uitioꝝ
aliqua titillari: nec erubescas de ſocietate taliū reuens eoꝝ nomina: quoꝝ blaſſemiis iungeris. Louiniano reſpō
ſum eſt: tibi reſponſū credito: nec fieri poteſt: ut diuerſus ſit eoꝝ exitus: quoꝝ eſt una ſententia. Cū hæc ita ſe ha
beant: quid uolunt miſeræ mulierculæ onerata peccatis: quæ circumferent omni uēto doctrinæ: ſemper diſcē
tes & nūnq̄ ad ſcientiā ueritatis peruenientes: & cæteri mulierculæ ſocī prurientes auribus & ignorantēs quid
audiant: quid loquant: qui uetuliſſimū cœnū quaſi nouā ſuſcipiant tēperaturā: qui iuxta Ezechielē liniunt pa
rietē abſq̄ tēperamento: & ſuperueniente ueritatis pluuia diſſipantur. Simon magus hæreſim condidit. Hele
næ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus anthiocenus omniū immunditiarū repertor: choros duxit ſcemineos.
Martion Romā premisit mulierē: quæ decipiendos ſibi animos prepararet. Appelles Philomenem ſuarū comi
tem habuit doctrinæ. Montanus imundi ſpiritus predicator multas eccleſias per Prifcam & Maximillam no
biles & opulentas ſceminas primū auro corrupit: & deinde hæreſi polluit. Dimittam uetera: ad uiciniora tran
ſcendā. Arrius ut orbē caperet: ſorore principis ante decepit. Donatus per africā ut inſcelices quoſq̄ ſetentibus
polluerat aquis. Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidiū mulier cæcum cæca duxit in foueā: ſuc
ceſſore ſui Prifcillianum habuit Zoroaſtri magi ſtudioſiſſimū: & ex mago ep̄ſcopū: cui iuncta galla non gēte
ſed nomine Germanam huc illucq̄ currentē alterius & uicinæ hæreſos reliquit hæredē. Nunc quoq̄ myſteriū
iniquitatis operatur duplex ſexus: utrūq̄ ſupplantat: ut illud propheticū cogamur aſſumere. Clamauit perdix
congregauitq̄: non peperit: faciens diuitias ſuas non cū iudicio. In dimidio dieꝝ derelinquet eū: & nouiſſimū
eius erit inſepiens. Illud uero quod ad decipiendos homines quoſq̄ poſtea huic ſententiæ coaptarunt nō abſq̄
dei gratia: cū prima legentes fronte decipiant intro inſpectū & diligentiffime uentilatū decipere non poteſt. Ita
enim dei gratiā ponunt: ut non per ſingula opera eius nitamur: & regamur auxilio: ſed ad libere referunt arbi
triū: & ad precepta legis ponentes illud Eſaiæ: legē enim deus in adiutoriū poſuit: ut i eo deo referendæ ſint gra
tiæ q̄ tales nos condiderit: qui noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona: & uitare mala: & non intelligunt iſta: di
centes q̄ per os eoꝝ intolerabilē blaſſemiā diabolus ſibilet. Si enim in eo tantū dei eſt gratia q̄ propria nos cō
didit uoluntatis: & libero arbitrio contenti ſumus: nec ultra eius indigemus auxilio: ne ſi idigerimus liberum
frangatur arbitriū: ergo nequaquā ultra orare debemus: nec illius clementiā precibus flectere: ut accipiamus quo
tidie quod ſemel acceptū in noſtra eſt poteſtate. Iſtiusmodi homines tollunt orationē: & per libere arbitriū non
homines propria uoluntatis ſed dei potentia factos eſſe iactant: qui nullius ope indigent. Tollantur & ieiunia
omniſq̄ continentia. Quid enim mihi neceſſe eſt laborare: ut accipiā per induſtriā quod ſemel mea factū eſt
poteſtatis: Hoc quod dico nō meum eſt argumentū unius diſcipuloꝝ eius: imo iam magiſter & totius doctor
exercitus: & contra apoſtolū uas perditionis per ſyllogiſmos: & non ut ſui iactant ſyllogiſmoꝝ ſpineta decur
rens: ſic philoſophatur & diſputat. Si nihil ego abſq̄ dei auxilio: & per ſingula opera eius eſt omne quod geſſe
ro: ergo non ego qui laboro: ſed dei in me coronabitur auxilium: fruſtraq̄ dedit arbitrii poteſtatē: quod imple
re non poſſū niſi ipſe me ſemper adiuuerit. Deſtruitur enī uoluntas: quæ alterius ope indiget. Sed liberū dedit
arbitriū deus: quod aliter liberū nō erit: niſi fecero quod uoluerō. Ac per hoc ait. Aut utor ſemel poteſtate: quæ
mihi data eſt: ut liberū ſeruet arbitriū: aut ſi alterius ope indigeo: libertas arbitrii in me deſtruet. Qui hæc di
cit: quā nō excedit blaſſemiā: quæ hæreticoꝝ uenena nō ſuperat. Aſſerunt ſe p̄ arbitrii libertatē nequaquā ultra
neceſſariū habere deū: & ignorant ſcriptū qd̄ habes quod nō accepisti: ſi autē accepisti: qd̄ gloriaris quaſi non
acceperis. Magnas agit deo gratias: qui p̄ libertatē arbitrii rebellis in deū eſt. Quā nos libenter amplectimur
ita dūtaxat ut agamus ſemper gratias largitori: ſciamuſq̄ nos nihil eſſe: niſi quod donauit i nobis ipſe ſeruaue
rit: dicēte apoſtolo. Nō eſt uolētis neq̄ currētis: ſed miſerētis dei uelle: & currere meū eſt. Sed ipſū meū ſine dei
ſemp auxilio nō erit meū. Dicit enī idē apoſtolus: Deus q̄ opat nobis uelle & p̄ficere. Et ſaluator i euāgelio. Pa
ter meus uſq̄ modo opat: & ego operor. Sēper largitor: ſempq̄ donator eſt. Nō mihi ſufficit quod ſemel do
nauit: niſi ſemp donauerit. Peto ut accipiā: & cū accepero ruruſ peto: auarus ſū ad accipiēda beneficia dei: nec
ille deficit in dādo: nec ego fatior in accipiēdo: q̄to plus bibero: tāto plus ſitio: legi enī p̄ſalmiſtæ uoce cantari.
Gutate & uidete: quoniā ſuauiſ eſt dominus: oē qd̄ hēmus bonū: guſtus ē domini. Cū me putauerō ad calicē
pueniſſe uirtutū: tūc bibā principiū. Principiū enī ſapientiæ timor domini qui expellit atq̄ deſtruitur charita
te: hæc eſt hominibus ſola perfectio: ſi imp̄fectos eſſe ſe nouerint: & uos inquit cum omnia feceritis: dicite ſerui
inutiles ſumus: qd̄ debuimus facere fecimus. Si inutilis eſt qui fecit oia: qd̄ de illo dicēdū ē q̄ explere nō potuit.
Vnde & apoſtolus: & ex pte accepiffe: & ex parte cōprehēdiſſe ſe dicit: & nec dū eē p̄fectū preteritoꝝ obliuiſci
& in

Simon Magus

Zoroaſter Magus

Fluor

autē mihi: sed oibus qui diligunt aduentū eius. Iustus erat & Timotheus discipulus eius & imitator: quē docet quid agere debeat: & quē modū tenere uirtutū. Putamus ne unā & eandē i utroq; fuisse iusticiam: & non plus habere meritorum eum: qui plus in omnibus laborauit. Multae mansiones sunt apud patrem: quia & merita diuersa. Stella a stella differt in gloria. & i uno ecclesiae corpore mēbra diuersa sūt. Habet sol fulgorē suū. Luna quoq; noctis tenebras tēperat. & quinq; sidera alia quae uocātur errantia: diuersis & cursibus & lumibus caelū pagrāt. Innumerabiles sunt aliae stellae: quas micare in firmamento cernimus. In singulis diuersa sūt lumina: & tamen in sua unaquaq; pfecta est: ita dūtaxat ut cōparatione maioris pfectione careat. In corpore quoq; cuius mēbra diuersa sunt: aliud oculus: aliud manus: aliud pes agūt. Vnde & apostolus dicit. Nō potest oculus dicere manui: non es mihi necessaria. Aut itē: caput pedibus non desidero operam uestrā. Nunquid omnes apostoli: nūquid omnes pphetae: nunquid omnes magistri: nunquid oēs cunctas habēt uirtutes: nunquid oēs nationes habent sanitatum: nūquid oēs linguis loquuntur: nunquid oēs interpretātur: & mulamini dona maiora. Omnia autē haec opatur unus atq; idem spūs: diuidens propria unicuiq; prout uult. In quo diligenter attende q; non dixerit: secundū quod unūquodq; mēbra cupit: sed secundū q; ipse uult spiritus. Neq; enim dicere potest uas figulo suo: quare ita uel ita me fecisti? Aut nō habet figulus potestātē de eodem luto aliud uas facere in honorē: aliud in cōtūmeliā. Vnde consequēter adiecit & mulamini dona maiora. In fide & industria plus ceteris charismatibus hēre mereamur: melioresq; simus iis: qui cōparatiōe nostri i secūdo uel tertio gradu positi sunt. In magna domo uasa diuersa sunt: alia aurea: alia argentea: aenea: ferrea: ligneaq;. Et tamē secūdo modū suū: cum aeneū uas pfectū sit: cōparatione argentei uasis i pfectū dicitur. Rursūq; argenteū aurei collatione deterius est. Atq; hoc modū sibi inuicē cōparātur: i pfecta & pfecta sūt oīa. In agro terrae bonae ex una semēte tricenarius & sexagenarius: & cētenarius fructus exoritur: i ipsi numeris iudicat i par esse qd nascitur. Et tamē in suo genere pfecta sūt singula. Elisabeth & Zacharias quo testimonio q̄si impenetrabili uteris clypeo nos docere possūt: quāto i inferiores sūt beatae Mariae matris sanctitate: quae cōsciētia in se hitātis dei libere proclamat. Ecce enī ex hoc beatā me dicēt oēs generatiōes. Quia fecit mihi magna qui potēs est: & sanctū nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timētibus eū. Fecit potētia in brachio suo. In quo ai aduerter q; beatā se esse dicat: nō proprio merito atq; uirtute: sed dei in se hitantis clamētia. Ipse quoq; Ioānes: quo maior nō fuit inter natos mulierū: parētibus suis melior est. Nō enī solū hoibus: sed & angelis testimonio domini cōparat. Et tamē qui cūctis hoibus erat maior in terra: minimo in regno caeloz minor fuisse phibet. Quid miri in collatiōe sanctoz alios esse meliores: & alios inferiores: cū cōtrario hoc liquide itelligi possit. Ad Hierusalē dicitur: quae multis peccatoz erat cōfossa uulneribus: iustificata est Sodoma ex te. nō q; Sodoma p te iusta sit: q; in aeternos collapla cineres audit. Per Ezechiel. Sodoma restituet in antiquis: sed q; comparatiōe sceleratoris Hierusalē haec iusta uideatur: illa enim dei filiū trucidauit. Haec propter abūdantiā panis: & p luxuriā magnitudinē excessit modū libidinis. Publicanus in euāgelio qui pcutiebat pectus: quasi thesaurū cogitationū pessimā: & cōscientia delictoz oculos non audebat tollere: supbientis pharisei collatiōe fit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit iudā. Et ipsius sententia qui deceptus est: meretur audire: iustificata est Thamar: magis q; ego. Ex quibus oibus approbat: non solū ad cōparationem diuinā maiestatis hoies nequaquā esse pfectos: sed ne angeloz quidem & ceteroz hoium: qui uirtutū culmina conscenderunt: cū & tu qui meliores alterius collatione: quē imperfectū esse monstraues: rursū ab alio te praecunte uincaris: ac p hoc nō hēas uerā pfectionē: quae si pfecta sit: nulla re indiget. CR. Et quō Attice ad pfectionē diuinus sermo prouocat. AT: Hac ratione q; dixi: ut secundū uires nostras unusquisq; q̄tum ualuerit extēdatur. Si quo modū possit puenire: & cōprehendere brauiū supernae uocationis. Deniq; oipotēs deus cui docet apostolus: iuxta dispensatiōē carnis assumptae subiiciendū filiū: ut sit deus oīa in oibus: perspicue demonstrat: sibi cūcta esse subiecta. Vnde & propheta subiectiōe sui in fine praesumit dicens. Nōne deo soli subiecta erit aīa mea: ab ipso enim est salutare meū. Et quia i corpore ecclesiae caput christus est: quibusdā adhuc repugnantibus mēbris: uidetur corpus quoq; capiti nō esse subiectū. Nāq; si patitur unū mēbra: cōpatiūtur oīa & totū corpus dolor unius mēbri cruciatur. Quod dico: ita manifestius fiet: q; diu hēmus thesaurū iustū in uasis fictilibus: & fragili carne circundamur: imo mortali & corruptibili. Beatos esse nos credimus: si in singulis uirtutibus: partibusq; uirtutum: deo subiecti sumus. Cum autē mortale hoc indutū fuerit i immortalitate: & corruptiuū hoc in corruptione uestitū: & absorpta mors fuerit in Christi uictoria: tunc deus erit omnia in oibus. Vt non sit tantum in Salomone sapientia: in Dauid ai mansuetudo: in Helia & Finees zelus: in Abraham fides: in Petro cui dictum est: Simon ioannis amas me: perfecta dilectio. in electionis uase studium praedicandi. Et in ceteris: uel bina: uel trina: Sed totus in cunctis sit: & omni uirtutum choro sanctoz numerus gloriatur: & sit deus omnia in omnibus. CR. I. Nullus ergo sanctoz q; diu in isto corpusculo est: cunctas potest habere uirtutes. AT. Nullus: quia nunc ex parte prophetamus: & ex parte cognoscimus. Nec enim possunt omnia esse in omnibus hoibus: quia non est immortalis filius hois. CR. I. Et quō legimus: Qui unā habuerit: oēs uidetur hēre uirtutes. AT. Participatiōe: nō proprietate. Necesse est enim ut singuli excellant in quibusdā: & tamē hoc qd legisse te dicis: ubi scriptū sit nescio. CR. I. Ignoras hanc philosophoz esse sententiā. AT. Sed non apostolorū. Neq; enim mihi curae est qd Aristoteles: sed quid Paulus doceat. CR. I. obsecro te. Nōne Iacobus apostolus scribit: qui in uno offenderit: esse oīum eum reum. AT. Ipse locus se interpretatur. Non enim dixerat unde cōperat disputatio: qui diuitem pauperi in honorem praetulerit: reus est adulterii uel homicidii. In hoc enim delirant stoici paria cōtēdentes cē pētā. Sed ita quoq; qui dixit nō maccaberis: dixit & nō occides: q; & si nō occides: maccaberis autē: factus est transgressor legis: Leuia cū le uibus &

uibus & graua cū grauibz cōparantur. Nec ferula dignū uitiū gladio uindicandū est: nec gladio dignū se-
 lus ferula coercendū. CRI. Esto ut nullus sanctorū oēs uirtutes hēat: hoc certe dabis: in eo qđ pōt facere: si fece-
 rit: esse pfectū. AT. Nō tenes quid supra dixeris? CRI. Quidnā illud est? AT. Perfectū esse in eo qđ fecit: & im-
 perfectū in eo qđ facere nō potuit. CRI. Sed sicut pfectus est in eo qđ fecit: quia facere uoluit. ita & i eo p quod
 imperfectus est: quia nō fecit: pfectū esse potuisse: si facere uoluisset. AT. Quis eni nō uult facere. qđ perfectū est?
 Aut qđ nō cūctis cupiat florere uirtutibus? Si totū requiris: ab oibus tollis reꝝ diuersitatē & gratiā: distantiā:
 & creatoris artificis uarietate: cuius sacro ppheta sonat carmie. Oīa in sapia fecisti. Indignetur Lucifer qre ful-
 gorē lunæ nō hēat: Luna sup suis defectibus & labore causetur: cur annuū solis circulū singulis mēlibz exple
 at sol q̄ratur: qđ offēderit: ut lunæ cursu tardior sit. Clamemus & nos homūculi: qđ causā extiterit: ut hoies &
 nō angeli facti simus: q̄q̄ magister ὁ ἀρχαῖος. i. uetustus: de cuius hęc sōte pcedūt: oēs rōales creaturas æquo-
 asserit iure cōditas: ut instar q̄drigaz & currū de carceribus exeuntēs: in medio spatio uel corruant uel prater-
 uolēt: & ad optata pueniant. Elephāti tātā molis: & Griphes i sua grauitate causetur: cur q̄ternis pedibus ince-
 dāt: cū mulcæ culicēq; & cetera huiuscemodi aiantia sub pēnulis senos pedes hēant: & aliq uermiculi sint: qui
 tātis pedibus scateāt: ut innumerabiles simul motus nōlla acies cōprehēdat. Dicat hęc Martion: & oēs hāretici:
 qui creatoris opibus illudūt. Vrum decretū hucusq; pueniet: ut dū singula calūniantur: manū iniiciāt deo: cur
 solus deus sit: cur iuiderit creaturis: ut nō oēs eadem polleāt maiestate? Quod licet nō dicatis (Neq; enī tam i
 sani estis) ut apte pugnetis deo: tamē aliis uerbis loqmini: rem dei hoī copulantes: ut sit absq; pctō: qđ & deus
 est. Vnde apostolus sup diuersis in tonās gratiis loqitur. Diuisiones donationū sūt. idē aut spūs: & diuisiones mini-
 sterioꝝ sunt: sed idē dominus: & diuisiones opationū. Vnus aut deus: q̄ operatur oīa in oibus. CRI. Nimiū es i
 una atq; eadē q̄stione. ut persuadere coneris hoīem uniuersa simul hēre nō posse: q̄ si aut inuiderit aut nō potue-
 rit deus prestare imagini & similitudini suæ: ut in oibus respōdeat suo creatori. AT. Ego ne nimiū an tu: q̄ so-
 luta proponis: & non intelligis aliud esse similitudinē: aliud æqualitatē. Illud picturā: hoc esse ueritatē. Verus
 equus cāporū spatia transuolat pictus parieti hāret in curru. Arriani dei filio nō cōcedūt: qđ tu omni hoī tribu-
 is. Alii nō audent pfectū in christo hoīem confiteri: ne suscipere in eo hoīs pctā cogātur: quasi potērior sit crea-
 tio creatore: Et idipsū tantū filius hoīs: qđ dei filius. Aut igiē propone alia: qbus respondeā. aut desine supbi-
 re: & da gloriā deo. CRI. Immemor es responsionis tuæ: & dū argumēta argumentis cōnectis: ac p scripturas
 latissimos cāpos infrenis equi libertate baccharis: sup fortissima questioē: cui pollicitus es te in cōsequentibus
 respōsuz: oīno tacuisti: obliuionē simulās ut necessitatē respōsiois euaderes. Sed ego stultus ad horā tribui qđ
 petebas: existimās oblatuz sponte qđ acceperas: & nō admonitū reddere qđ debebas. AT. Nisi fallor de pol-
 sibilibus mādati dilata respōsio. CRI. Aut possibilia deus mādata dedit: aut impossibilia. Si possibilia: in nra po-
 testate est ea facere: si uelimus. Si impossibilia: nec in hoc rei sumus: si nō facimus: qđ iplere nō possumus. Ac per
 hoc siue possibilia dedit deus mādata siue impossibilia: pōt hō sine pctō esse si uelit. AT. Quāso ut patienter au-
 dias: nō enim de aduersario uictoriā: sed contra mēdaciū quærimus ueritatem. Deus possibiles dedit humano
 generi ingenio oēs artes q̄ppe quas plurimi didicerūt: ut taceā de his q̄s græci μὴ ΧΑΥΙΚΑ uocant: nos ad ope-
 ra manuum prinere possumus dicere. Verbi gratia: grāmaticā: rhetoricā: philosophiā: tria genera: physicā:
 ethicā: logicā: geometriā atq; astronomiā: astrologiā: arithmetiā: quæ & ipsæ partes philosophiæ sunt: medi-
 cinā etiā q̄ i tria diuidit ΔΙΟΤΗΤΙΚΟΝ. i. uictus rationē φαρμακευτικόν. i. medicamēti rationē κειροφυκόν
 .i. operis manuarii rationem: iuris quoq; & legum scientiā quis nostz: q̄ quis sit ingeniosus poterit omnia cōpre-
 hendere: Cum eloquentissimus orator de rhetorica & iuris scientia disputans dixerit: pauci unū possunt: utrū
 q; nemo. Vides ergo: q; & deus possibile iusserit: Et tamen id quod possibile est per naturā nullum posse com-
 plere: Dedit itaq; præcepta diuersa: uirtutes uarias: quas oēs simul hēre non possumus. Atq; ita sit: ut quod in a-
 lio: aut primum: aut totū est: in alio ex parte uersetur. Et tamen nō sit in crimine: qui non habet oīa. Nec condē-
 netur ex eo: quod non habet: Sed iustificetur ex eo: quod possidet. Definit apostolus: qualis episcopus esse de-
 beat: scribēs ad Timotheum. oportet episcopum esse irreprehensibilem: unius uxoris uir: sobrium: pudicum:
 ornatum: hospitem: docilem: non uiolentum: non percussorem: sed mansuetum: non litigiosum: sine avari-
 tia: domum suam bene regentem: filios habentem subditos cum omni pudicitia. Et non neophytum: ne infla-
 tus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem eum etiam testimonium de foris habere: ne in obprobrium in-
 cidat: & laqueum diaboli. Tito quoq; scribens discipulo: quales episcopos debeat ordinare: breui sermone de-
 monstrat. Ideo reliqui te Cretæ: ut quæ reliqua sunt corrigas: & constituas per ciuitates presbyteros: sicut ego
 præcepi tibi tibi. Siquis est sine crimine: unius uxoris uir: filios habens fideles: nec in accusatione luxuriæ: aut
 non subiectos. Oportet autem episcopum esse sine crimine: sine accusatiōe. Hoc enim magis ἀνεγκλητοῦ si
 cut dei dispensatorem: non pronū: non iracundum: non uiolentum: non percussorem: non turpis lucri appe-
 titorem. Sed hospitem: benignum: pudicum: iustum: sanctum: continentē: obtinentem doctrinæ fidelem ser-
 monem: ut possit exhortari in doctrina sana. Et contradicentes coarguere: ut diuersaz psonaz uaria præcepta
 nunc sileam: circa mādata episcopi me tenebo. Vult certe deus tales esse episcopos: siue presbyteros: quales uas
 electionis docet. Primum quod dixit. Irreprehensibilis: aut nullus: aut rarus. Quis est enim qui non quasi in
 pulchro corpore: aut neuum: aut uerucam habeat. Si enim ipse apostolus dicit de Petro: q; non recto pede in-
 cesserit in euangelii ueritate. & in tantum reprehensibilis fuerit: ut & Barnabas adductus sit in eandem simula-
 tionem: quis indignabitur id sibi denegari: quod princeps apostolorū non habuit. Deinde unius uxoris uir: so-
 brium: pudicum: ornatū: hospitemq; ut reperias: illud certe quod sequitur ΔΙΑΚΡΙΚΟΝ qui possit docere: nō

maister
CURIUM

Mathome artes

Mathome tres partes

ut interpretatur latina simplicitas: docilem: cum cæteris uirtutibus difficulter inuenies: uinolentū quoq; & per-
cussorē: & turpis lucri cupidū repudiat apostolus: & pro his cupit māfuetū: absq; iurgio: sine auaritia. Et ut do-
mū suā optime regat. Quodq; uel difficillimū est: ut filios habeat subiectos cū oī pudicitia. Nō enī sufficit p-
priā hēre pudicitia: nisi eā filioꝝ & comitū ac ministroꝝ pudore decoret: dicēte Dauid. Ambulans in uia ima-
culata hic mihi ministrabat. Cōsideremus quoq; σιϛ τωσϛιϛ pudicitia: filios habētē subditos i omni pudicitia:
ut nō solū opes: sed sermone quoq; & nutibus se abstinere ab i pudicitia. Ne forte illud icidat Heli: qui certe iere-
pauit filios suos dicens. Nolite filii mei nolite: nō bonā famā audio ego de uobis. Corripuit: & punitus est quia
nō corripere debuit: sed abiicere. Quid faciet qui gaudet ad uitia: q̄ emēdare nō audet: qui cōscientiā suā metu-
it: & qd̄ cūctus populus clamitat: nescire se simulat. Quodq; sequitur μηϛεοϛυ τωϛ ut etiā a nullo accuset: ut
bonā opinionē ab iis qui foris sūt habeat: ut etiā maledictis aduersariis careat. Et qbus doctrina displicet pla-
ceat cōuersatio: puto q; nō facile sit reperire: maximeq; illud: ut potens sit aduersariis resistere: & peruersos op-
primere: & superare doctrinas: ut nō neophytus episcopus ordinet: quod uidemus nostris temporibus p̄ sū-
ma eligi iusticia. Nequaq; utiq; apostolus neophytū refutaret: sed baptismū uetera peccata conscindit. Nouas
uirtutes nō tribuit. Dimittit & arcet. Et dimisso si laborauerit præmia pollicet. Aut nullus inq; aut rarus ē q̄ oīa
habeat quæ habere debet episcopus. Et tamē si unū uel duo de catalogo uirtutū episcopi cuiq; defuerint: nō ta-
men iusti carebit uocabulo. Nec ex eo dānabitur qd̄ nō habet: sed ex eo coronabit qd̄ possidet. Oīa enī habe-
re & nullo iudicare uirtutis eius est qui peccatū nō fecit: nec dolus iuentus est in ore eius: qui cū malediceret nō
maledixit: qui cōfidenter uirtutū cōscientia loquebatur. Ecce uenit princeps mūdi huius: & in me iuenit nihil.
Qui cū esset in forma dei nequaq; rapinā arbitratus est æqualē se esse deo. Sed se exinaniuit formā serui acci-
piens: & factus est obediēs usq; ad mortē: & mortē crucis. Propterea donauit ei deus nomen sup omne nomē.
Ut in noīe Iesu flectant genua cælestia terrestria & inferna. Si ergo in una episcopi p̄sona pauca præcepta aut
nequaq; aut difficulter inuenies: quid facies de oī hoīe: qui cuncta debet implere mandata: Et ex corporalibus
consideremus spiritalia. Alius uelox pedibus: sed non fortis manu. Ille tardus incessu: sed stabilis i proelio: Hic
pulchrā habet faciem: sed rauca uocis est: alius tetrā: sed dulci modulatione cantat. Illū ingeniosū: sed obliuio-
sū. Hunc memorē: sed tardi uidemus ingenii. In ipsis controuersis: in quibus quondā pueri lusimus: non oēs
similiter uel in proœmiis: uel innarrationibus: uel in excessibus: uel in argumentis: aut exemplorū copia: & e-
pilogorū dulcedine se agunt. Sed eloquentia suā alia atq; alia in parte dissimiles sunt. De uiris magis ecclesia-
sticis loquor. Multi super euangelia bene dixerunt. Sed in explanatione apostoli ipares sui sunt. Alii cū instru-
mento nouo optime senserunt: in psalmis & ueteri testamento muti sunt. Hoc totū dico: q; non oīa possumus
oēs. Rarusq; aut nullus est diuitū: qui i omni substantia sua paria uniuersa possideat. Possibilia præcepit deus
& ego fateor. Sed hæc possibilia cuncta singuli habere non possumus. non i becillitate natura: ne calumniā fa-
cias: sed animi latitudine qui cunctas simul & semp non possit habere uirtutes. quod si & in eo arguis creatorē
quare te talem condiderit: qui deficias atq; lassescas. dicam iteq; maior erit reprehensio: si eū uolueris accusare:
quare te deū non fecerit. Sed si dices: si non possum ergo peccatū nō habeo: habes peccatū: quare nō feceris: qd̄
alius potuit facere. Rursumq; ille: cuius tu comparatione deterior es: uel tui in alia uirtute: uel alterius: erit col-
latione peccator. atq; ita fit: ut quēcunq; primum putaueris: minor sit eo: qui se in alia parte maior est. CRI. Si
non potest homo esse sine peccato. quō iudæis scribit apostolus: Ei qui potens est conseruare uos sine peccato:
& constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos: quo testimonio comprobatur posse hoīem esse sine pec-
cato: & maculam non habere. AT. non intelligis quæ proposueris. Neq; enim homo potest esse sine peccato:
quod tua habet sententia: sed potest: si uoluerit deus: hoīem seruare sine peccato: & immaculatum sua misericor-
dia custodire. Hoc & ego dico: q; cuncta deo possibilia sunt. Hoī aut non quicquid uoluerit possibile est: & ma-
xime id esse: q; nullam legeris habere creaturam. CRI. Non dico hoīem esse sine peccato: quod tibi forsitan im-
possibile uideatur: sed posse esse si uelit. Aliud est enim esse: aliud posse. Esse quærit exemplum: posse ostendit i
perii ueritatem. AT. Nugaris: nec meministi illius prouerbii. actum negas: & in eodem ceno uolutaris: immo
laterem lauas: pro quo nihil aliud audies: nisi hoc: quod omnibus patet. Rem te uelle firmare: quæ nec est: nec
fuit: & forsitan nec futura est. Atq; ut ipso uerbo utar: & stultitiam assistate. i inconsistentis argumentationis
ostendam: esse posse te aio dicere: quod esse non possit. hoc enim quod proposuisti: posse hoīem sine peccato ef-
se si uelit: aut uerum est: aut falsum est. Si uerum est: ostende quis fuerit. Si falsum: quicquid falsum est: nunq̄
fieri potest. Veg; hæc quasi explosa taceantur: & in scriniolis uestris mussitent publicam faciem formidantia.
Transeamus ad alia: in quibus perpetua oratione utendum est. Ita duntaxat ut habeas potestatem refellendi:
& quærendi: siquid uolueris. CRI. Audiam patienter: non enim dicam libenter: & mirabor ingenium: cuius
magis stupeo falsitatem. AT. Vtrum falsa sint an uera: quæ dicturus sum: cum audieris: tunc probabis. CRI.
Loquere ut uis: mihi decretum est: si respondere non potuero: magis silere q̄ mendacio acquiescere. AT. Quid
interest utrū te tacentem an loquentem superem: Et iuxta prothei fabulam. Vigilantem capiam an dormien-
tem: Cum dixeris: quæ uolueris: audies quæ nequaq; uelis. Veritas enim laborare potest: uinci non potest. Li-
bet sententias tuas parumper discutere: ut intelligant sectatores tui q̄ diuinum in te mirentur ingenium. Dicis
sine peccato esse non posse: nisi qui scientiam legis habuerit: per quod magnam partem christianorum exclu-
dis a iusticia: & qui prædicator es impeccantia: omnes proprie peccatores esse pronūcias. Quotus enī quisq;
christianorum habet legis scientiam: quam in multis doctoribus ecclesiæ: aut raro aut difficulter inuenias: Ve-
rum tu tanta es liberalitatis: ut fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies. Ut in alio loco scripseris: scientiā
legis

Virg. in libro

*123 Torrens
Artu ne uyas*

superantia ut

lyfandine

118 Agis

legis etiam foeminas habere debere: cum apostolus doceat esse tacendum mulieribus in ecclesia: & siquid ignorant domi viros suos debere consulere. Nec sufficit tibi dedisse agmini tuo scientiam scripturarum: nisi eae uoce & canticis delecteris. Jungis enim & ponis in titulo q. & foeminae deo psalleri debeant. Quis enim ignorat psallendum esse foeminis in cubiculis suis: & absq; uiroq; frequentia & congregatiōe turbare? Verū ut donas quod uerecunde facere debeant: & absq; ullo arbitrio magistri auctoritate proclamant. xiiii. titulo. Addis praeterea seruū dei nihil amare de ore suo: sed semper quod dulce est & suaue debere proferre: & quasi alius sit seruus dei alius doctor & sacerdos ecclesiae prioris oblitus sententiae. Ponis in alio titulo. xxii. sacerdotem siue doctorem omnium actuum speculari debere: & fiducialiter corripere peccantes: ne pro iisdem rationem reddant. Et eorū sanguis de suis manibus requiratur. Nec semel dixisse contentus id ipsum replicas: & inculcas. xxxi. sacerdotē siue doctorem nemini adulari debere. Sed ardentem omnes corripere: ne & se & eos qui cum audiunt perdat. Tanta ne est in uno opere dissonantia: ut quid prius dixeris: nescias? Si enim seruus dei nihil amare de ore suo debet proferre: sed semper quod dulce & suaue est. Aut sacerdos & doctor serui dei non erunt: qui fiducialiter debent corripere peccantes: & nulli adulari: sed audacter omnes increpare: Aut si sacerdos & doctor non solum serui dei: sed inter seruos eius principalem tenent locum: frustra seruis dei blanditias & dulcedines reseruasti: cum hoc proprie haereticorū sit: & eorū qui decipere cupiunt audientes: dicente apostolo. Huiusmodi enī Christo domino nostro non seruiunt: sed suo uentri. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium: semper insidiosa: callida: blāda est adulatio. Pulchre q; adulator apud philosophos definitur. *Blādus inimicus: ueritas amara ē: rugosa frōtis: ac tristis offēditq; correctos.* Vnde & apostolus loquitur. Inimicus uobis factus sum: ueritatem dicēs uobis. Et comicus obsequium amicos: ueritas odium parit. Quapropter & pascha cum amaritudinibus comedimus: & uas electionis docet pascha celebrandum: in ueritate & sinceritate. Veritas in nobis sit & sinceritas: & amaritudo ilico consequetur. Illud uero quod in alio ponis loco: omnes uoluntate propria regi: quis christianorū potest audire? Si enim non unus: nec pauci: nec multi: sed omnes reguntur propria uoluntate: ubi erit auxilium dei? Et quomodo illud exponis? A domino gressus hominis diriguntur: & nō in homine uia eius: Et nemo potest quicq; accipere: nisi datum fuerit ei de super. Et in alio loco. Quid enim habes: quod non accepisti? quid gloriaris: quasi non acceperis? dicente domino saluatore. Non descendi de caelo: ut faciam uoluntatem meam: sed uoluntatem eius qui me misit patris. Et in alio loco: Pater si fieri potest trāseat a me calix iste: Verumtamen non quod ego uolo: sed sicut tu uis pater. Et in oratione dominica. Fiat uoluntas tua: sicut in caelo & in terra. Quia sententiae temeritate aufers dei omne praesidium: Et quod in alio loco frustra conaris adiungere absq; dei gratia: quomodo sentire uelis: ex hoc loco intelligitur: dum gratiam eius: nō ad singula refers opera: sed ad conditionis ac legis: & liberi arbitrii potestatem. lxxii. Illud uero dum in sequenti ponis capitulo: In die iudicii iniquis & peccatoribus non parcendum: sed aeternis eos ignibus exurendos ferre quis potest? & interdiceret misericordiam dei & ante diem iudicii de sententia iudicis iudicare: ut si uoluerit iniquis & peccatoribus parcere: te praescribente nō possit. Dicis. n. Scriptū ē. n. i. ciii. psalmo. Deficiāt peccatores a terra: & iniqui ita ut non sint. Et in Esaia. Comburentur iniqui & peccatores simul: & qui relinquunt deum consumabuntur. Et non intelligis comminationem dei interdum sonare clementiam. Non enim dicit eos aeternis ignibus concremari: deniq; Esaia de quo ponis testimonium: comburentur ait iniqui & peccatores simul. Ei non addidit in aeternum. Et qui relinquunt deum consumabuntur. proprie hoc de haereticis loquitur: qui rectum fidei tramitem relinquentes consumabuntur: si noluerint ad dominum reuerti: quem dereliquerunt: quae sententia & tibi parata est: si neglexeris ad meliora conuerti. Deinde cuius est temeritatis: iniquos & peccatores impiis iungere: quia nobis sic definiuntur: omnis impius iniquus est: & peccator est: nec recipitur: ut possimus dicere: Omnis peccator & iniquus etiam impius est. Impietas enim proprie ad eos pertinet: qui notitiam dei non habent: uel cognitam transgressione mutarunt. Peccatum autem & iniquitas pro qualitate uitiorum post peccati & iniquitatis uulnera recipit sanitatem. Vnde scriptum est. Multa flagella peccatoris: & non interitus sempiternus. Et per omnia flagella atq; cruciatus emendatur Israel. Quem enim diligit dominus: corripit. Flagellat autem omnem filium: quem recipit. Aliud est cedere magistri & parentis affectu: aliud contra aduersarios crudeli animo delatire. Quam ob causam & in primo psalmo canitur: Quoniam non resurgunt impii in iudicio. Iam enim in perditionem sunt praedudati. Neq; peccatores in consilio iustorū. Aliud enim est gloriam perdere resurgendi: aliud perire perpetuo. Veniet inquit hora: in qua omnes qui in sepulchris sūt audiet uocē eius: & egredient qui bona fecerunt in resurrectionē uitae. Qui aut mala egerūt in resurrectionē iudicii. Vnde & apostolus eodē sensu: quia eodem & spiritu loquitur ad Romanos. Quicūq; enim sine lege peccauerunt: sine lege peribūt. Et quicūq; in lege peccauerūt: p. legem iudicabuntur. Sine lege impius est: qui impius in aeternū peribit: in lege peccator credens in deū: qui per legē iudicabitur: & nō peribit. Si peccatores & iniqui aeternis ignibus exuruntur: non times sententiā tuam: qui iniquum & peccatorem te esse dicis. Et argumentaris non hoīem esse sine peccato: sed esse posse. Ergo solus ille saluetur: qui nunq; fuit: nec est: sed futurus est: aut forsitan nec futurus: & pereant omnes: quos retro fuisse legimus. Tu ipse qui Catoniana nobis in flaris superbia: & Milonis humeris intumescis: qua temeritate peccator magistri nomen assumis? Aut si iustus es: & humilitate simulas peccatorem: mirabimur: atq; gaudebimus habere te solum: possidere cum sociis: quod nec uel possibile patriarcharū: nec prophetarū: nec apostolorum quispiam habuit. Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas: & diabolo tribuit poenitentiam: quid ad nos: qui & diabolū & satellites eius: omnesq; impios & prauaricatores dicimus perire perpetuo? Et christianos si in peccato praudenti fuerint:

Blādus Inimicus

saluandos esse post penas: xxi. Iungis præterea duo capitula inter se discrepantia: quæ si uera sint: os aperiri non poteris. Sapientiam & intellectum scripturæ: nisi qui didicerit: scire non posse. xx. Et iterum: Scientiam legis usurpare non debere indoctum. Aut enim magistrum a quo didiceris proferre cogeris: aut si magister talis est qui ab alio non didicerit: & docuerit te quod ipse ignorabat: restat ut non recte facias: qui indoctus usurpas scientiam scripturæ: & magister prius quam discipulus esse cœpisti. Nisi forte humilitate solita: magistrum tuum iactitas dominum: qui docet omnem scientiam: ut cum Moyse in nube & caligine facie ad faciem audias uerba dei: & inde nobis cornuta fronte procedas: nec hoc sufficit: sed repente mutaris in stoicum: & de Zenonis nobis tonas supercilio. Ixxiii. Christianum illius debere esse patientiæ: ut si quis sua auferre uoluerit: grater amittat: Nonne nobis satis est patienter perdere: quod habemus: nisi uiolento atque raptori agamus gratias: & cum cunctis benedictionibus prosequamur: Docet euangelium ei: qui nobiscum uelit iudicio contendere: & per lites ac iurgia auferre tunicam: etiam pallium esse cedendum: Non præcepit: ut agamus gratias: & læti nostra perdamus: hoc dico: non quod aliquid sceleris in hac sententia sit: sed quod ubique mediocriter *υπερβολικως* transeas & magna secleris. Vnde adiungis gloriam uestium & ornamentorum deo esse contrariam. Quæ sunt rogo inimicitie contra deum: si tunicam habuero mundiore: si episcopus: presbyter: & diaconus: & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida ueste processerint. Cauete clerici: cauete monachi: uidua & uirgines: periclitamini: nisi sordidas uos atque pannosas uulgus aspexerit. Taceo de hominibus sæculi: quibus aperte bellum indicitur. Et inimicitie contra deum: si preciosis atque nitentibus utantur *exuis. clxiii.* Audiamus & cætera. Inimicos ut proximos diligendos: statimque opprefurus grauissimo lethargo ponis & dicis. clxi. Inimico nunquam esse credendum: quod sibi esse contrarium etiam me silente: perspicuum est. Sed dices utrumque uocibus scripture contineri: non animaduertens quo sensu in suis locis dicta sunt. Præceptum est mihi ut diligam inimicos: & orem pro persecutoribus. Nunquid iustum est: ut ita diligam quasi proximos & consanguineos & amicos: ut inter æmulum & necessarium nulla distantia sit. Si inimicos diligo quasi proximos: amicis quid amplius exhibebo? Aut si hoc dixeris: illud tacere debueras: ne contraria sibi in eodem loco dicere uidearis. Inimico nunquam esse credendum. Sed quomodo diligatur inimicus & lex docet: Iumentum aduersarii si ceciderit: subleuandum. Et apostolus. Si esurierit inimicus tuus: ciba illum: si sitierit da illi potum. Hoc enim faciens carbonem ignis congregabis super caput eius: non in maledictum & condemnationem: ut plerique existimant: sed in correctionem: resurrectionem: & plenitudinem: ut superatus beneficiis odii igne: excocto frigore charitatis: inimicus esse desistat. cxxiii. addis præterea: regnum cælorum etiam in testamento ueteri repromitti. Ponisque testimonia de apocryphis: cum perspicuum sit regnum cælorum primum in euangelio prædicari per Ioannem Baptistam & dominum saluatorem & apostolos. Lege euangelia. Ioannes Baptista clamitat in deserto. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum. & de saluatore scriptum est. Et eo tempore cœpit prædicare & dicere: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Tu autem nos Manichæos uocastur legi euangelium præferentes: in illa umbram: in hoc ueritatem esse dicamus: & non intelligis stultitiam tuam imprudentiæ copulatam. Aliud est dānare legem: quod Manichæus faciat: aliud legi præferre euangelium: que apostolica doctrina est. In illa enim serui: in hoc præfens dominus loquitur. Ibi promittitur: hic impletur. Ibi initia. hic perfectio est. In illa operum fundamenta iaciuntur: hic fidei & gratiæ culmen imponitur. Hoc posuimus: ut egregii præceptoris doctrina monstretur. Centesimus titulus est posse hominem sine peccato esse: & dei mandata facile custodire si uelit. de quo abunde dictum est. Cumque se imitatore: immo expletore operis beati martyris Cypriani scribentis ad Cyrinum esse fateatur: non intelligit se in eodem opere dixisse contraria. Ille in. liiii. titulo tertii libri ponit: neminem sine sordibus & sine peccato esse. statimque iungit testimonia: in quibus scriptum est apud Iob. Quis enim mundus a sordibus: ne si unius etiam diei sit uita eius in terra. Et in psalmo. I. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Et in epistola Ioannis. Si dixerimus: quia peccatum non habemus: nos ipsos decipimus: & ueritas in nobis non est. Tu ex diuerso asseris: posse hominem sine peccato esse. Et ut hoc uerum dixisse uidearis: statim iungis. Et dei mandata facile custodire: si uelit: quæ aut rarus. aut nullus impleuit. Si enim facilia sunt debent a pluribus custodiri. Sin autem ut concedamus tibi rarus quisque ea explere potest: manifestum est esse difficile quod rarum est: atque ut hoc augeas: & magnitudinem tuæ uirtutis ostendas: quod scilicet de bono conscientia thesauro eruere conaris. Pōnis in titulo. cxxiii. Nec leuiter quidem esse peccandum. Et quid sit hoc leuiter: ne forte in opere te aliquis dixisse existimaret: adnectis. cxxxi. Malum uero nec cogitandum: neque illius sententiæ recordaris. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine: Et ab alienis parce seruo tuo. Cum ecclesia etiam ea quæ per ignorantiam delinquimus: & sola cogitatione peccamus: delicta esse fateatur. In tantum ut hostias pro errore iubeat offerri: & pontifex qui pro cuncto populo deprecatur: ante pro se offerat uictimas: qui certe nunquam pro aliis iuberet offerri: nisi iustus ipse esset. Nec rursus pro se offerre: si peccato careret ignorantia scilicet. Nunc mihi latissima scripturæ spatia peragrandia sunt: ut doceam errorem & ignorantiam esse peccatum. Obsecro te: nonne legisti: qui uiderit mulierem ad concupiscendum: iam mœchatus est eam in corde suo. Non ergo solus aspectus & incentiua uitio: reputantur in peccatum: sed ea quibus attribuiamus assensum. Aut enim uitam possumus malam cogitationem: & consequenter possumus carere peccato. Aut si uitare non possumus: reputatur in peccatum: quod cauere non potest. Callide quidem argumetur: sed non intelligis argumentationem tuam contra sanctas scripturas facere: Volunt enim eloqua scripturæ: etiam ignorantiam habere peccatum. Vnde & Iob offert hostias pro filiis suis: ne forte per ignorantiam in cogitatione peccauerint. Et qui ligna cedit: si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus: pergere iubetur ad urbem

ad urbem fugitivorum: & tãdiu ibi esse: q̄d̄iũ sacerdos maximus moriatur: id est redimat sanguine saluatoris. Aut in dono baptismatis: aut in pœnitentia quæ imitatur baptismatis gratiam: per ineffabilem clãmentiam Saluatoris: qui non uult perire quenq̄: nec delectatur mortibus peccatorum: sed ut & conuertantur: & uiuant. CRJ. Rogo quæ est ista iusticia: ut in peccato teneat erroris: cuius reatum non habet conscientia: Nescio me peccasse: & eius rei q̄ nescio: pœnas luo: Et quid plus faciam: si sponte peccauero? ATTI. A me sententiæ & dispositio nis dei causas requiris: Respondebit stulte interrogationi tuæ liber sapientiæ. Altiora te ne quæsieris. Et fortiora te scrutatus ne fueris. Et alibi: Noli esse sapiens multum. Et noli argumentari plus q̄ oportet. Et in eodem loco. In sapientiã & in simplicitate cordis quærite deum. Ac ne forte huic uolumini contradicas: audi apostolum euangelica clangentem tuba. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles uia eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius fuit eius? Iste sunt quæ stiones: de quibus & in alio loco scribit. Stultas autem & ineruditas quæstiones de uita: sciens quoniam lites generant. Et Ecclesiastes: de quo certe libro nulla est ambiguitas: Dixi inquit sapiens efficiar: & ipsa longe facta est a me: profunda profunditas: quis eam inuenit: a me quæris quare figulus aliud uas fecerit in honorem: aliud in contumeliã: Et non uis acquiescere Paulo pro suo domino responderi. O homo tu quis es qui respondes deo? Audi ergo breuiter testimonia scripturarum: ut stulta immo impia sciscitatio in perpetuum conticescat. Loquitur deus in Genesi. Non adiciam ultra maledicere terræ propter opera hominum: quia apposita est mens hominis diligenter ad mala a pueritia. Abraham & Sara audita repromissione filii Isaac: ridet in corde suo: & tacita cogitatio non latet scientiam dei. Arguuntur in risu & ipsa cogitatio quasi pars infidelitatis reprehenditur: attamen non ex eo q̄ risere diffidentiã condemnantur: sed ex eo quod postea crediderunt iusticiã palmam acceperunt. Loth nescit in concubitu filiarum quid fecerit: & inebriatus ab eis non habet crimen conscientiæ. Et tamen error i uitio est. Argue sanctum uirum Jacob: quare Rachel formosam dilexerit pro qua & seruiuit multo tempore: & in Liæ primo concubitu fuerit contristatus: & acquiesce tandem humanæ fragilitati quæ etiam pulchra corpora diligit: & deformia detestatur. Luget Jacob mortem filii sui Ioseph: & multo tempore consolationem non recipit filiorum: responderq̄ lugens & gemens: Vadam ad infernum: & probat se hominem: dum iustus ignorat quid actum sit de iusto filio Ioseph. In Exodo scriptum est: Si percusserit aliquis quempiam & mortuus fuerit: morte moriatur. Sin autem non uolens: sed deus tradidit eum in manibus eius: dabo tibi locum: ad quem confugiat: qui occiderit. In quo notandum est: q̄ deus tradidit hominem in manus eius: & ille qui occidit per ignorantiam exilio condemnatur. In Leuitico lex exponitur. Anima si peccauerit in conspectu domini non sponte ex omnibus præceptis domini quæ nõ oportet fieri: feceritq̄ unum ex eis: siue pontifex fuerit: siue omnis synagoga: & reliquus populus: & postea didicerit peccatum suum: quod peccauit per ignorantiam: offeret munus hircum i capris immaculatum: & ponet manus suas super caput eius: interficietq̄ illum in loco ubi mactantur holocausta coram domino: quia pro peccato est. Statimq̄ in sequentibus. Si tetigerit aliquid immundum: quod non liceat tangere: & fecerit per ignorantiam: & postea didicerit siue p miserit aliquid: & fuerit oblitus: pronuntiabit peccatum suum in quo peccasse se perspicit: & offeret domino pro his quæ peccauit: agnam siue capram pro peccato: & præcabitur pro eo sacerdos super peccato: & dimittetur ei peccatum. Sin autem non preualuerit manus eius: ut offerat ouem peccatis eius: quibus peccauit: duos turtures aut duos pullos columbarum offeret domino: unum pro peccato: & unum in holocausto: & portabit ea ad sacerdotem: & offeret sacerdos pro peccato quod peccauit: & dimittetur ei. Ceteraq̄ his similia: quæ istud breuitatis omitto: ne fastidium stomacho tuo faciam. In consequentibus quoq̄ narrat Moyses: q̄ in consecratione Aaron & filiorum eius obtulerit uitulum pro peccato: & posuerit Aarõ & filii eius manus super eum super caput uidelicet uitali: qui erat pro peccato: & mactauerit eum: & tulerit eum de eius sanguine: & posuerit super cornua altaris in circuitu digito suo: atq̄ altare mundauerit. Similiter in ariete fecerit: & de sanguine eius tetigerit auriculam eius dexteram: & manum dexteram: & summitatem pedis dextri. Et post multa alia quæ narrare longissimum est: & enumeratis diebus. vii. ita legimus. Factum est quoq̄ die octauo: & uocauit Moyses Aaron: & filios eius: & omnes seniores israel: & dixit ad Aaron. Tolle uitulum de bobus pro peccatis & arietem in holocausto immaculatum: & offeres deo in conspectu domini: & senioribus israel loquere dicens. Tollite hircum de capris uiuum pro peccato: & uitulum immaculatum anniculum in holocaustum. Dixitq̄ Moyses ad Aaron: Accede ad altare: & fac pro peccato tuo reliqua. Rursumq̄ eleuauit Aaron manus super populum: & benedixit eis. Descenditq̄ cum fecisset pro peccato & holocausto & salutari. Mulier generat liberos lege naturali: & immunda est: si masculum peperit diebus. lx. si fœminam diebus. lxxx. Accusa creatorem cur immundum quicq̄ nominet: quod ipse condidit. Et non solum ipsa immunda est: sed & omne quod tetigerit. Cunq̄ dies inquit purgationis eius completi fuerint: super filio aut filia offeret agnum anniculum immaculatum: & pullum columbarum: & turturem pro peccato: ad hostium tabernaculi testamenti sacerdoti: qui offeret in conspectu domini: & expiabit pro ea sacerdos. De leproso quoq̄ quod in die purgationis eius offeratur pro eo uictima pro peccato: duoq̄ turtures: & duo pulli columbarum: unus pro peccato: alius in holocaustum. Et qui fluxum seminis patitur: eodem sacrificii ordine pro peccato & holocausto liberatur. Et ad extremum inferitur. Timoratos facite filios israel ab immunditiis suis: & non morientur pro peccato suo: si contaminauerint tabernaculum testamenti. Ipsi quoq̄ Aaron precipitur: ut non in omni tempore ingrediatur in sancta sanctorum: ne forte moriatur. Cunq̄ ait uoluerit intrare: offerat

uitulū pro peccato: & arietē in holocaustū. Duoſq; hircos accipiat ab uniuerſo populo: unū ex eis offerat pro peccato ſuo: & unū pro peccato populi: & arietē in holocaustū. Alter hircorū cuncta peccata ſuſcipit populi in typū domini Saluatoris: & offert in ſolitudinē: & ſic placat deus omni multitudini. Ad extremū dicit: ſi comederit homo de ſanctificatis p̄ ignorantiā: imputatur ei iniquitas: atq; delictū: & uoti reus erit. Vnde & apoſtolus monet eucharistiā domini cū cautione ſumendā: ne in condēnationē nobis ſumamus atq; iudiciū. Si dāatur i lege ignorantia: quanto magis in euangelio conſcientia. Tranſeamus ad numeros & ob contentioſorū ipudētia confurandā ſūma quæq; carpamus. Nazareus ſancto crine uenerabilis alterius ſubita morte maculatur: & omnes dies conſecrationis eius preteriti irriti ſiunt: poſtea q; pro eo offerunt duo turtures: & duo pulli columbarū. Vnus pro peccato: & alter in holocaustū. In die quoq; conſumationis eius offertur agnus cū holocausto: & agna pro peccato: Et poſt multa ſcriptū eſt: ut nunc magnificet fortitudo domini: ſicut locutus eſt dicens: Dominus longaminiſ & multæ miſericordiæ auferens iniquitatē & ſcelera: & mūdans nō faciet innocentē: pro quo *longa mimi*
.lxx. interpretati ſunt: & emundās nō mundauit reū: q; ſolus etiā poſt indulgentiā reus ſit propriæ conſcientiæ. Cūq; ait ignorauerit populus: & fecerit unū ex his quæ faceret nō debuit præter ceremoniarū longū ordinē iſeritur & dicit. Offerte hircū caprarū pro peccato: & placabit ſacerdos pro omni ſynagoga filiorū iſrael: & propiciabitur ei dominus: quia ignorantia eſt: & ipſi offerent oblationē ſuā in ſacrificiū domino pro peccato ſuo in conſpectu eius: quoniā nescierunt. Ibiq; addit: ſi anima una peccauerit p̄ ignorantia offeret caprā anniculā pro peccato ignorantia coram domino: & deprecabitur pro eo ſacerdos: eo q; ignorauerit pro peccato ignorantia corā domino: & rogabit pro eo: & propiciabitur ei. In calendis ſingulorū menſiū offert hircus caprarū pro peccato domino. In paſcha quoq; p̄ dies octo a die .xv. mēſis primi uſq; ad .xxi. diē ſacrificiū pro peccato eſt. In pentecoſte hircus pro peccato offert: & in calendis menſis ſeptimi quādo tubarū clangor concinit eadē hirci pro peccato religio conſeruatur: dei quoq; decimo eiūſdē menſis ſeptimi: quoniā ieiuniū eſt uſq; ad ueſperę: offert hircus caprarū pro peccato præter eū hircū: qui ante holocaustū pro peccato ex lege maſtatur: i diebus quoq; Senophegiæ: quando figebant tabernacula in die .xv. eiūſdē menſis ſeptimi uſque ad diē .xxii. inter uictimas ſemper p̄ peccato hircus offerebat: ut illud iſpleatur beati Dauid. Tibi ſoli peccaui: & malū corā te feci: ut iuſtificeris i ſermonibus tuis: & uincas cū iudicaris. Sex ciuitates eliguntur exilii eorū: qui nō ſponte: ſed p̄ ignorantia: uel iactu lapidis: uel iſpulfione manus: uel ioco: uel laſciuia abiq; inimicitis inſelicitate magis q̄ uoluntate peccauerūt: & tamen nō abſq; crimine ſunt: dum relegantur in perpetuū: & ante conſtitutū diē nec ſupplicatione: nec precio eorum reuerſio iſpetrari & redimi poſſit in deuteronomio: qui liber præteritorū enumeratio eſt: perſpicue demonſtratur: non in operibus noſtris atq; iuſticia: ſed dei miſericordia nos conſeruari dicente domino p̄ Moyſe. Ne dicas in corde tuo: cū ſubuerterit eos dominus deus tuus a facie tua. In iuſticia mea introduxit me dominus: ut poſſideā terrā hanc: & impietate gentiū iſtarū dominus conſumet eos a facie tua: nō i iuſticia tua: & directione cordis tui intrabis ut poſſideas terrā eorū: ſed impietate eorum dominus deus tuus conſumet eos a facie tua: ut ſuſciet uerbū: quod locutus eſt patribus tuis Abraham: Iſaac: & Iacob: & ſcies q; nō iuſticia tua dominus deus tuus dabit tibi terrā optimā: ut poſſideas eā: quia populus duræ ceruicis eſt. In eo autē quod dixit: Perfectus eris cū domino deo tuo quo ſeſu dixerit ex ſequētib; approbat. Cū ingreſſus inq; fueris terrā: quā dominus deus tuus dabit tibi: non diſces facere abominationē gentiū illarū. Nō inuenietur i te qui traducat filiū: uel filiā ſuam p̄ gne diuinationibus: uel oibus auguriis & maleficis artibus & iſcantationibus nō ſeruias: ut iſterroges magos & ariolos: & mortuos: abominatio enī domini eſt omnis qui facit hæc. Et p̄pter has abominationes dominus deus tuus conſumet eas a facie tua: p̄fectus eris cū domino deo tuo. Deniq; inferit q̄ gentes iſtæ quas tu poſſidebis ariolos & diuinos audiūſt. Tibi autē nō dedit dominus deus tuus. Statimq; ſubiungit p̄phetā unū ex te de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit dominus deus tuus: ipſū audies. Ex quo oſtēditur p̄fectū hic dici non q̄ cunctas uirtutes habeat: ſed qui p̄fectum & unum ſeq̄tur deū. Narratq; ſimiliter de cōditione exulū: qui p̄ ignorantia peccauerunt: quo & q̄diu cōfugere debeant: atq; ſubiungit. Quādo ædificaueris domū nouā facies lorikulā tecto tuo i circuiſu ne ſanguinis reus ſis cū aliquis ceciderit ex ea. Et iterū. Si fuerit i te uir qui nō ſit mūdus a nocturno fluxu egredietur extra caſtra: & nō ingredietur medium caſtrorum: cūq; adueniet ueſpera lauabit ſe aqua: & poſt occubitū ſolis ingredietur mediū eorum. De Ieſu filio naue duo tātum ponā teſtimonia: peccauit Achaz: & totus populus offendit. Dixitq; dominus ad Iſue: Nō poterunt ſtare filii Iſrael in conſpectu inimicorum ſuorū ſed dorſa uertent aduerſariis ſuis: quia factū eſt anathema in eis. Et non addā ut ſim uobiscū: niſi contritum fuerit anathema de medio ueſtrum. Cūq; ſacrilegiū quæreretur: & ſors latentē inueniſſet reum: interficiuntur cū Achaz filii eius: & filia: boues: aſini: pecora: & tabernaculum: & quæcunq; habere potuit: igne deleta ſunt. Eſto q; ipſe peccauerit: quid cōmiſere filii: quid boues: quid aſini: quid pecora: Fac deo calumniā: quare unus peccauerit: & pars populi trucidata ſit. Cur & ipſe lapidatur: & omnia quæ habere potuerit ultrix flamma conſumpſerit. Dicamus & aliquid aliud. Non erat inquit ciuitas: quam non tradidit dominus filiis iſrael: abſq; Eneo q; habitabat in Gabaon omnes pugnando ceperunt: quia a domino factum erat: ut induraret cor eorum: & pugnarent contra iſrael: ut interficerentur: & non fieret in eis miſericordia: & perirent: ſicut præcepit dominus Moyſi. Si domini factum eſt uoluntate: ut pacem non reciperent: nec ſuſciperent iſrael: dicamus iuxta apoſtolum: Quid ergo quæritur? Voluntati enim eius quis poteſt reſiſtere? De Samuel & Malachi Ionaſthan fauim mellis guſtauit in ſceptro: & illuminatus oculis periclitatur: q; nesciens fecerit. Hoc enim ſcriptura teſtatur: q; ignorauerit a patre eſſe preceptum: ne quiſquam guſtaret: donec uictoria domini compleretur: In tantum autem iratus eſt dominus: ut ſors inueniret occultum: & ipſe ſateretur dicens.

Neomenis
Paſcha
Pentecoſte
Senophesia

Sex ciuitates exulj

Deuteronomius

Perfectus

dicens. Gustavi in summitate sceptri: quod est in manu mea parū mellis: & ecce ego morior. Et postea intercessioe & precibus populi liberatus est: dicens ad Saul. Nūc Jonathan morietur: quia fecit salutē hanc magnā in israel: Absit. Vivit dominus: Si ceciderit de capillis capitis eius in terrā: quia cū domino fecit diē hanc: & liberauit dominus Jonathan: & nō est mortuus. Samuel irascitur Sauli: & non vult ire cū rege. Postea precibus vincitur: ut ostendat humani animi in diuersū mutationē. Pergit Bethleem: singulos filios: Iesse putat ipsos esse: quos dominus requirebat. Cūq; uideret Eliab ait: Ecce in cōspectu domini Christus eius. Et ait dominus ad eū. Ne respicias ad uultū eius: & ad staturā corporis illius: quoniam abiici eū. Aliter enī uidet homo: aliter deus. Homo enī uidet i facie: deus in corde. Atq; in hunc modū p̄ omnis errat: p̄ omnis corrigitur: ut pateat humanā mētis infirmitas. Miphiboseth Saul filius interficitur dolo a Recab & Baana filiis Remō Berotite. Cūq; nunciassent Dauid: & caput aduersarii demōstrarent: occisi sunt: Dauid dicente: Viri ip̄ii occiderunt uirū iustū in domo sua & i lectulo suo. Certe Miphiboseth iustus nō erat: & tamen in eo iustus appellatur: quod absq; noxa interfectus est. Oza Leuites cū archa domini transferret hierusalē: & lasciuientes boues plaustrū in partē alterā declinassent: misit manū: ut sustentaret inclinātā. Statimq; sequitur. Iratus est furor domini in Ozā: & percussit eū deus ibi p̄ ignorantia: & mortuus est iuxta archā dei. Cōtristatusq; Dauid q; percussit dominus Ozā: timuit dominū in illa die: & ait. Quomodo ingredietur ad me archa domini: Dauid iustus & p̄pheta: & unctus in regē: quē elegit dominus secundū cor suū: ut faceret cunctas uoluntates eius: ut uidet ignorantia domini furore punita terret: atq; tristat: nec querit causā a domino: quare percussit ignorantē: sed simile sententiā p̄temiscit. Præcepit Dauid principi exercitus Ioab: ut numeret populū: statimq; scriptura cōmemorat: & percussit cor suū: & dixit ad dominū: peccaui uehemēter: quia hoc feci: cū iuberet ut fieret: utiq; quid diceret ignorabat: & tamen se ip̄se reprehendit: & pro hac culpa lxx. milia hominum angeli gladio trucidant. Salomon cōpletis tēpli ceremoniis utraq; palmas tēdit ad dominū: & ait: Cū peccauerit tibi populus: nō est enī homo: qui non peccet. Abia propheta Sābnites nesciebat ad se uenire uxore Hieroboā: dixitq; dominus: Ecce uxor Hieroboā ingreditur: ut quærat uerba a te pro filio suo: q; ægrotauit iuxta hoc: & iuxta hoc loqueris ad eā. Heliseus sedebat in monte: uenit ad eum mulier: cuius filius mortuus erat: & amplexa pedes eius uociferatur. Repellente autē eā Giezi: dixit ad eū uir dei: dimitte eā: quoniam anima eius in amaritudine est. Et dominus exclauit a me: ut non annunciarer mihi. In libro dieq; legimus: fuerunt filii Sobal patris Cariathiarim: qui prophetabat ex dimidio. Et iterū. Filii autē Alma Bethleem & Netophathi corona domus Ioab. & qui prophetabat ex dimidio Sarai & cætera. Similiter utiq; sancti erant qui prophetabant & tamen perfectā non meruerunt accipere prophetiā. Nequaquā de futuro secundū tropologia: sed ip̄æsentia: iuxta historiā: prophetantes. Abachuc propheta canticū suū hoc inscribit titulo. Oratio abachuc prophetae p̄ ignorantibus. Locutus enī fuerat audacter ad dominū: & dixerat. Usq; quo domine clamabo: & nō audies: Vociferabor ad te uim patiens: & non saluabis: Quare ostendisti mihi iniquitatē & laborē: uidere prædā & iusticiam: Contra me factū est iudiciū: & contradictio potentior: propter hæc lacerata est lex: & non peruenit usq; ad finem iudiciū: quia impius praualeat aduersus iustū: propterea egreditur iudiciū puer sum: pro quo se ip̄se reprehendens q; p̄ ignorantia sit locutus: scribit canticū penitentia. Si peccatū non erat ignorantia: supfluo scribit librū penitentia: & uoluit id lugere: quod peccatum non habet. In Ezechiel extrema parte: ubi per ædificium templi in monte siti ecclesie multa post sæcula futura sacramenta narrant: primo die & septimo die mensis primi offerunt uictimā pro peccatis oīum: in quo p̄ errorē: aut ignorantia peccauerūt. Septē quoq; diebus pasche hircus semper pro peccato mactatur: septimi mensis quintadecima die: idem pro peccatis sacrificiorum ordo celebratur. Et post alia plurima: quæ nō est istius tēporis replicare: scriptū est: Erat autē ibi locus ad occidentē: dixitq; ad me: iste est locus: ubi coquere debent sacerdotes hostiā pro peccato: & pro ignorantia. Hieremias loquitur ad deū: Scio domine quod nō est hominis uia eius: nec uiri est: ut ambulet & dirigat gressus suos. Ideoq; prauum est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud: In prouerbiis legimus. Est uia quæ uidetur recta esse apud homines: & nouissima eius ueniunt in profundū inferni. Ecce & hic manifeste ignorantia cōdenatur cū aliud putat homo: & sub specie ueritatis ad inferna delabatur. Multæ inquit cogitationes in corde hominis: sed non tamen illius uoluntas: quæ incerta & fluctuans: atq; mutabilis est: sed dei consiliū obtinet. Quis inquit gloriabitur castum se habere cor: Et quis confidet mundus esse a peccato: Dulcis est enī homini panis mendacii. Et postea implebitur os eius calculo. A domino gressus hominis diriguntur: mortalis autē quomodo scire poterit uias suas: Omnis uir uidetur sibi iustus: filius malus iustum se facit: & non laudat exitum suum: sed corrigit corda omnium deus: filius malus excelsos habet oculos: & palpebris suis eleuatur: Est enim iustus qui perit i iusticia sua. Vnde dicitur ad eum. Nec sis iustus multū: nec quasi per sapiētiam quæras superflua: ne forte obstupescas. Quæcunque enim laborauerit homo: ut requirat: non inueniet: si dixerit se sapiens intelligere: reperire non poterit. Cor enim filiorum hominum repletum est malitia.

Secundus liber eiusdem dialogi contra pelagianos.

Epistola. XVIII.

RITOBOLVS. Multa quidem de scripturis memoriter: copioseq; dixisti. Et quasi quibusdam discussis nubibus: clarum uisus es ueritatis lumen aperire: sed quid ad rem: His enim cunctis testimoniis uideris hominum accusare naturam: hac per hoc inuidiam referre ad deum: si tales homines condidit: ut obliuione & ignorantia peccato carere non possint. Ex quo perspicuū est hominem posse si uoluerit nō peccare. Id enim fecit quod uitare non potuit. Vbi autem aufertur possibilitas: aufertur & uitium. Nemo enim in eo condemnatur: quod facere non potuit. At. Sæpe dixi te non intelligere conatus meos: nec cōsiderare quod tu argumenteris: sed quia quæ deus iusserit pro obliuione: errore: & ignorantia: quasi pro peccato offeruntur

sacrificia. Siue hoc male iuxta te: siue bene iuxta me. Deus præcepit: meū est obseruare quod iussit: tuū dei ius-
sa reprehendere. CRI. Quoniā uim facis perspicuæ ueritati: & trahis me ad blasphemiam: cōcedā tibi hoc i ueteri
lege præceptū: de qua scriptū est. Vetera transierunt: Ecce facta sunt omnia noua. Nunquid & de euāgelio po-
teris hoc approbare: ut puniatur quispiā pro eo quod nesciat: Et ante pœnas luat: q̄ reus sit cōscientiæ. AT. Dū
ignoramus: Manichæus nobis confurgit repente: qui legē dicat abolitā: & solos noui testamēti legēdos libros.
CRI. Quid enī a me audiisti: ut hoc autumes: Et lex enī patribus data: pro tēpore iusta & sancta est: & ue-
niēte euāgelii perfectione: uiliora cessarūt. AT. Ergo nequaquā obseruandū est: qd' lege præcipit. CRI. Quæ
dā obseruanda: quæ dā pretermittenda sunt. AT. Quoniā te uideo esse doctissimū: dic mihi: quæ de ueteri te-
stamēto obseruare debeā: & quæ relinquere. CRI. Mandata obseruare debemus: quæ ad uitā & mores p̄tinēt
corrigendos: de quibus dictum est. Mandatū domini lucidū illuminās oculos. Quæ autē ad cerimonias legis
& ritus sacrificiorū p̄tinēt: relinquēda sunt. AT. Ignosce mihi: cū legis & oīum scripturarū scientiā iactites: nō
animaduertis quid uelim dicere. CRI. Hoc intelligo: quod loqueris: sed nō quod taces. AT. Tacere uideo: qui
tantis exēplis docere te uolui: peccare hoīem p̄ ignorantiam: & pro peccato ut in lege hostias: ita & in euāgelio
offerendā pœnitentiā. CRI. Da testimoniū noui testamēti: ubi error & ignorantia & impossibilitas mādati
teneatur crimen. AT. Non necesse est multa proferre: unū proferā: cui cōtradicare non poteris. Vas electionis
p̄spicue loquitur. Consentio enī legi dei iuxta interiorē hoīem: uideo autē aliā legē in mēbris meis: repugnantē
legi mentis meæ: & captiuantē me in lege peccati: quæ est in mēbris meis. Miser ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius: Gratia dei per iesū christum dominum nostrum. CRI. Protulisti testimoniū: quod
pro me facit. Liberati ergo de corpore huius mortis p̄ gratiā domini nostri iesu christi: nequaquā ultra peccare de-
bemus. AT. Liberati quidē sumus baptismo Saluatoris: sed mihi edisserere quare dixerit: uideo aliā legē in mem-
bris meis repugnantē legi mentis meæ: & captiuantē me in lege peccati: quæ in mēbris meis est. quæ est ista lex
regnans in mēbris hoīs: & repugnans legi mētis eius. Responde simpliciter. Taces. Audi eundē apostolū pre-
dicantē: quod enī operor non cognosco: non enī quod uolo operor: sed quod odi illud facio. Sin autē quod uo-
lo hoc facio: cōsentio legi: quoniā bona est. Nunc autē nequaquā operor illud: sed quod in me habitat peccatū. Scio
enī q̄ non habitat in me hoc est in carne mea bonū: uelle enī adiacet mihi: operari autē bonū nō inuenio. nō enī
quod uolo bonū: hoc ago: sed quod nolo malū: hoc facio. Sin autē quod nolo: hoc ego facio: nequaquā ego operor
illud: sed quod habitat in me peccatū. CRI. Miror te hoīem prudentē sic intelligere apostolū ut eū ex persona
sua: & nō ex aliorū hoc dicere sentias. Qui enī conscientia in se loquētis Christi libere proclamat: an experimē-
tum quæritis eius: qui in me loquitur christus: Et in alio loco: Cur sū cōsumauī: fidē seruauī: de cætero reposita
est mihi corona iusticiæ: iste hoc de se dicere poterat: operari bonū nō inuenio: & nō quod uolo bonū: hoc facio
sed quod nolo malū: hoc ago. Quid illud erat boni: quod uolebat facere: & nō poterat: Et quid illud erat mali
quod nolebat: & tamen uitare nō poterat: Ergo nō ex sui persona hoc dicit: sed ex p̄sona generis humani: quæ ui-
tiis subiacet ob carnis fragilitatē. AT. Parū mihi tollis: ut totum tribuas. Ego enī unū hoīem licet apostolū intelli-
go subiacere peccato: tu totum humanum genus asseris: quod si uerum est: in genere tenemus & speciē: nā &
apostolus homo est: & si homo est: uel de aliis uel de se quasi homo loquitur: Miser ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius: Et quoniā non habitat in me: hoc est in carne mea bonū: Corruptibile enī corpus ag-
grauat animā: & deprimat terrena habitatio sensū multa curantē. CRI. Si loqueris: quasi ego hoc ex p̄sona ge-
neris humani accipiā: & non ex p̄sona peccatoris. AT. Et quis tibi hoc cōcedit: ut ex p̄sona peccatoris hoc loqua-
tur apostolus: Si enī ex p̄sona peccatoris hoc accipias: debeat dicere: miser ego peccator: & nō miser ego homo:
homo quippe naturæ est: peccator uoluntatis. Nisi forte & illud quod scriptū est: Vanitas uanitatū & oīa uani-
tas: ad peccatā referat: & nō ad omnes hoīes. Et iterū: Verūtamen & in imaginē pambulabit homo: ac deinde: Hō
uanitati assimilatus est: dies eius uelut umbra p̄transeunt. Si hoc Pauli testimonio nō moueris: audi aliud eius-
dē: cui contradicare nō potes. Nihil mihi cōsciū sum: & cætera: recolenda dicit testimonia. Mire: nec me ipsum
iudico: nihil mihi cōsciū sū. Qui hoc dicebat: nullū utiq; peccati sibi cōsciū erat. Sed quia legerat: delicta q̄s
intelligit: Et sū uia: quæ uident uiro iustæ: nouissima autē eaz; respiciūt in p̄fundū inferni. Et iterū: omnis uir ui-
det sibi iustus: deus autē corda hoīum dirigit: circo tēperabat sententiā ne forte p̄ ignorantiam deliquisset. maxi-
me cū scriptura testetur: est iustus: qui p̄t in iusticia sua. Et alibi: iuste quod iustū est scētaberis: ne opinione ue-
ritatis a iusticia declinemus: recordantis Saulus & Achaz. CRI. Ne contendere uidear: & in diuersum absq; mē-
sura funem trahere: saltem hoc mihi concede: iustos in scripturis plurimos appellari. AT. Nō solum plurimos:
sed innumerabiles. CRI. Si innumerabiles iusti sunt: & hoc negari non possit quid mali locutus sum: posse esse
hoīem sine peccato: si uelit: hoc est aliis uerbis dicere posse iustum sine peccato esse: eo q̄ iustus est. AT. Iustos
esse concedo: sine omni autem peccato: omnino non assentio. Etenim absq; uitio: quod græce dicitur κακία ho-
minē posse esse aio: sine esse nego: id enim soli deo competit omnisq; creatura peccato subiacet: & indiget mi-
sericordia dei: dicente scriptura: Misericordia domini plēna est terra. Et ne quasi maculas quasdam in sanctis ui-
ris uidear perscrutari: in quibus errore sunt lapsi: pauca proferam: quæ non ad singulos: sed ad omnes in comu-
ne pertineant. In tricesimo primo psalmo scriptum est: dixi pronuntiabo aduersum me: iniquitatem meam do-
mino: & tu dimisisti impietatem cordis mei. Satimq; sequitur pro hac: hoc est impietate: siue iniquitate (utrūq;
enim intelligi potest) corabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Si sanctus est: quomodo orat pro ini-
quitate: Si iniquitatem habet: qua ratione sanctus appellatur: Iuxta illum uidelicet modum qui & in alio
scribitur. Septies cadit iustus: & resurget. Et iustus accusator sui est in principio sermonis: Et alias
Alienati

Alienati sunt peccatores a uulua: errauerunt ab utero: locuti sunt falsa. Vel statim ut nati sunt: subiucere peccato in similitudinem prauaricationis Adæ: qui est forma futuri. Vel certe statim: ut de utero uirginali natus est Christus: de quo scriptum est. Omnis qui aperit uulua sanctum domino uocabitur. Oes hæretici errauerunt: non intelligentes mysterium natiuitatis eius: magisq; ad specialem natiuitatem Saluatoris q̄ ad omnium hoium referri potest hoc quod dicitur. Qui aperit uulua sanctus uocabitur domo. Solus. n. Christus clausas portas uulua uirginalis aperit: quæ tamē clausa iugiter permanerunt. Hæc est porta orientalis clausa: per qua solus pontifex ingreditur & egreditur: & nihilominus semp clausa est. Illud quoq; quod in uolumine Iob scriptum est. Nunquid mundus erit homo coram deo: aut in operibus suis irreprehensibilis uir: si aduersus famulos suos non credit? Et contra angelos prauum quid repperit: quanto magis in iis qui habitant domos iuteas: e quibus & nos de eodem luto sumus? Quod si asserueris: hoc dici ex persona Eliphath themanite: intellige non ab eo dici. sed ab illo qui sub persona angeli inuisione: & in reuelatione loquitur ei sententias dei. Sed esto ut loquatur Eliphath: quod per se angelus loquitur. Nunquid non hoc ex persona Iob proprie dicitur? Tentatio est uita hominis super terram: Et si ego peccaui. quid ego possim facere? Et quare oblitus es: nec fecisti iniquitatis meae obliuionem & emendationem peccati mei. Quomodo enim potest esse iustus homo super terram apud deum? Et iterum. Si fuero iustus non audiet me: sed iudicio eius indigebo. Et rursum: quia sum impius cur frustra laboro? Si lotus fuero nitro: & mundus mundis manibus: satis me sorde tinxisti. Si peccauero custodies me. Ab iniquitate autem me. non facies innocentem. Et si impie egero: ue mihi. Et si fuero iustus non potero respirare. Plenus enim ego sum ignominia. Et iterum. Quis enim erit mundus a sorde? Nec unus quidem: etiam si unius diei fuerit uita eius super terram: & numerabiles menses illius. Quod si dixeris pronomen quis: non pro impossibili: sed interdum pro difficili accipi. Respondebo tibi. Et ubi est illud quod temere protulisti? Facilia dei esse mandata: & ea facile posse compleri dicente scriptura. Vir in dolore laborat sibi: & uim facit perditioni suae: ut oppressa: & subiugata: & moriente carne: uiuat in eo spiritus: ridiculaq; illa expositione Demosthenis uestri non dixisse Iob. Quis erit mundus a peccato? Sed quis mundus a sorde? Prætereoco: quia probare conatur: sordes panorum significari in infantia: non uitia peccatorum. Aut certe si non sic intelligit: dicite uos: quid sentiat. Tam etiam inuolutus dictor est: & nimio uerborum squalore cooptus: ut suspicionem magis quam intelligentiam lectori præbeat. ad extremum infert. Ego autem ad hoc quid respondebo? Manum ponam super os meum: semel locutus sum. In secundo non addam. Ecce Iob noliter immaculatus: & sine querela: & abstinens se ab omni malo: quali sine iusticie coronatur. ut misericordia dei indigeat. Hoc est illud quod in prouerbis legimus. Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis confidit se mundum esse a peccato? Fac quod & hic: non pro impossibili: sed pro difficili dixerit. Tolle ergo sententiam: & rade de libro tuo: facilia dei esse mandata. Quod si illud Ioannis apostoli apposueris: mandata eius non sunt grauiora. Et de euangelio. Iugum meum suauis est: & onus meum leue. Facile reuincaris: leuia cum dixisse euangelii mandata ad comparationem supstitutionis iudaicæ: in qua uaria caerimoniarum generaliter rebatur: quæ iuxta literam & apostoli dei sententiam nullus potuit explere. Vnde & in actibus apostolorum scribitur: nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum: quod neque patres nostri: neque nos portare potuimus: sed per gratiam domini Iesu saluari credimus: quemadmodum & illi Iacobus scribit apostolus. Si iudicas legem: non es factor legis: sed iudex. Ille iudicat legem: qui dicit aliquid non iuste præceptum: & ignorantiam non habere peccatum. Et frustra offerri uictimas pro errore: quod peccati non habet conscientiam. Neque enim in lege ratio queritur: sed auctoritas. Idem eadem dicit epistola. Ira uiri iusticiam dei non operatur: & quis nostrum carere possit ira: de qua scriptum est. Ira perdit etiam sapientes. Significaturque non iram dei: sed iram uiri poluit. Ira enim dei iusta est: ira autem uiri de perturbata mente procedit. Vnde & in psalmo dicitur: Irascimini: & nolite peccare: qui uersiculus quem sensum habeat: apostolus docet. Sol non occidat super iracundiam uestram: ut peccatum oino sit uel leuiter irasci: iusticia autem iram celeri penititudine mitigare. Vnde pro ocioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii. Et in eodem euangelio legimus: qui irascitur fratri suo sine causa: reus erit iudicio: licet in plerisque codicibus antiquis sine causa additum sit: ut scilicet: ne cum causa quidem debeamus irasci. Quis hominum poterit dicere: quod ira quæ absque iusticia est: in sempiternum uitio careat? Et iterum. ne gloriaris in crastino. Nescis enim quid adueniens pariat dies. Vnde scriptum est: ne beatum dixeris quempiam ante mortem: quod diu enim uiuimus: in certamine sumus: & quod diu in certamine: nulla est certa uictoria: quæ etiam apostolo fortissime preliantur: in futuro sæculo reseruat. Dominus atque saluator sub persona assumpti hominis loquitur: Insipientissimus enim omnium hominum sumus: & non est hominis prudentia in me. Et in lxxviii. psalmo: Deus tu scis insipientiam meam: sed fatuum dei sapientius est hominibus. In Ecclesiaste quoque scriptum est. In multitudine sapientie multitudo scientie. & qui addit scientiam: addit dolorem intellectus: quod perfectio careat. Et ex eo quod nouit: quanta non nouerit: & odio inquit habui uitam: quoniam malum est opus quod operor super terram: omnia enim uanitas: & presumptio spiritus: nemo scit: quid futurum sit. quia sicuti est: quis annuntiabit ei? Sunt iusti: ad quos peruenit quasi opus impiorum. Et sunt impii: ad quos peruenit quasi opus iustorum. Hoc ideo dicitur: quia certum iudicium solius dei est: & quos putamus iustos: sæpe peccatores inueniuntur: & quos econtrario peccatores: apud dei scientiam iusti sunt: quantumcumque laborauerit homo: ut inquirat: non reperiet. Et si dixerit sapiens: nosse se inuenire non poterit. Omnium enim unus occursum est: cordaque filiorum hominum repleta sunt malitia: & in certo statu: quæ graece τῷ ἐπιπέπρω dicitur: muscæ morituræ: siue ut in hebraico habetur: mortuæ demouuntur: atque corrumpunt suauitatem olei: quis mortalium aliquo errore non capitur? Quem hæreticorum & falsorum dogmatum uenena non maculant? Tempus inquit est: ut incipiat iudicium de domo domini. Si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt euangelio? Et si iustus uix saluetur: impius & peccator ubi peribit? Certe iustus est qui in die iudicii uix saluetur: saluetur autem facile: si nihil haberet macula: ergo iustus est in eo

Lotus nitro

Dicitur

Ira noli

Nemo beatus ante mortem

Quatuor perturbationes
hanc animorum.

Primo.
Chrysippus
secundo.

q. floret multis uirtutibus: & uix saluatur in eo: quod in quibusdam dei indiget misericordia. Quatuor sunt perturbationes: quibus genus uexatur humanum: duae praesentes: & duae futurae: duae bonorum: & duae malorum. Aegritudo quae graece dicitur λυπη: & gaudium quod illi χαρον uel ηδονην uocant: quae ηδονη uoluptas a plerisque dicatur. alterum mali: alterum boni: excedimusque mensuram: si gaudeamus super his: quae non debemus: diuitis: potentia: honoribusque: inimicorum infelicitate: uel mortibus: aut e contrario praesentium malorum dolore cruciamur: aduersis: exiliis: pauperate: langore: & mortibus propinquorum: quod apostolus fieri prohibet. Et rursus si cupiamus ea quae arbitramur bona: haereditates: honores: prosperitates omnium rerum: & corporum suauitatem: & caetera: quorum praesentia gaudio fruimur: & metuimus illa: quae putamus aduersa: quibus ad perfectum carere iuxta Stoicos Zenonem uidelicet & Chrysippum possibile est: cui sententiae omnis scripturae sanctae consentit auctoritas. Vnde & Iosephus Machabeorum scriptor historiae: frangi & regi posse dixit perturbationes animi: non eradicari: & quinque Thusculanarum questionum Ciceronis libri his disputationibus referti sunt. Pugnat enim iuxta apostolum aduersus nos fragilitas corporis: & spiritalia nequitiae in caelestibus manifesta sunt dicente opera carnis & opera spiritus: & haec sibi inuicem aduersant: ut non quae uolumus ipsa faciamus. Si non quod uolumus facimus: sed quod nolumus illud opamur: quomodo dicit posse hominem sine peccato esse si uelit. Ecce apostolus. Omnesque credentes quod uolunt implere non possunt. Caritas operit multitudinem peccatorum: non tam preteritorum quam praesentium: ne ultra dei in nos manente charitate peccemus. Quamobrem de muliere peccatrice dicit: Dimittuntur ei peccata multa. Ex quo intelligimus non nostram solum esse potestatis facere quod uelimus: sed & clementiae: Si nostram adiuuet uoluntatem deus lux appellat: & tenebrae in eo sunt illae: quod dicit nullas tenebras in dei lumine repiri: ostendit omnia aliorum lumina aliquid sordide maculari. Denique & apostoli appellantur lux mundi. Sed non est scriptum: quod in apostolorum luce nulla sint tenebrae. Et de Ioanne scribit. Hic uenit in testimonium: ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera: quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vnde & de eo scriptum est. Qui solus habet immortalitatem: & lucem habitat inaccessibilem. Et certe legimus imortales angelos: imortales thronos: & dominationes: caeteraque uirtutes. Sed solus deus est immortalis: quia non est per gratiam ut caetera: sed per naturam. Quam ob causam idem apostolus scribit Deum solum esse sapientem. Cum & Salomon & multi alii sancti sapientes uocentur: Et dicatur iuxta hebraicum ad principem Tyri: Sapientior Daniele es tu: Quomodo ergo solus lux: solus immortalis: & solus sapiens appellatur: cum multi imortales & luces & sapientes sint. Sic perfectio hominis: non ex natura: sed ex gratia ueniens: imperfectos eos: qui perfecti uidentur esse demonstrat. Quod autem scriptum est. Et sanguis Iesu filii eius mundat nos ab omni peccato: tam in confessione baptismatis: quam in clamore plenitudinis. Sed aliud est mundari a deo: aliud per se esse sine uitio. Iuxta illud Iob. Luna non splendet: & stellae non sunt mundae in conspectu eius: quanto magis homo putredo: & filius hominis uermis. Omne enim os obstruitur: & noxius est mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram eo: nullaque distantia est personarum. Omnes enim peccauerunt: & indigent gloria dei: iustificati gratis per gratiam ipsius. Sin autem scribit: existimamus fide iustificari hominem sine operibus legis: siquidem unus est deus: qui iustificat circumcisionem ex lege: & praepitium ex fide. Manifeste ostendit: non in hominis merito: sed in dei gratia esse iusticiam: qui sine legis operibus credentium suscipit fidem. Vnde sequitur: peccatum nostrum non dominabitur. Cur: quia non estis sub lege: sed sub gratia. Non enim uolentis: neque currentis: sed miserentis est dei. Vnde & gentes quae non sectabantur iusticiam comprehenderunt iusticiam. Iusticiam autem ex fide. Israel autem sequens legem iusticiae: in legem iusticiae non peruenit: quoniam non ex fide: sed ex operibus offenderunt in lapide offensionis. Finis enim legis Christus ad iusticiam omnium credentium. Cunctae prope epistolae apostoli hoc habent principium. Gratia uobis & pax a deo patre & Christo Iesu domino nostro. Et simili sine claudunt. Ad Corinthios quoque scribit. Ut non indigeatis ulla donatione expectantes reuelationem domini nostri Iesu Christi: qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine: in die domini nostri Iesu Christi: licet ergo nulla indigeamus donatione: tamen expectamus reuelationem domini nostri Iesu Christi: quae tunc nos in omnibus confirmabit: & ostendet sine crimine: cum dies domini nostri Iesu Christi: & mundi finis aduenerit: ut non gloriemur omnis caro in conspectu eius. Paulus plantauit: Apollo rigauit: sed dominus incrementum dedit: ergo neque qui plantat: neque qui rigat est aliquid: sed qui incrementum dat deus: ipsius enim agricultura: ipsius aedificatio sumus. Iuxta gratiam dei: qua sapiens architectus ponit fundamentum. Nolite inquit uosmetipsos decipere. Si quis sapiens est in uobis in saeculo isto: fatuus fiat: ut sit sapiens. Sapiencia enim mundi stulticia est apud deum. Dominus cognoscit cogitationes hominum: quia uanae sunt: & itera. In nullo enim mihi conscius sum: sed nec in hoc iustificatus sum: quia qui me iudicat dominus est. Dicit & uobis: qui sine peccato uos esse dicitis: quid habetis: quod non accepistis: Si autem accepistis: quid gloriamini: quasi non acceperitis: iam saturati estis: iam diuites facti estis: & ut sciamus: non ex nobis: sed ex dei cuncta petere iudicio: ueniam inquit citius ad uos: si dominus uoluerit: qui enim dicit ueniam ad uos: ostendit se uelle: monstrat cupere: permittit aduentum. Sed ut cautius hoc loquat: infert si dominus uoluerit: si quis enim putat quid nosse: necdum nouit sicut nosse oportet: uas electionis humilitate deiectus: imo conscientia fragilitatis suae loquitur. Ego sum minimus apostolorum: qui non sum dignus uocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei: gratia autem dei sum id quod sum: & gratia ipsius in me uacua non fuit: sed omnibus illis amplius laboraui: non ego autem: sed gratia dei quae mecum est: dicit se plus omnibus apostolis laborasse: statimque laborem suum ad dei refert auxilium. Non ego inquam: sed gratia dei quae mecum est: sicut & in alio loco loquitur. Fiduciam autem talem habemus per Iesum Christum ad deum. Non quia ex nobis ipsis sufficientes simus reputare aliquid: quasi ex nostro: sed sufficientia nostra ex deo est: qui & dignos nos fecit ministros noui testamenti. Non enim iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi. unde infert & nos in Iesum Christum credimus: ut iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis

tur omnis caro: si enim ex lege iusticia: ergo christus sine causa gratis mortuus est: in lege maledictio est. Scri-
 ptum est enim: Maledictus omnis: qui non permanet in omnibus: quae scripta sunt in libro legis: ut faciat ea.
 Christus nos redimit de maledictione legis: factus pro nobis maledictio. Si enim data esset lex: quae posset ui-
 uificare: uere ex lege esset iusticia. Sed concludit scriptura omnia sub peccato: ut repromissio per fide iesu chri-
 sti daretur credentibus: lex ergo paedagogus noster fuit i Christum: ut ex fide iustificemur. Vnde addit: & uno
 uersiculo omnia comprehendit dicens. Euacuati estis i Christum: qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Haec
 cuncta percurro: ut ostendam a nullo legem esse completam: & per legem mandata omnia quae continentur i le-
 ge. Deus est enim qui operatur in nobis: & uelle & perficere laborat apostolus: & iuxta iusticia: quae in lege est:
 sine querimonia conuersatus: omnia pro christo ducit quisquilias: ut inueniatur in Christo non habes suam iu-
 sticiam: quae ex lege: sed quae ex fide christi est a deo. Vnde scribit ad Thessalonicenses. Fidelis aut est dominus:
 qui seruabit uos: & custodiet a malo: ergo non liberia arbitrii potestate: sed dei clamentia cōseruamur. Ac ne pu-
 tes argumētationibus uanis quae mouent audientibus quaestiones: ueritatem fidei posse subuerti: idem aposto-
 lus scribit ad Timotheū: O Timothee depositum custodi: deuitans profanas uocum nouitates: & contradictio-
 nes falsi nominis scientia: quam quidam promittētes circa fidē errauerunt. Bonitas enim & misericordia Salua-
 toris nostri: non ex operibus iusticiae: quae fecimus: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: ut iusti-
 ficati illius gratia: haeredes simus secundum spem uitae aeternae. Haec breuiter quasi ex latissimo atq; pulcherri-
 mo apostolica doctrinae prato carpsimus: ut durae frontis impudētia conteratur. Transeamus ad euangelia: &
 apostolicos igniculos clarissima Christi lampade compleamus. Omnis ait qui irascitur fratri suo sine causa: re-
 us erit iudicio. Qui aut dixerit racha: quod interpretatur uanus & absq; cerebro: reus erit concilio: haud dubi-
 um quin sanctorum & angelici senatus. Qui aut dixerit fatua: reus erit gehēnae ignis. Quis nostrum potest
 huic uitio non subiacere: cum etiam pro ocioso uerbo reddituri simus rationē in die iudicii? Si ira & sermonis
 iniuria atq; interdum iocus iudicio: concilioq; & gehēnae ignibus delegatur: quid merebitur turpium regē ap-
 petito: & avaritia: quae radix est omnium malorum? Si inquit offers donum tuum ad altare: & ibi fueris recor-
 datus quia frater tuus habet aliquid aduersus te: dimitte ibi donum tuum ante altare: & uade primum reconci-
 liari fratri tuo: & tunc ueniēs offeres munus tuum. Mea est potestatis: ut non habeam aliquid contra fratrem meū
 Ut aut ille aduersus me habeat: aut non habeat: in illius uoluntate consistit. Quid ergo faciam: si reconciliari
 noluerit: obsecrē: flectam genua: sed audire contēner: an obtorto collo nolentē in ius amicitiae traham. Et quae
 est maior inimicitia: q̄ amicitias necessitate sociare? Neq; enim dixit roga eum: ut tibi concilietur: sed reconcilia-
 ri primum fratri tuo: & sic offeres munus tuum ad altare. Non q; impossibilia deus precepit: sed in tantum pa-
 tientiae culmē ascendit: ut prope impossibilia pro difficultate nimia precepisse uideatur ad destruēdam sententiā
 tuam: qua scribis facilia esse dei mandata. Scandalizantē manum: oculum: & pedē iubemur abscidere. Esto p-
 tropologiam dictum sit pro amicissimis: & pro consanguineis: & fraterno nobis uel coniugali amore sociatis:
 facile ne arbitramur ob quāsdā offēsas: tantam subito abscidere charitatē? Quodq; dicitur. Sit sermo uester: ē
 est: non nō: quid aut amplius est: ex malo est: forsitan de uestra schola repiatur: qui nunq̄ mētus sit: nec audie-
 rit illud propheticū & apostolicū. Ego dixi in excessu mētis mea: omnis homo mēdax. Et nesciat scriptū in alio
 loco. Os quod mētatur: occidit animā. Verberanti maxillā: alterā iubemur opponere. Tollēti tunicam: etiā pal-
 lium concedēdū est. Angarianti se mille passibus: duobus milibus colla prebēda sunt. Petēti te: da: & uolēti a te
 accipere mutuū: ne aduertaris. Si duos nūmulos humero: & alius poposcerit: aut dabo ipsi: & mihi mēdicandū
 erit: aut si non dederit: transgressor legis inueniar. Illud aut quod dicit: Diligite inimicos uestros: benefacite his
 qui oderunt uos: & orate pro psequētibus & calūniantibus uos. Forsitā in uestro cœtu inuenitur: apud uos rara
 auis est. Qui peccata simpliciter confitentur: merētur humilitate clamētiā Saluatoris. Quodq; sequitur. Ca-
 uete: ne iusticiā hoc est elemosynā uestrā faciatis corā hominibus: ut uideamini ab eis. Nescio quis possit imple-
 re. Ad largiēdū frustū panis & binos nūmulos praeco conducitur: & extēdētes manum huc illucq; circumspecti-
 mus: quae si nullus uiderit: contractior fit. Esto. unus de mille inueniatur: qui ista non faciat. Responde q̄so: ubi
 sunt facilia mandata? Nolite inquit solliciti esse de crastino. Crastinus enim dies sollicitus erit pro se. Sufficit dēi
 malitia sua. Vos de crastino non cogitatis: & instar auū praesētibus cōtēti estis: quoq; epistolae biblinae uolūtāt
 trans flumina aethiopiae: ut inter simias & pauos noua de ophir Salomoni dona mittant. Vis audire facilitatē
 preceptorū dei: ausculta quod dicit. Quā arcta & angusta uia est: quae ducit ad uitā: & pauci sunt: qui inueniūt
 eam. Non dixit: qui gradiuntur peā. Hoc enī difficillimū est. Sed qui inueniūt. Pauci enī inueniūt: & multo pau-
 ciores ingrediunt peā. Filius inquit hoīs non habet ubi caput suum reclinet. Qui dicit. Esaia. Suscipite lassū: ^h
 & haec est requies mea: si nō habet ubi caput suum reclinet & quo requiescit: dices in alio loco. Sup quē requie-
 scā: nisi sup humilē: & quietū: & tremētē uerba mea: ubi est mandatorum facilitas? Multi hoc quod scriptum
 est. Non ueni uocare iustos: sed peccatores ad penitentiam: simpliciter accipiunt: iuxta illum sensum: non indi-
 gent sani medico: sed ii qui male habent. Alii uero interpretantur coactius: non ueni uocare iustos: nullus enim
 ad perfectum iustus est: sed ex aliqua parte peccator: sed peccatores quibus mundus refertus est: dicente Dauid
 Saluum me fac domine: quoniam defecit sanctus: & corrupti sunt: & abominabiles facti sunt in adinuentio-
 nibus suis. Omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est uisq; ad unum.
 Nolite inquit possidere aurum: neq; argentum: neq; pecuniam in zonis uestris: non peram in uia: non pa-
 nem: neq; duas tunicas: neq; calciamenta: neq; uirgam. Haec inquit pracepta apostolica sunt. Et certe
 Petrus apostolus caligas habuisse narratur: dicente ad eum angelo: precinge te: & calcia te caligis tuis: duas

Racha
Seruus inglorius
Auaritia
Maxia Immortua

Inbuero

autē tunicas: ut de cæteris taceam: puto q̄ & ego & tu possideamus: si tamen amplius non habemus: hæc dico. Et iterum: iterumq̄: ac per singula ingeram: ut erubescas ad sententiā suam: facilia dei esse mandata. Fratrem tradet frater in mortē: & p̄r filium: consurgēt filii contra patres: & interficiēt eos & eritis inquit odio cunctis hominibus propter nomē meum: & quia facilia iusserat: & sciebat facile ea posse compleri: propterea ut rei facilitatē ostēderet: copulauit dicēs. Qui pseuerauerit usq̄ in finē hic saluus erit. Non uēi inquit pacē mittere sup̄ terram: sed gladiū: ueni diuidere hominē contra patrē suum: & filiam contra matrē: & nurum contra socrum. Et ne omnia p̄currēdo: longiorē sententiā faceret: uno cuncta sermone comprehendit dicēs. Inimici hominis domesticus eius. Cunctq̄ posuisset: qui amat patrē: aut matrē sup̄ me: non ē me dignus. Et qui amat filiū: aut filiā sup̄ me: non ē me dignus: crux Christi facilis ē. Nudū post Christū p̄gere ludus ē: iocus ē. Et ubi premia q̄ difficultate superata q̄runtur. Non colliguntur zizania in præseti sæculo: ne & frumētum pariter eradicetur: palea dominica futuro iudicio reseruatur: quando iusti fulgebunt quasi sol. Et egrediētur angeli: & separabūt malos de medio iustorū. Petrus mergitur: & meretur audire: modicā fidei quare dubitasti: Si in illo modica fides: in quo magna sit nescio. De corde inquit egrediuntur cogitationes pessimæ homicidia adulteria fornicatiōes furta falsa testimonia blasphemæ: hæc sunt q̄ coinquinant homines: procedat qui in corde suo hæc non eēt testetur: & plenam in corpore iusto mortali iusticiam confitebor. Qui uult inquit saluare animā suā p̄det eā: & qui p̄diderit animā suā propter me: saluā faciet eā. Hæc sunt facilia mandata. Itē dico: ue mūdo ab scandalis: necesse ē enī ut ueniant scandala. Et p̄pterea in alio loco scriptū ē. In multis offēdimus: siue erramus oēs: nō pauca p̄ctā: sed multa: nec quorūdā: sed oīum posuit. Oēs enī quæ sua sūt q̄runt: & nō ea q̄ dei sūt unus bonus deus dicit: & magistri quasi hoīs bonitas refutat: in lege doctissimus: oīa fecisse se dicit: quā ob rem & amat a domino. Et tamē plenā iusticiā non hēt: quia noluit substantiā suā paupibus erogare. Vnde difficultas difficultati: imo impossibile impossibili tunc cōparat: quia nec camelus ingredi p̄t p̄ foramē acus: nec diuites puenire in regna cælorū. Quis nostrū non lauat exteriora calicis & parapsydis: & interiora hēt nequaq̄ sordibus inquinata: Quis sepulchrorū extrinsecus dealbator: p̄t similitudinē declinare: Ne & nobis dicat Iesus: de foris quidē uidemini hominibus iusti. Intus autē pleni estis hypocrisis & iniquitate: quis & aliis uitis carere possumus. Hypocrisicos maculam hēre non posse: aut paucorū est aut nullos. Pater inquit si possibile ē transeat calix iste a me. Verūtamē nō sicut ego uolo: sed sicut tu uis p̄r. Filius dei qui dixit. Et facta sunt: mandauit: & creata sunt oīa. Secūdū hoc q̄ filius hoīs dicit sententiā tēperat. Pater si possibile est. Verūtamē nō sicut ego uolo: sed sicut tu. Et Critobolus meus adducto sup̄cilio loquit. P̄t homo sine p̄ctō esse si uelit. Apostoli audiūt. Sic nō potuistis una hora uigilare me cū. Non dixit: Noluitis. Sed non potuistis. Apostoli mei una hora uigilare non p̄nt: sōno: mœrore: & carnis fragilitate supari: & tu potes lōgo tpe omnia p̄ctā supare. Marcus euāgelista scribit de domino. Et non poterat ibi ne unā quidē facere uirtutē: nisi paucis ægrotantibus manus ip̄ones sanauit eos: & admirabat̄ propter incredulitatē eorū. Dominus dicit nō potuisse in nazareth ne unā quidē facere uirtutē: & infidelitatis alienæ stupore retinet: & uos potestis oē quod uultis. Deniq̄ in consequētibus scribit. Abiit in finibus Tyri & Sidonis: & igressus domū neminē uolebat scire: & latere non potuit. Vere utiq̄ cupiebat latere. Et quod cupiebat: quare facere non poterat: ut aduētū suo omniū consciētā declinaret. Quæris causas cur latere non potuerit: Cogita assumpti hominis ueritatē: & omni carebis scandalo. Si filius dei aliquid in carne & propter carnē non potuisse narratur nos qui toti carnei sumus: & quotidie spiritus opibus repugnamus contra apostoli sētētiā quæ uolumus cuncta faciemus: Petrus apostolus tria uult facere in mōte tabernacula: unū domino: alterq̄ Moyse: tertiu He-
liæ: nesciēs quid loquat̄ timore p̄teritus: & nos pythagoricæ philosophiæ ructamus sup̄biā: de die & hora cōsumationis ultimæ: & angelos cælorū & filiū ignorare respondit: & uos plenā sciētiam pollicemini. Carnis infirmitas deo habitatore gaudebat: & tamē mēsuram fragilitatis suæ excedere nō potuit: ut non ἡδονα. i. putatice iuxta ueteres hæreticos: sed uere dei filius hominis filius crederet. Apostolos parūper relinquēs cecidit i terrā pronus: & orabat dicēs. Pater si possibile est. Cur quæso sētētiā ambigēter exprimebat: qui i alio dixerat: q̄ apud hoīes impossibilia: apud deū possibilia sunt: Sed homo passurus hoīs loquit̄ uerbis. Ille dicit. Si possibile ē una hora pretereat: Tu dicis possibile ē omni tpe peccata uitare. In quibusdam exēplaribus & maxime in grecis codicibus: iuxta Marcum in fine eius euangelii scribitur. Postea cum accubisset undecim apparuit eis Iesus: & exprobrauit incredulitatē & duriciē cordis eorum: quia his qui uiderant eum resurgētē: non crediderunt & illi satiffaciebant dicētes. Sæculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est: quæ non sinit per immūdos spiritus ueram dei apprehendi uirtutem: iccirco iam nunc reuela iusticiam tuam. Cui si contradicitis: illud certe renuere non audebitis. Mundus in maligno positus est: & q̄ dominum suum sathanas tentare ausus sit: & uictus atq̄ confusus recesserit usq̄ ad tempus utiq̄ passionis. Et successor Iouiniani audet loqui eos qui plena fide baptisma consecuti sunt: non posse tentari: immo aliis uerbis posse hominē baptizatū si uoluerit: nequaq̄ ultra peccare. Zacharias iustus audit ab angelo: quia non credidisti uerbis meis: eris tacēs: & nō poteris loqui usq̄ in diē natiuitatis eius. Pater Lunatici de apostolis loquit̄. Rogauī discipulos tuos: ut eiicerēt eū. i. demonē & nō potuerunt. Et ipsi discipuli interrogāt Saluatorē. Quare nō potuimus eiicere illū: & audiunt cæteri: propter incredulitatem uestram. Cur quæso: quia omnia posse domino seruabatur: intrauit cogitatio in apostolos: quis eorū maior esset: Et emendantur doctrina Saluatoris: dum minimus maior agnoscitur: & humilitas sublimitate mutatur. Non recipitur ab urbe Samaritanorū: quia facies eius erat ciuis hierusalem. Iacobus & Iōānes uere filii tonitruū: & zeli ardore feruentes. Phinees & Helias ignem de cælo deducere cupiunt: & corripuntur a domino. Qui utiq̄ non corripentur: si absq̄ errore uoluissent. Ibat̄ cū illo populi: hoc est cū domino: qui conuersus

Corinth. plagium

conuersus dixit: Siquis uenit ad me: & nō odit patrē suū & matrē suā & uxorē & filios & fratres & sorores: in
super & animā suā: non potest meus esse discipulus. Et in hoc loco temerariis proclamabo: potest homo si uelit
omnia peccata uitare: facilia sunt mandata eius: qui merentur audire a domino Salvatore. Vos estis: qui iustos
uos esse dicitis coram hoibus. Deus autē nouit corda uestra: quia quod apud hoies excelsū est: abominabile est
corā deo. Impossibile inquit est ut scādala nō ueniāt: puto q̄ peccatū scādalu sit: qd̄ p̄ scādalu uenit. Nisi fallor. n.
σκολογ & σκαυδαλον apud grācos ex offensione & ruina nomen accepit: propterea in multis offendimus
omnes: fac ut non corruerim: certe offendi: & non in uno: sed in pluribus: arbitror q̄ & in aliquo offendi: pec
catū sit. Dixerunt domino apostoli: Auge nobis fidē. Qui respondit eis: Si haberetis fidē quasi granū synapis:
quod utiq̄ minimū est omniū seminū: & Critobolus meus fidei nobis montibus intumescit. Dicebat autē iquit
& parabolā illis q̄ semp̄ oportet orare: & nunq̄ deficere. Frustra semp̄ oramus: si in nostro arbitrio est facere qd̄
uolumus. Dixerūt apostoli: & quis potest saluus esse? Audiunt a domino: quæ impossibilia sunt apud homines:
possibilia apud deū sunt. Ergo aliqua quæ apud hoies impossibilia sunt: certe ea esse possibilia ex eo ostendit:
q̄ apud deū possibilia sunt: sit ergo & apud deū possibile: homini si uelit do/mare ipeccantiā: non ipsius merito:
sed sua clāmentia: & apud homines nequaq̄ possibile liberi arbitrii potestate: quod nutu donantis accipit. Nō
sufficit apostolis dudū super dignitate quæ sille: quis eorū maior esset. Sed in ipso necessitatis & passionis articu
lo scribitur de eis. Facta est autē cōtentio iter illos: quis illoꝝ maior esset: Optimū re uera tēpus instantē cruce de
dignitate cōtendere. Simon inquit Simon: ecce Sathanas expetiuit uos: ut cribraret sicut triticū. Ego autē rogauī p̄
re: ut non deficeret fides tua: & certe iuxta uos i apostoli erat positum potestate: si uoluisset ut nō deficeret fides
eius: qua utiq̄ deficiēte peccatū subingrediet̄. In q̄busdā exēplaribus: tā grācis q̄ latinis inuenit̄: scribente Luca
Apparuit illi angelus de cælo cōfortans eū. Haud dubiū: quin dominū saluatore. Et factus in agonia: prolixius
orabat: factusq̄ est sudor eius: sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Saluator i passione ab angelo cōfortat̄.
Et Critobolus meus nō indiget auxilio: habēs liberi arbitrii potestātē: & tā uehementer orabat: ut guttæ sangui
nis ex parte prūperent: quē totū erat i passione fufurus. Quid inquit dormitis? Surgite & orate ne intretis i tē
tationē: debuit iuxta uos dicere. Quid dormitis? Surgite & resistite: liberę enī habetis arbitriū: & semel uobis
concessa a domino potestate: nullius alterius indigetis auxilio. Si enī hoc feceritis: nō intrabit in tētationē. Nō
possum ait ego facere a memetipso aliqd̄: sed sicut audio iudico. Arriani obiiciunt calūniā: sed respondet ecclesia
ex persona hominis hæc dici: qui assūptus est: tu cōtrario loqueris: possum sine peccato esse: si uoluerō. Ille nihil
potest ex se facere: ut hominis indicet ueritatē. Tu potes omnia peccata uitare: ut adhuc in corpore constitutus
αυτιος esse te doceas: negat fratribus & propinquis ire se ad xenophegiā. Et postea scriptū est. Ut autē ascen
derunt fratres eius: tūc & ipse ascendit ad solēnitātē: nō manifeste: sed quasi in abscondito. Itaq̄ se negauit: & fe
cit quod prius negauerat. Latrat Porphyrius iconstātiæ ac mutationis accusat: nesciens omnia scandala ad car
nē esse referenda. Moyses inquit dedit uobis legē: & nemo ex uobis facit legē utiq̄ possibile: neq̄ enī culpa ipe
trantis est: sed fragilitas audientis: ut omnis mundus subditus fiat deo. In euāgelio secundū Ioannē in multis: &
grācis: & latinis codicibus inuenit̄ de adultera muliere: quæ accusata est apud dominū: accusabant autē & uehe
menter urgebant scribæ & pharisæi iuxta legē eā lapidare cupientes. At iesus inclinās digito scribebat in terra:
eorū uidelicet qui accusabant: & omniū peccata mortaliū: secundū quod scriptū est in propheta. Relinquētes
autē te super terrā scribantur. Tandē caput elcians dixit eis. Qui sine peccato est uesterū: primus mittat sup̄ eā
lapidem. Hoc quod dicitur sine peccato: grāce scriptum est αυταμορτη τοσ. qui ergo dicit: aliud esse est sine
peccato: & aliud αυταμορτη των: aut grācum sermonē nouo uerbo exprimat: aut si exprimat: aut si expressū
est a latinis: ut interpretationis ueritas habet perspicuū est αυταμορτη των nihil aliud esse: nisi sine peccato: &
quia accusatores omnes fugiunt (dederat enī uerecundiæ eorū clāmentissimus iudex spatiū recedēdi) rursūq̄
in terra scribens terramq̄ despiciēs: paulatī discedere: & oculos illius declinare cœperūt: solusq̄ remansit cū mu
liere: cui locutus est iesus. Vbi sunt qui te accusabāt: nemo te condēnauit: quæ ait: nullus domine. Respondit
ei iesus: nec ego te condēnabo: uade & ammodo noli peccare. Præcepit dominus ne ulterius peccaret: sicuti &
alia similiter in lege mandauit. Sed utrū ea fecerit nec ne: scriptura non dicit: Omnes inquit qui uenerunt ante
me: fures fuerunt & latrones. Si omnes: nullus excipit̄. Qui uenerūt inquit: nō qui missi sūt: de quibus prophe
ta ait: ipsi ueniebant a se: & ego non mittebā eos: quo uerbo solius Christi potētia reseruat̄: qui ad suā uenerant
& sui eū nō receperūt. Dū essem inquit in mūdo cū eis: ergo seruabā eos in nomine tuo: quod dedi eis: & custo
diui: & nullus ex eis p̄iit: nisi unus filius pditionis: nō dixit: dedi eis liberi arbitrii potestātē: ut ipsi de suo labore
saluarēt: sed ego custodiui eos: ego seruauī. Deniq̄ isert. Nō peto: ut eos auferas de mūdo: sed ut custodias illos
a malo: in actibus apostolorū scriptū est: inter Paulū & Barnabā propter Ioannē qui cognominatus est Marcus:
ortā dissensionē ita ut separarent̄: & Barnabas Marcū: & Paulus syllā assumerēt in euāgelii ministeriū. Paulus
seuerior: ille clāmētior: uterq̄ in suo sēsu abūdāt. Et tamē dissēsiō habet aliqd̄ humanæ fragilitatis: in codē uo
lumine legitur. Transierunt phrygiā & gallatiā regionē: prohibiti a spiritu sancto loqui uerbū in Asia: quo ma
ledictō in ipsa prouincia puto usq̄ hodie hæreticos: qui cōtra spiritū sanctū faciūt plurimos reperiri. Cūq̄ ue
nissent ait in Mysiā: tētabant ire i Bithyniā: sed nō dimisit eos spiritus Iesu. Nota q̄ spiritus Iesu spiritus sanctus
sit: qui i alio loco propter unitatē substantiæ patris spiritus appellat̄. Voluerūt loqui i asia: & phibent̄ a spiri
tu sancto. Tētat̄ ire i Bithyniā: & nō eos p̄mittit spiritus Iesu. Satis iportune: si eis faciēdi uel nō faciēdi semel de
derat liberi arbitrii ptātē. Sequitur. Ipa inquit ignoratiæ respiciēs deus nūc præcepit hoibus ubiq̄ p̄nitentiā age
re. Significāter preterita i lege tpa: tempora ignoratiæ demōstrauit. Rursū ait. Veniā ad uos deo uolente. Cur

Scandalum

αυτιος

Omnes

interposuit uoluntate dei: si habebat sui arbitrii potestate: Iacobus apostolus. Siquis ait seruauerit tota legem: offenderit autem in uno: reus est omniu factus. Quis nostru iu nullo aliquando peccauit: Si autē peccauit: quod negari non potest: & per unū peccatū omniū est reus peccator: non suis uiribus: sed dei misericordia saluatur. Siquis in uno non peccauit: perfectus est uir. Si aliquando in sermone peccasti: ubi est apud te presūpta pfectio: maxie cū sequat. Linguā autē hoium nullus potest domare: icōtinens malū: plena uenēi mortiferi. Rogo te: ut mihi respōdeas si linguā icōtinēs ē malū: & plena uenēi mortiferi: & nullus potest domare linguā mortaliū: & tanti criminis reus es: Vbi in perpetuū peccator: fuga: Vnde bella: & unde rixae inter uos: Nōne ex uoluptatibus: quae militant in mēbris uestris: Aut mēbra non habetis humana: aut si homo nō potest esse sine mēbris: confitemini uoluptatem atq; luxuriā in uestris artubus militare. Dauid qui dixerat confidenter: proba me domine: & tenta me: ure renes meos & cor meum: quia ante oculos meos misericordia tua est: & complacui in ueritate tua. Et iter: Ego autē in innocentia mea ingressus sum: & pes meus stetit in directo: q̄q̄ iudicii ueritate dei misericordiā mitigaret: tamen quia hoc ausus est dicere: relinquatur parū per fragilitati suae: & ut uos dicitis arbitrii libertati: & per adulteriū lapsus in homicidiū: postea loquitur: Misere mei deus: secundū magnā misericordiā tuam. Et secundū multitudinē miserationū tuarum dele iniquitates meas. Nec hoc dico quo uir: sanctum accusem: de quo scriptū est: q̄ fecit omnes uoluntates dei. Sed q̄ multis aliis bonis hae uitia cōpensarit: & saluatus sit misericordia dei: cuius iudiciū est in ponderibus: & ad quē Asaph loquitur. Cibabis nos pane lachrymarum: & potū dabis nobis in lachrymis in mensura: neq; enim iniustus est dominus: ut tantū peccata cōdēnet: & bonorū operū non meminerit. Vnde & in alio loco idē Dauid canit: Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in aeternū. Domine in uoluntate tua prestisti decori meo uirtutē. Auertisti faciē tuā a me: & factus sū conturbatus. Dixi enī pronuntiabo contra me iniquitatē meā domino: & tu remisisti impietate cordis mei. Iustusq; precipitur: reuela ad dominū uia tuam: & spera in eū: & ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiā tuā: & iudiciū tuū tanq̄ meridiē. Salus enim iustorū a domino: quia non est sanatio in carne eorū a facie irae eius. Et quotidie iuxta apostolū: qui dixerat: Non enim habitat in carne mea bonū: ingemiscunt dicentes. Renes mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Breues enim posuit dies nostros: & substantia nostra quasi nihil in conspectu eius: uniuersa uanitas omnis homo uiuens: uel uiuens in corpore uel uiuens in uirtutibus: & tamen omnia uanitas. In certo enim statu fluctuat: & dum non timet in sereno: patitur tēpestatē. Cum enim esset in honore: non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis: pro nihilo inq; saluos faciet eos: haud dubiū quin iustos: qui non proprio merito: sed dei saluatur clementia: & delicta nostra a te non sunt abscondita: hoc ex psona Christi dicitur: si ille: qui peccatū non fecit: nec dolus iuentus est i ore eius: pro nobis doluit: & peccata nostra portauit: q̄to magis debemus nostra uitia confiteri? Renuit inquit consolari anima mea: considerans delicta quae fecerā. Recordatus sum dei: & laetatus sū: cogitans me illius clementia conseruandū. Nocte cū corde meo meditabar: & scopēbā spiritū meū: & dixi: nunc cœpi: hae est mutatio dextera: excelsi: iusti uox est: qui post meditationē soni & conscientiae cruces ad extremū ait. Nunc cœpi pœnitentiā agere: uel scientiae lumen intrare: & hae ipsa de bonis ad meliora mutatio nō meae: uirū: sed dexterae & potentiae dei est: in aeternū misericordia aedificabitur. Nullū enī tēpus est: quo non aedificet misericordia in singulis quibusq; sanctorū: & his qui de peccatis transeunt ad uirtutes. A sagitta uolante p diē: a negocio p ambulatē in tenebris: quis nostrū poterit liberari? Ecce enī peccatores intenderūt arcū: ut sagittent in obscuro rectos corde: nolūt prauos uulnerare: sed rectos corde. Sagitta per diē uolitat: p haereticos in sanctarū intelligētia scripturarū. Negociū in tenebris & nocte p ambulabat p philosophos: qui p obscuritatē sermonū inuoluerē cupiūt ueritatē. Plantati in domo domini in atriis dei nostri florebut: plantati in domo domini iusti sunt: i ecclesia confirmati. Sed ii nō in praesentia: sed in futuro in atriis domini florebut: ubi est certa & secura possessio. Misericors & miserator dominus: longanimis & multae miserationis. Suauis dominus omnibus: & misericordia eius super oia opa illius. Tātas audis misericordias: & i tua audes uirtute confidere? Confiteant tibi domine oia opa tua. Sed de cūctis opibus dei & hoies sūt: ergo oēs hoies sua peccata confiteant. Legimus in Samuele dictū de salomone. Ipse aedificabit domū nomini meo: & firmabo regnū eius usq; i sēpiternū. Ego ero ei in patrē: & ipse erit mihi in filiū. Et iter. Si inique egerit: corripia eū in uirga hoium: misericordiā autē meā non auferā ab eo. Cum egisset Dauid gratias deo: ad extremū intulit: & hae est lex hois. Domine deus sēper respice ad clementiā tuā: & infirmitatē carnis diuino auxilio sustētare. Quid mihi iquit & uobis filii Saruiae. Maledicat Semei. Dominus praecipit ei: ut maledicat Dauid. Et q̄s respōdebit ei: q̄re hoc fecisti? Volūtas enī dei nō discutiēda: sed cū gratiarū actione patiēda est. Et i alio loco dominus mādauit: ut dissiparet cōsiliū Achitophel bonū ut adduceret sup Absolō malū: cuius certe cōsiliū erat q̄si cōsiliū dei. Et qua rōne potestas liberi arbitrii maiore potestate subuersa est? Ieroboā q̄ peccare fecit Israel: arguit q̄re reliq̄rit praecipitū domini. Diciturq; ad eū: Dedi tibi regnū domus Dauid: & nō fuisti sicut seruus meus Dauid: qui custodiuit mandata mea: & ambulabat post me i toto corde suo: & fecit placitū in cōspectu meo. Ergo & possibilia sūt dei mādata: quae Dauid fecisse cognoscimus: & tamen lassescere sanctos ad perpetuitatē iusticiā. In multis regibus legimus de stirpe Dauid: q̄ non suo merito: sed Dauid patris uirtutibus conseruati sūt: qui fecerit placitū i cōspectu dei. Et uenit ad Aza regē Iuda: de quo scriptū est. Fecit Aza rectū i cōspectu domini: sicut Dauid pater eius. Cūq; in multis laudibus eius cōmemorata esset historia: ad extremū intulit: sed excelsa non abstulit. Attamē qa cor eius pfectū erat cū deo omnibus diebus uitae suae. Ecce & iustus dicit: quippe cuius cor pfectū erat cū deo: & tamen i eo errauit: q̄ excelsa nō abstulit: quae Ezechiam: & Iosia legimus abstulisse. Helias in cuius spiritu & uirtute uenit Ioannes baptista ad cuius impracationem

imprecationē uenit ignis de caelo: & Jordanis fluenta diuisa sūt: timuit Iezabel & fugit: lassusq; i solitudine se
 dit sub arbore: & pressus angustia mortē rogauit dicens. Sufficit mihi domie: tolle aiam meā: neq; enī melior sū
 p̄ribus meis. Hūc iustū negare quis p̄t: Et tamē nō dicā mulierē: sed hōi fœminā formidare: de animi pturba
 tione descēdit: quæ uitio carere nō p̄t: dicēte Dauid. Dominus auxiliator meus: nō timebo qd faciat mihi hō.
 De Iosaphat rege iuda scriptū est. Et fuit dominus cū Iosaphat: q̄ ambulauit in uis Dauid p̄ris sui prioribus.
 Ex quo itelligitur primas eū Dauid habuisse iusticias: & nouissima nō h̄re peccata. Nō sperauit ait in Baalim:
 sed i deo p̄ris sui: & ambulauit in p̄ceptis illius: & nō iuxta peccata israel. Cōfirmavitq; dominus regnū i ma
 nu eius: & dedit oīs iuda mūera Iosaphat. factæ sūt ei ifinitæ pecuniæ: atq; diuitiæ: & multa gloria: Cūq; sūp̄sis
 set cor eius audaciā p̄pter uias domini: etiā excelsa & lucos de iuda abstulit. Hic Achab r̄gi ipiissimo affinitate
 cōiunctus est. Cūq; post p̄clū reuertē Hierusalē: occurrit ei Hieu filius Aman iudæus: & ait ad eum: ipio
 p̄bes auxiliū: & iis qui oderūt dominū: amicita iūgeris. Et iccirco irā quidē domini merebaris: sed bona opa
 inuenta sūt in te: eo q; abstuleris lucos de terra iuda: & p̄paraueris cor tuū: ut requireres dominū. Ac ne p̄te
 mus p̄teritas iusticias hoc peccatō i crepatione p̄phetica fuisse deletas: postea de Ochozia stirpe eius scriptū
 est. q; intenerit eū Hieu latente in samaria: adductūq; occiderit: & sepelierūt iquit eū: eo q; esset filius Iosaphat:
 qui q̄sierat dominū in toto corde suo. De Ezechia scriptū est. Fecit rectum in oculis domini iuxta oīa: quæ fecit
 Dauid pater eius. iste abstulit excelsa: & cōtriuuit statuas: & icendit lucū: cōtriuuitq; serpentē anēū quem fecerat
 Moyses: & iteg; in domino deo israel cōfessus est: & post ipsū nō fuit similis ei in cūctis regibus iuda: & q; fuerūt
 ante eū. Adhæsit domino: & nō recessit ab eo: & custodiuit mandata eius: quæ p̄cepit dominus Moyfi & e
 rat dominus cū eo. & in oibus i quibus incedebat: sapienter agebat. Cūq; rex assyriog; Sēnacherib cepisset uni
 uersas urbes iuda: misit ad eū Ezechias in Lachis dicens: peccauī. Recede a me: quodcūq; iusseris dabo. Impo
 suitq; rex assyriog; Ezechia trecenta talenta argenti: & triginta talenta auri & dedit Ezechias oēm pecuniam:
 quæ inuenta est in domo domini: & in thesauris domus regis. In tēpore illo concidit ualuas tēpli domini. & cly
 peos quos deaurauerat: oīa dedit regi assyriog;. Cūq; de eo tanta dicantur: non timuit tanta necessitate cogēte:
 quæ domino consecrarat: regi offerre assyrio: dicitur q; ad eū: ego custodiā ciuitatē hanc: propter me & p̄pter
 Dauid seruū meū: nō propter te: quia sup̄iora fecisti: quando centū. lxxxv. milia exercitus assyriog; angelo cedē
 te prostrata sunt. Illud quoq; diligētius attendendū: q; scriptura cōmemorat. agrotauit Ezechias usq; ad mor
 tē: uenit ad eū Esaias filius Amos dicens. P̄cipe domui tuæ: quia morieris tu. Qui auertit faciē suā ad parie
 tem: & orauit ad dominū dicens. Obsecro te domine: memēto: quō ambulauerim in conspectu tuo in ueritate
 & corde p̄fecto: & bonū in oculis tuis fecerī. Fleuitq; ezechias fletu magno. Certe iustus erat ezechias: & corde
 p̄fecto iurus erat ad dominū: plorare non debuit: q̄ris rōnem fletuū? Si cogitaueris hōiem: non miraberis cau
 sas doloris: Nullus enim intrepidus uadat ad iudiciū domini: habēs cōscientiā p̄tōg;. Cūq; fleuisset: factus est
 sermo domini ad Esaiā prophetā dicens: reuertere: & dic Ezechia duci meo: (Dux dei appellatur: cui mors fue
 rat nunciata: q̄a humilitate p̄stratus est) Hæc inq; dicit dominus Dauid p̄ris tui. Audiui orōnē tuā: uidi lachry
 mā tuā: addidit ei tps uitæ: & de assyriog; manibus liberat. & tamē signū postulat: ut credat uer; esse: qd repromi
 serat: qd saltē paruæ fidelitatis iudiciū est. Misit quoq; rex babilonis nuncios & legatos: q; ei cōgratulent; ob
 restitutā corporis sanitatē: Qui ostēdit eis oēs thesauros aromatū: auri quoq; & argenti & ualōg; sup̄lectilē:
 nō fuit inq; res: quā nō ostēderet eis Ezechias in domo & in omni ptate sua. Ex quo intelligimus etiā uasa tēpli
 babilonis mōstrata legatis. Vnde & ira domini cōcitatur: & postea Esaiā uaticinatione cognoscit: De filiis tu
 is eunuchi erūt: & oīa uasa tēpli trāsferētur babilonē. ob quā culpā etiā in libro dieg; scriptū est. Cecidit Eze
 chias elatione cordis sui. certe Ezechia iustū nemo nisi ipius denegabit. Dicas peccauit in quibusdam: & iccirco
 iustus esse desinit. sed hoc scriptura nō loquit. Nō enim ex eo q; parua peccauit: iusticiæ nomē amisit. sed ex eo
 q; multa bona fecit: iusti uocabulū possidet. Hoc totū dico: ut scripturæ sanctæ testimoniis cōprobetur. Nō
 ex eo p̄tōres esse iustos: q; alii peccauerunt: sed ex eo iustos p̄manere: q; multis uirtutibus floreāt. De Iosia scri
 ptū est. Fecit rectū in conspectu domini: & ambulauit in uia Dauid patris sui: non recessit neq; ad dextrā neq;
 ad sinistrā: & tamen cum esset iustus tpe necessitatis & angustia: mittit ad Oldā p̄phetissam uxore Sellum fi
 lii Tecuæ filii Aras custodes uestiū. Et hæc inquit habitabat hierusalē in secūda. haud dubiū quin urbis partē
 significet: quæ interiori muro uallabat. Et illā respōdit: hæc dicit dominus deus israel: ite & dicite uiro qui mi
 sit uos ad me: in quo occulta & regis & sacerdotū & oīum uiroꝝ reprehensio est: q; nullus uiroꝝ sanctus potue
 rit reperiri: qui posset futura p̄dicere. Deniq; interficitur Iosias a Pharaone rege ægypti: eo q; noluerit audi
 re uerba domini ex ore Hieremias propheta. Siue ut i Paralipomenon scriptum est: noluit Iosias reuerti: sed pa
 rauit contra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore dei. Et infertur. Mortuusq; est: & sepultus
 in mausoleo patrum suoꝝ: & uniuersus iuda & hierusalem luxerūt eum: p̄cipueq; Hieremias: cuius omnes
 cantatores atq; cantatrices usq; in p̄sentem diem lamentationes super Iosiam replicant: & quasi lex obtinuit
 in israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Puto q; sermonibus dei per quēlibet non acquieuisse pecca
 tum sit. De ipso Hieremias loquitur (q̄ hoc plariq; secundum anagogen intelligant de domino Salvatore)
 Spiritus faciei nræ Christus dominus captus est pro peccatis nostris. Cui diximus. Sub umbra tua uiuemus i
 gentibus: Moyses cui locutus est dominus facie ad faciem: & salua facta est anima eius. ad aquas contradictio
 nis offendit: nec meruit cum fratre Aaron terram repromissionis intrare. De quibus & psalmista canit. Absor
 pti sunt iuncti petrae iudices eoz; audient uerba mea: quoniam placuerūt: & est sensus. Iudices populi iudæo
 rum Moyses & Aaron deuorati sunt a peccato populi iuxta petrā: de qua aqua uim fluenta manarunt: & certe

Anagoge

cum isti iusti fuerint: & obedierint sermonibus dei: qui per se suauissimi sunt. Deniq; sequitur: de cadaueribus in solitudine mortuorum: quasi crassitudo terrae disrupti sunt super terram. Dispersa sunt ossa nostra secus infernum. In Osee loquitur deus. *Dispensabo te mihi in iusticia & iudicio.* Statioq; subiungit. Et misericordia & miseratiõibus: & in fide: ut largitoris premio recognoscat q; ipse sit dominus. In eodem scriptum est libro. Deus ego sum: & non homo: meo dicitur tui sanctus. Et non ingrediar ciuitatem uitiorum: scilicet conciliabulum. Ipse solus hanc non ingreditur ciuitatem: quam aedificauit Cayn in nomine filii sui Enoch: quae omnia sacerdotum quotidie ora cocelebrant: *o uoyos avaxaxp Ti Toz*: quod in lingua nostra dicitur. Qui solus es sine peccato: quae laus iuxta sententiam tuam frustra deo reputatur: si est communis cum ceteris. Non enim iuxta Amos conuertimus iusticiam in absinthium: & fructus iudicii in amaritudinem. Loquitur nauis atq; rectores in libro Ionae. Rogamus domine ne perdas nos propter hominem iustum: neq; inducas super nos sanguinem innocentem. Sicut enim placuit tibi sic factum est domine. Nesciunt causas: quod mereatur propheta seruus fugitiuus: & tamen iustificat deum: & sanguinem innocentem fatetur: cuius opera non norunt. Et ad extremum: sicut placuit tibi domine: sic factum est. Non quaerunt iusticiam sententiae dei: sed ueritatem iusti iudicis confitentur. Micheas lachrymabili uoce testatur. Perit semine de terra: & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiatur. unusquisq; fratrem suum uenat ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Et iterum. Qui optimus corde inter eos est: quasi pius est. Et qui rectus quasi spina de sepe. Haec hominum iusticia est: ut iuxta uerba eiusdem prophetae: nec amico: nec coniugi: nec filiis sit credendum. quia inimici hominis domesticus eius sententiam quam etiam sermo domesticus comprobauit. Unde datur consilium per eundem prophetam. Indicabo tibi o homo quod sit bonum: & quod dominus querat a te: utiq; facere iudicium: & diligere misericordiam: & sollicitum ambulare cum deo tuo. Nunquid dixit: habeto aequalitatem dei: & non hoc quod maximum est: sollicitum ambulare cum deo tuo: ut nunquam securus sis: ut omni obseruantia custodias cor tuum: ut consideres quoniam in medio laqueorum ambules: & sub murorum pinnis ingrediaris: ut illud quotidie mediteris. Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit deus: humilibus autem dat gratiam. Qui cautus & timidus est: potest ad tempus uitare peccata: quia securus est de iusticia sua: repugnat deo: illiusq; auxilio destitutus. insidiis hostium patet. Coputrescat dicit Abachuc ossa mea: & subter me uermes scateant: tantum ut requiescat in die angustiarum: ut ascendam ad populum fortem meum. Hic tribulationes & angustias: afflictionemq; animae depracatur: ut in futuro uiuorum iam cum Christo regnatum numero societ. Ex quo perspicuum est: hic pugnam atq; certamen: & in futuro esse uictoriam. Iesus filius Iosedech: quod interpretatur iustus domini: sacerdos magnus. idutus describitur uestibus sordidis: quia peccatum non fecit: & tamen nostra peccata portauit. Ad cuius dextram stabat sathanas: ut aduersaret. Dicit q; ad eum post pugnam atq; uictoriam: auferte uestem sordidam ab eo: & ecce abstuli a te iniquitatem tuam. haeres Iouiniam loquitur. Sine omni omnino peccato sum: sordida uestimenta non habeo: proprio regor arbitrio: maior apostolo sum: ille facit quod non uult: & quod uult non facit: ego facio quod uolo: & quod nolo non facio. praeparata sunt mihi regna caelorum: imo ipse ea mihi meis uirtutibus praeparauit. In quo Adama tenetur obnoxius. Et alii qui reos se putant in similitudinem prauaricationis Adama. Ego solus cum mea caterua non teneor. Alii clausi cellulis: & foeminas non uidentes: quia miseri sunt: & uerba mea non audiunt: torquentur desideriiis. Ego etiam si mulierum uallor agminibus: nullam habeo concupiscentiam. De me enim dictum est: lapides facti uoluntur super terram: & ideo non sentio: quia liberi arbitrii potestate Christi trophaeum circumfero. Audiamus per Esaiam clamantem deum. Populus meus qui beatos dicunt: sed uocant uos: & semitam pedum uosrum supplantant. Quis magis supplantat populum dei: qui liberi arbitrii potestate subnixus: despicit auxiliu conditoris: & in sua uoluntate securus est. An quod ad singulas sententias praceptorum domini iudicium pertimescit? Ad huiusmodi homines loquitur deus: ue uobis: qui sapientes estis apud uos: & intelligentes uosro iudicio. Esaias iuxta hebraicum plorat: & dicit: ue mihi: quia tacui: quia imunda habes labia: & in medio populi imunda habitans labia: habitans uidi dominum sabaoth oculis meis. Ille uirtutum merito dei fruebatur aspectu: & conscientia peccatorum labia sua fatebatur imunda. Non quod locutus esset aliquid quod uoluntati domini repugnaret: uel quod siluisset uel timore uel pudore perterritus: nec arguisset libertate prophetica populum delinquentem. nos peccantes aliquando corripimus qui adulamur diuitibus: & personas accipimus peccatorum turpis lucri gratia: nisi forte tota eis loquamur confidentia: quorum opibus indigemus. ut talia non agamus: ut abstinemus nos ab omni specie peccatorum. Certe uerum tacuisse peccatum est: quod apud. lxx. non sit scriptum: quia tacui. sed quia compunctus sum conscientia scilicet peccatorum: ut illud compleatur propheticum. Versatus sum in miseria: dum insingitur mihi spina. ille peccati spina compungitur: tu uirtutum floribus uernas. Erubescet inquit luna: & confundetur sol: quando uisita uerit dominus super militiam caeli in excelsis. hoc est quod & in alio loco scriptum est. Astra quoque non sunt munda in conspectu eius: & aduersum angelos suos puerum quod repperit: luna erubescit: & sol confunditur & caelum operitur ciliatio: & nos itrepidi atq; latantes: quia omni caremus uitio: occurremus iudicis maiestati: quando tabescent motes: & recti uidelicet in superbia: & omnis militia caelorum uel astra: uel angelicae dignitates: & complicabuntur sicut libri caeli: & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet: quoniam inebriatus est in caelo gladius meus: & nunc super idumaeam descendet gladius dei inebriatur in caelis: & tuum solum in sanctitate secus. In idumaeam descendet: quae interpretatur uel sanguinaria uel terrena: ut prophetica auctoritate discamus omnem terram mundi indigere iudicio. Unde sequitur. Victimam domini in bosra: quae interpretatur caro: & interfectio eius multa in terra Edon: id est in sanguine. Iuxta quod ponit apostolus. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Ve quae contradicit uictori suo: ue qui dicit patri: ut quid me genuisti: & matri quare me peperisti: Hoc ad eos pertinet qui dicunt: quare talis constitutus sum: qui non possum in perpetuum carere peccato: Quare tale uas fictum: ut non adamantinum permanerem: sed ad omnem tactum fictile atq; fragile: Omnes sicut oues errauimus: & omnium nostrum dominus peccata portauit. Intuitus est enim diligenter: inspexit. nullumq; repperit. qui iudicaret iuste: qui suam in omnibus faceret uoluntatem. Et ideo brachium eius salutem praebuit: & iusticia sua saluauit

Isaiah

Hoc Iouinum pelagius

Iouina
Bosra
Edon

despiciat

1109

qui

sua saluauit oia: ut ois mundus subiiciatur deo: & illius clamentia conseruetur. Fuimus enim imundi: no pau-
 ci: sed oes. Quasi pannus menstruatae reputata sunt oia in lege opera nostra. Ad hierusalē in Ezechiel loquit
 deus. Perfecta eras in decore meo: & est sensus: non in tuis operibus: non in tua conscientia: cordisq; iactantia:
 sed in meo decore: quo te clamentia mea libertate donauerā: Deniq; in consequentibus loquitur ad eā: quādo
 saluator nō suo mer: to: sed eius misericordia. Recordabor pacti mei tecū in diebus adolescentiae tuae: & suscita-
 bo tibi pactū sempiternū: & recordaberis uiaq; tuarq; & confunderis. Et iterq; suscitabo pactū meum tecum: &
 scies quia ego dominus: ut recorderis & confundaris: & non sit tibi ultra aperire os pro confusione tua: cū fue-
 ro placatus tibi in oibus quae fecisti: ait dominus deus. Ecce aperte diuino sermone monstratur: quid in alio lo-
 co dixerit. Et mundans te non faciet innocentem: q; iusti quoq; & post peccatum in statum pristinum restituti:
 os aperire non audeant. sed cum apostolo dicant: qui non sum dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ec-
 clesiam dei. Deniq; & in alio loco per eundē prophetā ad eos: qui illius misericordiā consecuti sunt loquitur de-
 us. Et recordamini uiaq; uiaq; & oium sceleg; uestroq; quibus polluti eratis. & displicebit uobis in cōspectu ue-
 stro in cunctis malitiis quas fecistis. & scietis quia ego dominus: cū benefecero uobis propter nomen meū: non
 secundū uias uestras malas: neq; secundū scelera ura pessima. Erubescamus atq; dicamus: qd' loquuntur hi q;
 iā prēmia consecuti sunt. Loquamur pētōres sup terrā & in fragili mortaliq; corpore constituti: qd' sanctos ui-
 demus in caelis dicere: & iā incorruptione & imortalitate donatos. Et dicitis inquit: Non est recta uia domini:
 cū uestrae uiae prauae sint. Phariseoq; est hoc superciliū: ut peccata ppriae uoluntatis referant ad cōditoris iniu-
 riam: & illius iusticiā calūnientur: Sacerdotes templi mystici qd' interpretatur ecclesia: filii Sadoch cum uesti-
 mentis ministerii non egrediuntur ad populum: ne humana conuersatione sanctificati maculentur. Et tu i me-
 dio uulgi: unusq; de populo mundum esse te credis. Hieremiā prophetā breuiter percurentes sēsu magis q; ser-
 mone carpatum. Currite inquit in exitibus hierusalē: & quārite in plateis eius sicubi reperire poteritis uig; qui
 iuxta iusticiam uiuat & fidē: & ero propicius propter eū. Quāuis enim dicant: uiuit dominus fraudulenter iu-
 rant. Et hoc ipsū in mēdacio refutat peccatoq; sacrificia. Vescendas tradit offerentibus hostias: dicens se non
 mandasse patribus eoq;: quādo deduxit eos de terra aegypti: ut offerrent huiuscemodi sacrificia. Non enim uo-
 luntate: sed idoloq; cōparatione mandauit: malens sibi offerri uictimas q; dāmonibus. Oēs recesserunt ab eo:
 nullus est qui loquatur bona: & agat pēnitentiam a peccatis suis. Sequuntur proprias uolūtates: quasi equus
 promptus ad pēlium. Intendunt linguam suam quasi arcum. Mētuntur omnia: & nō est in eis ueritas. Ami-
 coq; quoq; cauendas insidias prācipit: & nulli credere pximoq;. Singulos enim insidiari amicis & fratrem a fra-
 tre decipi. Et hoc facere: nō naturae malo: sed propria uoluntate: quia docuerunt linguā suā mendaciū & proni
 feruntur ad iniusticiā. Si aethiops ante mutauerit pellē suā: & pardus uarietate suā: & uos poteritis facere bonū
 cum didiceritis mala. Ergo pellis aethiopica & pardos; uarietas: discipline est: non naturae: quae docetur & disci-
 tur: tamen auferri non pot: uitio mollita maligni: nisi per eum cui oia possibilia sunt. Vnde loquitur ad eū: qui
 solus uerus medicus est: sana me domine & sanabor. Saluum me fac domine: & saluus ero. Tu es gloria mea &
 spes mea. Si enim ad cōditionem meam iscelicitatēq; respiciam: nihil aliud nisi hoc possum loqui. Maledictus
 homo qui annunciauit patri meo dicens. Ecce natus est tibi puer: fiat homo ille similis urbibus quas subuertit
 deus. Quare enim in uulua non statim perii: Et fuisset mihi sepulchrum mater mea: & uulua eius infernus sē-
 piternus. Quare egressus sum ex utero: ut uiderem labores & miserias: & consumerentur dies mei in erūnis.
 Tantum de sua conditione securus est: & sic confidit in fortitudine: ut mortem prāferat uitae. Nouerat enim
 uulnus suum: & potentiam eius quem caelare nihil potest: qui loquitur per prophetam. Deus appropinquans
 ego: & non procul. Qui enim caelum replet & terram: nullus potest uitare eius noticiam & cordis occulta caela-
 re. Qui scrutatur renes intropicit: & ut sciamus dei esse bonum omne quod gerimus. Ego inquit plantabo eos
 ut nequaq; eradicentur: & ego dabo eis cogitationem & sensum: ut intelligant me. si cogitatio & sensus dantur a
 deo: & intellectus domini ex illius qui noscendus est: radice pullulat: ubi est liberi arbitrii tantum superba ia-
 ctatio: Volumus scire conditionem nostram: audiamus historiam. Joachim rex iuda: cunctiq; socii eius prin-
 cipes auditis sermonibus Vria: uoluerunt occidere eum: Quod cum ille didicisset: timore perterritus: fugit in
 aegyptum: Cur mortem timebat: qui explicabat sententiam domini: & qui a se nunciari domini nouerat uolun-
 tatem: Dignamur per singula auxilium dei: & ad illius nutum cuncta gerere negligimus: cum legamus san-
 ctos uiros etiam hoium idiguisse prāsidio. Periclitatur Hieremias & māifeste dicitur: q; auxilio ei fuerit māus
 Disan filii Safan: ne traderetur in potestatem uulgi: & obrueretur lapidibus. Abolitis legis caerimoniis & duro
 pondere ueterē prāceptorum repromittitur euangelii gratia: legēq; dominus pollicetur: ut oēs cum nouerint
 a minimo usq; ad maximum dicens. Dimittam peccata eoq;: & iniquitatem illoq; ultra memor non ero. Quā
 autem habuerint sancti uiri in lege ueteri iusticiam: sequenti sermone demonstrat. si filii israel: & filii iuda ini-
 quitatem fecere perpetuam in conspectu meo: ab adolescentia sua usq; ad diem prāsentem: & ciuitas hierusa-
 lem ab initio conditionis suae usq; ad diem euerfionis suae: me ad iracundiam prouocauit. Attende quid dicat:
 finem iunge principio: omne medium tempus in uitio est. Hieremias sāctificatus ante q; natus: uirgo: prophe-
 ta ueteris testamenti: pertimescit Sedechiam: & flebiliter obsecrat dicens. Nunc ergo domine mi rex audi de-
 prācationem meam: & prāualeat apud te obsecratio mea. ne remittas me in domum Ionathā scribae: ne ibi pe-
 ream. O propheta: cur times impium regem? Cur eum metuis: quem nosti iam iamq; periturum: carcerem re-
 formidas: cui paratur paradisus? Respondebit mihi: homo sum mortali in carne & corruptibili constitutus:
 dolorem sentio: horrescoq; cruciatus: quos etiam dominus meus pro mea salute sensurus est. Miseretur huma-

Sacerdotes templi

Iusti tuta fides.

pr

no generi deus: & non uult perire quod fecit. Noli timere Iacob dicit dominus. Ego enim sum tecum: & interficiam oēs gentes in quas dispersi te: te uero ipsum perire non faciā: sed castigabo te cum iusticia: & ita miserebor tu: ut te innoxium non relinquā. Vnde & nos dicimus esse iustos: esse sanctos uiros: & post peccata placētes deo: non suo tantū merito: sed eius clāmentia: cui oīs creatura subiecta est: & indiget misericordia eius. Audiant hęc retici qui eleuantur per superbiam: & dicunt. Ecce ipsi nobis fecimus cornua. Audiāt illud quod audiuit Moab. Audiuimus superbiam ioab superbus est ualde. Altitudinem illius & elationem & gloriationem: & inflationē cordis ego cognoui dicit dominus: quoniam nequaquā iuxta inflationem eius & fortitudo illius est. Diciturq; ad huiusmodi hoīes. Inimici autem eorū: haud dubium quin gregis domini: confirmant dicentes. non peccauimus cum peccauerint in puchritudine iusticia: & in expectatione patrum. Deinde uis scire quando omnia peccata finiantur. Audi eundem prophetam: in tpe illo dicit dominus. Quæratur iniquitas in israel: & non erit: & peccatū iuda: & nō inuenietur. Cur quælo sequitur: quia propicius ero illis: Vbi autem propitiatio est: præcesserat ante peccatū. Tolle igitur posse: & concedo oīa donante deo subsistere. Bonū est præstolari cū silentio salutare domini: bonū est ponere in puluere os suum: dare percutienti se maxillā: saturari obprobriis: spem habere in domino. Si enim abiecit & miserebitur iuxta multitudinem misericordiarū suarū. Neq; enim humiliavit corde suo & abiecit filios hominū. Frustra murmurat homo p peccatis suis. Scrutemur uias nostras: & quæramus & reuertamur ad dominū. Leuemus corda cū māibus ad dominū in cælū: dicamusq; ei: Iniq; agimus: & ad iracūdiam prouocauimus. Iccitico tu inexorabilis es. Daniel propheta loquitur ad Nabuchodonosor: q; dominetur excelsus regni hominū: & det illud cuiuscūq; uoluerit: & extremū atq; proiectum constituat super illud. Inter ga eum qua causa ultimum atq; despectum constituat in regem: & faciat quod uoluerit. & discute utrū ipsius uoluntas iusta sit de quo scriptum est. Qui suscitatur de terra humilē & de stercore eleuat pauperem. ut collocet eum cum principibus. cum principibus populi sui. An forsitan iuxta te absq; iudicio atq; iusticia gloriam quærat: aurēq; popularem: ut humiles erigat in regnum: & potentes humilitate cōmutet? Audi prophetam dicentē. Omnes habitatores terræ quali nihil reputati sunt apud eum: Fecit enim quodcūq; uoluit in cælo & in terris & nemo est: qui resistat uoluntati eius: aut possit dicere: quare hoc fecisti: cuius sunt omnia opera in ueritate: & uia illius iusticia: & superbientes potest ipse humiliare. Anthiochus Epiphanes rex crudelissimus subuertit altare: ipsamq; iusticiam fecit conculcari: quia concessum erat ei a domino. Causasq; reddit propter peccata plurima. ergo non fecit quod ipse tantum uoluit: sed quod dominus propter peccata populi concessit. Deniq; sequitur: q; non ex propria fecerit fortitudine: sed ex eius imperio: qui præcepit ut fieret. Illud autem in oratione sua loquitur. Peccauimus: iniq; egimus: iniuste gessimus: & recessimus a mandatis tuis: & cætera huiusmodi solent dicere: quod & Dauid: & Daniel & omnes prophætæ non pro se: qui sancti erant: sed ex persona populi sunt locuti. Aduersum quam opinionem ipse respondebit & dicet. Cum adhuc orarem: & confiterer peccata mea: & peccata populi mei israel. Vides ergo q; tam pro peccatis suis q̄ pro peccatis populi dominum sit depræcatus: & effuderit depræcationes suas in conspectu domini dei sui. Vis iterum nosse: quando peccatum & iniquitas finiatur? Quāq; diuersa sit auctorum interpretatio: Audi eundem prophetam. Lxx. hebdomadæ completæ sunt super populum tuum: & super ciuitatem tuam sanctam: ut compleantur iniquitates: & finēs accipiat peccatum ut dispereat iniquitas: & reueletur iusticia sempiterna. Quādiu ergo ille finis adueniat: & corruptiuum hoc atq; mortale in corruptione & immortalitate mutetur: necesse est nos subiacere peccato: non naturæ & conditionis: ut tu calumniaris uitio: sed fragilitate & cōmutatione uoluntatis humanæ: quæ per momenta uariatur. quia deus solus est immutabilis. Quæris ubi Abel: ubi Enoch: ubi Iesus filius Naue: ubi Heliseus cæteri q; sanctos peccauerint. Non est necesse nodū in scirpo quærere. utinā possē & manifesta reticere peccata. si uis a me uerū audire: nescio. Nihil inquit mihi conscius sum: nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo uidet in facie: deus in corde. Apud eius conscientiam atq; conspectum nullus iustificatur. Vnde & Paulus loquitur confidenter. Omnes peccauerunt: & indigent gloria dei: & conclusit deus omnia sub peccato: ut omnium misereatur: & cætera quæ sæpe replicauimus.

Tertius eiusdem Dialogi liber contra Pelagianos.

Epistola. XIX.

CRITOBOLVS. Delectatus sum tuorū multiplicatiōe sermonum: de quibus scriptum est. In multiloquio non effugies peccatum. sed quid ad causam? Certe hoc fateberis eos qui Christi baptismum consecuti sunt non habere peccatum. Et si absq; peccato sunt: iustos esse. Cumq; semel iusti fuerint si egerint sollicitē: posse in sempiternum iusticiam custodire. ac per hoc omne uitare peccatum.

ATTI. Non erubescis explosam atq; damnatam Iouiniani sententiā sequi? Et ille enim his testimoniis ruitur argumentis: immo tu illius inuenta sectaris. In oriente docere desiderans: quæ olim Romæ: & dudū in africa condēnata sunt. Lege ergo quid illi responsum sit & tibi responsum dicito. In dogmatibus enim & quæstionibus differendis non persona: sed causa quærenda est: & tamen hoc scito baptismum præterita donare peccata non futurā seruare iusticiā. Quæ labore & industria: ac diligentia: & semper super oīa dei clāmentia custoditur: ut nostrum sit rogare: illius tribuere quod rogatur. nostrum incipere: illius perficere. nostrum offerre quod possumus: illius implere quod non possumus. Nisi enim dominus ædificauerit domū: in uanū laborauerunt: qui ædificant eā. nisi dominus custodierit ciuitatē: in uanū uigilabit qui custodierit eā. Vnde & apostolus præcipit: sic currite ut cōprehendatis. Oēs quidē currunt: sed unus accipit coronā. Et in psalmo scriptū est. Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Nostra enim uictoria & corona uictoriæ: illius protectione & clypeo præparatur: & hic currimus ut in futuro comprehendamus: ubi accipiet coronam qui in hoc sæculo uictor extiterit.

Antiochus rex

Nolum in scirpo

uictor extiterit: ecce sauis factus es: iam noli peccare: ne quid deterius tibi fiat: & nescitis quia templum dei estis: & spiritus dei habitat i uobis. Siquis templum dei uiolauerit: disperdet eum deus. Et in alio loco: Dominus uobiscum est: q̄diu uos estis cum eo. si reliqueritis eum: & ille relinquet uos. In cuius putas delubro: atq; sacrario Christi puritas permanet: templiq; serenitas: nullo nubilo contristatur. Eundem semper uultum habere nō possumus: quod de Socrate falso philosopho gloriantur: quāto magis animum: multæ facies hominum: sic & corda diuersa. si fieri posset: ut semper aquæ baptismatis merlo tenerent: uoluitantia nos desuper peccata non tangerent: spiritus sanctus tueretur. Sed impugnat inimicus: nec uictus recedit: sed semper in insidiis est: ut sagittet i occulto rector corde. In euangelio iuxta hebræos: quod chaldaico syroq; sermone: sed hebraicis litteris scriptū est: quo utuntur usq; hodie Nazareni secundum apostolos: siue ut plariq; autumāt iuxta Mattheum: quod i Cæsariensi habetur bibliotheca: narrat historia. Et ecce mater domini: & fratres eius dicebant ei. Ioannes baptista baptizat in remissionem peccatorū. Eamus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccaui: ut uadam & baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum quod dixi ignorantia est: Et in eodem uolumine. Si peccauerit inquit frater tuus in uerbo: & satis tibi fecerit: septies in die suscipe eum. Dixit illi Simon discipulus eius: septies in die? Respondit dominus: & dixit ei. Etiam ego dico tibi: usq; septuagies septies. Etenim in prophetis quoq; postq̄ uncti sunt spiritu sancto: inuentus est sermo peccati. Ignatius uir apostolicus & martyr: scribit audacter: elegit dominus apostolos: qui super omnes homines peccatores erant. De quorum celeri conuersione psalmus canit. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt: quibus testimoniis si non uteris ad auctoritatem: utere saltem ad iniquitatem: quid omnes ecclesiastici uiri senserint. Fac aliquem baptizatum uel statim: uel in ipsis diebus morte subtrahatur: & concedo tibi quod concedere non debeo: nec cogitasse aliquid: nec locutum: in quo errore & ignorantia laboretur. Non ideo sine peccato erit: quia uidebitur non superasse: sed fugisse peccatum. Ac non potius: quia dei misericordia de peccatorū carcere liberatus migravit ad dominum. Hæc & nos dicimus posse deum quicquid uoluerit: & hominem per se & propria uoluntate: quod tu asseris sine peccato esse non posse. Sin autem potest: frustra nunc iungis: & gratiam qua potens non indiget. Quod si non potest absq; gratia: stulte tu dixisti posse: quod non potest. Quicquid enim ex alterius pendet arbitrio: non eius est quem posse contendis: sed illius sine quo eum non posse perspicuum est. CRI. Rogo: quæ est ista prauitas: immo absq; ratione contentio: ne hoc quidem mihi das: ut egressus aquas baptismatis: sine peccato sit? AT. Aut ego sensum meum uerbis explicare non ualeo: aut me explicante: tu ad intelligendum tardior es. CRI. Quo nam modo? AT. Recordare quid & tu dixeris: & ego quid loquar. Posuisti hominem sine peccato esse si uelit. Ego impossibile hoc in homine esse respondeo: non quia statim de baptisate homo peccato non careat: sed illud tempus quando sine peccato est: nequaquam possibilitati humanæ: sed dei gratiæ deputatur. Tolle igitur posse: & ego esse concedam. Quomodo enim potest: qui per se non potest? Aut quæ illa impeccantia: quæ statim corporis huius morte finitur? Aut certe si ultra uitā protaxerit: delicti & ignorantia periculo subiacebit. CRI. Dialectica me arte concludis: & non christiana loqueris simplicitate. nodos mihi quosdam inter esse: & esse posse cōcinnens. AT. Ego ne uerborum strophis ludo: cum hoc de tua processerit officina? Tu enim dicis non esse hominem sine peccato: sed esse posse: cum e contrario ego tibi tribuam q̄ negasti: esse hominem sine peccato per dei gratiam: & tamen per se non posse. CRI. Frustra ergo dantur præcepta: si ea implere non possumus. AT. TI. CVS. Deus possibilia mandauit. hoc nulli dubium est. Sed quia homines possibilia non fecerunt: iccirco omnis mundus subditus est deo: & indiget misericordia eius. Omne enim quod fieri potest: tribus constat t̄pibus: aut præterito: aut præsentis: aut futuro. Hoc quod asseris: posse hominem sine peccato esse si uelit: mōstrat factū esse de præterito: aut certe nunc fieri de futuro postea uidebimus. Quod si nullum potes ostendere: qui sine omni omnino peccato aut fuerit aut sit restat ut de futuro tantum disputatio sit. Interim in duobus tēporibus præterito aut præsentis uictus teneris. Si aliquis fuerit postea maior patriarchis: pphetis: apostolis: qui peccato careat: tunc futurus de futuro si potueris persuadeto. CRI. Loquere ut uis: argumentare ut libet. Nunq̄ mihi libere arbitrium extorquebis: quod semel concessit deus. nec ualebis auferre: quod mihi tribuit deus posse si uoluerit. AT. Exempli gratia: uno tantum utamur testimonio. Inueni Dauid filium Iesse uirū secundum cor meū qui faciet omnes uoluntates meas uoluntates meas. Dauid sanctum esse non dubium est: & tamen electus est: ut omnes dei uoluntates faceret: aliqua fecisse reprehenditur: utiq; possibile erat ei facere: qui ad hoc electus ē: ut omnes dei uoluntates faceret: nec deus in culpa est: qui prædixit eum cunctas suorum præceptorum facere uoluntates: sed ille qui prædicta non fecit. Neq; enim dixit inuenisse se uirum: qui cunctas in perpetuum suæ iussione faceret uoluntates. Hoc & nos dicimus posse hominem non peccare: si uelit. pro tempore: pro loco: pro imbecillitate corporea: q̄diu intentus est animus: q̄diu chorda nullo uitio laxatur cithara. Quod si paululum remiserit: quomodo qui aduersus flumen lembum trahit: si remiserit manus: statim retrolabitur: & fluentibus aquis quo non uult ducitur. Sic humana conditio: si paululum se remiserit: discit fragilitatem suam & multa se non posse cognoscit. Putasne apostolum Paulum eo tempore quo scribebat lacernam siue penulā: quam reliqui troadæ apud Eutarpum ueniens: afferre libros: & maxime membranas de cælestibus cogitasse mysteriis: & non de his quæ in usu communis uitæ uel corporis necessaria sunt? Da mihi hominem: qui non esuriat: non sitiatur: neq; algeat: non doleat: non febricitet: non torminibus & urinæ difficultatibus torqueatur. Et ego tibi concedam: posse hominem & nihil nisi de uirtutibus cogitare. Cæditur apostolus a ministerio: & cōtra pontificem: qui cædere imperauerat: sententiam dirigit percutiet te deus. paries dealbate: ubi est illa patientia Saluatoris: qui quasi agnus ductus ad uictimam non aperuit os suum: sed clāmenter loquitur uerberati?

De somnis falsis

Ignatius

Ego uerborū strophis ludo

Sua responsio

qu

Si male locutus sum: argue de zelo seu de peccato: Si autem bene quid me cædis? Non apostolo detrahimus: sed gloriam domini prædicamus: qui in carne passus: carnis iniuriam superat & fragilitatem: ut taceat illud: quod commemorat Alexander ærarius: multa mihi mala ostendit. reddet illi dominus in illa die iustus iudex. CRI. Cogis me ut loquar: quod iam dudum gestio. & tamen erumpentia verba non promo. AT. Quis enim te phibet: quod sentis dicere? Aut enim quod dicturus es bonum est: & nos bono fraudare non debes. aut malum: & ideo non nostri gratia: sed pudore siluisti. CRI. Dicam aliquando quod sentio. Ois disputatio tua illuc delabitur: ut naturam accuses: & culpam referas ad deum: qui talem hominem condidit. AT. Hoc illud erat quod volebas: & volebas dicere: dic quod: ut omnes tua fruuantur prudentia. Reprehendis deum: quare hominem fecerit hominem. reprehendant & angeli: cur angeli sint. Ois creatura causetur: quare id sit quod condita est: & non id quod condidit. Scilicet nunc mihi puerilibus declamantiunculis ludendum est: & a culice atque formica usque ad cherubin & seraphim ueniam. Cur non singula in meliori statu condita sint. Cumque ad excelsas uenero potestates: causer: & dicam quare deus solus tantum deus sit: & non omnia deos fecerit. Aut enim impossibilitatis iuxta te: aut inuidie reus erit. Reprehende eum cur & diabolum in hoc mundo tantum esse concedat. & aufer coronam cum certamen abstuleris. CRI. Non sum tam uecors: ut querar cur diabolus sit: cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Sed hoc doleo: cur uiri ecclesiastici: & qui magister sibi usurpant uocabulum: tollant liberum arbitrium quo sublato Manichæorum secta construitur. AT. Ego ne liberum tollo arbitrium: qui in tota disputatione mea nihil aliud egi: nisi ut omnipotentiam dei cum libero arbitrio conseruarem. CRI. Quomodo seruas liberum arbitrium: qui dicis hominem nihil posse facere: nisi deus semper adiuuerit? AT. Si in culpa est qui libero arbitrio iungit dei adiutorium. ergo ille laudatur: qui dei tollit auxilium. CRI. Non tollo dei auxilium. Quippe per cuius gratiam possumus: sed utrumque suis finibus terminans. ut dei sit gratia que dedit liberi arbitrii potestatem: & nostre uoluntatis facere quid: uel non facere: quo & facientibus præmiu: & non facientibus pena seruetur. AT. Videris mihi quasi obliuiosus esse: & quasi nihil supra dictum sit. per easdem disputationis lineas reuerti. Hoc enim longa discretione conclusum est: ut gratiam suam dominus: qua nobis concessit liberum arbitrium in singulis operibus iuuet: atque sustinet. CRI. Quid ergo coronat in nobis atque laudat: quod ipse operatus est? AT. Voluntatem nostram quæ obtulit omne quod potuit: & laborem quo contendit: ut faceret: & humilitatem quæ semper respexit ad auxilium dei. CRI. Ergo si non fecimus quod præcipit: aut uoluit nos adiuuare deus: aut noluit. Si uoluit: & audiuit: & tamen non fecimus quod uolumus: non nos: sed ille superatus est. Sin autem noluit adiuuare: non est culpa eius qui uoluit facere: sed illius qui potuit: & noluit facere. AT. Non intelligis $\Delta\iota\Delta\eta\mu\mu\alpha\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ tuum in græde blasphemiam: decidisse barathrum: ut ex utraque parte: aut inualidus sit deus: aut inuidus: & non tantum ei laudis sit: que bonorum auctor sit & auctor sit & adiutor: quantum uituperationis que mala non coercuit. Detrahatur ergo illi: cur diabolus esse permiserit: cur passus sit: & hucusque patiatur quotidie aliquid in mundo male fieri. Querit hoc Martion: & omnes hæreticorum canes: qui uetus laniant testamentum & huiusmodi syllogismum texere consueuerunt. Aut sciuit deus hominem in paradysum positum præuaricaturus esse mandatum illius: aut nesciuit. Si sciuit: non est in culpa is qui præscientiam dei uitare non potuit: sed ille qui talem condidit: ut dei non posset scientiam deuitare. Si nesciuit: cui præscientiam tollis: auferis & diuinitatem. Hoc enim genere in culpa erit: qui elegit Saul futurus postea regem impiissimum: & Saluator aut ignorantia aut iniusticia tenebitur reus: cur in euangelio sit locutus. Nonne duodecim ego elegi apostolos: & unus de uobis diabolus est? Interroga eum: cur Iudam elegerit proditorum? Cur ei loculos commiserit: quem furem esse non ignorabat. Vis audire rationem. Deus præsentia iudicat non futura. Nec condemat ex presentia: quem nouerit talem fore: qui sibi postea displiceat. Sed tantæ bonitatis est: & ineffabilis clementia: ut eligat eum: quem interim & bonum cernit: & scit malum futurum: dans ei potestatem conuersionis & penitentia: iuxta illum sensum apostoli: ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam: & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die iræ: & reuelationis iusti iudicii dei: qui reddat unicuique secundum opera eius. Neque enim ideo peccauit: quia deus hoc futurum nouerat. Sed præsciuit deus quasi deus: quod ille erat propria uoluntate futurus. Accusa ergo deum mendacii: quare dixerit per Ionam. Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Sed respondebit tibi per Hieremiam. Ad summam loquar contra gentem: & regnum: ut eradicet & destruat: & disperdat illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo: quod locutus sum aduersus eam: agam & ego penitentiam super malo quod cogitauit: ut facerem ei. Et ad summam loquar de gente & regno ut ædificet & plantem illud: si fecerit malum in conspectu meo: ut non audiat uocem meam penitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Indignabatur quondam & Ionas: cur deo fuerit iubente mentitus: sed in insipientis arguitur: malens cum pernicie innumerabilis populi uerum dicere quam cum tantorum salute mentiri. Ponit enim exemplum. tu doles super hedera: siue cucurbita: in qua non laborasti: neque fecisti ut cresceret: quæ sub uina nocte nata est: & una nocte periit: & ego non parcam ciuitati magnæ: in qua sunt plus quam centum uiginti milia hominum: qui nesciunt quid sit inter dextram & sinistram suam? Si paruulorum ætate & simplicium: quos certe peccatores fuisse non poteris approbare: tanta fuit hominum multitudo. quid dicemus de utriusque sexus ætate diuersa? quæ iuxta Philonem prudentissimum philosophorum: ab infantia usque ad decrepitam senectutem septenario ordine deuoluitur: dum sibi sic inuicem ætatum incrementa succedunt: ut quando de alia transcamus ad aliam sentire minime ualeamus. CRI. Tota argumentatio tua huc tendit: ut græci dicunt $\alpha\upsilon\tau\epsilon\phi\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\nu$ nos liberum appellamus arbitrium uocabulo tribuas: re auferas. Tu enim auctorem peccatorum facis deum: dum asseris nihil hominem per se posse facere: sed adminiculo dei cui imputetur omne quod facimus. Nos autem siue bonum siue malum homo fecerit per liberi arbitrii potestatem ei dicimus imputari qui fecit quod uoluit. Et non ei

non ei qui semel concessit liberum arbitrium. AT. Quamuis tergiuerferis: laqueis ueritatis innecteris. Hoc enim modo etiā si ipse non adiuuat: tamen iuxta te auctor erit malorū: quia potuit prohibere & non prohibuit. Vetus enī snia est: homicidā esse eū: qui cū possit hoīem de morte liberare: non liberet. CRI. Iā iā tollō manū: cedo: uicisti. Si tamen uincere est: ueritatē uelle subuertere. nō rebus: sed sermonibus: id est non ueritate: sed mē datio. Possū enī illud tibi apostoli respōdere: & si iperitus sermone: nō tamē sciētia. Q uādo enī loqris: coactus argumētationū strophis tibi uideor assētere. Cū autē tacueris: ex aīo rursus elabitur: ut liqdo appareat disputa- tionē tuā nō ex fōtibz ueritatis & christiana simplicitate: sed ex philosophorū minutiis & arte descēdere. AT. Vis ergo me rurū uti testimoniis scripturarū: & quō iactā discipuli tui nullū argumentationi tuæ posse & pro- blematibus respōdere? CRI. Non solū uolo: sed & cupio. doce me de scripturis sctis: ubi sublata liberi arbitrii potestate faciat homo: quod per se aut noluit aut non potuit. AT. Nō ita: ut tu proponis: sed ut ueritas poscit & ratio scripturarū: uocibus est utendū. Loquitur Iacob in orōne sua. Si fuerit dominus deus meus mecū: & custo- dierit me in uia: per quā ego pgo: & dederit mihi panē ad manducandū: & reduxerit me cū salute ī domū prīs mei erit mihi dominus in deū: & lapis iste quē posui in titulū: erit mihi domus dei: & oīa quæcūq; dederis mi- hi: decimas offerā tibi. Nunqd dixit si libez arbitriū cōseruaueris: & cibū & uestimentū meo labore q̄siero: & re- uertero in domū prīs mei? Oīa dat domini uoluntati: ut mereatur accipere qd̄ præcatur. Reuertentū de Meso- potamia Iacob: angelorū occurrit exercitus: & uocantur castra dei. Postea pugnat cū angelo sub figura hoīs: & a domino cōfortatur. de supplantatore Iacob rectissime dei nomen accepit. neq; enī ad fratrem crudelissimū au- debat reuerti nisi domini præsidio roboratus. Scriptū est in cōsequētibus. Ortus est ei sol: postq̄ transiuit Pha- nuel: qd̄ interpretatur facies dei. Vnde loquitur & Moyses: Vidi dominū facie ad faciē: & salua facta est anīa mea. non proprietate naturæ: sed dignatione miserantis. Oritur ergo nobis sol iusticiæ: quando uultu dei con- firmatur. Ioseph in ægypto clauditur carcere: ibiq; infertur q̄ custos carceris oīa potestati eius fideiq; cōmise- rit. Causaq; redditur: quia dominus erat cū eo: & quæcūq; faciebat p̄sperabantur a domino in manibus eius. Vnde & Eunuchis sōnia suggerūt. Pharaō uidet sōniū inextricabile: ut per hanc occasionē liberaret Ioseph: pater pasceretur & fratres: ægyptus tpe famis saluaretur. Sequitur. Dixit autē deus ad israhel in uisione noctis. E- go sū deus patrū tuorū: noli timere descēdere in ægyptū. In gentē enim magnā faciā te ibi: & ego descēdā tecū in ægyptū: & deducā te inde: & ponet Ioseph manus super oculos tuos: ubi hic est liberi arbitrii ptās? Et non to- tum: qd̄ ire non audet ad filium: & genti se totū cōmittere dominū nesciēti: dei patris auxiliū est. Liberatur po- pulus de ægypto in manu forti: & brachio excelso. Non Moyse & Aaron: sed eius qui signorū miraculis populū liberauit: & ad extremū pcussit primogenita ægypti: ut qui prius retinebant pertinaciter: ardentē exire cōpel- lerent. Salomon loquitur. Esto confidens in dominū in toto corde tuo. In tua autē sapiā ne exalteris in oibus ui- is tuis cognosce eum: ut rectas faciat uias tuas. Intelligē quid loquatur. Nec in sapiā nostra: nec in ullis uirtuti- bus confidendum: sed in solo domino: a quo gressus hoīs d̄riguuntur. Deniq; præcipitur: ut ostendamus ei uias nostras: & notas esse faciamus: quæ non labore proprio: sed illius adiutorio atq; clāmentia recte fiunt. Vn- de scriptum est. Rectā fac in conspectu meo uia tuā. siue ut alia exemplaria habent. Rectā fac in cōspectu tuo uia meā. ut qd̄ tibi rectum est: etiā mihi rectū uideatur. Idē Salomō loquitur. Deuolue sup dominū opera tua: & firmabuntur cogitationes tuæ. Tunc enim nostra cogitatio confirmatur: quando omne quod agimus: quasi super stabilem & solidissimam petram domini adiutorio deuoluimus: eiq; cuncta reputamus. Apostolus Pau- lus cum dei beneficia celeri sermone narrasset: ad extremum intulit: & ad hæc quis idoneus? Vnde & in alio lo- co dixit. Fiduciam autē talē habemus per Christū ad deum: non q̄ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis: q̄ si ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. qui & idoneos fecit nos noui testamenti ministros: non littera: sed spi- ritu. Littera enim occidit. spiritus autem uiuificat. Adhuc audemus per libez arbitrium superbire: & abuti be- neficiis dei in contumeliam largitoris: cum idem uas electionis apertissime scribat. Habemus autem thesaurū inuistum in uasis fictilibus: ut abundantia fortitudinis sit ex deo: & non ex uobis. Vnde & in alio loco retundens hæreticorū impudentiam loquitur. Qui gloriatur: in domino gloriatur. Neq; enim qui seipsum cōmendat: ip- se probatus est: sed quem deus cōmendat. Et itez. Nihil enim mihi defuit ab iis: qui super modum sunt aposto- li: licet nihil sim. Petrus loquitur ad dominum: signorū magnitudine cōturbatus: Recede a me: quia homo pec- cator sum. Et dominus ad discipulos. Ego sum uitis: & uos rami: qui manet in me: & ego in eo. iste affert fructū multum: quia sine me nihil potestis facere. sicut rami & flagella uitium ilico contabescunt cum fuerint a matri- ce præcisā: ita omnis hoīum fortitudo marcescit: & deperit: si a dei auxilio deseratur. Nemo inquit potest ueni- re ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum: quando dicit. Nemo inquit potest uenire ad me: frangit superbiē- tem arbitrii libertatē: q̄ etiam qui uelit ad Christū pergere: nisi fiat illud quod sequitur. Nisi pater meus cæle- stis traxerit eum: nequicūq; cupiat: & frustra nitator. Simul & hoc animaduertendum: q̄ qui trahitur non spon- te currit. Sed aut retractans: & tardus. aut inuitus adducitur. qui non potest suis uiribus & labore uenire ad Je- sum: quō potest omnia simul peccata uitare: Et uitare in perpetuum: & dei sibi potentiæ nomen assumere? Si enī ille αὐτὰρ τῆς τοῦ θεοῦ: & ego αὐτὰρ τῆς τοῦ θεοῦ: quæ iter me & deū erit distātia? Vnū adhuc ponā testimoniū: ne tibi & adiutoribus tuis fastidiū faciā. Assuero quē. Ixx. interpretes αὐτὰρ τῆς τοῦ θεοῦ uocāt: sōnus auferē ab oculis: ut cōmentarios in se fidelīū replicās ministroꝝ inueniat Mardochæum: cuius indicio de insidiis liberatus ē: ut & Hester cōmendabilior fieret: & cunctis populis iudæorū iminentē uitaret necē. Certe rex potentissimus: qui ab india usq; ad septētrionē cunctum possidebat orientē: post largissimas epulas: & cibos toto orbe quæsitos dormire cupiebat: & somno requiescere: ac libez arbitrium implere dormiēdi: nisi dominus prouisor bonorū

Vetus sententia

Phanuel

23

Aspuerus rex Artaxersis etc

omniū impedisset naturā ordinē: ut contra naturā tyranni crudelitas uinceretur. Longū est: si uoluerō cuncta sanctarū scripturarū exempla pferre. Totus sermo sanctorū ad deum oratio est: tota oratio. & deprecatio extorquet clāmentia creatoris: ut qui nris uiribus & studio saluari non possumus: illius misericordia conseruemur. Vbi autē misericordia & gratia est: liberū ex parte cessat arbitriū: quod in eo tātū est. ut uelimus atq; cupiamus & placitis tribuamus assensū. Iā in domini potestate ē: ut id quod cupimus laboramus: an nitimur illius opere & auxilio implere ualeamus. CRI. Ego simpliciter dixerā: non in singulis operibus nostris: sed in gratia conditionis & legis sentiri auxiliū dei: ne liberū frangeretur arbitriū. Cæterū sunt plāriq; nostrorum: qui omnia quæ agimus: dicant fieri præsidio dei. AT. Qui hoc dicit: uester esse cessabit. Aut ergo & tu ista dicitō: ut noster esse incipias: aut si nō dicis: alienus eris: cū iis qui nra nō dicunt. CRI. Tuus ero: si mea dixeris: imo tu meus: si aduersa non dixeris: Sana corpora confiteris: & aiā quæ fortior est denegas sanitatē. Vt enī morbus & uulnus in corpore: ita peccatū in anima. Qui ergo sanū aliquando hoīem cōfiteris ex ea parte: qua caro est: quare non sanum dicas & ex ea qua spiritus est? AT. Sequor propositionem tuam.

Nunq̄ hodie effugies: ueniam quocunq; uocaris.

CRI. Paratus sum ad audiendum. AT. Et ego ad loquendū surdis auribus. respōdebo igit̄ ad propositum. Ex anima cōpacti: corpore utriusq; substantiæ naturā cōsequimur. Quō corpus sanum dicitur: si nullo languore uexetur: ita aiā absq; uitio: si nulla pturbatione quatiatur. & tamē quis corpus sanū sit: integrūq; & uegetum: & cunctorū sensuū integritate robustū: aut crebris aut raris infirmitatibus cōdolescit & ut firmissimū sit: interdū pituitæ molestiā patitur: ita anima cogitationū & pturbationum impetus sustinens: ut superet naufragia: non absq; periculo nauigat. consideransq; fragilitatē suā semp de morte sollicita est: secundū illud quod scriptū est. Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem quæ cunctis intenta est mortalibus: non naturæ dissolutiōe: sed morte peccati. iuxta illud propheticum. Aiā quæ peccauerit: ipsa morietur. Alioquin hanc communē mortem quæ: & bruta soluūt aialia: Enoch & Heliam nondū uidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod nunq̄ languerit: aut quod post languorem perpetua sanitate secure sit: & dabo tibi aiā: quæ nūq̄ peccauerit. Nec post uirtutes deinceps peccatura sit: præsertim cum uicina sint uitia uirtutibus & si paululum declinaueris: aut errādum tibi sit: aut in præceps cadendam. Quantum enim inter se distant pertinacia & perseverantia: parsimonia & frugalitas: liberalitas & profusio: prudentia & calliditas: fortitudo & temeritas: cautela & timiditas: quorum alia ad bona: alia referuntur ad mala. quod quidem & in corporibus inuenitur. si felli prouideris temperādo: pituita succrescit. si humores siccare festines: inardescit sanguis: bile uitiat: & luteus color ora profundit. Certe ut cunctam medicorū adhibeamus diligentiam: & castigatis uiuamus cibus: & morborū fomitibus carcamus cruditate: occultis quibusdam & soli deo cognitis causis: uel frigore ihorrescimus: uel febre exardescimus: uel torminibus eiulamus: & ueri medici Saluatoris imploramus auxiliū. Dicimusq; cum apostolis. Magister saluos nos fac: perimus. CRI. Esto: ut nullus potuerit omne uitare peccatum: in pueritia: adolescentia: & iuuentute: nunquid negare potes plurimos iustos & sanctos uiros post uitia omni se ad uirtutes animo contulisse: & per has caruisse peccato? AT. Hoc est quod tibi in principio dixeram: in nostra esse positum potestate uel peccare uel non peccare. & uel ad bonum uel ad malum extendere manum: ut liberū seruetur arbitrium. sed hoc p modo & tpe & conditione fragilitatis humanæ: perpetuitatem autem impeccantiæ soli reseruari deo. & ei: qui uerbum caro factus: carnis detrimenta & peccata non pertulit. Nec quia ad breue possum: cogis me ut possim iugiter. possim ieiunare: uigilare: ambulare: legere: psallere: sedere: dormire: nunquid in perpetuū? CRI. Et quare in scripturis sanctis ad perfectam iusticiam prouocamur: ut est illud. Beati mundo corde: quoniam ipsi deū uidebunt. & Beati immaculati in uia: quoniam ambulant in lege domini & dei loquentis ad Abraham. Ego sū deus tuus. placeto in conspectu meo: & esto sine macula uel querela. Et ponam testamentum meum inter me & te. & multiplicabo te nimis. Si enim nō potest fieri quod scriptura testatur: frustra præcepit ut fieret. AT. Diuersis testimoniis scripturarū eandem quæstionem teris in theatrales præstigijs: qui unum eundēq; hominem personarū uarietate mutata: in Martem Veneremq; producunt. ut qui prius rigidus & truculentus incefferat: postea soluat in molliciem sceminas. hoc quod nunc quasi nouum obiicis: Beati mundo corde: & Beati immaculati in uia: & Esto sine macula: & cætera huiuscemodi apostolo respondente conuictum est. Ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus & nunc per speculum uidemus in enygmate. Cum autem uenerit quod perfectum est: id quod ex parte fuerat: destruetur: & mundum igitur cor: quod postea sit uisus deum: & beatitudinem uitæ immaculatæ: & immaculatum cum Abraham uiuere: in umbra possidemus & imagine. quis aliquis patriarcha sit: quis propheta: quis apostolus: dicitur eis a domio Saluatore: Si uos cum sitis mali: scitis bona dare filiis uestris: quanto magis pater uester qui in cælis est: dabit bona petentibus se? Deniq; & Abraham: cui dictum est. Esto sine querela: sine macula: conscientia fragilitatis suæ cecidit pronus in terram. Cūq; locutus esset ei deus. Sarai uxor tua non uocabitur ultra Sarai: sed Sara erit nomen eius: & benedicam ei: & erit in gentes & reges gentium ex ipsa erunt. Statim infertur. Cecidit Abraham in faciem suam: risitq; & dixit in mente sua: Si centenarius nascetur filius: & si Sara. xc. annorum pariet. Dixitq; Abraham ad deum: Ismael uiuat in conspectu tuo. Cui respondit deus. Etiam. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium: & uocabis nomen eius Isaac: & reliqua Certe audierat a deo. Ego sum deus tuus: placeto in conspectu meo: & esto siue macula: quare non credidit qd̄ deus repromisit: sed risit in corde putans se cælare deum: & aperte ridere non audens: Deniq; causas incredulitatis exponens: dicit in corde suo. Quomodo potest fieri: ut centenarius de nonagenaria uxore pariat filium? Viuat inquit Ismael in conspectu tuo: quem semel dedisti. difficilia non quæro. contentus sum beneficio quod accepi:

Isaac. q. xiv

accepi. quem occulta responsione arguens deus ait. Etiam. & est sensus: fiet quod aestimas non futurum. Sara uxor tua pariet tibi filium. Et ante quam ista concipiat: priusquam ille nascatur: puero nomen imponam. Ex errore enim tuo: quo risisti tacitus: filius tuus Isaac risus nomen accipiet. Sin autem ab his qui sunt mundo corde in hoc saeculo putas uideri deum: quare Moyses: qui prius dixerat: Vidi deum facie ad faciem: & salua facta est anima mea: postea depraecatur: ut cum uideat cognoscenter: quem quia dixerat se uidisse: audit a domino. Non potes uidere faciem meam. Nemo enim uidebit faciem meam & uiuet. Vnde & apostolus ait. Inuisibile in solum deum qui & lucem habitat inaccessibile: & quem nullus hominum uiderit: neque uidere possit: appellat. Et Ioannes euangelista sacra uoce testatur dicens. Deum nemo uidit unquam. unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse narrabit: Qui uidet & narrat: non quod est ille qui uisus est: nec quantum nouit ille: qui narrat: sed quantum potest mortalium sensus accipere. Quod autem putas beatum esse: qui sit immaculatus in uia: & ambulat in lege eius: ex sequenti sensu priorum intellige. Multis testimoniis supra didicisti: legem nullum potuisse complere. Si autem apostolus ad comparationem Christi gratia: quae prius lucra arbitrabatur in lege: reputauit quasi stercora: ut Christum lucrifaceret: quanto magis nos scire debemus: ideo & euangelii gratiam successisse: quia in lege nemo iustificari potuit. Si ergo in lege nullus iustificatur: quomodo ad perfectionem immaculatus est in uia: qui adhuc ambulat: & ad calcem uenire festinat. Certe qui in cursu est: & in uia graditur: minor est eo qui peruenit ad finem. Si ergo immaculatus est ille atque perfectus qui adhuc ambulat in uia: & graditur in lege: quid plus habebit ille qui ad terminum uiae legisque peruenit. Vnde apostolus de domino loquitur: qui in fine mundi & in consumatione uirtutum: exhibeat sibi sanctam ecclesiam non habentem maculam: neque rugam: quam uos putatis in ista carne mortali & corruptibili esse perfectam: & audire meremini cum Corinthiis. Iam perfecti estis: sine nobis regnatis: atque utinam regnaretis: ut & nos regnaremus uobiscum. cum uera & absque omni sorde perfectio in caelestibus referretur: quando spiritus loquitur ad sponsam. Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. Iuxta quod & illud intelligitur: ut sitis irreprehensibiles & simplices: sicut filii dei immaculati: qui non dixerat estis: sed sitis in futuro differens: non in praesenti esse contestans. ut hic labor sit atque contentio. ibi laboris uirtutisque praemia. Denique Ioannes scribit. Dilectissimi filii dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit: similes ei erimus: quando cum uidebimus sicut est. Quamquam ergo filii dei simus: tamen similitudo dei & uera contemplatio tunc nobis repromittitur: quando apparuerit in claritate sua. de hoc superbiae tumore: & illa orandi prorumpit audacia. quia scribens ad uiduam: quomodo sancti debeant orare pronuncias. Ille enim merito ad deum extollit manus: ille praeces bona conscientia fundit: qui potest dicere: tu enim nosti domine: quam sanctae: quam innocentes: quam pure sint ab omni fraude & iniuria & rapina: quas ad te expando manus: quam iusta: quam immaculata labia: & ab omni mendacio libera: quibus tibi ut mihi miserearis praeces fundo. Christiani est haec: an pharisaei superbiae oratio. Qui etiam in euangelio loquebatur. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri homines raptores: iniusti adulteri. & sicut hic publicanus. ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quae possideo. Ille agit gratias deo quia ipsius misericordia non sit: sicut ceteri homines peccata detestans: non assumens iusticiam. Tu dicis domine tu nosti quam sanctae: quam innocentes: quam pure sint ab omni fraude iniuria & rapina: quas ad te expando manus. Ille bis in sabbato se ieiunare dicit: ut affligat carnem uitiis lasciuientem. Et omnis substantiae suae dat decimas. Redemptio enim animae uiri propriae diuitiae. Tu cum diabolo gloriaris: super sidera ascendam. Ponam in caelo thronum meum: & ero similis altissimo. Dauid loquitur. Lumbi mei impleti sunt illusionibus: & conputruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Et ne intres in iudicium cum seruo tuo. & non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Tu sanctum & innocentem & purum te esse iactas: & mundas ad deum expandis manus: nec sufficit tibi in cunctis opibus gloriari: nisi ab omni sermonis orisque peccato mundum esse te dicas inferens quam iusta: quam immaculata labia: & ab omni mendacio libera. Ille canit omnis autem homo mendax. Et hoc ipsum confirmat apostolica auctoritas: ut sit deus uerax. omnis autem homo mendax: & tu ab omni mendacio immaculata & iusta libera possides labia. Esaias plangit. heu mihi misero: quoniam conpunctus sum: quia cum sim homo & imunda labia habeam: in medio quoque populi imunda labia habentis ego habito. & postea seraphim ignitum carbonem forpice comprehensum defert ad prophetae labia purganda: non ut tu loquaris arrogantis: sed sua uitia confitentis. Iuxta illud quod in psalmo dicitur. Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam. Sagittae potentis acutae cum carbonibus delolatoriis. Et post tantum tumorem: orantisque iactantiam & confidentiam sanctitatis quasi stultus: stultis persuadere conaris. ut in extremo dicas: quibus tibi mihi ut miserearis praeces fundo: Si sanctus es: si innocens: si ab omni sorde purgatus: si nec sermone: nec ope peccasti: dicente Iacobo: qui uerbo non peccat iste iustus est uir: & potest refrenare linguam suam: quomodo misericordiam depraecaris: ut uidelicet plangas te & fundas praeces. quia sanctus & purus es & innocens immaculatusque labiis: & ab omni liber mendacio dei similis potestati. Si Christus orauit in cruce. Deus deus meus ut quid dereliquisti me. longe a salute mea uerba delictorum meorum. Et rursum. Pater in manus tuas domine commendo spiritum meum: & pater ignosce eis: quod enim faciunt nesciunt. qui pro nobis agens gratias dixerat. Confitebor tibi domine pater caeli & terrae. Sicut docuit apostolos suos: ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui. Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum. Illi nomen dei: quod per se sanctum est: in se sanctificari cupiunt. Tu dicis: nosti domine quam sanctae & quam innocentes & quam pure manus meae. Illi inferunt: adueniat regnum tuum: spem regni futuro tempore praestolantes: ut regnante Christo nequaquam regnet peccatum in mortali eorum corpore. Iunguntque: fiat uoluntas tua: sicut in caelo & in terra. ut imitetur angelos humana fragilitas. & uoluntas domini compleatur in terra. Tu dicis: potest homo: si uoluerit: omni carere peccato. panem quotidianum si

ue super omnes substantias uenturum apostoli deprecamur: ut digni sint assumptione Christi. Et uos per ni-
miam sanctitatem securamque iusticiam audacter uobis caelestia dona uindicatis. Sequitur dimitte nobis debita
nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. de baptismatis fonte surgentes: & regenerati in dominum
Saluatore: impleto illo quod de se scriptum est. Beati quorum remissa sunt iniquitates: & quorum tecta sunt
peccata. Statim in prima corporis communionem dicunt. & dimitte nobis debita nostra: quae illis fuerant in Chri-
sti confessione dimissa. Et tu arrogans & superbus: sanctarum puritate manuum & munditia eloquii gloriaris:
quis sit hominis perfecta conuersio: & post uitia atque peccata uirtutum plena possessio. nunquid possunt sic ef-
se sine uitio: quomodo illi qui statim de christi fonte procedunt? Et tamen iubentur dicere. dimitte nobis de-
bita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non humilitatis mendacio: ut tu interpretaris: sed pa-
uore fragilitatis humanae suam conscientiam formidantes. Illi dicunt: ne nos inducas in tentationem. Tu cum
Iouiniano loqueris: eos qui plena fide baptismata consecuti sunt tentari ultra & peccare non posse. Ad extremum
inferunt. Sed libera nos a malo. Quid praecantur a domino: quod habent in liberi arbitrii potestate? O ho-
mo nunc mundus factus es in lauacro. De te dicitur: quae est ista: quae ascendit dealbata super fratrualem su-
um: ut lota quidem sit: sed custodire non ualeat puritatem: nisi a domino deo sustentetur. Quomodo cupis
dei misericordia liberari: qui paulo ante liberatus es a peccatis: nisi hac ratione qua diximus: ut cum omnia fe-
cerimus: nos inutiles esse fateamur. Oratio ergo tua pharisaei uincit superbiam. & publicani comparatione da-
natur: qui de longe stans oculos ad deum non audebat tollere. sed percutiebat pectus suum dicens. propitius es
sto mihi peccatori. Vnde profertur domini sententia. Dico uobis: descendit hic iustificatus in domum suam:
plus quam ille. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Apostoli humiliantur: ut ex-
xaltentur. Discipuli tui eleuantur: ut corruant. Eidem adulans uiduae non erubescis dicere pietatem: quae nusquam
reperiatur in terra: & ueritatem: quae ubique peregrina sit: in illa potissimum commorari: nec recordaris illius sen-
tentiae. Populus meus: qui beatum te dicunt: seducunt te: & semitas pedum tuorum supplantant. laudantque eam uo-
cibus & dicis. O te felicem nimium o beatam: si iusticia quae esse iam non nisi in caelo creditur: apud te solam
inueniatur in terris. Docere est hoc: an occidere? Leuare de terra: an praecipitare de caelo: id mulierculae tribue-
ret: quod angeli non audeant usurpare? Si autem pietas: ueritas: atque iusticia: non inueniuntur in terris: nisi in u-
na muliere ubi erunt iusti tui: quos absque peccato in terris esse iactabas? Quae duo capitula orationis & laudis
soles cum tuis iurare discipulis: non esse tua: cum perspicue in eis stili tui splendor eluceat. & tanta sit uenustate
loqui Tulliani: ut testudineo incedens gradu: quae secreto doces mittis: uenalia: publice non audeas profiteri.
O te felicem: cuius praeter discipulos nemo conscribit libros. ut quicquid uideris displicere: non tuum sed alie-
num esse contendas. Et quis ille tanti erit ingenii: ut leporem tui sermone possit imitari? CRITOBOLVS. Non
possum ultra differre. omnis uincitur patientia uestroque iniquitate uerborum. Oro te: quid infantuli peccauerit?
nec conscientia eis delicti imputari potest. non ignorantia: qui iuxta Ionam prophetam manum dexteram ne-
sciunt & sinistram: peccare non possunt: & possunt perire: genua labant: uagitus uerba non explicat. balbutiens
lingua ridet: & aeternae miseriae cruciatus miseris praeparantur. ATTICVS. Ah nimium disertus esse coepisti:
ut non dicam eloquens: postquam discipuli tui uersi sunt in magistros. Antonius enim orator egregius: in cuius lau-
dibus Tullius personat: disertos se ait uidisse multos: eloquentem: adhuc neminem. Noli ergo mihi orator: &
non tuis floribus ludere: per quos solent imperitorum atque puerorum aures decipi. sed simpliciter dic mihi quid scias.
CRITOBOLVS. Hoc dico: concedas mihi saltem esse sine peccato: qui peccare non possunt. ATTICVS. Con-
cedam: si in Christo fuerint baptizati: nec me tenebis in assensum sententiae tuae: qua dixisti: posse hominem sine pec-
cato esse: si uelit. Isti enim nec possunt: nec uolunt. sed sine ullo peccato per dei gratiam sunt: quam in baptismo
susceperunt. CRITOBOLVS. Cogis me: ut ad inuidiosum illud ueniam: & dicam tibi. quid enim peccauerunt
ut statim in me populorum lapides conicias: & quem uiribus non potes: uoluntate interficias? AT. Ille haereticum
interficit: qui esse haereticum patitur. Caeterum nostra correptio uiuificatio est: ut haeresi moriaris: uiuas catholi-
cae fidei. CR. Si uos scitis haereticos: cur non accusatis? AT. Quia apostolus me docet haereticum post unam
& secundam correptionem uitare: non accusare. sciens quia peruersus sit: & suo iudicio damnatus. Alioquin stul-
tissimum est super fidem meam ex alterius pendere iudicio. Quid enim si te alius catholicum dixerit: statim ne as-
sensum tribuam? Quicumque te defenderit: & peruersa credentem bene sentire dixerit non hoc agit: ut te infamia
liberet: sed ut se infamet perfidia. Multitudo sociorum nequaquam te catholicum: sed haereticum esse demonstrabit.
Vergo haec ecclesiastico calcantur pede: ne quasi paruulis flentibus tristior quaedam imago monstratur. hoc no-
bis praestet dei timor: ut omnes alios contemnamus timores. proinde aut defende quod credis: aut relinque quod
defendere non potes. Quicumque in defensionem tui aduixeris: non patronum: sed socium nominabis. CR. Dic
quaeso: & me omni libera quaestione: quare infantuli baptizantur? AT. Ut eis peccata in baptismo dimittan-
tur. CR. Quid enim commeruere peccati: quisquam ne soluit: non ligatus? AT. Me interrogas? Respondebit tibi euange-
lica tuba: doctor gentium: uas aureum in toto orbe resplendens. Regnauit mors ab Adae usque ad Moysen: etiam in eos
qui non peccauerunt in similitudinem praearicationis Adam: qui est forma futuri. quod si obieceris dici hoc: esse
aliquos qui non peccauerunt: intellige eos illud non peccasse peccatum: quod peccauit Adam: praearicando
in paradiso praecceptum dei. Caeterum omnes homines: aut antiqui praepagatoris Adam: aut suo nomine tenent ob-
noxii. Qui paruulus est: parentis in baptismo uinculo soluit. Qui cuius est aetatis: quae possit sapere: & alieno
& suo Christi sanguine liberatur. Ac ne me putes haeretico sensu hoc intelligere: Beatus martyr Cyprianus: cuius
te in scripturarum testimoniis dirigendis aemulum gloriaris: in epistola quam scribit ad episcopum Fidum de infantibus baptizandis:

Anto. or.

In paulo euangely tuda

tibus baptizandis: hæc memorat. Porro aut si etiã grauiſſimis delictoribus: & in deũ ante peccantibus: cum poſtea crediderint: remiſſa peccatorum datur: & a baptiſmo atq; gratia nemo prohibetur: quãto magis prohiberi non debet infans: qui recens natus nihil peccauit: niſi quod ſecundũ Adam carnaliter natus contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate contraxit. Qui ad remiſſã peccatorum concipiendã: hoc ipſo facilius accedit: q̃ illi remittuntur non propria: ſed aliena. Et iccirco frater chariſſime hæc fuit in concilio noſtro ſententia a baptiſmo: atq; a gratia dei: qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt: neminẽ per nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuerſos obſeruandũ ſit: atq; retinendũ: magis circa infantes ipſos: & recens natos obſeruandũ putat: qui hoc ipſo de ope noſtra ad diuinam miſericordiam plus merent̃ q̃ in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes: nihil aliud faciunt: q̃ depræcantur. Scripſit dudum uir ſanctus & eloquẽs epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinum: qui poſtea ſub inuidia tyrannidis Heraclianæ: ab hæreticis innocens ceſus eſt: duos libros de infantibus baptizandis contra hæreſim ueſtram: per quam uultis aſſerere: baptizari infantes non in remiſſionem peccatorũ: ſed in regnum celorum. Juxta illud quod ſcriptum eſt in euangelio: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: non poteſt intrare regnum cælorum. Tertium quoq; ad eundem Marcellinum cõtra eos qui dicunt idem quod uos: poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit: abſq; dei gratia. Et quartum nuper ad Hilariũ contra doctrinam tuam multa peruerſa fingentem. Alios quoq; ſpecialiter tuo nomine cudere dicitur: quod necdum in noſtras uenere manus. Vnde ſuper ſedendum huic labori cenſeo: ne dicatur mihi illud Oratii. In ſiluiam ne ligna ſeras. Aut enim eadem dicemus ex ſuperfluo: aut ſi noua uoluerimus dicere: a clariffimo ingenio occupata ſunt meliora. Hoc unum dicam: ut tandem finiatur oratio: aut nouum nos debere ſymbolum tradere: ut poſt patrem & filium & ſpiritum ſanctum baptizetis infantes in regnum cælorum. Aut ſi unum: & in paruis & in magnis habetis baptiſma: etiam infantes in remiſſionem peccatorum baptizandos in ſimilitudinem præuariationis Adam. Quod ſi iniuſta uobis uidetur alienorum remiſſio peccatorum: qua non indiget qui peccare non potuit: tranſite ad Amafium ueſtrum qui præterita in cælis: & antiqua delicta ſolui dicit in baptiſmo: ut cuius in cæteris auctoritate ducimini: etiam in hac parte errorem ſequamini.

Remiſſa

Auguſtinus

In ſiluiam ne ligna ſeras.

Incipit tertius tractatus primæ partis de erroribus Origenis. Hactenus beati Hieronymi: de fide & contra diuerſas hæreſes ſcripta congeſta ſunt. Deinceps de unius Origenis pernicioſis erroribus & plures epiſtolæ ac tractatus ſubiiciuntur. Vbi etiam illius accuſationes contra ſectatores eius hæreſeos & apologiæ contra calũniantes eum eiufdem hæreſis continentur.

Incipit argumentum excerptum ex libro beati Auguſtini de hæreſibus.

Origeniani Origenis adamantii ſectatores: qui & mortuorum reſurrectionem repellunt: chriſtum aut creaturã & ſpiritu ſanctũ introducentes: paradifum autem & cælos & omnia alia allegorizantes. Hæc quidem de Origene Epiphanius. Sed qui eum defendunt unius eiufdemq; eſſe ſubſtantia dicunt docuiſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum: neq; reſurrectionem reppuliſſe mortuorum: quibus & in iſtis eum conuincere ſtudeant: qui eius plura legerunt. Sed ſunt huius Origenis alia dogmata: quæ catholica eccleſia omnino nõ recipit. In quibus nec ipſum falſo arguit: nec poteſt ab eius defenſoribus falli: maxime de purgatione & liberatione: & rurſus poſt longum tempus ab eodem malam reuolutionem rationalis uniuerſæ creaturæ. Quis enĩ catholicus chriſtianus uel doctus uel indoctus non uehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum. i. etiam eos qui hanc uitam in flagitiis & facinoribus & ſacrilegiis atq; impietatibus maximis quilibet finiunt: Ipſum etiam poſtremo diabolum atq; angelos eius quibus poſt longiſſima tempora purgatos atq; liberatos regno dei luciꝫ reſtitui: Et rurſus poſt longiſſima tempora omnes qui liberati ſumus: ad hæc mala denuo delabi: & reuertit: & has uices alternantes beatitudinum & miſeriarum rationalis creaturæ ſemper fore: ſemp fuiſſe: De qua uaniſſima impietate aduerſus philoſophos a quibus iſta didicit origenes: in libris de ciuitate dei diligentiffime diſputaui.

ſcedula

Nte annos circiter .x. ſanctus uir Pãmachus ad me quaſdã ſcedulas miſit: quæ Origenis periarcho interpretata uolumina continerent: immo uitata. Hoc magnopere poſtulans: ut græcam ueritatẽ latina ſeruaret tranſlatio. Et ideo utrãq; partẽ ſeu bene ſeu male dixiſſet ille: qui ſcripſit abſq; interpretis patrocinio romana lingua cognoſceret: feci: ut uoluĩt: miſitq; ei libros: quos cum legiſſet exhorruit: & recludens ſcrinio: ne prolati in uulguſ multorum animos uulnerent: a quodam fratre qui habebat zelum dei: ſed non ſecundum ſcientiam ad legendum rogatus: ut traderet quaſi ſtatim reddituro: propter anguſtiam temporis fraudem non potuit ſuſpicari. Qui acceperat legendos adhibitis notariis opus omne deſcripſit: & multo celerius q̃ promiſerat: codice reddidit. Eadẽq; temeritate: & ut leuius dicã ineptia: quod male ſurriperat: peius aliis credidit. Et quia difficile grandes libros ſe rebus myſticis diſputantes notarum poſſunt ſeruare compendia: præſertim qui furtim celeriterq; dictantur: ita in illis confuſa ſunt omnia: ut & ordine in plariſq; & ſenſu careant. Quãobrem petis Auĩte chariſſime: ut ipſũ ad te exẽplar dirigã: qd' a me oli trãlatũ: & nulli alii traditũ a ſupradicto fratre puerſe editũ eſt. Accipe igit' qd' petiſti: ſed ita ut ſcias deteſtãda tibi in eis eſſe q̃ plurima: & iuxta ſermonẽ domini iter ſcorpiones & colubros iccedẽdũ: ut eſt illud ſtatim i primo uolũine: Chriſtũ filiũ dei nõ natũ eſſe ſed factũ: deũ patrẽ p naturã inuiſibile etiã a filio non uideri: filiũ qui ſit imago inuiſibilis patris cõparatũ patri: nõ eſſe ueritatẽ. Apud nos aut qui dei omnipotentis nõ poſſumus recipere ueritatẽ: imaginariã ueritatẽ uideri: ut maietas ac magnitudo maioris quodãmodo circũſcripta ſentiat in filio. Deum patrẽ eſſe lumen incõprehẽſibile: Chriſtũ collatione patris ſplendorẽ eſſe pparũ: qui apud pibecillitate noſtra magnus eſſe uideat: Duarũ ſtatuarũ maioris & paruulæ: unius quæ mudũ impleat: & magnitudine ſua quodãmodo

nos

inuisibilis sit: & alterius quæ sub oculis cadat: ponit exemplū: priori patrē: posteriori filiū cōparans. Deū patrē omnipotentē appellat bonū & perfectæ bonitatis. Filiū non esse bonū: sed aurā quādam & imaginē bonitatis: ut non dicatur absolute bonus: sed cū additamento pastor bonus &c. Tertiū dignitate & honore post patrē & filium asserit spiritū sanctū. De quo cum ignorare se dicat: utrum factus sit an infectus: in posterioribus quid de eo sentiret expressit. Nihil absq; solo deo patre infectū esse confirmans. Filiū quoq; minorē a patre: eo q; secūdus ab illo sit. Et spiritū sanctū inferiorē a filio: in sanctis quibusq; uersari. Atq; hoc ordine maiorē patris fortitudinē esse q̄ filii & spiritus sancti: & rurū maiorē filii fortitudinē esse q̄ spiritus sancti: & consequenter ipsius sancti spiritus maiorē esse uirtutē cæteris: quæ sancta dicuntur. Cūq; uenisset ad rationabiles creaturas: & dixisset eas per negligentias ad terrena corpora esse delapsas: etiā hoc addidit. Grandis negligentia atq; desidīa est: in tantū unumquēq; defluere atq; euacuari: ut ad uitia ueniens irrationabiliū iumentorū possit crasso corpore colligari. Et in cōsequentibus: quibus inq; moti disputationibus: arbitramur sua sponte alios esse in numero sanctorū: & ministerio dei: alios ob culpā propriā de sanctimonia corruentes in tantā negligentia corruisse: ut etiā in contrarias fortitudines uerterentur. Rursūq; nasci ex fine principii: & ex principio finē & ita cuncta uariari ut & qui nunc homo est: possit in alio mundo dæmon fieri: & qui dæmon est: & negligentius egerit: in crassiora corpora religetur: id est ut homo fiat. Sicq; permiscet omnia: ut de archægelo possit diabolus fieri. Et rursus diabolus in angelū reuertatur. Qui uero fluctuauerint: & motis pedibus nequāq; corruerint: subiicient omnino dispensandi & regendi: atq; ad meliora gubernandi: principatibus: potestatibus: thronis: dominationibus: & forsitā ex iis hominū constabit genus in uno aliquo ex mundis: a quo iuxta Esaiā: cælum & terra noua fient. Qui uero non fuerint meriti: ut per genus hominū reuertantur ad pristinū statū: fient diabolus & angeli eius & pessimi dæmones: ac pro uarietate meritorū in singulis mūdīs diuersa officia sortientur. Ipsosq; dæmones ac rectores tenebrarum in aliquo mundo: uel mundis: si uoluerint ad meliora conuerti fieri homines: & sic ad antiquū redire principii. Ita dūtaxat ut per supplicia atq; tormenta quæ uel multo: uel breui tempore sustinuerint: hominum eruditi corporibus rurū ueniant ad angelorū fastigia. Ex quo consequenti ratione monstrari omnes rationabiles creaturas ex omnibus posse fieri: non semel & subito: sed frequentius: nosq; & angelos futuros: & dæmones: si egerimus negligentius: & rurū dæmones si uoluerint cape uirtutes: peruenire ad angelicā dignitatē. Corporales quoq; substantias penitus dilapsuras. Aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora: quod nūc est aer & cælum. Et si quod aliud corpus sincerius & purius intelligi potest. Quod cum ita sit: quid de resurrectione sentiat perspicuū est. Solem quoq; & lunā: & astra cetera esse animantia: imo quomodo nos homines ob quædā peccata his sumus circumdati corporibus: quæ crassa sunt & pinguia: sic & cæli luminaria talia: uel talia accepisse corpora: ut uel plus uel minus luceāt: & dæmones ob maiora delicta: aereo corpore esse uestitos. Omnem creaturā secundū apostolū: uanitati esse subiectā: & liberari in reuelationē filiorū dei. Ac ne quis putet nostrū esse quod dicimus: ipsius uerba ponamus. In fine atq; consumatione mundi: quando uelut de quibusdā re pagulis atq; carceribus missæ fuerint a domino animæ & rationabiles creaturæ: alias eas tardius incedere ob segnicie: alias pernici euolare cursu propter industriā. Cūq; omnes liberum habeant arbitriū: & sponte sua uel uirtutes possint capere: uel uitia: illæ multo in peiori conditione erunt: q̄ nunc sunt. Hæc ad meliorē statū peruenient: quia diuersi motus & uariæ uoluntates in utrāq; partem diuersim accipient statū: id est ut & angeli homines uel dæmones: & rurū ex iis homines uel angeli fiant. Cūq; omnia uario sermone tractasset: asserens diabolum non incapacē esse uirtutis: & tamen necdū uelle capere uirtutē: ad extremū sermone latissimo disputauit angelum: siue animam: aut certe dæmonē: quos unius asserit esse naturæ: sed diuersarū uoluntatum pro magnitudine negligentia & stultitia iumentū posse fieri: & pro dolore pœnarū & ignis ardore magis eligere: ut brutū animal sit: & in aquis habitet & fluctibus: ac corpus assumere huius uel illius pecoris: ut nobis nō solū quadrupedū: sed & piscium corpora sint timenda. Et ad extremum: ne teneret pythagorici dogmatis reus: qui asserit *μετεμψυκωσιν*: id est transmigrationem. Post tam nefandam disputationē qua lectoris animū uulnerauit: hæc inquit iuxta nostrā sententiā non sint dogmata: sed quæ sita tantum atq; proiecta: ne penitus intractata uiderentur. In secundo autē libro mundos asserit innumerabiles: nec iuxta Epicurū uno tēpore plurimos & sui similes: sed post alterius mundi finem alterius esse principii. Et ante hunc nostrū mundū: aliū fuisse mundū: & post hunc aliū fuisse futurū: & post illū aliū. Rursūq; cæteros post cæteros. Et dubitat utrū futurus sit mundus alteri mundo: ita ex omni parte consimilis: ut nullo inter se distare uideantur articulo. An certe nūq; mundus alteri mūdo ex toto indiscretus & similis sit futurus. Rursūq; post modicū: si omnia inquit ut ipse disputationis ordo cōpellit: sine corpore uixerint: consumet corporalis uniuersa natura: & redigetur in nihilū: quæ aliquando est facta de nihilo. Eratq; tēpus quo usus eius etiam necessarius sit. Et in cōsequentibus. Sin autē ut ratione & scripturarū auctoritate mōstratū ē: & corruptiū hoc iduerit icorruptionē: & mortale hoc iduerit immortalitē: absorbebitur mors in uictoriā: & corruptio in incorruptionē: & forsitā omnis corporea natura tollet e medio: in qua sola potest mors operari. Et post paululū. Si hæc nō sūt cōtraria fidei: forsitā sine corporibus aliq̄do uiuemus. Sin autē qui pfecte subiectus est christo: absq; corpore intelligit. Omnes autē subiecti sunt christo: & nos erimus sine corporibus: quando ei ad perfectum subiecti fuerimus. Et in eodem loco. Si subiecti fuerint omnes deo: omnes deposituri sunt corpora: & tunc corporalium rerum uniuersa natura soluetur in nihilū. Quæ si secūdo necessitas postularit: ob lapsū rationabiliū creaturarū rursus existet. Deus enim in certamē & luctamen animas dereliquit: ut intelligat plenā consumatamq; uictoriā: nō ex propria se fortitudine: sed ex dei gratia cōsecutas. Et iccirco arbitror pro uarietate causarū diuersos mūdōs fieri: & elidi errores eorū: qui similes sui mūdōs esse cōtendūt. Et iterum.

Et iterum. Triplex ergo suspitio nobis de fine suggeritur: quibus quæ uera & melior sit: lector inquirat. Aut enim sine corpore uiuemus: cum subiecti Christo subiiciemur deo: & deus fuerit omnia in omnibus. Aut quomodo Christo subiecta cum ipso christo subiicietur deo: & in unum scedus artabuntur: ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem: & dissoluetur in æternum: quod purioris simpliciorisq; naturæ est. Aut certe sphaera illa: quam supra appellauimus $\alpha\pi\lambda\alpha\upsilon\eta$ & quicquid illius circulo continetur: dissoluetur in nihilum. Illa uero qua $\alpha\upsilon\tau\iota\zeta\omega\nu\eta$ ipsa tenetur: & cingitur uocabitur terra bona: necnon & altera sphaera: quæ hanc ipsam terram circumambit uertigine: & dicitur cælum: in sanctorum habitaculo conseruabitur. Cum hæc dicat: nonne manifestissime gentium sequuntur errores: & philosophorum deliramenta simplicitati ingerit christiana: Et in eodem libro. Restat ut inuisibilis sit deus. Si autem inuisibilis per naturam est: neq; Saluatori uisibilis erit: & in inferioribus nulla alia anima: quæ ad corpus descendit humanum: puram & germanam similitudinem signi in se prioris expressit: nisi illa: de qua Saluator loquitur. Nemo tollet animam meam a me: sed ego ponam eam a meipso. Et in alio loco: unde cum infinita cautione tractandum est: ne forte cum animæ salutem fuerint consecutæ: & ad beatam uitam peruenerint: animæ esse desistant. Sicut enim uenit dominus atq; Saluator quærere: & saluum facere quod perierat: ut perditum esse desistat. Sic anima quæ perierat: & ob cuius salutem uenit dominus: cum salua facta fuerit anima esse cessabit. Illud quoq; pariter requirendum: utrum sicut perditum aliquando non fuit perditum: & erit tempus quando perditum non erit. Sic & anima aliquando non fuerit anima: & fore tempus: quando nequaquam anima perseueret. Et post multum de anima tractatum hæc intulit $\nu\omicron\upsilon\varsigma$, idest mens corruens facta est anima. Et rursus: anima instructa uirtutibus mens fiet. Quod & de anima Esau scrutantes possumus inuenire: propter antiqua peccata eum in deteriori uita esse damnatum. Et de cælestibus requirendum est: quo tempore: quo factus est mundus: solis anima: uel quodcumq; eam appellari oportet: esse cœperit: sed ante quæ lucens illud & ardens corpus intraret. De luna & stellis similiter sentiamus: quæ ex causis precedentibus: licet inuitæ compulsæ sint: subici uanitati ob præmia futurorum: non suam facere: sed creatoris uoluntatē: a quo in hæc officia distributæ sunt. Ignis quoq; gehennæ & tormenta: quæ scriptura sancta peccatoribus comminat non ponit in suppliciis sed in conscientia peccatorum: quando dei uirtute & potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur. Et ueluti ex quibusdam seminibus in anima derelictis: uniuersa uitiorum seges exoritur. Et quicquid feceramus in uita: uel turpe uel impiū omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur: ac preteritas uoluptates mens intuens: conscientia punitur ardore: & pœnitentia stimulus confoditur. Et iterum. Nisi forte corpus hoc pingue atq; terrenū caligo & tenebræ nominandæ sunt: per quod cōsumato hoc mūdo: cui necesse fuerit in aliū trāsire mūdū: rursū nascēdi sumet exordia. Hoc dicens p̄spicue $\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\psi\upsilon\kappa\omicron\sigma\tau\upsilon\upsilon$ Pythagoræ Platonisq; defendit. Et in fine secundi uoluminis de perfectione nostra disputans intulit: cuiusq; in tantum profecerimus: ut nequaquam carnes & corpora: forsitan ne animæ quidē fuerimus: sed mens & sensus ad perfectū ueniens: nullosq; perturbationū nubilo caligatus: intuebitur rationabiles intelligibilesq; substantias facie ad facie. In libro tertio hæc uitia continentur. Sin autē semel recipimus: quæ ex precedentibus causis aliud uas in honore: aliud in contumelia sit creatū: cur non recurramus ad animæ archanū: & intelligamus eā egisse antiqui: propter quod in altero dilectā: in altero odio habita sit: ante quæ in Iacob corpore supplantaret. Et in Esau plāta teneretur a fratre. Et iterum: ut autē aliæ animæ fierent in honore: aliæ in contumeliā materia: causaruq; merita precesserunt. Et in eodem loco: iuxta nos autē ex præcedentibus meritis uas quod in honore fuerit fabricatū: si non dignū uocabulo suo opus fecerit: in alio sæculo fiet uas contumeliæ. Et rursus: uas aliud quod ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat: si in præsentī uita corrigi uoluerit: in noua creatione fiet uas sanctificatū: & utile domino: in omne opus bonū paratū. statimq; subiungit. Ego arbitror posse quosdā homines a paruis uitiis incipientes: ad tantā nequitia peruenire: si tamen noluerint ad meliora conuerti: & pœnitentia emēdare peccata: ut & contrariæ fortitudines fiant. Et rursus: ex inimicis contrariisq; uirtutibus: in tantū quosdā per multa tempora uulneribus suis adhibere medicinā: & fluentia prius delicta constringere: ut ad locum transeant optimorum. Sæpius diximus in infinitis perpetuisq; sæculis: in quibus anima subsistit & uiuit: sic nonnullas earum ad peiora corruere: ut ultimum malitiæ locum teneant: & sic quasdam proficere: ut de ultimo malitiæ gradu ad perfectam ueniant cōsumatamq; uirtutem: quibus dictis conatur ostendere: & homines idest animas posse fieri dæmones. Et rursus dæmones in angelicam redigi dignitatem: atq; in eodem uolumine. Sed & hic requirendum: quare humana anima: nūc ab his: nunc ab aliis uirtutibus ad diuersa moueatur? Et putat quorundam ante quæ uenirent in corpore: merita precessisse: ut est illud Ioannis exultantis in utero matris suæ: quando ad uocem salutationis Mariæ indignam se confabulatione eius Elisabeth confitetur: statimq; subiungit: & e contrario paruuli: licet pene lactentes: malis replentur spiritibus: & in diuinos atq; ariolos inspirantur. In tantum ut etiam dæmon phytonicus quosdam a tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud prouidentiam dei: cum nihil tale fecerint: ut istiusmodi insaniam sustinerent: non est eius qui nihil uult abiq; deo fieri: & omnia illius iusticia gubernari. Rursusq; de mundo. Nobis autem inquit placet & ante hunc mundum: alium fuisse mūdū: & post illum alium futurum. Vis discere quæ post corruptionem huius mūdi: alius sit futurus? Audi Esaiam loquentē. Erit cælum nouum: & terra noua: quæ ego facio permanere in cōspectu meo. Vis nosse quæ ante fabricam istius mundi: alii mundi in preterito fuerint? Ausculta Ecclesiastem. Quid est: quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est: quod factum est? ipsum quod futurum est. Et non est omne nouum sub sole: quod loquitur & dicat. Ecce hoc nouū est. Iam enim fuit in sæculis pristinis: quæ fuerūt ante nos. Quod testimoniū non solū fuisse: sed & futuros mundos esse testatur: non quo simul & pariter omnes fiant: sed alius post alium. statimq; subiungit. diuini

tus habitaculū & uerā requiem; apud superos æstimo intelligi. In qua creaturæ rationabiles cōmorātes ante q̄ ad inferiora descenderent: & de inuisibilibus ad uisibilia cōmigrarent: ruentesq; ad terrā: crassis corporibus idigerent: antiqua beatitudine fruebant. Vnde cōditor deus fecit eis congrua humilibus locis corpora: & mundū istum uisibile fabricatus est ministrisq; ob salutē & correptionē eorū qui ceciderunt: misit ī mundū: quibus alii certa obtinerent loca: & mūdi necessitatibus obedirent. Alii iniuncta sibi officia singulis quibusq; temporibus: quæ nouit artifex deus: sedula mente tractarent. Et ex his sublimiora mundi loca: sol & luna: & stellæ: quæ ab apostolo creatura dicuntur acceperunt. Quæ creatura uanitati subiecta est: eo q; crassis circumdata corporibus: & aspectui pateat. Et tamen non sponte subiecta est uanitati: sed propter uoluntatē eius: qui eā subiecit in spe. Et iteq; Alii uero in singulis locis atq; tēporibus: quæ solus artifex nouit: in mundi gubernaculis seruiunt: quos angelos eius esse credimus. Et post paululū. Quē rex ordinem totius mundi regit prouidentia: dum aliæ uirtutes de sublimioribus corruunt: aliæ paulatim labuntur in terras. Istæ uoluntarie descendunt. Aliæ precipitantur inuite. Hæ sponte suscipiunt ministeria: ut ruentibus manum porrigāt. Illæ coguntur ingrate: & tanto tēpore suscepto officio perseuerant. Et iteq; ex quo sequitur: ut ob uarios motus: uarii creaturæ & mundi. Et post hūc quē incolimus: alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusq; alius diuersis casibus & profectibus: uel uirtuū premiis: uel uitiorum suppliciis: & in presenti: & ī futuro atq; in oībus & retro: & ī peiora tēporibus potest merita dispensare: & ad unū rursū finem cuncta pertrahere: ut solus conditor omnium deus: qui scit causas: propter quas alios dimittat sua perfrui uoluntate: & de maioribus ad ultima paulatim delabi: alios incipiat uilitate: & gradatim quasi manu data ad pristinū retrahere statum: & in sublimibus collocare. Cūq; de fine disputare cepisset: hæc intulit. Quia ut crebro iam diximus: principium rursus ex fine generatur: quiritur utrū & tunc futura sint corpora: an sine corporibus aliquando uiuendū sit: cū redacta in nihilū fuerint: & icorporaliū uita incorporalis esse credenda sit: qualē & dei nouimus. Nec dubiū est: quin si oīa corpora ad mundū istum sensibile pertineant: quæ appellantur ab apostolo uisibilia: futura sit uita icorporaliū incorporalis. Et paulo post. Illud quoq; quod ab eodē apostolo dicitur: omnis creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatē gloriæ filiorū dei: sic intelligimus: ut primā creaturā rationabiliū & icorporaliū esse dicamus: quæ nō seruiat corruptioni: eo q; nō sit uestita corporibus: & ubicūq; corpora fuerint: statim corruptio subsequatur. Postea autē liberabitur de seruitute corruptionis: quando receperint gloriā filii dei: & deus fuerit omnia in oībus. Et in eodē loco. Vt autē icorporaliū finē omnium rerum esse credamus: illa nos Saluatoris oratio prouocat: in qua ait: Vt quomodo ego & tu unū sumus: sic & isti in nobis unū sint. Etenim scire debemus quid sit deus: & quid sit futurus in finē Saluator: & quomodo in sanctis similitudo patris & filii repromissa sit: ut quomodo ī se illi unū sunt: sic & isti in eis unū sint: aut suscipiendum est: uniuersitatis deum uestiri corpore: & quomodo nos carnibus: sic illum qualibet materia circumdari: ut similitudo uitæ dei in fine sanctis possit æquari: aut si hoc indecens est: maxime apud eos: qui saltem ex minima parte dei sentire cupiunt maiestatem: & ingenitæ atq; oīa excedētis naturæ gloriā suspicari. E duobus alterq; suscipere cogimur: ut aut desperemus similitudinē dei: si eadem semper sumus corpora habituri: aut si beatitudo nobis eiusdem cum deo uitæ promittitur: eadem qua uiuit deus nobis conditione uiuendum est. Ex quibus omnibus approbatur quid de resurrectione sentiat: & q; omnia corpora interitura confirmet: ut simus absq; corporibus: quomodo prius fuimus: ante q̄ crassis corporibus uestiremur. Rursusq; de mundorum uarietate disputans: & uel ex angelis dæmones: uel de dæmonibus angelos: siue homines futuros esse contestans: & e contrario ex hominibus dæmones: & omnia ex omnibus sententiam suam tali fine confirmat. Nec dubium est: quin post quædam interualla temporum rursus materia subsistat: & corpora fiant: & mundi diuersitas conuertitur propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum: quæ post perfectam beatitudinem usq; ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsa tantam malitiam receperunt: ut in cōtrarium uerterentur: dum nolunt seruare principium: & incorruptam beatitudinem possidere. Nec hoc ignorandū q; multæ rationabiles creaturæ usq; ad secundum: tertium: & quartum mundum seruent principium: nec mutationi in se locum tribuant. Aliæ uero tam parum de pristino statu amissuræ sunt: ut pene nihil perdidisse uideantur: & nonnullæ grandī ruina in ultimum precipitandæ sint barathrū. Nouitq; dispensator omnium deus in cōditione mundorum singulis abuti iuxta meritum & oportunitates & causas: quibus mundi gubernacula sustentantur: & iniantur: ut qui omnes uicerit nequitia: & penitus se terræ coæquauerit: in alio mundo: qui postea fabricandus est: fiat diabolus: principium plasmationis domini: ut illudatur ei ab angelis: qui ex ordii amiserit uirtutem. Quibus dictis: quid aliud conatur ostendere: nisi huius mundi homines peccatores: in alio mundo posse diabolos & dæmones fieri: Et rursus: nunc dæmones: in alio mundo posse uel angelos uel homines procreari: Et post disputationem longissimam: qua omnem creaturam corpoream in spiritalia corpora & tenuia dicit esse mutandam: cunctamq; substantiam in unum corpus mundissimum & omni splendore purius conuertendam: & talem qualem nunc humana mens non potest cogitare: ad extremum intulit: & erit deus omnia in omnibus: ut uniuersa natura corporea redigatur in eandem substantiam: quæ omnibus melior est: in diuinam scilicet: qua nulla est melior. In quarto quoq; libro: qui operis eius extremus est: hic ab ecclesia Christi damnanda exterserit: & forsità quomodo in isto mundo qui moriuntur separatione carnis & animæ: iuxta operum differentiam diuersa apud inferos obtinent loca: sic qui de cælestis hierusalem: ut ita dicā administratione moriuntur: ad nostri mundi inferna descendunt: ut pro qualitate meritorū diuersa ī terris possideant loca. Et iteq; & quæ cōparauimus de isto mundo ad inferna pergētes animas: iis aīabus quæ de superiori caelo ad nostra habitacula puenientes: quodāmodo mortuæ sunt: prudētī iuestigatione rimandū est: an hoc ipsū possimus etiā in natiuitate dicere

tate dicere singulari: ut quomodo quæ in ista terra nostra nascuntur animæ: uel de inferno rursum meliora cupientes: ad superiora ueniunt: & humanum corpus assumunt: uel de melioribus locis ad nos usque descendunt: sic & ea loca quæ supra sunt in firmamento alia animæ possideant: quæ de nostris sedibus ad meliora proficiant. Alia quæ de cælestibus ad firmamentum usque delapsæ sint: nec tantum fecere peccati: ut ad loca quæ incolimus truderent. Quibus dictis nititur approbare: & firmamentum: id est cælum: ad comparationem superioris cæli esse inferos: & hanc terram quam incolimus collatione firmamenti inferos appellari: & rursum ad comparationem inferiorum quæ sub nobis sunt nos cælum dici: ut quod aliis infernus est: aliis cælum sit. Nec hac disputatione contentus: dicit in fine omnium rerum: quando ad cælestem hierusalém reuersuri sumus: aduersariarum fortitudinum contra populum dei bella consurgere: ut non sit eorum ociosa uirtus: sed exercentur ad prelia: & habeant materiam roboris: quam consequi non possunt nisi fortes primum aduersariis resistant: quos ratione & ordine: & solertia repugnandi in libro numerorum legimus esse superatos. Cum dixisset iuxta Iohannis apocalypsim euangelium sempiternum: id est futurum in cælis: tantum præcedere hoc nostrum euangelium: quantum christi prædicatio legis uetera sacramenta ad extremum intulit: quod & cogitasse sacrilegium est: pro salute demonum christum etiam in aere: & in supernis locis esse passurum. Et licet ille non dixerit: tamen quæ consequens sit intelligitur: sicut pro hominibus homo factus est: ut homines liberaret: sic & pro salute demonum deum futurum: quæ sunt illi ad quos uenturus est liberandos. Quod ne forsitan de nostro sensu putemur asserere: ipsius uerba ponenda sunt. Sicut enim per umbram euangelii umbram legis inpleuit: sic quæ omnis lex exemplum & umbra est ceremoniarum cælestium diligentius requirendum: utrum recte intelligamus legem quoque cælestem: & ceremonias superni cultus plenitudinem non habere: sed indigere euangelii ueritate: quod in Iohannis apocalypsi euangelium sempiternum: ad comparationem uidelicet huius nostri euangelii quod temporale est: & in transituro mundo ac sæculo prædicatum. Quod quidem etiam si usque ad passionem domini Saluatoris inquirere uouerimus: quæquæ audax & temerarium sit in cælo eius querere passionem: tamen si specialia nequitia in cælestibus sunt: & non erubescimus crucem domini confiteri: propter destructionem eorum: quæ sua passione destruxit: cur timeamus etiam in supernis locis in consumatione sæculorum aliquid simile suspicari: ut omnium locorum gentes illius passione saluentur? Rursumque blasphemias de filio sic locutus est. Si enim pater cognoscit filium: uideat in eo quæ nouit patrem posse eum comprehendere. Ut si dicamus artificis animam artis scire mensuram. Nec dubium quin si pater in filio: & comprehendat ab eo: in quo est. Si autem comprehensionem eam dicimus: ut non solum sensu quæ & sapientia comprehendat: sed & uirtute & potentia cuncta teneat: qui cognouit: non possumus dicere quæ comprehendat filius patrem: pater uero omnia comprehendit. Inter omnia autem & filius est: ergo & filium comprehendit: ut sciremus causas quibus pater comprehendat filium: & filius patrem non quæ comprehendere: hæc uerba subnectit. Curiosus lector in gratiam utrum ita a semetipso cognoscat pater: quomodo cognoscat a filio: sciensque illud quod scriptum est. Pater qui me misit maior est omnibus ueris: esse contendit ut dicat: & in cognitione filio patrem esse maiorem: dum perfectius & purius a semetipso cognoscitur: quam a filio. *ME TEM ψΥΚΩΣΤΙΥ* quoque & abolitionem corporum: per hoc rursum sentire conuincit. Siquis autem potuerit ostendere incorporeum: rationabilemque naturam: cum expoliauerit se corpore uiuere per semetipsam: & in peiori conditione esse: quando corporibus uestiebatur: in meliori quando illa deponit: nulli dubium est corpora non principaliter subsistere: sed per iterualla & ob uarios motus rationabiliu creaturarum nunc fieri: ut qui iis indigent uestiantur. Et rursum cum illa deprauatione lapsu se ad meliora correxerint: dissolui in nihilum: & hac semper successione uariari. Et ne paruam putarem impietatem esse eorum: quæ premisserat in eiusdem uoluminis fine coniungit: omnes rationabiles creaturas: id est patrem & filium & spiritum sanctum: angelos: potestates: dominationes: cæterasque uirtutes: ipsum quoque hominem secundum animæ dignitatem: unius esse substantia: intellectuale inquit rationabilemque naturam sentit deus & unigenitus filius eius & spiritus sanctus: sentiunt angeli & potestates: cæterasque uirtutes: sentit interior homo: qui ad imaginem & similitudinem dei conditus est. Ex quo concluditur: deum & hic quodammodo unius esse substantia: unum addidit uerbum quodammodo: ut tanti sacrilegii crimen effugeret: & qui in alio loco filium & spiritum sanctum non uult de dei patris esse substantia: ne diuinitatem in partes secare uideatur: naturam omnipotentis dei angelis hominibusque largitur. Cum hæc ita se habeant: quæ insania est: paucis de filio & spiritu sancto commutatus: quæ apta blasphemiam præferant: cætera ita ut scripta sunt: protulisse in medium: & impia uoce laudasse: cum utique & illa & ista de uno impietatis fonte processerint: Aduersum omnia scribere: nec huius est temporis: & omnes qui aduersus Arrium & Eunomium Manicheumque: & diuersas scripserunt hæreses his quoque impietatibus respondisse credendi sunt. Qui ergo hos uoluerit legere libros: & calciatis pedibus ad terram repromissionis pergere: nec ubi a serpentibus mordeatur: & arcuato scorpii uulnere uerberetur: legat prius hunc librum: & antequam ingrediatur uiam: quæ sibi cauenda sint nouerit.

Epistola beati Epiphani ad Iohannem hierosolymitanum per beatum Hieronymum e graeco translata: In qua se excusat quod in monasterio beati Hieronymi incognito eo presbyterum ordinauit: ostendens se iure fecisse. Deinde illum comonet ne Origenis erroribus implicetur: quos ex ordine narrat: & detegit. XXI.

Domino dilectissimo fratri Iohanni episcopo Epiphanius. Oportebat nos dilectissime clericatus honore non abuti in superbiam: & custodia mandatorum dei & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimus. Si enim sancta scriptura loquitur: cleri eorum non proderunt eis: quæ arrogantia clericatus conducere nobis poterit: qui non solum cogitatione & sensu: uerum etiam sermone peccamus. Audiui quippe quod tumeas contra nos: & irascaris: & me nitaris scribere in extremos fines terræ ut loca prouinciarum non nominem: & ubi est dei timor: qui nos debet illo tremore concutere: qui dictus est a domino: Siquis irascitur fratri suo sine causa: reus erit iudicio. Non quod magnopere curem: si scribas quod placuerit. Scribebantur enim & epistolæ bibliarum iuxta Esaiam: & mittebantur super aquas: quæ cito cum sæculo transeunt: nihil tibi nocuimus: nihil iniuriæ fecimus: nec quicquam uiolen-

ter extorsimus. In monasterio fratrum: & fratrum peregrinorum: qui prouinciae nihil tuae debuerunt: & propter nostram paruitatem & litteras quas ad eos crebro dixerimus: communionis quoque tuae ceperunt habere discordiam: ne uiderentur quadam duritia & conscientia nostra antiquae fidei: ab ecclesia separari ordinauimus diaconum: & postquam ministravit rursum presbyteris: super quo debueras gratulari: intelligens quod ob dei timorem hoc sumus facere compulsi. maxime cum nulla sit diuersitas in sacerdotio dei: & ubi utilitati ecclesiae prouideat. Nam & si singulae ecclesiae episcoporum habent sub se ecclesias: quibus curam uidentur impendere: & nemo super alienam mensuram extendit: tamen preponitur omnibus charitas christi: in qua nulla simulatio est. nec considerandum quid factum sit: sed quo tempore & quomodo: & in quibus: & quare factum sit. Cum enim uidissemus: quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret: & sancti presbyteri Hieronymus & Vincetius propter uerecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia: & laborare in hac parte ministerii: quae christianorum precipua salus est: inuenire autem & comprehendere seruum dei non posses: quod te eo quod graue onus sacerdotii nollet suscipere: saepe fugiebat: sed nec alius quis episcoporum facile eum reperiret. Unde & satis miratus sum: quomodo dispensatione dei ad nos uenerit cum diaconibus monasterii & ceteris fratribus: ut mihi satis faceret: quia nescio quid aduersum eos habebam tristitia. Cum igitur celebraret collectam in ecclesia uillae quae est iuxta monasterium nostrum: ignorantem eum: & nullam penitus habentem suspicionem: per multos diaconos apprehendi iussimus: & teneri os eius: ne forte liberari se cupiens: adiuraret nos per nomen christi: & primum diaconum ordinauimus: proponentes ei timorem dei: & compellentes ut ministraret: ualdeque obnitebatur indignum se esse contestans. Vix ergo copulimus eum: & persuadere potuimus testimoniis scripturarum: & propositione mandatorum dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis: rursus cum ingenti difficultate tentato ore eius: ordinauimus presbyteris: & iisdem uerbis quibus antea suaseramus: impulimus ut sederet in ordine presbyterii. Post haec scripsimus ad sanctos presbyteros monasterii & ceteros fratres: & crepauimus eos: quare non scripsissent super eo: cum ante annum multos eorum quari audissemus: cur non haberent qui sibi domini sacramenta conferrent: & illum omnes suo poscerent testimonio: & grande utilitatem in commune monasterii testarentur: quare tunc reperta oportunitate non scripsissent nobis: neque super ordinatione eius: aliquid poposcissent. Haec ita acta sunt ut locutus sum in charitate christi: quam te erga paruitatem nostram habere credebam: quam in monasterio ordinaueris: & non in parrochia quae tibi subiecta sit. O uere benedicta episcoporum Cypri mansuetudo & bonitas: & nostra rusticitas sensu tuo & arbitrato digna misericordia dei. Nam multi episcopi communionis nostrae: & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia: quos nos comprehendere non potueramus. Et miserunt ad nos hypodiaconos: quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatam memoriam philonem episcopum: & sanctum Theoprobum: ut ecclesiam Cypri quae iuxta se erat: ad meam autem parrochiam uidebant ecclesiam pertinere: eo quod gratias esset: & late patens prouincia ordinaret presbyteros: & christi ecclesiae prouideret. Nunquam autem ego ordinavi diaconissas: & ad alienas misimus prouincias: neque feci quicquam ut ecclesiam scinderem. Quid ergo tibi uisum est: sic grauiter irumescere: & iactari contra nos pro opere dei: quod in aedificatione: & non in destructione fratrum factum est: Sed & illud uehementer admiratus sum: quod meis locutus es clericis: asserens te per sanctum presbyterum: & abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi: ne quemquam ordinarem. Et ego hoc illicitum sum dicens. Numquid iuuenis sum: aut canones ignoro? Audi igitur ueritatem in sermone dei: me hoc non audisse: nec nosse: nec istius sermonis penitus recordari. Suspensus autem sum: ne forsitan iter multa quasi homo oblitus essem. Et ob hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus sum: & Zenonem presbyterum: qui cum eo est. E quibus abbas Gregorius respondit se hoc penitus ignorare. Zeno autem dixit: quia cum ei presbyter Ruffinus: nescio quam aliam transitorie loqueretur: etiam hoc dixerit. Putas ne aliquos ordinaturus est sanctus episcopus? Et hucusque sensisse sermonem. Ego autem Epiphanius: nec audiui quemquam: nec respondi. Unde dilectissime: non te preueniat furor: nec occupet indignatio: nec frustra mouearis: & aliud dolens: te uertas ad alia: ut peccandi occasionem inuenisse uidearis. Quod propheta deuitas dominum precatur dicens. Non declines cor meum in uerba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. Illud quoque audiens admiratus sum: quod quidam quod solent ultro citroque portare rumusculos: & his quae audierunt tempore addere: ut tristitias & rixas inter fratres concitent: te quoque turbauerunt & dixerunt: quod in oratione quando offerimus sacrificia deo: soleamus pro te dicere. Domine presta Ioanni: ut recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos: ut hoc tam apte dicere potuerimus. Quamquam enim hoc in corde meo semper oratur: tamen ut simpliciter fatear nunquam in alienas aures pertuli: ne te uideret paruipedere dilectissime. Quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum: & pro omnibus: & pro te quoque dicimus custodi illum: qui predicat ueritatem: uel certe ita. Tu presta domine & custodi: ut ille uerbum predicet ueritatis: sicut occasio sermonis se tulerit: & habuerit oratio consequentiam. Quae propter obsecro te dilectissime: & aduolutus pedibus tuis precor: presta mihi: & tibi: ut salueris: sicut scriptum est a generatione pueri: & recede ab haeresi Origenis: & a cunctis haeresibus dilectissime. Video enim quod propter hanc causam omnis nostra indignatio concitata sit: quod dixeris uobis Arrii patrem: & aliarum haeresium radicem: & parentem laudare non debetis. Et cum uos rogarem ne ita erraretis & monerem: contradixistis: & tristitiam atque lachrymas nobis adduxistis. Non solum autem me non audistis: sed alios plurimos catholicos qui intererant. Inde ut intelligo haec est omnis indignatio: & iste furor. Et ideo cominatus sum: mittatis aduersum me epistolas: ut huc illucque sermo uester discurrat: & propter defensionem haereseos: me odia suscitantes rumpitis charitatem: quam in uos habuimus in tantum ut feceritis nos etiam poenitentiam agere: quare uobis communicauerimus. Ita Origenis errores & dogmata defenditis: simpliciter loquor: nos secundum quod scriptum est: nec oculo nostro parcimus: ut non effodiamus eum: si nos scandalizauerit: nec manu: neque pedem: si nobis scandalum fecerit: & uos ergo siue oculi nostri: siue manus: siue pedes fueritis: sinistra sustinebitis. Quis enim catholicorum possit aequo animo sustinere: & eorum qui fidem suam bonis operibus exornant: ut audiant Origenis doctrinam atque consilium: & credant praecleara illius praedicationi

Hypocharones

dyrexim?

formam
1921/10

prædicationi: non potest filius uidere patrē: neq; spiritus sanctus filiū: Hæc in libris *περιεπεικων* scribuntur his uerbis legimus: & ita locutus est Origenes. Sicut enim incongruū est dicere: q; potest filius uidere patrē: sic icō sequens est opinari: q; spiritus sanctus possit uidere filium. Illud quoq; quis Origenem dicente patiatur: quod animæ angeli fuerint in cælis: & postq̄ peccauerint in supnis deiectas esse in istū mundū: & q̄si in tumulos & sepulchra: sic in corpora ista relegatas pœnas antiquoꝝ luere peccatoꝝ: & corpora credētium nō templa christi esse sed carceres dānatorum: Ex iude ueritatem historiarū allegoriarū deprauās mendacio: infinita uerba multiplicat: & simplices quoq; uaria psualioe supplātans nūc asserit aīas: iuxta græcā ætymologīā *ψυχᾶς αἴτιο τοῦ ψυχῆ* *ἕσθαι*. idest ab angelescēdo: iccirco uocitatas: quia de cælestibus ad inferiora ueniētes calorē pristinū amiserūt: nūc corpus hoc: ob id iuxta græcos *Δεμα*. idest uinculum: sicut iuxta aliā proprietatē cadauer dici: quia animæ de cælo ruerint: a plarīsq; autē secundū uariā græci sermōis supellectilē corpus. idest *σωμασθηα*: hoc est memoriā interpretari: eo q; ita aīam i se clausā habeat: quomodo sepulchra & tumuli cadauera mortuoꝝ. Et si hoc uerū est: ubi est fides nostra: ubi preconū resurrectionis: ubi apostolica doctrina: quæ i ecclesiis christi hucusq; p̄durat: ubi illa benedictio ad Adā: & ad semē eius: & ad Noē: & ad filios eius: crescite & multiplicamini: & replete terrā: Iam enim nō erit benedictio: sed maledictio iuxta Origenē: qui angelos uertit in aīas: & de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descēdere: quasi deus generi humano nō possit aīas p̄ benedictionē dare: nisi angeli peccauerint: & tot i cælo sūt ruina: quot i terra natiuitates. Dimittēda nobis est doctrina apostolorum & prophetarū & legis: & ipsius domini Saluatoris i euāgelio p̄tonātis. Ecōtrario Origenes precipit: & legē dat: ut non dicam cōstringit discipulos suos: ne quis oret i cælum ascēdere: ne peius iterum peccās q̄ i terris ante peccauerat: precipitur in mūdum. q̄q̄ istiusmodi nugas & deliramēta soleat ipse scripturarū interpretatione puerfa & aliud significatē q̄ uerū est: affirmat dicens. Priusq̄ a malicia humiliarer ego deliqui: & illud reuertere anima mea i requiē tuā: nec non & aliud. Educ de carcere aīam meā. Et in alio loco. Cōfitebor domino in regione uiuorum: cū alius proculdubio sensus scripturæ diuinæ sit: q̄ ille in hæresim suā maligna interpretatione detorquet. Quod faciunt & manichæi & gnostici: & hebionitæ: & Martionis sectatores: & aliæ hæreses nūero. lxxx. quæ de purissimo scripturarū fonte assumētēs testimonia: nō ita interpretantur: ut scripta sunt: sed simplicitatē sermōnis ecclesiastici id uolūt significare: quod ipsi sentiūt. Illud quoq; quod asserere nitit: doleam ne an rideam nescio. Doctor egregius audet docere diabolu id rurū futurū esse: quod fuerit: & ad eandē rediturū dignitatem: & cōscensurū regna cæloꝝ. Proh nefas: quis tam uecors & stolidus hoc recipiat: ut sanctus Ioānes Baptista: & Petrus & Ioānes apostolus & euangelista: Esaias quoq; & Hieremias & reliqui propheta cohæredes fiant diaboli i regno cælorum: Prætereo friuolam eius expositionem super tunicis pellicis: quanto conatu quantiq; egerit argumentis: ut tunicas pellicis humana esse corpora crederemus. Qui iter multa ait: nūquid corarius aut corticarius erat deus: ut cōficeret pelles aīalium: & cōsueret tunicas pellicis Adam & Eua: Manifestum est ergo iquit: q; de corporibus nostris loquatur. Et si hoc ita est: quomodo legimus ante pellicias tunicas & ante inobediētiam & de paradiso ruinam Adam loquētēm: non secundum allegoriam: sed uere hoc nunc os ex ossibus meis: & caro de carne mea: Aut unde assumptum est illud: quod diuinus sermo testatur. Et iniecit deus soporē i Adam: & dormiuit: & sumplit unam de costis eius: & adimpleuit pro ea carnē: & ædificauit costam: quam tu lerat ex eo: illi in uxorem: Aut quæ corpora contegebat Adam & Eua foliis ficus: postq̄ comederunt de arbore uetita: Quis autē patienter ferat Origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis huius negantem: sicut declarat manifestissime i uolumine explanationum primi psalmi: & in aliis multis locis: Aut quis audiat in tertio cælo donantem nobis Origenem paradisu: & illum quem scriptura cōmemorat: de terra ad cælestia transferentē: & omnes arbores quæ scribuntur in genesi sic allegorice intelligentē: scilicet: q; arbores angelicæ fortitudines sint: cum hoc ueritas nō recipiat: Neq; enim dixit scriptura diuina: deposuit deus Adā & Euā in terram: sed eiecit eos de paradiso: & habitare fecit eos contra paradisu: & non adiecit eos sub paradiso: posuit rōpheam flāmeam: & cherubin custodire i troitum ligni uitæ: & non ascensum: & fluuius egreditur ex Eden: nō descendit ex Eden. Iste diuiditur i quatuor principia: nomen unū Phison: & nomen secundi Geon. Ego ego uidi aquas Geon. Aquas aquas his carneis oculis aspexi. Ista est Geon quæ Hieremias demōstrat dicens: quid uobis & uia ægypti: ut bibatis aquam Geon turbidam: bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas simpliciter q̄s manu potes tangere: ore sorbere: non aquas spirituales. Vbi autem flumina sunt & aquæ: & uidentur: & bibunt: ibi consequens est: q; & ficus & alia ligna sint: de quibus dicit deus. Ex omni ligno quod est i paradiso comedes similia sunt fluminibus & aquis. Si autē aqua quæ cernitur uere aqua est: necesse est ut & ficus uera sit: & alia ligna: & Adā uerus statim a principio plasmatus in corpore: sicut & Eua: & non in fantasmate & post ruinam (ut uult Origenes) propter peccatum: postea corpus accepit. Sed dicitis: legimus q; sanctus Paulus raptus sit usq; ad tertium cælum & usq; ad paradisu: bene dicitis quando ponit tertium cælum: & postea addit: & in paradisu: ostendit alibi esse cælum: & alibi paradisu. Illas uero prestigias quis non statim abiiciat atq; contēnat: dicente Origenē: de aquis quæ super firmamentum sunt: non esse aquas sed fortitudines angelicæ potestatis. Et rursum aquas quæ super terram sunt: hoc est sub firmamento: esse uirtutes cōtrarias. i. dæmones. Et quomodo legimus in diluuiō apertas cataractas cæli: & aquas inundasse diluuiū: Vnde aperti sunt fontes abyssi: & totus mundus opertus est aquis. Sed furor hominum est iunctus stultitiæ: qui reliquerunt illud quod in prouerbis dicitur. Audi fili sermonē patris tui: & ne abiicias legē matris tuæ: & conuersi sunt ad errorem: & dicūt stulto: ut princeps sui sit: nec contēnunt res fatuas quæ dicuntur a fatuo: sicut scriptura testat. Fatuus autē fatua loquitur: & cor eius uana intelligit. Vnde obsecro te dilectissime & q̄si mēbris meis parcēs propter charitatē: quam in

*Complan
Quatuor flumina paradisi*

Fatuus

te habeo: precor: scribens & orans: ut impleas illud quod dicitur. Nōne odientes te domine odiui: & super inimi-
cos tuos tabescebam? Inimica & digna odio Origenis uerba sunt: & deo repugnantia & sanctis eius: & non ista
sola quæ dixi: sed & alia innumerabilia. Neq; enī nunc mihi propositū est aduersus oīa Origenis dogmata di-
sputare. Nihil mihi subripuit Origenes: nec ī mea generatione fuit: nec propter aliquas res mundi & heredita-
tē odiū aduersū illū pugnaq; suscepi: sed ut simpliciter fatear doleo: & ualde doleo: uidens plurimos fratru: &
eorū precipue qui professionē habent non minimā: & in gradū quoq; sacerdotii maximū puenērunt eius psua-
sionibus deceptos: & puerissima doctrina: cibos factos esse diaboli. In quibus cōpletū est illud quod dicit. Sup
omne munitionē ludit: & escæ eius electæ: & congregauit sicut arenā captiuitatē. Te autē frater liberet deus: &
sanctū populū christi: qui tibi creditus est: & omnes fratres qui tecū sunt: & maxime Ruffinum presbyter: ab
heresi Origenis: & ab aliis heresibus & pditione eorū. Si enī propter unū uerbū aut duo quæ cōtraria fidei sūt
multæ hereses abiectæ sunt ab ecclesia: q̄to magis hic inter hereticos habebit: qui tantas pueritates & tā ma-
la dogmata contra fidē adinuenit dei: & ecclesiæ hostis extitit. Inter multa enī mala etiā illud ausus est dicere: p-
didit se imaginē dei Adā: cū hoc in nullo penitus loco scriptura significet. Si autē ita esset: nunq̄ omnia quæ ī mū-
do sunt: seruirent semini Adā. i. uniuerso generi hominū: sicut & Iacobus apostolus loquitur. Omnia domant:
& subiecta sunt humanæ naturæ. Nunq̄ enī uniuersa subiecta essent hominibus: si nō haberent homines. Iuxta
id quod uniuersis imperent imaginē dei. Coniungens autē atq; cōsocians scriptura diuina gratiā benedictionis:
quā Adā donauerat: & generationibus quæ ex eo erant: ne qui forsītā maligna interpretatione auderent dicere
uni datā gratiā dei: & illū solū factū esse ad imaginē dei: qui plasmatus est ex humo: & uxore eius creasset de co-
sta uiri: eos uero qui cōciperent in utero: & nō ita nascerent ut Adā: dei non habere imaginē: statim p ordinem
iungit & dicit: & uixit Adā. cccxxx. annis: & cognouit Eūā uxore suam: & peperit filiū iuxta speciē & iuxta ima-
ginem eius: & uocauit nomen eius Seth. Rursūq; in decima generatione: post ānos duos millenos ducentenos.
Ixi. uindicans deus imaginē suā & ostendens q; gratia quā dedisset hominibus pseueraret in eis ait: ne comede-
tis carnē in sanguine: ego enī ulciscar sanguinē uestrū de manu omnis hominis effudentis illū: quia ad imagi-
nē dei feci hoīem. nec nō post alteras. x. generationes usq; ad Abrahā: & ab Abrahā usq; ad Dauid: alias genera-
tiones. xiiii. quæ. xiiii. generationes simul faciunt ānos duo milia centū decē & septē. Spiritus factus ī trigesimo
octauo psalmo: cū quæreretur de oibus hoibus: q; ī uanitate ambularet: & peccatis esset obnoxii loquitur: uerū
tamē ī imaginē dei perambulabat oīs homo. Nec nō post Dauid etiā sub Salomone filio eius legimus tale quid
dā sup dei imaginē nominatū. Dicit enim ī sapiētia: quæ titulo eius inscribitur: creauit deus incorruptū hoīem:
& imaginē suæ proprietatis dedit ei. Et rursū: post annos millenos centenos undenos plus minus in nouo legi-
mus testamento: q; nō pdiderūt homīes imaginē dei. Iacobus enim apostolus: & frater domini: cuius supra me-
minimus: instruit nos ne Origenis laqueis capiamur: habere hoīem imaginē & similitudinē dei. Nam cū de lin-
gua hoīum latius disputasset: adiecit. Instabile malū. in ipsa quippe benedicimus deū: & patrē: & ī ipsa maledi-
cimus hoīes: qui ad similitudinē dei cōditi sūt. Paulus quoq; uas electionis: & qui doctrinā euangelica sua pre-
dicatione cōpleuit: docet nos q; homo ad imaginē & similitudinē dei conditus sit: dicens. Vir nō debet nutrire
comā: cū gloria & imago dei sit: imaginē simpliciter appellans suo nomine: similitudinē autē gloriæ appellatiōe
significans. Pro tribus igitur testimoniis: quæ tibi si de scriptura facta reperire dicebas posse sufficere: Ecce. vii.
testimonia dedimus. Quis ergo sustinebit Origenis ineptias: ut non grauius aliquid loquar: & similis efficiar
uel ipsi uel discipulis eius: qui audent ī periculo animæ suæ asserere: quodcūq; eis in buccā uenerit: & magis iu-
bere deo: & nō ab eo uel orare uel discere ueritatē. Quidā enī eorū dicunt q; imago dei: quā prius accepit Adā
illo peccante perierit. Alii suspicantur: q; filius dei corpus habiturus esset ex Maria: & ipsa esse imaginē. Alii se-
sum: alii uirtutē. Isti baptisma: hiq; homo ad imaginē dei dominetur oibus: hebræorū more hæc uel illa ructā-
tes: quos oportebat tantum effugere discrimē: nec negare quæ loquit deus: & credentes simpliciter saluos fieri:
deoq; concedere donationis suæ certamē: & uerā sciētiam ī qua potissimū per te hoīes cōdiderit ad imaginē &
similitudinē suam. Qui hoc reliquētes multis se quæstiōibus implicarūt: & per has ī cœnū demersi sūt pecca-
torū. Nos autē dilectissime credimus his quæ locutus est dominus: & scimus q; ī cūctis hoibus imago dei pma-
neat: ipsiq; concedimus nosse: in qua parte homo ad imaginē dei conditus sit. Sed neq; illud quod quidā ī epi-
stola Ioānis legētes nō itelligūt: quenq; decipiat: ubi loquit. Nunc filii dei sumus: & nescimus quales futuri su-
mus. Nouimus autē quia cū ille reuelatus fuerit: similes ei erimus: uidebimus enī eū sicuti est. Hoc enim ppter
gloriā: quæ ibi reuelāda est factis eius: dictū est: sicut & ī alio loco legimus. A gloria ī gloriā: cuius gloriā iam
ī isto seculo facti arrabonem & portiūculam susceperūt. Primus eorū Moyses: cuius fuit facies ualde: & radia-
bat ueluti fulgor & sol. secūdo Helias igneo curru raptus ī cælum & ignis detrimēta nō sentiēs. Stephanus la-
pidabatur: & faciem habebat angeli: quæ ab omnibus cernebatur. Hoc autē quod ī paucis diximus: de oibus ī-
telligēdum est: ut impleatur illud: quod scriptum est. Oīs qui sanctificat semetipsum: iter beatos numerabitur.
Beati enim mūdo corde: quoniam ipsi deum uidebūt. Cum hæc ita se habeant dilectissime: custodi animā tuā:
& desine circa nos murmurare. Dicit enim scriptura diuina: nolite murmurare ad inuicem: sicut quidam mur-
murauerūt: & a serpētibus perierūt: magis acquiesce ueritati: & diligētes te dilige: & ueritatem. Deus autem pa-
cis præstet nobis iuxta suam clamētiā: ut cōteratur sathanas sub pedibus christianorū: & abiiciat oīs occasio
puerfa: ne scindat ī nobis uinculū charitatis: & pacis rectæ fidei predicatio. Præterea quia audiui quosdā mur-
murare contra me quia quando simul pgebamus ad sanctum locū q uocatur Bethel: ut ibi collectā tecū ex mo-
re ecclesiastico facerē: & uenissē ad uillā: quæ dicit Anablatha: uidissēq; ibi preteriēs lucernā ardētē: & iter
rogassē

Iacobus.
Lingua instabile malū.

Quadrūq; in buccā uenerit

Arrabonem

rogassem quis locus esset: didicisseque esse ecclesiam: & intrassem ut orarem: inueni ibi uelū pendens in foribus eiusdem ecclesie tinctū atque depinctum: & habens imaginē christi: uel sancti cuiusdam. Non enim satis memini: cuius imago fuerit. Cū ergo hoc uidissem in ecclesia christi contra auctoritatē scripturę homines pendere imaginē: scidi illud: & magis dedi consiliū custodibus eiusdem loci: ut pauperē mortuū eo obuoluerent: & efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt Si scindere uoluerat: iustū erat: ut aliud daret uelū: atque mutaret. Quod cū audissem: me daturū esse pollicitus sū: & ilico esse missurū. Paululū autē moratū fuit in medio: dū quō optimū uelū pro eo mittere. Arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendū. Nunc autē misi quod potui reperire: & precor ut iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere uelū a latore: quod a nobis missum est: & deinceps precipere in ecclesia christi istiusmodi uela: quę contra religionē nostrā ueniunt: non appendi. Decet enim honestatē tuā hinc magis habere sollicitudinē: ut scrupulositate remota: quę digna est ecclesie christi: & populis qui tibi crediti sunt: intumescat. Palladiū uero Galatham: qui quondā nobis charus fuit: & nunc misericordia dei indiget: caue: quia Origenis hęresim prędicat & docet: ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris.

Argumentum excerptum ex Genadio de uiris illustribus.

Ioannes hierosolymorum episcopus scripsit aduersus obrectatores sui studii librum: in quo ostendit se Origenis ingenium non fidem secutum. Sed beato Hieronymo magis credendum qui zelo fidei sequenti opere illum hęresis redarguit.

Incipit liber sancti Hieronymi ad Pammachium contra Ioannem hierosolymitanum episcopum: & Rufinum presbyterum assertorem Origenis: in quo Ioannem episcopum tanquā sectatorem errorum Origenis coarguit: contra quos disputat: se quoque de ordinatione suorum excusat. Ioannem inculcat: Epiphanius non respondit: & synodo adesse noluerit.

Epistola. XXII.

Si iuxta Paulū apostolū quod sentimus orare non possumus: ac proprie mentis cogitationē sermo non explicat: quō magis periculosū est de alterius animo iudicare: & singulorū dictorū atque uerborū iuestigare: atque proferre rationē: natura hominū prona est ad clamentiam: & in alieno peccato sui quisque misereatur. Si ergo reū in sermone reprehēderis: simplicitatē uocabit. Si calliditatē argueris: in peritiā confitebitur ut suspicionē uitet malitię. Atque ita fiet: ut tu qui arguis: calūniator: ille qui reprehendit non hęreticus: sed rusticus iudicetur. Nosti Pammachiū: nosti me ad hoc opus non inimicitias: non glorię cupiditate descendere: sed prouocatū litteris tuis ex ardore fidei: nec uelle si fieri posset: omnes id sapere: nec impatientiā ac temeritatis posse reprehendi: qui post trienniū loquor. Denique nisi ad apologiā de qua nunc scribere institui: multorū animos diceres perturbatos: & in utranque partē fluctuare sententiā: decreuerā in incepto silentio permanere: faceret itaque Nouatus: erratibus manus non porrigens. Montanus cū insanis sceminis prosterneret: iacentes in barathrū precipitantes: ne leuentur. Quotidie peccamus omnes: & in aliquo labimur. Qui ergo in nos clamētes sumus: rigore contra alios non tenemus: quin potius oramus: petimus: obsecramus: ut aut simpliciter nostra fateatur: aut aperte defendat aliena. Nolo uerborū ambiguitates. Nolo mihi dici: quod & aliter possit intelligi. Reuelata facie gloriā domini contēplemur. Claudicabat quondā & israeliticus populus in utroque pede. Sed Helias qui interpretatur fortis domini: usque quo ait claudicatis in utroque uestigio: si est dominus deus meus: ambulante post eū: si autē Baal: sequimini eū. Et ipse dominus Iudę filii alieni metiti sunt mihi: filii alieni iueterauerunt: & claudicauerunt a semitis suis. Certe si hęreseos nulla suspitio est: ut cupio: & credo: cur non uerbis meis meū sensū loquere: quā ille simplicitatē uocat: ego malitiā interpretor: psuadere mihi uult quod pure credat: pure ergo & loquitur. Et si quidē unū uerbū: uel unus sensus esset ambiguus: si duo: si tres: ignorantia ueniā tribueret: nec ea quę aut obscura: uel dubia sunt: de certis & perspicuis æstimare. Nunc uero quę ista simplicitas est quasi supoua & aristas: inter theatrales prestigias pendendi gradu incedere: ubique dubiū ubique suspētū: putes eū non expositionē fidei: sed figuratā cōtrouersiā scribere: quod iste nunc appetit: olim in scholis didicimus: nostra aduersum nos dimicat armatura. Etiā si bene credit: & circumspecte & timide loquitur: suspicionē mihi facit nimia diligentia. Qui ambulat simpliciter: ambulat cōfidenter. Stultū est frustra infamiā sustinere: obicit ei crimen: cuius non habet conscientia: ergo crimen quod totum pendet in uerbo: neget: cōfidenter: ac libere faciat inuidiā aduersario suo. Eadē audacia qua ille insimulat: hic defendat. Cūque omnia dixerit quę uoluerit: quę proferuerit: quę suspicionibus carent: si perseuerat calumnia: conferta manu in ius trahat. Nolo in suspicionē hęreseos quęquam esse patientē: ne apud eos qui ignorant innocentia eius: dissimulatio conscientia iudicetur: si taceat: licet superflū sit eius presentia quærere: & extorquere silentium cuius apud te literas teneas. Scimus omnes quid tibi scripserit: quid in te arguerit: in quo ut tu uis calūniatus sit. Responde ad singula: per epistolā huius gradere uestigia: nec punctū quidē: & apicem calūnię transeas. Si enim egeris negligenter: & ut ego tibi credo iuranti: casu aliqua transieris: statim ille clamabit & dicet: hic te uictū teneo: hic totius negocii cardo uersatur: non æque inimici audiunt: & amici. Qui inimicus est: etiā in scirpo nodū querit: amicus praua quoque recta iudicat: scribunt seculi litterę: amantiū cæca esse iudicia: quę tu forsitan sacris uoluminibus occupatā omnino neglexeris: nunquā de amicorū iudicio gloriaris. Illud uerum est testimonium: quod ab inuita uoce profertur. Alioquin si amicus pro te dixerit: non testis: aut iudex: sed fautor putabitur: hęc & huiusmodi loquentur inimici tui: qui tibi forte non credant & mouere cupiant stomachum. Cæterum ego quem nunquā uolens lesisti: cuius semper epistolis tuis nomen cogis uentilare: do consiliū: ut aperte aut fidem ecclesie prædices: aut loquaris: ut credis: dispensatio etenim ac libratio ista prudens uerborum indoctos decipere potest. Cautus auditor & lector cito deprehendet insidias: & cuniculos quibus ueritas subuertitur: aperte in luce demonstra-

Nouatus
Montanus

Helias

Montanus prestigie

inimicus in scirpo nodu querit
Amicus

bit. Et arriani quos optime nosti: multo tēpore propter scandalū nominis homouision se dānare simulabāt: uenena erroris circūlinebant melle uerborū. Sed tandē coluber tortuosus apparuit: & noxiū caput: quod spiris totius corporis tegebat: spiritali mucrone confosū est. Recipit ut scis ecclesia pœnitētes: & in uenia superata peccantiū dū deceptis gregibus consult: pastorū uulneribus ignoscit. Eadē nunc in ueteri & noua hærēsi consuetudo seruatur: ut aliud populi audiant: aliud predicent sacerdotes. Ac primū ante q̄ epistolā tuā: quā scripsisti ad episcopū Theophilū: interpretatā huic uolumini inserā: & ostendā tibi: me intelligere nimis tantā prudētiam tuam: expostulare tecum libet. Quæ hæc est tanta arrogantia: non respondere de fide interrogantibus: Tantā fratrum multitudinē: & monachorum choros: qui tibi in palæstina non cōmunicant: quasi hostes publicos æstimare: Dei filius propter unā morbidam ouem. xcix. in montibus derelictis: alapas: crucem: flagella sustinuit: & suis humeris portauit: ad cælos baiulans & patiens delicatā peccatricem. Tu beatissimus papa & fastidiosus antistes: solus diues: solus sapiens: solus nobilis: ac disertus: conseruos tuos: & redemptos sanguine domini tui: rugata fronte & obliquis oculis despicias. Hoc est illud quod ab apostolo precipiente didicisti: parati semper ad satisfactionem omniposcenti uos rationē: de ea quæ in uobis est spe. Finge nos occasionē querere: & sub pretexto fidei lites serere: scisma conficere: iurgia concitare. Tolle uolentibus occasionem: ut postq̄ de fide satisfeceris: & omnes nodos: qui contra te nectuntur absolueris: tunc liquido omnibus pateat non dogmatum: sed ordinationis esse certamen: nisi forte prudenti consilio ideo de fide interrogatus taces: ne uidearis hærēticus fuisse: cū satisfeceris. Omnia ergo crimina quibus accusantur homines: refutare non debent: ne postq̄ negauerint criminosa sint. At contemnis laicos: diaconos: atq; presbyteros. Potes enim ut gloriaris: & iactitas in una hora mille clericos facere. Habes papam epiphaniū: qui te aperte multis litteris hærēticū uocat. Certe nec ætate: nec scientia: nec uitæ merito: nec totius orbis testimonio: maior illo es. Si ætatē quærās: iuuenis ad senem scribis: si scientiam non sic eruditus ad doctum: licet te fautores tui disertiores Demosthene: accutiores Chrysiippo: sapientiores Platone contēdant. Et tibi ipsi forte persuaserint. De uita autem & fide nihil amplius dicā: ne te lædere uidear: & tēpore: quo totum orientē excepto papa Athanasio atq; Paulino: arrianorū & eunomianorū hærēsis possidebat: quando in occidentalibus & in iudæa exilio confessoribus non cōmunicabas. Ille uel presbyter monasterii ab Euritio audiebatur: uel postea episcopus Cypri a Valente non tangebatur. Tantæ enī uenerationis semp fu it: ut regnantes hærēticū ignominiam suā putarent: si talem uirum persequerentur. Scribe igitur ad hūc. Responde epistolæ eius: sentiant cæteri fidē: eloquentiā: prudentiā tuā: non tibi solus disertus esse uidearis. Cur ab alio prouocatus: aliorum arma conuertis: Palæstinis interrogaris: & respondes ægypto. Tuis lippientibus unguis oculos: nō dolentū. Si placitura nobis: alteri loqueris: satis superbe. Si aliud q̄ quærimus satis superflue. Sed dicis epistola mea probauit me contra arrium: contra Photinū: contra Manicheū bene locutū. Quis enī te hoc tēpore arguit arrianū: quis tibi nunc Photini Manichæiq; crimē impingit: olim ista emendata sunt atq; confessa. Non eras tā stultus: ut aperte defenderes hærēsim: quam sciebas ecclesiæ displicere. Noueras te si hoc fecisses: statim loco mouendum: & soli tibi delicias suspirabas. Sic sententiā tēperasti: ut nec simplicibus displiceres: nec tuos offenderes: bene scripsisti: sed nihil ad causā pertinens. Vnde nouerat alexandrinæ ecclesiæ pontifex: in quibus argueris: quorū a te confessio postularetur. Debueras tibi obiecta proponere: & sic ad singula respondere. Vetus narrat historia: quidam cū diserte diceret: ferreturq; impetu ac uolubilitate uerborū: causaq; omnino non tangeret: prudens auditor & iudex: bene inquit: & bene: sed quo istud tam bene? Imperiti oculorū medici ad omnes oculos dolores uno utuntur collyrio. Qui arguit in pluribus: & i dilutione criminū aliqua pretermittit: quicquid tacuerit: confitetur: an non respondisti ad epistolā Epiphaniū: & proposuisti quæ ipse dissolueres? Nimirū hac fiducia respondisti. Nullus fortiter a semetipso cædit. Elige ex duobus quod uis. Optio tibi dabitur: aut respondisti ad epistolā Epiphaniū: aut nō: si respondisti: cur maxima & plurima de his quæ tibi obiecta sunt: reliquisti? Si non respondisti: ubi est illa apologia tua: in qua gloriaris apud simplices? Et quā ignorantibus causā huc illucq; disseminas? Octo tibi ut statim probabo: de fidei spe christianæ quæstionū capita obiecta sunt. Tria tantū tãgis & preteris. In cæteris grāde silentiū est. Si ad septē absolutissime respōdisses: hærere tantū in uno crimine: & quod tacueras hoc tenere. Nunc uero q̄ si auribus lupū apprehenderis: nec tenere potes: nec audes dimittere. Ipsa quoq; tria q̄ si negligens atq; securus: q̄ si aliud agēs: & in quibus aut nulla aut parua sit q̄stio: preteruolas atq; pstringis. Et ita optus & tectus icedis: ut plus cōfitearis tacēdo: q̄ renuas disputando. Quis nō p̄tinus tibi potest dicere: si lumē qd̄ in te est: tenebræ sūt: ipsæ tenebræ q̄te erūt. Si tres q̄stionū cula de quibus uisus es aliquid dicere: suspitiōe & culpa nō carent: & fraudulēter: ac lubricè scriptæ coarguunt: qd̄ faciemus de quinque reliquis: in quibus quæ nulla ambigui sermonis dabit occasio: nec illudere poteras audietes: maluisti omnino reticere: q̄ apte quod tectū fuerat cōfiteri. Sicut enī incongruū est dicere q̄ possit filius uidere patrem: ita inconueniēs est opinari: q̄ spiritus sanctus possit uidere filiū. Secundū q̄ in hoc corpore q̄ si i carcere sūt aia relegate: & ante q̄ homo fieret i paradiso: inter rationabiles creaturas i cælestibus cōmoratæ sunt. Vnde postea in consolationē suā anima loquit̄ in psalmis. Prius q̄ humiliarer ego deliqui. Et reuertere anima mea in requiēt tuā: & educ de carcere animā meā: & cætera his similia. Tertiū q̄ dicat & diabolū & dæmones acturos pœnitentiā aliquādo: & cū sanctis ultimo tēpore regnuros. Quartū q̄ tunicas pelliceas humana corpora interpretetur: quibus post offensionē & eiectionē de paradiso Adā & Eua induti sūt. haud dubiū: quin ante i paradiso sine carne: sine neruis & ossibus fuerint. Quinā q̄ carnis resurrectionē: mēbrorūq; compagē: & sexū: quo uiri diuidimur a fœminis apertissime neget: tam in explanatione primi psalmi: q̄ in aliis multis tractatibus. Sextum ut sic paradisu allegorizet: ut historia auferat ueritatē: pro arboribus ægelos: pro fluminibus uirtutes cælestes intelligens.

Arriani tenet lupum.

intelligens totaq; paradisi continentiam tropologica interpretatione subuertat. Septimum q; aquas: quae super caelos in scripturis esse dicunt: sanctas supernasq; uirtutes: quae sup terram & infra terram contrarias & daemónicas esse arbitret. Octauum q; extremum obicit imaginem & similitudinem dei: ad quam homo conditus fuerat: dicit ab eo pdictam: & in homine post paradisu non fuisse. Haec sunt sagittae: quibus confoderis: haec tela: quibus in tota epistola uulneraris: excepto eo: q; tuis genibus aduolutus: factamq; canicie seposito parumper sacerdotis honore: sustinens depracat salutem tuam. Et his uerbis loquitur: praesta mihi: & tibi: ut salueris: sicut scriptum est: a generatione pueri: & recede ab haeresi Origenis & a cunctis haeresibus dilectissime. Et infra propter defensionem haereseos aduersum me odia suscitantes: rumpitis charitatem: quam in uobis habui: in tantum ut faceretis nos etiam poenitere: quare uobis communicauerimus: ita Origenis errorem & dogmata defendentibus. Dic mihi disputator egregie: de octo capitulis: ad quae responderis paulisper: de ceteris tacens. Prima illa blasphemiam: q; nec filium patris: nec filium potest uidere spiritus sanctus: quibus a te telis confossa est. Sanctam inquit & adorandam trinitatem eiusdem substantiae: & coeternam: & eiusdem gloriae & diuinitatis credimus. Anathematizantes eos: qui grande: aut paruum: aut inaequale: aut uisibile in deitate trinitatis quicquid loquuntur. Sed sicut incorporalem inuisibilem & aeternum dicimus patrem: sic incorporalem inuisibilem & aeternum dicimus filium & spiritum sanctum: Nisi hoc diceres: ecclesiam non teneres: & tamen non quero: ac si ante non dixeris non uentilabo. Si uero amaueris eos qui talia praedicauerint: qui ista dicentes: exilia sustinebant. Quis sit ille: qui Theonae presbytero spiritum sanctum domini in ecclesia praedicante: clausit aures: forsque cum suis concitus fugerit: ne tantum audiret piaculum: statimq; sera conuersione fidelem suscipiatis inquit uolo: miserabilis praetextatus: qui designatus consul est mortuus: homo sacrilegus: & idolorum cultor: solebat ludens beato papae Damaso dicere. Facite me Romanae urbis episcopus: & ero protinus christianus. Quid mihi longo sermone & laciniosis periodis Arrianum te non esse demonstras? Aut nega hoc dixisse eum: qui arguitur: aut si locutus est talia eum danna qui dixerit. Vis scire quantum sit ardor bene credentium? Audi apostolum. Et si uel homo ait: uel angelus de caelo aliter euangelizauerit uobis: quam annunciamus: anathema sit. Tu mihi ut crimen extenues: & dissimulato nomine criminosi quasi secreta sint omnia: & nullus in blasphemis arguatur: ociosam fidem artifici sermone contexis. Dic statim: & epistola tua hoc habeat exordium: anathema ei qui talia ausus est scribere. Fides pura moram non patitur: ut apparuerit scorpium: ilico coterendus est. Dauid inuentus secundum cor domini: nonne inquit odientes te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: Ego si patrem: si matrem: si uxorem: si filios: si germanos aduersum Christum meum audiuisse ista dicentes: quasi rabidus canis blasphemantia ora lacerassem: & fuisset in primis manus mea super eos. Qui patri & matri dixerunt: non nouimus uos: hi insperunt uoluntatem domini. Qui diligit patrem aut matrem super Christum: non est eo dignus: Obicitur tibi q; magister tuus: quem catholicum uocas: quem defendis obnoxie: dicitur: filius non uidet patrem: & filium non uidet spiritus sanctus: & tu mihi dicis. Inuisibilis pater: inuisibilis filius: inuisibilis spiritus sanctus: quasi non & angeli & cherubin & seraphin secundum naturam suam oculis nostris inuisibiles sint. Certe Dauid etiam de aspectu caelorum dubitans: uidebo inquit caelos: opera digitorum tuorum: uidebo non uideo: uidebo: quando facie reuelata gloriam domini fuero contemplatus: nunc autem ex parte uidemus. & ex parte cognoscimus. Quae ueritas in patrem uideat filius: & tu dicis: inuisibilis pater est. Deliberat an filium uideat spiritus sanctus: & tu respondes: inuisibilis est filius. Versat in causa: an se inuicem trinitas uideat: humanae aures tantam blasphemiam ferre non sustinent: & tu dicis: inuisibilis trinitas est. In laudes ceteras euagaris: peroras. in his quae nullus inquit: auditorem aliorum trahis: ut quod quaerimus: non loquaris. uerum haec est superfluo dicta sint: donamus tibi ut non sis Arrianus: imo plus: ut nunquam fueris. Concedimus ut in expositione primi capituli aduersum te nulla suspitio sit: & totum simpliciter sis locutus. Eadem simplicitate & nos tecum loquimur. Nam papa Epiphanius accusauit te: ut Arrianus esses. Num Eunomii errores & quosnam habes huius haeresis socios? cum aliud interrogatus: respondeas aliud: & quasi cum stultis loquaris: dissimulatis criminibus: quae in lateris continentur: replicas quid in ecclesia Epiphanius dixeris: confessionem fidei postularis: & disertissimos tractatus tuos nolentibus ingeris. Quae so lector: ut memor tribunalis domini & de iudicio tuo: te intelligens iudicandum: nec mihi nec aduersario faueas. ne uel personas loquentium: sed causam consideres. Dicamus ergo quod coepimus. Scribis enim in epistola tua: q; ante quam Paulinianus presbyter fieret: nunquam te papa Epiphanius super Origenis errore conuenit. Primum dubium est: & de personis disputo: ille abiectus se dicit: tu negas. ille testes profert: tu non uis audire productos. ille etiam memorat alium esse conuentum: tu protusque dissimulans. mittit tibi per clericum epistolam: responsionem flagitat: taces mutus: nec rescribere audes & palaeestinae prouocatus: alexandriae loquaris: inter illum & te: cui accomodanda est fides: non est meum dicere. puto q; nec ipsa audeas aduersum talem ac tantum uirum: tibi ueritatem: illi mendacium reputare. sed potest fieri: ut unusquisque pro se loquatur: te ipsum contra testem uocabo. Si enim nulla de dogmatibus quaestio uerfabatur: si stomachum senis non moueras: si ille tibi nihil responderat: quid necesse erat: ut in uno ecclesiae tractatu de cunctis dogmatibus homo non satis eloquens disputares: de trinitate: de assumptione dominici corporis: de cruce: de inferis: de angelorum natura: de animarum statu: de resurrectione Saluatoris & nostra: & forsitan inter cetera oblitus es scribere ut praesentibus populis & tali ac tanto uiro intrepidus diceres: & omnia una salua continuares: ubi sunt ueteres ecclesiae tractatores: qui uix singulas quaestiones explicare in multis uoluminibus potuerunt: ubi electionis uas tuba euangelii: rugitus leonis nostri: tonitrus gentium: flumina eloquentiae christianae: qui mysterium retro generationibus ignoratum: & profundum diuitiarum sapientiae & scientiae dei magis: quam loquitur: ubi Esaias uirginis demonstratur: qui in una quaestione succumbens ait: generationem eius quis

Scorpium

Pauli electoris uas
Tuba euangelij.

enarrabit: Repertus est sæculis nostris haud grandis homūculus: qui de cunctis ecclesie quaestioibus uno lin-
guæ rotatu sole clarius coruscaret. si nemo a te postulabat: & tranquilla erant oia: stulte tanta disputandi uolui-
sti subire discrimina. si iam tunc in fidei sanctificatione loquebaris: ergo non est ordinatio presbyteri causa di-
scordia: quem constat multo post tpe constitutum sefellisti absentes. & litteræ tuæ peregrinis auribus blandiū-
tur. Nos hic eramus: cuncta nouimus: quando contra Origenem in ecclesia tua papa Epiphanius loquebatur:
quando sub illius noie in nos iacula torquebantur. Tu & chorus tuus canino risu naribusq; contractis scalpen-
tes capita delirum senem loquebamini: nonne ante sepulchrum domini misso archidiacono præcepisti: ut alia
disputans conticescerem? Quis hæc cuiq; presbytero suo coram plæbe imperauit episcopus? Nōne cum una
eum dei seruo Anastasio pergeretis ad crucem: & ad eū ois ætatis & sexus turba conflueret offerrens paruulos:
pedes deosculans. fimbrias euellens: cūq; non posset promouere gradum: sed in uno loco uix fluctus inundatis
populi sustineret: tu tortus inuidia gloriosum senem clamitabas: nec erubuisti in eius ore dicere: q; uolens & de
industria moraretur? Recordare quæso illius diei: quando ad horam septimam inuitatus populus spe sola: q; si
postea auditurus Epiphanium esset detinebatur: quid tunc concionatus sis. Nemp̄ contra Anthropomorphi-
tas: qui simplicitate rustica deum habere membra: quæ in diuinis libris scripta sunt arbitrantur. Furens & indi-
gnans loquebaris: oculos & manus & totius corporis truncum in senem dirigebas: uolens illum suspectum fa-
cere stultissime hærescos: postq; lapsus ore arido: resupinaq; ceruice: ac trementibus labiis conticuisti: & tandē
totius populi uota completa sunt. Quid tibi fecit delirus & fatuus senex? Surrexit: ut se idicaret pauca dictu-
rum esse. Salutataq; & uoce & manu ecclesia: cuncta inquit: quæ locutus est collegio frater: ætate filius meus cō-
tra Anthropomorphitas: hæresim bene & fideliter locutus est: quæ mea quoq; damnat uoce: sed equum est:
ut liquido explicemus: quomō hanc hæresim condēnemus qui risus omnium: quæ acclamatio consecuta ē: pu-
to q; retineas. hoc ē illud qd̄ in epistola tua: loquētē illū ad populū quæ uellet: & q̄lia uellet. uel laudas: uel r̄pro-
bas. Quid & hic dubius incedis? Si bona erant quæ loquebatur: cur non aperte prædicas? Si mala: cur non cō-
stanter reprehendis? At qui colūna ueritatis ac fidei: qui de tanto uiro audet dicere: loquente illo ad populū:
quæ uellet: & qualia uellet: de se ipso q̄ prudenter & uerecunde: q̄ humiliter referat consideremus. Cum inquit
& nos quadam die ante eum locuti essemus: & præsens lectio prouocasset audiente illo. & uniuersa ecclesia de fi-
de & omnibus ecclesiasticis dogmatibus hæc locuti sumus: quæ & semper gratia dei indefinenter in ecclesia do-
cemus: & in cathedris. Rogo quæ est ista confidentia: qui tantus animi tumor? Gorgias leontinum cuncti
philosophi & oratores lacerant: q; ausus sit publice sella posita polliceri responsus: se de qua quisq; te interro-
gare uoluisset. nisi me honor sacerdotii: & ueneratio nominis reseruasset. & scirem illud apostoli: nesciebam fra-
tres: quia pontifex est. Scriptum est enim. Principem populi tui non maledices: qua uociferatione & indignatio-
ne uerborū: de tua narratione conquerer. Licet ipse nominis tui extenues dignitatem: cum patrem pene oium e-
piscoporū: & antiquæ reliquias sanctitatis: & opere & sermone despicias. Dicis te quadam die cum præsens le-
ctio prouocasset audiente illo: & uniuersa ecclesia: de fide & oibus ecclesiasticis dogmatibus disputasse: Nō est
morari Demosthenem: qui pulcherrimam orationem contra Elchinē dicitur recitasse: frustra suscipimus Tul-
lium. Refert enim Cornelius Nepos se præsentē: iisdem uerbis: quibus edita est: pro Cornelio seditioso tribuno
defensionem peroratum. En Lyfias noster & Gracchus: & ut aliquid de neotericis inferam. Qu. Aterius: qui i-
genium in numerato habebat: ut sine monitore tacere non posset: de quo egregie Cæsar Augustus. Qu. inquit
noster inflammandus est. Qu. uisq; ne prudentum: & sani capitis: in uno ecclesie tractatu de fide & de oibus ec-
clesiasticis dogmatibus: se asserat disputasse? Quæso te ut ostendas mihi quæ sit illa lectio: toto scripturæ sa-
pore condita: cuius te occasio prouocaret: ut repente ad periculum ingenii descenderes? Et nisi tibi disertitudi-
nis tuæ fluuius inundasset poteras argui q; non poteras ex tempora de cunctis dogmatibus dicere. Verum qd̄
hoc est? aliud promittis: & aliud exhibes. Consuetudo autem apud nos istiusmodi est: & iis qui baptizandi sūt:
per. xl. dies publice tradamus sanctam & adorandam trinitatem. Si te præsens lectio prouocauit: ut de cunctis
dogmatibus una hora diceres: quid necesse fuit. xl. dierum replicare doctrinam? Sin autē ea referebas: quæ per
totam quadragesimam locutus es: quomodo te quadam die: ut de cunctis dogmatibus diceres: una lectio pro-
uocauit? Sed & hic ambigue loquitur. Potest enim fieri ut quæ per. xl. dies trahere solebat in ecclesia baptizan-
dis: hæc sub unius lectionis occasione perstrinxerit: eiusdem enim eloquentiæ est & pauca multis & multa pau-
cis uerbis posse dicere. Hoc quoq; intelligi datur q; postq; illum una lectio prouocauit: inflammatus ardore di-
cendi: per. xl. dies nunq; tacuerit. Sed & ociosus senex eius ore dependens: dum res inauditas scire desiderat: pe-
ne dormiens occiderit: utraq; toleranda sunt: forsitan & hic simpliciter more suo sit locutus. Ponamus reliqua:
in quibus post laciniôsæ disputationis labyrinthos: nequaq; dubiam: sed apertam ponit sententiā: & miros tra-
ctatus suos hoc sine concludit. Cum hæc ipso præsentē locuti essemus: & ipse post nos causa honoris: quem ei
super omnem mensuram exhibuimus: prouocatus esset: ut diceret: prædicationem nostram laudauit: atq; mi-
ratus est: & catholicam fidem omnibus declarauit. Quantum ei super omnem mensuram honoris exhibue-
ris declarat supra mensuram contumelia: quando cum per archidiaconum tacere iussisti: & orātem in populis
laudis cupidum pertonabas. Docent præsentia de præteritis. Ille per totum exinde triennium suas iniurias de-
uorat: priuataq; simultate contempta fide tantum correctionem postulat. Tu qui sumptibus abūdas: & totius
orbis religio lucrum tuum est: grauissimos illos legatos tuos huc illucq; transmittis: & dormientem senem ad
respondendum suscitās. & re uera cui tantum honoris detuleras: iustum erat: ut tua præsertim extemporalia di-
cta laudaret. Quia uero solent interdum homines laudare quos non probant: & alienam stultitiam callis
nutrire

Anthropomorphia

Cathareses

Gorgias Leontinus

Demosthenes

Tullius

Aterius

5. spiritus

trahere

fidi

nutrire præconiis: nō solū tua dicta laudauit: sed laudauit & miratus est: & ne miraculū quoq; paruū esset: catholica esse fidei oī populo declarauit. Hæc q̄ uere dixerit: & nos testes sumus: qui audiuius ad quos tuis uocibus uenit ex aīas temere se cōmunicasse dices. Rogatusq; ad oī monasterio: ut ad te de Bethleē reuerteret tan toꝝ præces nō ferens: sic reuersus est uespere: ut medio noctis aufugeret: ut līx ad papā Syritiū probat. quas si legeris: puidēbis quō tua dicta miratus sit: & catholica declarauerit. Verū nugas terimus: & aniles & supfluas cātilenas longo sermōe cōuincimus. Trāseamus ad secundā quæstionē: in qua q̄si nihil sibi ppositū sit: securus & ructās dormire se simulat: ut legētes faciat dormire. Sed de reliquis quæ ad fidē ptinent: sermo nobis erat .i. oīum uisibiliū & inuisibiliū celestiuū fortitudinū: & terrestriuū creaturaz: unū & eundē esse conditorē deū. i. sã ctam trinitatē iuxta Dauid dicentē. Verbo domini cæli firmati sūt: & spiritu oris eius oīs uirtus eoz. qd̄ simplici ter ostēdit & hoīs creatio. Ipse est. n. qui accepto limo de terra psalmavit hoīem: & per gratiā ppriæ sufflationis aīam donauit rōnabilē: & liberi arbitrii nō partē aliquā suæ naturæ iuxta quosdā: qui hoc ipse prædicāt: sed propriā conditionē: & de sanctis angelis æque ordiunt secundū diuinā scripturā de deo dicentē. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem urentē. de quibus debemus credere: q̄ imutabilis naturæ sint: non cōcedit nobis diuina scriptura dicens angelos quoq; qui non custodierunt suū principatū: sed reliquerunt domicilium in iudiciū magni dei uinculis æternis in tenebris custodiuit: quia immutati sunt: & ex ppria dignitate & gloria magis q̄ dei in dæmonū ordinē abisse eos cognouimus. Aīas uero hoīum & angeloz ruinā aut ex cōuersione fieri neq; credidimus aliquando: neq; docuimus. Absit enim & alienū hoc esse a prædicatione ecclesiastica constemur. Quærimus utrū animæ ante q̄ homo in paradiso fieret: & psalmaret Adā de terra: inter rōnabiles fuerint creaturas: utrū propriū statū habuerint: uixerint: morata sint: atq; substiterint: & an Origenis doctrina sit uera: qui dicit cunctas rationabiles creaturas incorporales & inuisibiles: si negligentiores fuerint paulatim ad inferiora labi: & iuxta qualitates locoz: ad quæ desuunt: assumere sibi corpora. Verbi gratia: primū ætherea: deinde aerea. Cūq; ad uicinia terræ peruenerint: crassioribus corporibus circundari nouissime humanis carnibus illigari: ipsosq; dæmones qui proprio arbitrio cum principe suo diabolo de dei ministerio recesserunt: si paululum respiscere cōperint: humana carne uestiri. ut hac deinceps pœnitentia post resurrectionem eodem circulo quo in carnē uenerant: reuertantur ad uisionē dei liberati etiam æreis æthereisq; corporibus. & tunc oīa genua curuentur deo: celestium: terrestriuū: & infernoz: & sit deus oīa in oibus. Cum ergo ista quæ rantur: cur tu omīssis sup quibus pugna est: de numeri tui ordine & loco certamē egrediens longe alienis disputationibus imoraris? Credis q̄ cunctas uisibiles & inuisibiles creaturas unus deus fecerit: hoc & Arrius confitetur: qui dicit illū inuisibiliū: hunc uisibiliū asserit creatorem. Recte mihi de huius satisfeceris quæstione: credens q̄ uniuersitatis trinitas sit creatrix. Istud Arriani & hemerriani negant spiritū sanctū non conditorē sed conditum blasphemantes. Sed quis te hoc tēpore insinulat Arrianū? Dicis aīas hoīum nō partem dei esse naturæ quasi Manichæus nunc ab Epiphanio sis uocatus. Detestaris eos qui aīas ex angelis asserunt fieri: & illoꝝ ruinam nostrā dicunt esse substantiam. Noli dissimulare qd̄ nosti: nec simplicitate quod non habes fingere. nec Origenes unq̄ dixit ex angelis aīas fieri cum ipsos angelos nomen esse officij doceat: non naturæ. In libris enim periarcon & angelos & thronos & dominationes: potestates & rectores mundi & tenebrarū: & omne nomen qd̄ noiatur: nō solum in præsentī sæculo: sed & in futuro: dicit aīas esse eoz: corporoz: quæ uel desiderio uel ministerio susciperit. Solēq; ipsū & lunam & oīum astroꝝ chorū: esse aīas rationabiliū quondā & incorporalium creaturaz: quæ nūc uanitati subiectæ: ignitis uidelicet corporibus: quæ nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus: liberabuntur a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filioꝝ dei. Vnde oīs creatura congemiscit: & parturit: & apostolus deplorat dicens. Infelix ego hō: quis me liberabit de corpore mortis huius? Non est istius tpsis contra dogma gentiliū: & ex parte platonico scribere. Ante annos ferme .x. in cōmentariis Ecclesiastes: & in explanatione epistolæ ad Ephesios: Arbitror sensum animæ meæ prudentibus explicatum: hoc nūc rogo: qui tanta loqueris qui de cunctis sermonibus sub uno tractatu edisseris ueritatem: ut respondeas scisci antibus breuē abolutamq; sententiam. Quando psalmavit deus hoīem ex limo: & per gratiā propriæ insufflationis ei animā tribuit. Vtrum illa anima fuerit ante & substiterit: & ubicunq; uersata sit: quæ dei postea insufflatione donata est: & in sexto die quando corpus ex limo formatum est: & esse & uiuere: dei potestate susceperit. De hoc taces: & quid quæritur scire dissimulans in superfluis quæstionibus occuparis iuxta. Origenē relinquis itactū: & contra Martionem Apollinarem: Eunomium: Arriū: Manichæū: ceterozq; hæreticoꝝ ineptias debaccharis: manu pteris & pedē porrigis: & tamen dogma qd̄ retines: latēter insinuas: sic nos rusticos placas: ut tuis penitus non displiceas. Dicis ex angelis dæmones: potius q̄ aīas fieri: quasi non & ipsi dæmones Origenem: hoc ē piū: animæ sint aerii corporis: & hoc est impiū: ex dæmonibus postq̄ resipiunt humanæ animæ sint futuri angelos scribis esse mutabiles. & sub eo qd̄ piū est: illud qd̄ impiū est introducis: ut multis periodis animæ fiant ex dæmonibus: non ex angelis: sed apparentibus ex manifestius fieri: finge aliquem tribunitiæ potestatis suo uitio degradatum per singula militiæ equestris officia ad tyronis uocabulum deuolutum: non ex tribunitio statim sityro: sed ante primicerius: deinde senator: ducenarius: puer: tyro: sed primicerius factus est. Docet Origenes per schalam Iacob paulatim rationabiles creaturas ad ultimum gradum. i. ad carnem & sanguinem descendere. nec fieri posse: ut de centario numero subito quis ad unum numerum præcipitetur: nisi p singulos numeros: quasi per schalā gradus ad ultimum usq; perueniat: & tot mutare corpora: quot de cælo ad terram mutauerint mansiones. hæc sunt strophæ uestræ atq; præstigiæ: quibus nos pilosiores & animales hoīs dicitis: quia non recipiamus ea quæ spiritus sunt. Vos Hierosolymitæ etiā angelos deridetis: ptrahunt in me

dio uestra myſteria: & de gētiliū fabulis dogma cōtextū: chriſtianiſ auribus publicat. Hoc qd' uos imitamini olim in Platone cōtēplimus. Cōtēplimus autē: q̄a Chriſti ſtultitia: q̄a fatuū dei ſapiētius ē hoibus. nō pudet chriſtianos & ſacerdotes. q̄ſi de rebus ludicris agatur uerbis dubiis hærere. Et ambiguas librare ſnias: q̄bus loquens magis q̄ audiens decipit: unus ex choro uſo cū a me teneret: ut diceret qd' ſetiret de aia: fuiſſet ne ante carnē: an non fuiſſet: fuiſſe reſpōdit ſimul corpus & animam. ſciēbā hominē hæreticum laq̄os i ſermone quærere. tandē retexi eum ſateri: ex quo animafſet: ex tūc eam dicere aiam nūcupatam: quæ prius uel demō: uel angelus ſathana: uel ſpiritus fornicatiōis aut in parte cōtraria dominatio: poteſtas adminiſtrator ſpiritus: aut nūcius appellata ſit. Sic fuit aia ante q̄ Adam in paradifo formaretur: in quolibet ſtatu & ordie: & uixit & erat aliquid. Neq̄. n. poſſumus in corporalē & æternā immobilem torpentēq; ſentire. Neceſſe eſt. n. ut aliqua cauſa præceſſerit: cur quæ prius ſine corpore fuit: poſtea circūdata ſit corpore: ſic contra naturā eſſe in corpore. Ergo reſurrectio corporis cōtra naturam erit: ſed nō fiet reſurrectio cōtra naturā. Ergo iuxta ſniam noſtrā corpus qd' cōtra naturam eſt: reſurgēs aiam nō habebit. Dicis aiam non eſſe de dei ſubſtātia: pulchre. dānas eni ipiſſimū Manichæū. quē noſſare pollutio eſt. Dicis ex angelis aias nō fieri: acquieſco pauliſper: licet noueri quo ſeſu dixeris. quia ergo didicimus qd' neges: uolumus ſcire qd' credas. Accepto inquis de terra limo plamauit deus hoiem. & per gratiam ppriæ inſufflationis aiam donauit rōnabilē. & liberi arbitrii nō partē aliquā ſuæ naturæ: iuxta quosdā hoc im-^{iqui}pie prædicāt: ſed propriā conditionē. Videte quāto circuitu qd' nō quærimus eloquat: ſcimus q̄ de terra deus plamauit hoiem. nouimus q̄ inſufflauit in faciē eius. & factus eſt in aiam uiuentē: nō ignoramus: q̄ aia rōnabilis ſit & pprii arbitrii: & ſcimus q̄ dei illa conditio ſit. Nemo dubitat errare manichæū: qui dicit eum eſſe de dei ſubſtātia. Hoc nunc interrogo. Aia iſta dei conditio: liberi arbitrii: rōnabilis: neq; de ſubſtātia creatoris: quādo facta ſit: utrū eo tpe: quo de limo factus eſt hō: & inſufflatū eſt ſpiraculū uitæ in faciē eius: an quæ prius fuerit: & inter rōnabiles creaturas & incorporeas erat atq; uiuebat: dei poſtea inſufflatiōe donata ſit. Hic taces: hic ſimplicē & rutiū te ſimulas: & ſub uerbis ſcripturæ: ea quæ ſcriptura non ſentit: abſcondis. In eo loco: ubi dicit: q̄ nullus quærit: nō illā partē aliquā eſſe diuinæ naturæ: iuxta quosdā: qui hoc ipſe prædicāt: illud magis debueras dicere: qd' oēs quærimus: nō eā quæ prius fuerat: nō eā quā ante ^{cōsiderat} quæ inter rōnabiles atq; incorporeas & uiſibiles creaturas multo iā tpe uerſabantur. nihil horū loqueris. pducis nobis Manichæū: & abſcondis Origenē. & ſicut paruulis cibū poſcentibus: ludicra quædā offerūt gerulæ: ut auocent mētes eorū: ſic tu nos rutiū auocas: & alia reſpondes ut dū alterius pſonæ nouitate tenemur: qd' uolumus nō quæramus. eſto hoc non loq̄ris: & ſimplicitas tua nihil in ſe hēat: qd' callide taceas: qui ergo de aia ſemel dicere incepas: & de tanta re ante exordiū cōditionis humanæ repetere: cur diſpenſatione pendente ad angelos & ad diſpenſationē domini corporis repente tranſcendis: & cauſa in medio prætermiſſa: non ſoluis dubia noſtra: ſed i luto hærere nos pateris. Si inſufflatio: qd' non uis: & qd' nunc relinquis ambiguum: humanæ aia conditio eſt: Eua in cuius faciē non inſufflauit deus: unde aiam habuit: Taceo de Eua: quæ in typo eccleſiæ de coſta uiri ædificata non debet poſt tāta ſæcula nepotū calūniā ſuſtinere. Cāyn & Abel primi ex primis hoibus unde habuere aias: Oē dei ceps humanū genus quibus aia: cenſetur exordiū. Vtrum ex radice iuxta bruta aialia: ut quō corpus ex corpore: ſic aia generetur ex aia: an rōnabiles creaturæ deſiderio corporis paulatim ad terrā delapſæ: nouiſſime ēt humanis illigatæ corporib; ſint: An certe qd' eccleſiaſticū ē ſecūdū eloquiā Saluatoris: pater meus uſq; mō operatur: & ego operor. & illud Eſaiæ: qui format ſpiritū hominis ipſo. & in pſalmis: qui ſingit per ſingulos corda eorū: quotidie deus fabricetur aias: Cuius uelle: feciſſe eſt: & conditor eſſe non ceſſat. Scio quæ contra hæc ſoleatis dicere: & aduſteriora nobis atq; inſeſta proponere: quæ longior pugna eſt. nec huius tpe patitur anguſtias: Eadem controuerſia & in uos retorqueri poteſt: & quocunq; in conditorem præſentis temporis uidetur indignum: hoc etiam & donante eo non eſt indignum. Naſci de adulterio non eius culpa eſt qui naſcitur: ſed illius qui generat. quomodo enim in ſeminibus non peccat terra quæ fouet: nec ſemen quod i ſulcis iacitur: nec humor & calor quibus temperata frumenta i germen pullulant. Sed uerbi gratia fur & latro qui fraude exinde eripit ſemina: Sic in generatione hominum recipit terra: id eſt uulua quod ſuum eſt: & receptum confouet: confortū corporat: corporatum in mēbra diſtinguit. Et inter illas ſacri uētris anguſtias dei manus ſemp opatur. Idēq; eſt corporis & animæ creator. Noli deſpicere bonitatem figuli tui qui te plamauit: & fecit ut uoluit. ipſe eſt dei uirtus & dei ſapientia: qui in utero uirginis ædificauit ſibi domum. Iepto inter uiros ſanctos apoſtoli uoce numeratur. meretricis eſt filius: ſed audi: ex Rebecca & Iſaac Eſau genitus: hiſpidus tam mente quam corpore: quaſi bonum triticum in lolium auenaſq; degenerat. quia non in ſeminibus: ſed in uoluntate naſcentium cauſa eſt uitiorum atq; uirtutum. Si offeſa eſt naſci in corporibus humanis: quomodo Iſaac: Sampſon: Ioannes Baptiſta de repromiſſione naſcuntur. Intelligis quid ſit uitam ſuam audacter & libere profiteri. pone errare me aperte dico quod ſentio. Et tu ergo aut libere noſtra profiteri: aut conſtanter tua loquere. noli ſtatueri te in acie mea: ut rutiū ſimulas: in tuto abeas: cum uolueris pugnantis terga confodere. Non eſt iſtus temporis contra Origenis dogmata conſcribere. alteri iſtud ſi Chriſtus uitam dederit operi dedicamus. Nunc quæritur ad eā quibus arguitur reſpondere: & ſimplex ſit & aperta eius reſponſio. Tranſeamus hinc ad famoſiſſimā de reſurrectione carnis & corporis quæſtionem. in qua te ruriſum lector admonitum uolo: ut timore & iudicio dei me ſcias loqui: & te audire debere. Neq; enim tantæ ſtultitiæ ſum: ut ſi in expoſitione illius fides mera eſt: & perfidiæ nulla ſuſpitiō: quæram accuſandi rationem. & dum uolo alium notare culpæ: ipſe notet calunnia. Lege ergo de reſurrectione dominicæ carnis: quæ ſubdita ſunt: & cum legeris & placuerint (ſcio enim placitura ignorantibus) ſuſpende iudicium: expecta pauliſper: atq; uſq; ad finem reſponſionis noſtræ cohibe ſententiam

De reſurrectione hominis

sententiam: & si tibi postea placuerit: tunc nos calūniā denotabis: passionē quoque eius in cruce & mortem ac sepulturam: quæ uniuersa seruauit: ac resurrectionē ueritate & non putatiue confitemur: qui & primogenitus ex mortuis primitias massæ corporis nostrorum: quæ in sepulchro posita peruexit ad cælum: spem nobis resurrectionis in resurrectione proprii corporis tribuens. unde & oēs sic speramus resurgere. quæ enim iuxta apostolū seminatur in corruptione resurgit in incorruptione. quæ seminatur in ignobilitate: surgit in gloria. Seminat corpus aiale: surgit corpus spiritale. de quibus & saluator docens locutus est. Qui enim digni fuerint sæculo illo: & resurrectione ex mortuis: neque nubent: neque nubentur: neque ultra mori poterunt: sed erunt sicut angeli dei: cum sint filii resurrectionis. Rursum in alia parte epistola: hoc est in fine suorum tractatuum ait: auribus illudens nascitium: strepitum resurrectionis ac pompam ac uerborum ambiguitate liberauit. sed neque secundo glorioso aduentu domini nostri Iesu Christi intermisimus qui uenturus est in gloria sua iudicare uiuos & mortuos. ipse enim suscitabit oēs mortuos: & ante suum tribunal faciet esse: & unicuique reddet secundum quod egit per corpus siue bonum siue malum: scilicet ut coronandus in corpore quod caste egit & iuste: aut condēnandus quod uoluptatibus pariter iniquitibusque seruiuit. hoc quod in euangelio legimus in consumatione mundi: si fieri potest: seduci etiam electos in hoc operatur capitulo: cum turba imperita: aut uulgus indoctum mortuos & sepultos audit resurrectionem mortuorum ueritate: & non putatiue confiteri: ac primitias massæ nostrorum corporum: & deum corpore ad cælestia puenisse. auditque resurrecturos non in peregrinis alienisque corporibus: quæ assumuntur in fantasmate: sed sicut surrexit dominus in corpore: quod apud nos in sancto sepulchro conditum iacuit: ita & nos in ipsis corporibus quibus nunc circundamur & sepeli mur: in die iudicii resurrecturos: & ne hoc parum quis aestimaret: addidit in extremo capitulo: & unicuique reddet secundum quod egit in corpore: siue bonum: siue malum: scilicet ad coronandum in corpore: quod caste egit & iuste: aut condēnandum quod uoluptatibus & iniquitatibus seruiuit. hæc audiens indoctum uulgus in tanto mortuorum sepulti corporibus resurrectionis sonitu nullam stropham: nullas insidias suspicatur. Credit esse quod dicitur. Sanctiores enim sunt aures populi: quam sacerdotis animus. Itaque atque itaque te lector comoneo: ut patientiam habeas: & discas quod ego quoque per patientiam didici: & tamen ante quam uultum dictionis euoluam: & dogma Origenis de resurrectione breuiter exponam: non poteris uim scire antidoti: nisi uenena perspexeris. Illud diligenter obserua: & caute relegens memora: quod no uies resurrectionem nominans corporis: nec semel quidem carnis inseruit: suspectumque tibi sit quod de industria prætermisit. Dicit ergo Origenes in pluribus locis: & maxime in libro de resurrectione quarto: & in expositione primi psalmi: & in stromatibus duplicem errorem uersari in ecclesia nostrorum: & hæreticorum: nos simplices & philosopharcas. i. amatores carniū dicere: quod eadem ossa & sanguis & caro: idem uultus & membra totiusque corporis particulae resurgent in nouissima die: scilicet ut pedibus ambulemus: operemur manibus: uideamus oculis: auribus audiamus: circumferamusque uentrem insatiabilem: & cibos stomachum concoquentem. Consequens autem esse qui ista credamus: dicere nos quod a nobis comedendum sit & bibendum: digerenda stercora: & effundendus humor: ducendæ uxores: liberi preceandi: quo enim membra genitalia: si nuptiæ non erunt: quo dentes: si cibi non molendi sunt: Quo uenter & cibus: si iuxta apostolum & hic & illi destruentur: ipso itaque clamante: caro & sanguis regnum dei non possidebunt: neque corruptio in incorruptionem. hæc nos innocentes & rusticos asserit dicere. hæreticos uero: in quorum parte sunt Martion: Apelles: Valentinus: Manes: nomen isaniæ penitus & carnis & corporis resurrectionem negare: salutem tantum tribuere animæ: frustraque dicere: nos ad exemplum domini resurrecturos cum ipse quoque dominus in fantasmate resurrexerit: & non solum resurrectio eius: sed ipsa natiuitas Τοδοκειν. i. putatiue magis uisa sit: quam fuerit: sibi autem utramque displicere sententiā: fugere & nostrorum carnes: & hæreticorum fantasmata: quia utraq; pars in contrarium nimia sit. Aliis id esse uolentibus quod non erunt: aliis resurrectionem corporum oino denegantibus. Quatuor inquit elementa sunt: philosophisque nota & medicis: de quibus omnes res & corpora humana compacta sunt: terra: aqua: aer: & ignis. Terram in carnibus: aerem in halitu: aquam in humore: ignem in calore intelligi. Cum ergo anima caducum hoc secundumque corpusculum dei iussione dimiserit: paulatim omnia redire ad materiae suae substantias carnes in terram elabi: halitum in aera misceri: humorem reuerti ad abyssos: calorem ad æthera subuolare. Et quomodo si sextarium lactis & uinis mittas in pelagus si uelisque rursum separare quod missum est uinum quidem & lac quod miseris: non perire: tamen non posse quod fufum est separari: sic substantiam carnis & sanguinis non perire quidem in originalibus materiis: non tamen in antiquam speciem redire: nec posse ex toto eadem esse: quæ fuerint. Cum autem ista dicantur soliditas carniū: sanguinum ius: crassitudo neruorum: uenarumque perplexio: & ossium duricies denegatur. Alia ratione resurrectionem corporum confitemur coram: quæ sepulchris posita sunt: dilapsaque in cinerem: Pauli apostoli: & Petri apostoli: & singulorum singula. neque enim fas est: uerum in aliis corporibus aia peccauerint: in aliis torqueantur. nec iusti iudicis alia corpora pro christo sanguinem funderi: & alia coronare. Quis hæc audiens: resurrectionem carnis eum negare putat? Est inquit singulis hominibus ratio quædam deo artifice insita: quæ futuras materias in medullæ principis tenet. & quomodo tanta arboris magnitudo: truncus: rami: poma: folia non uidentur in semine: sunt tamen in oratione seminis quam greci οὐρὴν τρομᾶσθον uocant: & in grano frumentum est intrinsecus: uel medulla: uel uenula: quæ cum in terra fuerit dissoluta: trahit ad se uicinas materias: & in stipulam: folia: aristasque cōsurgit. neque enim in grano radices: culmus: folia: arista: palea dissoluta sunt: sic & in ratione humanorum corporum manet quædam surgendi antiqua principia: & quasi οὐρὴν τρομᾶσθον. i. seminarium mortuorum sinu terræ confouetur. Cum autem iudicii dies aduenerit: & in uoce archangeli: & in nouissima tuba tremuerit terra: mouebuntur statim semina: & in puncto horæ mortuos geminabunt: non tamen easdem carnes: nec in his formis restituēt: quæ fuerunt. Vis scire uerè esse quod dicimus: audi apostolum. Sed dicit aliquis. quomodo resurgent mortui: quo autem corpore ue-

Origenis sententia de resurrectione philosophorum

156

Quatuor elementa

Seminarium

nient: insipiens tu. qđ feminas nō corpus: qđ futurę est: feminas. sed nudū granū: ut puta tritici: uitis: & arboris. Et qđ de grano tritici ac semēte uerborę ex parte iā diximus: nūc de acino uinacii disseramus. granū parū ē: ita ut uix duobus digitulis teneri possit. Vbi sūt radices: ubi radicū & trūci: & ppaginū tortuosa pplexio: Vbi pā pinorę umbracula: & uuarę pulchritudo futura uina parturiēs. Aridū ē qđ tenet: & pene uix cernit. sed ī sicco illo grano potētia dei & occulta rōne semētis spumātia multa sinuant: hoc ligno tribuis. hōi nō tribuis. Quod piturū sic ornat: qđ māsū nō ē: nec pristinā recipiet uilitatē: & uis rursus ossa: sāguinē: mēbra: ut crescentibus capillis tōfore egeas: nasus pituitas digerat: icremēta unguū secāda sint: inferiores partes uel stercora uel libidines effluāt. Si affers istas ineptias rusticorę & carnis: ī qđ deo placere nō possumus: qđ si inimici obliuisceris rēurrectiōne mortuorę. Seminat in corruptiōe: surget in icorruptiōe. Seminat in cōtumelia: surget in gloria. Seminat in infirmitate: surget in uirtute. Seminat corpus aiāle: surget corpus spiritale. Nūc oculis uidemus: auribus audimus: manibus agimus: pedibus ambulamus. In illo aut corpore spiritali toti uidebimus: toti audiemus: toti opabimur: toti ābulabimus. & trāfigurabimur. ī metastematice mēbro: qbus nūc utimur: diuersitas denegabit. Aliud nobis spiritale & æthereū pmittit: qđ nec tactui subiacet: nec oculis cernitur: nec pōdere pręgrauatur: & p locorę in quibus futurū est uarietate mutabitur. Alioqn si eadē carnes erunt & corpora quę fuerūt: rursū mares & femina: rursū nuptiæ uiris hirsutū supcilium: barba plixa: mulieribus genę lenes: & angusta pectora: & cōcipiendo & parturiendo fœtus ueter: & femora dilatanda sūt. Resurgēt etiā infantuli: resurgēt & senes. Illi nutriendi sūt: hi baculis sustentandi. Nec uos o simplices resurrectio domini decipiat: qđ latus & manus mō strauerint: in littore steterit: in itinere cū Cleopha ambulauerit: & carnes & ossa habere se dixerit. Illud corpus aliis pollet priuilegiis de uiri semine & carnis uoluptate nō natum est. Comedit post resurrectiōne suam: & bibit: & uestitus apparuit: tangendū se prębuit. ut dubitātibus apostolis fidē facere resurrectiōnis. Sed tamē non dissimulat naturā aerei corporis & spiritalis. Clausis ingreditur ostiis: & in fractione panis ex oculis euanescit. Ergo & nobis post resurrectiōnem bibendū est & comedēdum: & post resurrectiōnem stercora digerēda. Et ubi erit illa pmissio: oportet mortale hoc induere imortalitatem: Hęc est omnis causa: qđ in expositione fidei tuę ad decipiēdas aures ignorātium nouies corpus: & nec semel carnes noias: dum hoies putant te carnes ī corporibus cōfiteri: & idem carnes esse qđ corpus. Si idem est nō diuersum significat. Scio. n. te hoc esse dicturum putauī idem corpus esse qđ carnē: simpliciter sum locutus. Quare nō carnes potius noias: ut corpus significes & indifferenter nunc carnē nunc corpus: ut & corpus in carne: & caro in corpore demōstretur: Sed mihi crede non est simplex silentium tuum. Alia. n. carnis: alia corporis definitio est. oīs caro est corpus: non omne corpus est caro. Caro est proprie quę sanguine: uenis: ossibus: neruisq; cōstringitur. Corpus qđ & caro dicatur: iterdū tamē æthereum: uel aereū noiatur. Quod tactui uisuiq; nō subiacet: & plerūq; uisibile est atq; tāgibile. Pāries corpus est: sed non caro. Vnde apostolus corpora cęlestia appellat: & corpora terrestria: cęleste corpus: solis: lunę: stellę: Terrestre: ignis: aeris: aquę: terrę: & reliquorę: quę absq; aiā his sentiuntur elementis. Vides nos intelligere subtilitates ueltras: & archana: quę in cubiculis & inter pfectos loquimini. Et quę populus foris stans nec meretur audire pfertis in mediū. Hoc est illud qđ reducta ad auriculā manu: & cōcrepantibus digitis: ridētes dicitis: oīs gloria filię regis intrinsecus: & introduxit me rex in cubiculū suū. Patet quare corporis: & non sāguinis resurrectiōne dixeris: scilicet ut nos rudes carnē te dicere putaremus in corpore: & ii qui pfecti sūt: intelligerent carnē in corpore denegari. Deniq; apostolus in epistola sua ad Colocenses: uolens corpus christi carnem & non spiritale: aereū: tenuē: demonstrare: significanter locutus est dicens. Et uos cū essetis aliquando alienati a christo: & inimici sensus eius in opibus malis reconciliauit in corpore carnis suę per mortē. Rursūq; in eadem epistola. In quo circuncisi estis circuncisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis. si corpus carnem solū significat: & non est nomen ambiguū: nec ad diuersas intelligentias trahi pōt: satis supflue corporeū carneū dicit: quasi caro nō intelligatur in corpore. In symbolo fidei & spei nostrę: qđ ab apostolis traditum est: qđ nō scribitur in charta & attramēto: sed in tabulis cordis carnalibus post confessionē trinitatis & unitatē ecclēsię: oēs christiani dogmatis sacramētū carnis resurrectiōne includitur. Et tu in tantum in corporis & itē corporis: & tertio corporis: & usq; nouies corporis: uel sermone: uel numero imoraris: nec semel nominas carnem: quod illi semel nominant carnem: corpus uero tacent. Sed & illud quod argute subnectis & pręcaues: prudenterq; dissimulas scito nos intelligere: hie enim testimoniis ueritatem resurrectiōnis probas: quibus Origenes negat: & de dubiis incerta cōfirmans certam fidei domum subita tempestate subuertis. Seminatur inquit corpus aiāle: surget corpus spiritale. neq; enim nubent: neq; nubentur: sed erunt sicut angeli in cęlis: Quę alia exempla assumeres: si resurrectiōnem carnis ueritate & non putatiue: ut loqueris confitereris: Post illa quibus ignorantium blanditus es auribus: qđ in ipsis corporibus: in quibus mortui sumus & sepulti resurgemus: hoc potius adiunge & dic: quoniam spiritus carnem & ossa non habet: sicut me uidetis habere: & proprie ad Thomam. Infer digitum tuum in manus meas: & manum tuam in latus meum: & noli esse incredulus: sed fidelis. Sic & nos post resurrectiōnem eadem habebimus membra quibus nunc utimur. easdem carnes & sanguinē & ossa. quorum in scripturis sanctis opera: non natura damnantur. Deniq; in Genesi scriptum est. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia caro sūt. Et Paulus apostolus de prima doctrina & operibus iudorę. Non acq̄ieui aut carni & sanguini. Et ad sanctos qui utiq; in carne erant dicit. Vos autem in carne non estis: sed in spiritu. si tamen dei spiritus habitat in uobis. negans enim eos in carne: quos in carne esse constabat: non carnis substantia: sed peccata damnabat. Hęc est uera resurrectiōnis confessio: quę sic gloriam carni tribuit: ut aufert ueritatem: quod uero dicit apostolus corruptibile hoc & mortale: hoc ipsū corpus: id est carnem: quę tunc uidebatur

Acinum

170
Corpus

uidebat ostēdit. Quod autē copulatū iduere icorruptionē & immortalitatē: illud idumētū. i. uestimētū: non dicit corpus abolere: quod ornat in gloria: sed quod ante in gloriosū fuit efficere gloriosū: ut mortalitatis & infirmitatis liuente ueste deposita immortalitatis auro: & (ut ita dicā) firmitatis atq; uirtutis iduamur: uolentes nō spoliari carne: sed supuestiri in gloria: & domiciliū nostrū: quod de celo est supindui desiderantes: ut deuoret mortale a uita. certe nemo supinduit: nisi quod ante uestitus ē: sic & dominus nō in mōte trāfiguratus ē in gloria. nō ut māus ac pedes cæteraq; mēbra pderet: & subito ī rotūditate uel solis uel sphæra uolueret. sed eadē mēbra solis fulgore rutilātia: apostolorū oculos pstringeret. unde & uestimēta eius mutata sūt ī cādore: nō in aerē: ne forte & uestes eius afferas spirituales. & facies inqt fulgebat: sicut sol. Vbi autē facies noīatur: & timo q; & cætera membra conspecta sūt. Enoch trāslatus est in carne: Helias carneus raptus est in cælū. Nec dū mortui: & paradisi iā coloni habent quoq; mēbra: cū qbus rapti sūt: atq; trāslati: quod imitatur ieiunio: illi possident consortio dei: uescūtur cælesti pane & saturantur oī uerbo dei: eundē habētes deū: quē & cibū. Audi saluatore dicitē: & caro mea requiescit ī spe. Et in alio loco: caro eius nō uidet corruptionē. Et rursū: oīs caro uidebit salutare dei: & semp ingeminans proferrat magis hæc Ezechiel: qui ossa iuagēs ossibus: & educēs ea de sepulchris suis: & sup pedes stare faciens: carnis bus neruisq; cōstringit: & cute desup tegit. tonet Iob tormētōz uictor: & testa radēs putridæ carnis sanie miserias suas resurrectionis spe & ueritate solet. Quis mihi det inquit: ut scribātur sermones mei: quod mihi det ut exarent in libro stilo ferreo: & plūbi lamina uel cæte sculpanē in silice. Scio enim quod redēptor meus uiuit: & ī nouissimo die de terra resurrecturus sūt: & rursū circūdabor pelle mea: & in carne mea uidebo deū: quē uisurus sū ego ipse. & oculi mei cōspecturi sūt: & nō alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo. quod hac pphetia manifestus. Nullus tā apte post Christū: quā iste ante christū. uult uerba sua in perpetuū durare. ut & nulla possint uelustate deleri. exarari ea uult in plūbi lamina: & sculpi in silice. spat in resurrectionē: imo nouit: & uidit: quod uiuit christus redēptor eius: & in nouissimo die de terra resurrecturus sit. nec dū mortuus erat dominus & athleta ecclesiæ: redemptorē suū uidebat ab inferis resurgentē. Et rursū circūdabor pelle mea: & ī carne mea uidebo deū puto quod nō loquitur quāsi amator carniū: quas putridas fetentesq; cernebat: sed ex fiducia resurgendi cōtemnit præsentia solatio futuroz. Rursū ait circūdabor pelle mea. Et ubi est corpus æthereū: ubi acereū: & spiritui & aure simile: certe ubi pellis & caro: ubi ossa & nerui & sanguis et uenæ: ibi carnis structura: ubi pproprietas. Et in carne iquit mea uidebo deū. quoniā oīs caro uidebit salutare dei: et Iesū deū: tunc et ego uidebo redēptorē et saluatorem & deū meū. Videbo autē in ista carne: quæ me nūc cruciat: quæ nunc præ dolore distillat. iccirco deum ī carne conspiciā: quia oēs infirmitates meas sua resurrectione sanabit. Nōne tibi uidetur iā tunc Iob contra Origenem scribere: & p carnis ueritate: in qua tormēta sustinuit: alterz contra hæreticos hñ certamen. Dolet enim si tanta sit frustra ppeffusus: & alia spiritaliter resurgente: ista carnaliter cruciata sit. Vnde inculcat & exaggerat: & oīa labrice confessionis archana māifesta uoce concludit: dicens. Quem uisurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt: & non alius. Is si non in sexu resurrecturus est: si non iisdem membris: quæ iacuerunt in stercore si non eosdē oculos aperiat ad uidendū deū: quibus tunc uidebat uermiculos: ubi ergo erit Iob: tollis ea in qbus substitit Iob: & donas mihi inane uocabulum resurgentis. quō si nauim post naufragium restitutam uelis ac ne ges singula de quibus nauis cōstruitur: ego libere dicam: & quā torqueatis ora. trahatis capillos: applaudatis pedem: Iudeoz lapides inquiratis: fidem ecclesiæ apertissime confitebor. resurrectionis ueritas catholice sine carne & ossibus: sine sanguine & membris intelligi non potest. ubi caro et ossa et sanguis et membra sunt: ibi necesse est: ut sexus diuersitas sit. Vbi sexus diuersitas est: ibi Ioannes Ioannes: Maria Maria. Noli timere eorum nuptias. qui etiam ante mortem in sexu suo sine sexus opere uixerunt. Quando dicitur. in illa die neq; nubent neq; nubentur de iis dicitur: qui possunt nubere: & tamen non nubent. Nemo enim dicit de angelis. non nubent: neq; nubentur. Ego nunq̄ audiui spiritalium uirtutum in cælo nuptias celebrari: sed ubi sexus est: ibi uir & femina. Vnde & tu inuitus licet ueritate cogente confessus es. & dixisti aut coronandus in corpore: quod caste egit & iuste. aut condēnandus in corpore: quod uoluptatibus iniquitatiq; seruiuit. Tolle corpus & pone carnem & uirgē: & feminam non negasti. Quis enim uiuit cum gloria pudicitia: qui non habet sexum: per quem cōmitti potuit impudicitia. Quis enim lapidem coronauit: quia uirgo pmanserit. Angeloz nobis similitudo pmittitur: & beatitudo illa: in qua sine carne & sexu sunt angeli: nobis in carne & sexu nostro donabitur. Mea rusticitas sic credit: & sic intelligit sexum confiteri sine sexu operibus: Omnes resurgere: & sic eos angelis adæquari. nec statim superflua uidebitur membroz resurrectio: quæ caritura sint officio suo: cum adhuc in hac uita positi nitarum opera non implere membroz. Similitudo autem ad angelos non hoīum in angelos demutatio sed profectio immortalitatis & gloriæ est: Argumenta uero illa pueroz & infantium & senum & ciboz & stercoz: quibus aduersum ecclesiam uteris: non sunt tua: quæ de gentiliū fonte manarunt. eadem enim opponunt nobis æthnici. qui christianum esse te dicitis: gentiliū arma depone. discant illi magis a te resurrectionem carnis confiteri: quā tu ab illis negare. aut si & tu de numero hostium es: ostende te libere aduersarium: ut æthnicoz suscipias uulnera. dono tibi nutriculas tuas: dono decrepitos senes: ne hyberno frigore contrahantur. frustra etiam tōfores artificia didicerunt: scientes Israeliticum populum per. lx. annos: nec unguium: nec capilloz incrementa sensisse: & quod his maius est non sunt attrita uestimenta eoz: nec inueterauerunt calciamenta eoz. Enoch & Helias: de quibus dudum diximus tanto tempore in eadem permanent ætate qua rapti sūt. Habent dentes: uentrem: genitalia: et tamen nec cibis: nec uxoribus utuntur. Quid potentiam dei calūnaris: qui potest de medulla illa: et de seminario uestro interiori: non carnes tantum de carnibus: sed corpus educere: et aliud ex alio facere: et de aqua. i. uilitate carniū præciosa et aerii corporis uina mutare potest: atq; eadē potentia: qua de nihilo

cuncta fabricatus est: reddere quæ fuerunt: quia multo minus est restituere quod fuerit: quam creare de nihilo. Miraris si
de infatibus & senibus imperfecti uiri ætatē resurrectione faciat: cum de limo terræ absque ætatē icremētis consumatus
homo factus sit: costa mutat in fœminā. & tertio humanæ cōditionis mō uilia & pudēda: iuxta natiuitatis elementa
mutant in carnes: ligant in mēbris: discunt in uenis: in ossa durant. Vis & quartū genus humanæ generatio
nis audire: Spūs sanctus supueniet in te: & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum
uocabit filius dei. Aliter Adā: aliter Eua: aliter Abel: aliter Iesus christus. Et in hoibus diuersis exordiis: una hois
natura nō differt: resurrectionē carnis oīumque mēbroꝝ: si uelī pbare: & ad singula testimōia iūgere explanatio
nes: multis libris opus erit: sed præles causa hoc nō desiderat. Proposui. n. nō Origeni i oibus respōdere: sed frau
dulētæ satisfactiōis apire mysteria. Attēde quia lōgus fui in assertiōe cōtraria: & uereor ne dū fraudes pādere stu
deo: scādalu lectori relinquā: aceruatim testimōia ponā cursumque pstringā: ut toto contra uenenatam eius ar
gumētationē scripturaz pōdere dimicemus. qui uestē nō habet nuptialē: nec seruauit illud mandatū: candida
sint uestimēta tua semp: manibus pedibusque cōstringit: ne recūbat in cōuiuio: sedeat in solio: stet ad dexterā dei
mittitur in ghēnā: ubi fletus oculoꝝ & stridor dentiū est. Capilli capitis uestri numerati sunt: si capilli: puto fa
cilius dentes. frustra autē numerati: si aliquādo pituri: ueniet hora: qua oēs qui in monumentis sunt: audient uo
cem filii dei: & pcedent. audiēt auribus: pcedent pedibus. Hoc & Lazarus ante iā fecerat. pcedēt autē de monu
mentis. i. qui in monumētis illati fuerāt: uenient mortui: & resurgēt de sepulchris suis. in eos enim qui a deo est
medulla ex ossibus ipsoꝝ. Tunc implebit quod dominus loquit per pphetā. Populus meus intra in cellaria tua ali
quātulū: donec ira mea trāseat. Cellaria sepulchra significant: de quibus hoc utiq; pfertur quod cōditū fuerit. Et exi
bunt de sepulchris suis ueluti hinnuli de uinculis soluti. gaudebit cor eoꝝ: & ossa eoꝝ sicut sol orientē. ueniet oīs
caro in cōspectu domini: & mādabit piscibus maris: & eructabūt ossa quæ comederāt: & faciet cōpagē ad cōpa
gē: & os ad os. & qui in terræ puluere dormierūt resurgēt: alii in uitā æternā: alii i obprobriū & cōsullionē æter
nā. tunc uidebunt iusti ipioꝝ pœnas atque cruciatus: quoniā uermis eoꝝ nō moriet: & ignis eoꝝ non extinguet:
& erunt in cōspectu oīs carnis. quotquot igit hēmus hanc spē: sicut exhibuimus mēbra nostra famulantia i
munditiæ & iniquitati ad iniquitatē: ita adhibeamus ea famulantia iustitiæ ad sãctificationē: ut resurgentes ex
mortuis in nouitate uitæ ambulemus. quō & uita domini Iesu manifestat in nostro mortali corpore: & qui sus
citauit Iesum christū a mortuis: uiuificabit & mortalia corpora nostra: ppter inhabitantē spūm eius in nobis.
istud enim est: ut in nobis qui semp mortificationē in corpore nostro circumtulimus: uita quoque Iesu manifeste
tur in corpore nō mortali. i. in carne mortali secundū naturā: æterna secundū grām. Vidit & Stephanus stan
tem Iesū ad dexterā patris. & manus Moyli mutata est in cādorē niuis: & deinceps colori pristino restituta. in
utraq; diuersitate manus fuit. Figulus ille Hieremiæ: cuius per duriciā lapidū uas quod fecerat contractum est: de
eadē massa & de eodē luto reditegrauit: quod ceciderat. Sed & ipsū resurrectionis uocabulū significat non aliud
ruere: aliud resuscitari: & quod adicit mortuoꝝ carnē ppheta demonstrat: quod enim in hoie moritur: hoc & uiuifica
tur. Vulneratus ille itineris hierico totus refert ad stabulum: & delictoz plagæ i mortalitate sanantur. apra sūt
& sepulchra in domini passione. quādo sol fugit: terra tremuit: & multa corpora sanctoz surrexerūt: & uisa sūt
in sancta ciuitate. Quis est inquit Eliaias qui ascendit ex Edon: fuluida uestimenta eius ex Bosor: sic formosus i
stola candida. Edon aut terrenus interpretat aut cruentus: Bosor aut caro: aut in tribulatiōe paucis uerbis totū
resurrectionis mysteriū demonstrat. i. & ueritatem carnis & augmentū gloriæ. & est Iesus. Quis est iste qui ascē
dit d terra ascēdit de sãguie. Cuius uestimēta iuxta pphetiā Iacob: qui alligauit pullū suū ad uitē: & torcular calca
uit solus: multo rubentiā sūt de bosor. i. de carne siue tribulatiōe mūdi. Ipse. n. uicit mūdū: ideoque rubra & fului
da sunt uestimenta eius: quia speciosus forma fuit præ filiis hoium ppter gloriam triumphantis in stolam can
didam cōmutata sunt: & tunc uere de christi carne cōpletum est. Quæ est ista quæ ascendit dealbata nitens su
per fratruelē suū. Et quod in eodē libro scribit. Fratruelis meus rubicundus siue candidus. Hunc imitatur: qui ue
stimenta sua non inquinauerunt cum mulieribus. uirgines enim permanserunt: qui se castrauerunt propter re
gna cæloꝝ: itaque in albis erunt uestibus. Eo tpe sententia domini ope pfecta monstrabit. Omne quod dedit mi
hi pater non pdam ex eo quicquid: sed resuscitabo illud in nouissimo die: totum uidelicet hoīem quem totum na
scendo suscepit. Tunc ouis quæ pierat: & in inferioribus oberrabat: humeris Saluatoris tota portabitur. & quæ
peccatis lãguida fuit: clementia iudicis sustentabitur. Tunc uidebūt illū: qui cōpūxerunt: qui clamauerunt: Cru
cifige crucifige talem. Tribus & tribus cædent pectora ipsi & mulieres eoꝝ: ille mulieres quibus dominus locu
tus est crucem portans. Filia hierusalem nolite flere sup me: sed sup uos flete & sup filios uestros. Tunc angeloz
uaticinium complebit: qui stupentibus apostolis euntē in cælum dixerunt. hic Iesus qui a uobis assumptus est
in cælū: sic ueniet: quemadmodum uidistis eum euntē in cælum. Quale est autem iccirco dominum dicere
post resurrectionem. xl. diebus comedisse cum apostolis: ne fantasma putaretur: & hoc ipsum quod comedit in
carne & in mēbris: uisus est in fantasmate confirmare: aut uerū est quod uidebatur: aut falsum. Si uerū est: er
go uere comedit: Si autem falsum: quomodo res falsas ostendere uoluit: ut resurrectionis ueritatem probaret?
Nemo enim falso uerum probat. Ergo inquires & nos post resurrectionem comesturi sumus. Nescio. Non enī
scriptum est. & tamen si credatur non puto sim comesturus. Legi enim non esse regnum dei cibum & potum:
repromittēs nobis: quæ oculus nō uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascēderūt. Moyses & Helias quodragin
ta diebus ieiunauerūt ac noctibus. hoc hoium natura nō patit. sed quod hoī impossibile est: deo impossibile non est:
Sicut qui futura prædicat: nō interest utrū post. x. annos an post cētū uētura pnūciet: quia una est snia futuroꝝ.
Sic qui. xl. diebus post ieiunare & uiuere: imo non pōt ieiunare: sed uiuit uirtute dei: & æterno tpe poterit abiq;
esca &

Cellaria

Edon
Bosor.

esca & potu uiuere. Quare fauū comedit domus ut resurrectionē p̄baret: nō ut tuis faucibus mella p̄mitteret
 piscē in prunis assū petiit: ut dubitātes cōfirmaret apostolos: q̄ ad illū accedere nō audebāt: q̄d putarent se sp̄m
 uidere nō corpus. Archifynagogi filia sulcitāt: & cibū appetit. Lazarus q̄triduanus mortuus resurgit: & pran-
 dens inducit: nō q̄a apud iferos esuriebat: sed q̄a difficultas opis scrupulositatē fidei inq̄rebat. Quō ueras ma-
 nus & uerę ostēdit latus: ita uere comedit: cū discipulis: uere ambulauit cū Cleopha: uera lingua locutus est: cū
 oibus uero accubitu discubuit i cœna: ueris māibus accepit panē: benedixit: ac fregit & porrigebat illis. Quia
 autē ab oculis repēte euanuit: uirtus dei est: nō umbrę & fātasmatis. Alioq̄n & atē resurrectionē: cū eduxisset cū
 de Nazareth: ut p̄cederet in sup̄cilio mōtis: trāsuit per medios. i. lapsus est de manibus eorū. Nunquid iuxta
 Martionē dicere possumus: q̄ iō natiuitas eius in fātasmate fuerit: q̄ cōtra naturā qui tenebat elapsus est: quod
 Magis licet: hoc domino nō licet. Apollonius Theaneus scribit: q̄ cū ante Domitianū steterit in consistorio: re-
 pēte nō cōparuit. Nolite potētia domini Magorū p̄stigijs adacquare: ut uideat fuisse q̄d nō fuit: & putet co-
 medisse sine dētibus: ambulasse sine pedibus: fregisse panē sine manibus: locutū esse sine lingua: & latus mōstrā-
 se sine costis. & quō inquires nō cognoscebāt eū in itinere: si ipsū hēbat corpus q̄d habuit. Audi scripturā dicen-
 tē. Oculi eorū tenebant: ne eū cognoscerent. Et rursum. apti sunt oculi eorū: & cognouerunt eum. Nunquid alius
 fuit quando non cognoscebat: Et alius quando cognitus est. Certe unus atq̄ idem erat. Cognoscere ergo & nō
 cognoscere oculorū fuit: non eius qui uidebat: licet & ipsius fuerit. oculos enim tenebat eorū: ne se cognoscerent.
 Deniq̄ ut scias errorem qui uersabat in medio: non corporis domini: sed oculorū fuisse clausorū: apti sunt oculi
 eorū inquit & cognouerunt eū. Vnde & Maria Magdalena: q̄ diu non Cognoscebat Iesū: & uiuū quærebat iter
 mortuos hortulanum putabat: agnoscit: & dominum uocat. Post resurrectionem Iesus stabat in littore. discipu-
 li in nauī erant: ceteris nō cognoscentibus eum: dicit discipulus quē diligebat Iesus Petro: dominus est. Prior enī
 uirginitas uirginale corpus agnoscit: idem erat: & non idem oibus uidebat. Statimq̄ subiungit: & nemo aude-
 bat interrogare eū tu quis es: scientes q̄ dominus est. nemo audebat quia deū sciebant. Vescabant cū pranden-
 te: q̄a hoīem & carnē uidebāt. nō q̄ aliter deus aliter hō esset. Sed unus atq̄ idē filius dei. cognoscebat ut hō ad-
 rat ut domus. Scilicet nūc mihi philosophādū ē: incertos ēe sēsus nros: & maxime uisū. Carneades aliquis ab
 inferis excitādus: ut p̄ferat remū in aqua fractū uideri: porticus lōgius angustiores: rotundos procul turriū an-
 gulū: colūbarū colla ad singulas cōuersiones colorē mutātia. Cū Rhode Petrum nunciaret: & apostolis diceret
 ob periculi magnitudinē euasisse non credūt: fātasmata suspiciant. Porro q̄ clausis ingressus est ostiis eiusdem
 uirtutis fuit: cuius & oculis euanescere. Lynceus (ut fabulæ ferūt) uidebat trans parietē: dominus ingressus clau-
 sis ostiis fantasma fuerit: intrare nō potērit. Aquilæ & uultures transmarina cadauera sentiunt. Saluator aposto-
 los suos nisi ostium apuerit non uidebit. Dic mihi acutissime disputator. Quid est maius: tantā terræ magnitu-
 dinem appēdere sup̄ nihilū: & sup̄ aquarū incerta librare: an deū transire per clausā portā. An creaturam cedere
 creatori. Quod magis est tribuis: q̄d minus est calūniaris. Petrus sup̄ aquas ambulat grandi & solido corpore
 Mollis undā non cedit: paululum fides dubitat: & statim naturam suam corpus intelligit: ut sciamus sup̄ aquas
 non corpus ambulasse: sed fidem. Oro te qui tantū contra resurrectionē sentiens argumentaris ut nihil simplici-
 ter mecum loquaris. Credis uere dominum resurrexisse i eodem quo mortuus: quo sepultus est corpore: an nō
 credis. Si credis cur ista proponis per quæ resurrectio denegat. Si nō credis: quid ita impitorū aīas & resurre-
 ctionem casto noīe uentilas. Audi nuper de Martionis schola quidam uē inquit ei: qui in hac carne: & in his os-
 sibus resurrexerit: gaudens animus statim intulit. Consepulti enim sumus: & consurreximus cum christo p̄ ba-
 ptismum animæ an carnis resurrectionem dicis. Respondit: non solius aīæ: sed carnis quæ cum aīa renalcit in
 lauacro. Et quō pibit: quæ in christo renata est. Quia scriptum est ait Caro & sanguis regnum dei non posside-
 bunt. Attende obsecro te quid dicat: caro & sanguis regnū dei non possidebunt. Nunquid non resurgēt. Absit:
 sed non possidebūt. Quare non possidebunt. Quia sequit. neq̄ corruptio incorruptionem possidebit. tādū
 ergo regnum dei dei non possidebunt: q̄ diu caro tantum sanguisq̄ p̄manserint. Cum autem corruptiuū induerit
 incorruptionem. & mortale induerit immortalitātē: & lutum carnis in testa fuerit excoctum: qui prius graui
 pondere p̄mebatur in terrā: acceptis sp̄s p̄nis & imutationis nō abolitionis noua gloria uolabit ad deum:
 Et tunc ipebitur illud q̄d scriptū est. Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors cōtentio tua. Vbi est mors a-
 culcus tuus. P̄postero ordine de aīarū statu & carnis resurrectione respōdimus. omisissq̄ principiis epistolæ
 tota nobis contra egregios tractatus eius fuit disputatio: Maluimus enim de dei rebus q̄ de nostris iniurijs dice-
 re. Si peccauerit homo in hominem rogabunt pro deo ad dominum. Si autem in deum peccauerit: quis orabit
 pro eo. Nunc e diuerso sunt oīa: nostros aduersarios in mortali odio persequimur: blasphemantibus deum clamē-
 tem portigimus manum. scribit ad Thēphilum episcopum apologiam: cuius istud exordium est. Tu quidem
 ut hō dei: & apostolica ornatus gratia: curā omnium ecclesiæ. maxime eius quæ in hierosolymis est sustines:
 cum ipse pluribus sollicitudinibus ecclesiæ dei: quæ sub te est: destingaris. laudat faciem: ad p̄sonam principū
 trahit: tu qui regulas quæris ecclesiasticas. & Niceni concilii canonibus uteris: & alienos clericos & cum suis e-
 piscopis commorantes niteris usurpare: responde mihi: ad alexandrinum episcopum palæstina quid pertinet.
 Nisi fallor: hoc ibi decernitur: ut palæstina metropolis cæsarea sit: & totius orientis antiochia. Aut igitur ad cæ-
 sariensem episcopum referre debueras: cui sp̄cta cōmunionē tua cōmunicare non noueras. Aut si procul expe-
 tendum iudicium erat ad Antiochiā potius litteræ dirigēdæ. Sed noui cur Cæsareā: cur Antiochiā nolueris
 mittere sciebas q̄d fugeres: q̄d uitares. maluisti occupatis auribus molestiā facere: q̄ debitū Metropolitanō tuo
 honore reddere. Nec hoc dico: q̄ p̄ter amicitias: quæ suspicionē generāt: q̄c̄q̄ in generatiōe reprehēdam: sed

Apollonius Theaneus

Carneades

Lynceus
Aquila

Cæsarea metropolis

quia apud interrogantes magis & presentes te purgare debueras. Misisti religiosissimum hominem Isidorum presbyterum
uirum potentem tam ex ipsa incessus & habitus dignitate: quam diuinæ intelligentiæ: curare etiam eos: qui aîo uehement
ter agrotant: si tamen sensum sui langoris habeant. Homo dei mittit hominem dei: nihil interest inter presbyterum & epi
scopum. eadem dignitas mittentis & missi: hoc satis imperite: in portu ut dicitur naufragium. Iste Isidorus qui
in caelum tuis laudibus tollitur: id ipsum infamatur Alexandria: quod in hierosolyma. ex quo non legatus ad
uenisse uidetur: sed socius. Alioquin proferantur & litteræ manu eius scriptæ. quæ quidem ante tres menses le
gationis ad nos directæ erant: portantes errorem. Vincentio presbytero redditæ sunt: quæ usque hodie ab eo te
nentur: quibus cohortatur ducem exercitus sui: ut super petram fidei stabili persistat gradu: nec nostris minis ter
reatur. Pollicetur se ante quam legationis esset ulla suspitio. uenturum Hierosolymam: & aduentum suum ilico aduer
sarioꝝ cuneos proterendos. Et inter cætera his etiam uerbis utitur: Quomodo fumus in aere dissoluitur: & cæ
ra ad uiciniam ignis. ita dissipabitur qui semper ecclesiasticæ fidei resistens: nunc per homines simplices eandem
fidem inquietare conatur. Rogo te lector: qui hoc scribit: ante quam ueniat: quod tibi uidetur? An aduersarius uel
legatus. Iste est quem nos piissimum uel religiosissimum: & ut uerbum exprimamus e uerbo deicolâ possumus
dicere. Iste est homo diuinæ intelligentiæ: tam potens: & tanta incessus ac habitus dignitate: ut quasi spiritalis Hip
pocrates langorem aîarum nostrarum sua potuerit presentia mitigare. Si tamen nos uoluerimus suæ medicinæ acquirere:
curet se tali medicamine: qui etiam alios curare consueuit. Nobis diuina illa intelligentia pro Christo stul
titia est. Libenter nostra rusticitate languemus: ne collyrio uestro impie uidere discamus. tuæ uero sanctimonie
pro optima uoluntate: quasi ad finem usque perducta sit. depræcamur dominum in sanctis locis nocte & die: ut
reddat perfectam mercedem: & coronam uitæ largiatur. Recte gratias agis. nisi enim uenisset Isidorus tu in to
ta palæstina tam fidelem sodalem non inuenisses. nisi ille tibi promissum apportasset auxilium: hæeres apud
urbem rusticorū: quæ sapientiam tuam intelligere non posset. Nec ipsa apologia: de qua nunc sermo est: Isido
ro presente & multum collaborante dictata est. ipse idem est dictator & baiulus litterarū. Cum ergo huc uenisset:
& accessisset ad nos tribus uicibus: & admonisset tam diuinæ sapientiæ tuæ: quam propriæ intelligentiæ haberi
uerba medicinam: nec profuit alicui: nec profuit ei quicquam. ideoque ad tres uices dicitur ad nos accessisse. ut & inue
niendo mysticum numerum conseruaret: qui theophili episcopi mandatum nobis loquebatur: litteras ad nos ab
eo missas noluit reddere. Cūque diceremus: si legatus es: redde legationis epistolas. si epistolam non habes: quomodo
legatum te probabis? Respondit se habere quidem litteras ad nos adiuratum tamen ab hierosolymorū episcopo
pone nobis eas redderet. En legati constantia: qui ut pacem faceret: & suspicionem in alteram partem fauoris ex
cluderet: æquum se utrisque tribuit. & quia sine emplastro uenerat: & medicorū armamenta non habebat: circiter
eius medicina non profuit. Hieronymus inquit & qui cum eo sunt: & secreto & coram oibus frequentissime: &
sub iurisiurandi testificatione satis ei fecerunt: quod nunquam de nobis ambiguitatem aliquam habuerit fidei dicentes:
quomodo quo tempore quādo comunicabamus ei: & tunc similiter eundem affectum habebamus de ratione fidei. Videte quid fa
ciat concordia dogmatum. Isidorus qui ut hæc significaret: eius socius erat: homo dei & presbyter theosebistos & uir
potens & sacro ac uenerabili incessu & diuinæ intelligentiæ & hippocrates christianorū uocat. Ego misellus dum in soli
tudine delitescō: a tanto pontifice repetere tructatus: presbyteri nomen amisit. & tamen iste Hieronymus cum pænosa tur
ba & sordidatis gregibus quid Isidoro illi fulmini ausus est respondere: ait ne forte ille non crederet: & opprime
ret eos presentia: & mole corporis sui: non semel: sed frequentissime iurauerunt se eum: de quo questio erat: scire
orthodoxum: nec unquam in suspicionem habuisse hæreseos. O apertum ipudensque mendacium. O testimonium pro se nec
Catoni creditum. In ore enim duorum uel trium testium stat omne uerbum. alicui ne dictum: aut tibi aliquando mandatum
est: quod sine satisfactione fidei comunione tuâ lubiremus? Quando per uirum disertissimum & christianissimum Arche
laum comitem qui sequester pacis erat conditus locus scederis fuit. nonne hoc in primis postulatum est: ut futuræ con
cordiæ fides iaceret fundamenta? Pollicitus est esse se uenturum. Instabat dies paschæ: frequens monachorū turba uene
rat: expectabaris in loco. quod faceres nesciebas. repetere mandasti agrotare te. nescio quam algoris uir illa die te non posse ue
nire. Ludius nescio episcopus hoc loquitur: Pone uerum esse quod dicis: prurgescas. Ecclesiæ causam negligis? Tot uirorū &
christianorū & monachorū patientiâ tetras? Nolimus tibi occasione dare. uidebamus. n. stropham dilatiōis tuæ: in
iuriâ patientia uicimus. quod scribit Archelaus? Monet altero & tertio die manere: si uelles uenire: & ille occupa
tus muliercula enim uenire non cessauit) dum nauis euasisset: nostri penitus oblitus est. post duos ergo menses
tandem expectatus uenit Isidorus: qui non ut tu fingis pro te testimonium: sed causam postulatæ satisfactionis au
diuit. Cum enim obiiceret nobis quare ei comunicastis si hæreticus erat: Audiuit ab oibus: comunicauimus ni
hil de hæresi suspicantes. postquam uero a beato papa Epiphano conuentus tam sermone quam litteris respondere con
templi: cunctis monachis ab eodem Epiphano scripta uenerunt. ut absque satisfactione fidei: nullus ei temere
comunicaret. præsto sunt litteræ: nec super hac re dubitari potest. Hæc sunt quæ fratrum turba respondit: non ut
tu argumentaris: ex eo te non esse hæreticum: quia aliquando non dictus sis. hac enim ratione agrotare non debet. qui
ante agrotationem sanus fuit. Quando autem conceptum est de ordinatione pauliniani: & aliorum qui cum eo sunt ueti
lari: tunc uidetes se reprehendi: cum propter charitatem atque concordiam cederent eis omnia: hoc autem solum expeteret: ut
licet ab aliis contra regulas ordinati essent: tamen subiicerent ecclesiæ dei: ut non scinderent eam: neque proprium sibi fa
cerent principatum. In hoc omnino acquiescentes ceperunt proponere de fide: & oibus notum facere: quod si non arguerentur
si qui cum Hieronymo presbytero erant: nil culparent in nobis. Sin autem arguerent erroris & culpæ: cum
penitus non quaerant de istiusmodi questionibus disputare: satisfactionem errati proprii non inuenientes ad
ista confugerint: ad quo sperarent nos posse conuinci: sed famam nostram laedere niterent. Quod pplexæ oratio est:
nemo

In portu naufragium

Deuota
Theophili
Spiritalis Hippocrates
Collyrium oculorum

Isidorus
Theosebistos christia
noꝝ Hippocrates

Ludio nescio eps
Stropham

nemo uitiū interpretatoris putet: talis enim & græca est. Interim ego gaudeo: q̄ qui me decollatū putabā: subito mihi presbyterii caput uideo repositū: dicis uos omnino conuinci nō posse: & uenire ad prælium perhorrescis. si causa discordiæ nō ex dissentione fidei est: sed ex Pauliniani ut dicis ordinatione descendit: quæ tāta stultitia est uolentibus occasionē dare: nolle respondere: confitere fidē: sed tamen responde quod quæreris: ut omnibus luceat: non de fide: sed de ordinatione esse certamē. q̄ diu enī interrogatus de fide tacueris: potest tibi dicere aduersarius: non est ordinationis causa: sed fidei. Si ordinationis causa est stultæ facis: de fide interrogatus tacere: si fidei stulte prætendis ordinationē. Porro quod dicis te petisse ut subiicerentur ecclesiæ dei: & non scinderent eam: neq; propriū sibi facerent principatū de quibus dicas non satis intelligo. si de me & de presbytero Innocentio: satis multo dormisti tēpore qui post ānos tredecim nūc excitatus hæc loqueris: ob id enim & ego Antiochiā: & ille Cōstantinopolim urbes celeberrimas deseruimus: non ut te in populis prædicantē laudaremus: sed ut in agris & in solitudine dure sententia peccata deflentes: Christi in nos misericordiā deflecteremus. Si autē de Pauliniano tibi sermo est: uide eum episcopo suo esse subiectū: uersari Cypri: ad uisitationē nostrā iterdum uenire: non ut tuū: sed ut alienū: eius uidelicet a quo ordinatus est: q̄ si hic etiā esse uoluerit: & i exilio nostro quætus in solitudine uiuere: quid tibi debet: nisi honorē quē omnibus debemus episcopis: Fac a te ordinatū: idē ab eo audies: quod a me misello homine factæ memoriæ episcopus Paulinus audiuit. Nūc rogauit te ut ordinarer: Si sic presbyterū tribuis: at monachū nobis non auferas: tu uideris de iudicio tuo. Sin autē sub nomine presbyteri tollis: & mihi propter quod sæculū derelinqui: ego habeo quod semp habui: nullū dispendiū in ordinatione passus es: & non inquit scinderent eā: neq; propriū sibi facerent principatū. Quis scindit ecclesiā: Nos quorū omnis domus Bethleē in ecclesiā cōmunicat: An tu: qui aut bene credis: & supbe de fide taces: aut male: & uere scindis ecclesiā: Nos scindimus ecclesiā: qui ante paucos mēses circa dies pentecostē cū obscurato sole: omnis mundus iā iāq; futuræ iudicē formidaret: quadraginta diuersæ ætatis & sexus presbyteris tuis obtulimus baptizandos: & certe quinque presbyteri erant in monasterio: qui suo iure poterant baptizare: sed noluerunt quicquid cōtra stomachū tuū facere: ne & hæc tibi de fide reticendi dare occasio. An tu potius scindis ecclesiā: qui præcepisti bethleē presbyteris tuis: ne cōpetentibus nostris in pascha baptismū traderent: quos nos Diospolin ad confessorē & episcopū misimus Dionysiū baptizandos. Ecclesiā scindere dicimur: qui extrā ellulas nostras: locū ecclesiæ non habemus: At tu scindis ecclesiā: qui mandas clericis tuis: ut si quis Paulinianū ab Epiphaniō episcopo consecratū presbyterū dixerit: ecclesiā prohibeat intrare: ex quo tēpore usq; in presentē diē uidemus tantum specū domini: & hæreticis intrantibus suspiramus procul positi: nos ne sumus qui ecclesiā scindimus: An ille qui uiuis habitaculū: mortuis sepulchrū negat: qui fratru exilia postulauit: Quis potissimū illā feram totius orbis ceruicibus imminentē cōtra nostras ceruices specialiter incitauit: Quis ossa sanctorū & innoxios cineres scindens hucusq; uerberari ab imbribus sinit: His nos blandimētis pastor bonus iuitat ad pacē: & propriū arguit facere principatū: qui omnibus episcopis rectā dūtaxat fidē tenentibus & cōmunionē & charitate sociamur. An tu solus ecclesiā es: & qui te offenderit a christo excludit: Si ad propriū deuenimus principatū: ostende nos i parrochia tua habere episcopū: q̄ tibi non cōmunicamus: fidei est: responde & ordinationis erit. Occasionē quoq; fingunt aliā litterarū: quas dicūt sibi scripsisse Epiphaniū: q̄ dabit ille rationē pro omnibus quæ gesta sunt ante tribunal christi: ubi maior & minor absq; ulla personarū acceptione iudicabitur: & tamē quomodo possunt illius niti epistola: quā de ordinatione Pauliniani illicita: & illorum qui cum eo sunt a nobis coargutus scripsit: sicut & ipsa epistola eius in exordio suo significat: Rogo quæ tanta est excitas cineritū sicut a iunt tenebris inuoluta: Dicit nos occasionē fingere: & Epiphaniū aduersus se litteras nō habere: statiq; subiungit: quomodo possunt illius niti epistola: quā de ordinatione Pauliniani illicita: & eorum qui cum eo sunt: a nobis coargutus scripsit: sicut & ipsa epistola eius in exordio suo significat: nō habemus epistolā. Et quæ est illa epistola quæ in exordio suo de Pauliniano loquitur: Est ne aliquid post exordium: cuius tu times facere mētionē: A te est coargutus ætatis: qua Paulinianus erat. Presbyterū ordinas: & legatū mittis ac sociū: tantāq; habes fiduciā: ut ubi Paulinianum mentitus es puerum: illum puerum mittas presbyterū. Itēq; Theosobiū Thyriæ ecclesiæ diaconum facis presbyterum: & contra nos armas: illiusq; in nos abuteris eloquentia: tibi soli licet ecclesiæ uiam calcare: tu quicquid feceris: norma doctrinæ est: non erubescis ante tribunal christi iudicādum tecum Epiphaniū prouocare: Quæ sequuntur post hoc capitulum: hæc sunt mensæ suæ & domus cōtubernium imputat Epiphaniō: scribitq; eum nunq; esse secum de Origens dogmatibus locutum: & sui iurisiurandi testificatione confirmat dicens: ne suspicionem quidem (sicut deus testis est) peruersæ in nos fidei se habere monstrauit: nolo respondere & arguere acriter: ne periurii episcopū cōuincere uidear. Præsto sunt plures epistola Epiphaniū: una ad ipsum: alia ad episcopos palæstinos: & nuper ad romanum pontificem: in quibus dicit se eum coram multis de dogmatibus arguentem: non meruisse responsū: totumq; nostræ paruitatis testis est monasterium.

Cimentis tenebris

Beati Hieronymi presbyteri ad Theophilum papam Alexandrinum Apologia. In qua calūnias Ioannis Hierosolymitani refellit: & Origens sectatorem ostendit. XXIII.

Epistola tua hæreditatis dominicæ te indicās possessorē: qui p̄gens ad patrē apostolis loq̄bat: Pacē meā do uobis: pacē meā relinquo uobis. illius quoq; sclicitatis cōpotē te esse testata est: in quā beati pacifici nūcupant. Blādiris ut pater: erudis ut magister: instruis ut pontifex. Venisti ad nos non in maiestate uirgæ: sed in spiritu benignitatis & lenitatis & māsuetudinis: ut hūilitatē christi: primo statim sermōe retonares. Qui mortaliū genus: nō fulminās & tonās: sed i præsepe uagiēs & iacēs saluauit i cruce. LXXVI.

Legimus enim in typo illius ante prædictū. Memento domine David: & omnis mansuetudinis eius. Et ipso postea presentatū est: discite a me: quia mitis sum: & humilis corde. Vnde & multa de sacris uoluminibus sup pacis laude perstringens: ac per uarios scripturarū campos more apū uolans quicquid dulce & aptū cōcordiæ fuit artifici eloquio melluisti. A te currētes igitur ad pacē imitati sumus. Expōsita ad nauigandū uela: crebrior exhortationis tuæ aura cōpleuit: ut non tam retractantibus & fastidiosis: q̄ ut auidis & plenis faucibus: dulcia pacis fluentia biberemus. Veg: quid faciemus in quoꝝ potestate uoluntas tantū pacis est: nō effectus. Et q̄q̄ uolūtas quoꝝ apud deū propositi sui mercedē habeat tamē ip̄fectū opus etiā uolētes mœrore contristat. Quod sciens & apostolus perfectissimā uidelicet pacē in utriusq̄ partis uoluntate consistere: quantū inquit ex nobis ē cū omnibus hominibus pacē habentes. Et propheta: pax pax. Et ubi est pax: Nihil enī grande est: pacem uoce pretendere: & opere destruere. Aliud iniri: aliud demonstrare: uerbis sonare cōcordiā: re exigere seruitutē. Voluimus & nos pacē. Et non solū uolumus: sed rogamus. Sed pacē Christi: pacē uerā: pacem sine inimicitis: pacē in qua non sit bellū inuolutū. Pacē quæ non aduersarios subiicit: sed amicos iungit. Quid dominationē pacē uocamus: & non reddimus unicuiq̄ rei uocabulū suum: ubi odiū est: appellentur inimicitia: ubi charitas: ibi tantūmodo pax uocetur. Nos nec ecclesiā scindimus: neq; a patrū comunione diuidimur. Sed ab ipsis (ut ita dicam) cunabulis: catholico sumus lacte nutriti. Nemo nāq; magis ecclesiasticus est: q̄ qui nunq̄ hæreticus fuit: Sed ignoramus absq; charitate pacē: sine pace comunionē. Legimus quoq; in euāgelio. Si offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersū te: dimitte ibi munus tuū corā altari: & uade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc ueniens offer munus tuū. Si munera nostra absq; pace offerre nō possumus: q̄to magis & christi corpus accipere: Quia conscientia ad eucharistiā christi accedā: & respōdebo amē cū de charitate dubitē porrigētis: Quæso te: ut patienter me audias: nec ueritatē adulationē putes. Quisq; ne tibi inuitus cōmunicat: Quisq; ne extenta manu uertit faciē: & iter lacras epulas Iudæ osculū porrigit: Ad aduentū igit ut reor tuū nō pauet monachos: turba: sed gaudet: certatim tibi procedunt obuiā. Et de heremi latibulis exeuntes: sua te cupiunt humilitate superare. Quis eos cōpellit exire: Nōne amor tui: Quis p̄ heremū sūpatos in unū cogit. Nōne tua dilectio: Amari enī parens debet. Amari parens & episcopus debet: non timere antiqua sententiā est: quē metuit quis odit: quē odit peruisse cupit. Vnde & in nostris litteris cū initiā paruulogē in timore consistant: p̄fecta dilectio foras mittit timorē. Non quæras monachos tibi esse subiectos ideo magis subiectos habeas. Tu offers osculū: illi colla submitunt. Exhibes militē: & ducē impetras: quasi unus i pluribus es: ut sis unus ex pluribus. Cito indignat̄ libertas: si opprimitur. Nemo plus impetrat a libero: q̄ qui seruire non cogit. Nouimus canones ecclesiasticos. Nō ignoramus ordines singulorū: & lectione & quotidianis exemplis usq; ad hanc ætatē multa didicimus: multa expti sumus: qui in scorpionibus cedit: & lūbis patris habere se putat digitos gressiores: cito regnū mansueti Dauid dissipat. Certe romanus populus ne i rege quidē superbiā tulit. Dux ille Israelitici exercitus: qui decē plagis afflixerat ægyptū: & ad cuius imperiū cælū & terra & maria seruebant: inter cunctos homines: quos tunc terra generauit: mansuetissimus prædicat̄. Et ideo per .xl. annos obtinuit principatū: quia potestatis supbiā lenitate & mansuetudine tēperabat. Lapidabat̄ a populo: & pro lapidantibus rogabat: quia potius deleri ipse uult de libro dei: ne cōmissus sibi grex peat. Cupiebat illū imitari pastore: quē sciebat etiā errantes oues suis humeris portaturū. Pastor inquit bonus ponit animā suā pro ouibus suis. Boni quippe pastoris discipulus optat anathema esse pro fratribus suis atq; cognatis: qui sunt Israelitæ secū dū carnē. Et si ille pire cupit ne pditi pereāt: quāto magis bonis pastoribus nimietate prouidendū est: ne ad iracundiā prouocent filios suos: & nimietate diuine etiā lenissimos asperos esse cōpellant. Epistola cogit me breuius loqui. Dolor longius: scribit in suis illis ut ille uult: pacificis: ut ego sētio mordacissimis litteris: quod nunq̄ a me læsus sit: nec dictus hæreticus. Quoniam igit modo me ipse lædit: ægrotantē morbo pessimo: & rebellē ecclesiæ uentilans: ab aliis laceffitus accurrat aduersariis parcere: lædere nō lædentē. Ante q̄ ordinare frater meus: nunquā dixit fuisse inter se & sanctū papā Epiphaniū de dogmatibus questionē. Et quæ cū ratio compellat: sicut ipse tamen scribit: unde inter populos disputare unde nemo quærebat: Scit enī prudētia tua periculosas esse huiusmodi questiones: & nihil esse tutius q̄ tacere: nisi forte necesse est loqui de grandibus. Certe quod illud tantū ingeniū flumēq; eloquentiæ fuit: ut in uno ecclesiæ tractatu cūcta cōprehēdisse se dicit: de quibus singulis nouimus eruditissimos uiros infinita uersuū milia cōscripsisse. Sed hoc quid ad nos: Nouerit ille qui audiuit: sciat ipse qui scripsit: meq; ab accusatione sui ipse etiā liberet. Ego nec interfui: nec audiui: Vnus e populo sum: imo ne unus quidē: quia multis clamantibus tacui. Conferamus arguētis accusantisq; personas: & cuius uel meritū uel uita uel doctrina præcesserit: illi magis accōmodemus fidē. Vides ne q̄ clausus dicit̄ oculis: summa quæq; p̄stringā: non tā eloquens quod mente concepi: q̄ indicans quid reticē. Intellexite & probaui disputationē tuā: quod enī ecclesiasticæ paci cōsuleres: quasi sireneos cantus obturata aure prætransis. Alioquin quia a parua ætate sacris litteris eruditus es: nosti quo sensu unūquodq; dicat̄: quomodo in ambiguis sententiis tuus sermo liberatus: & aliena nō dānet: & nostra nō deneget. Sed fides pura & apta nō quærit strophas & argumēta uerborū. Quod simpliciter creditur simpliciter cōfiteūdū est. Poterā quidē libere proclamare: & iter gladios quoq; ignesq; babilonios dicere: cur aliud respōdetur q̄ q̄ritur: cur nō simplex nec apta confessio: Totū timet: totum temperat: totum relinquit ambiguum: & quasi super aristas graditur. Verum studio & appellatione pacis: feruente stomacho uerba non quomodo quæruntur respōdet: ac libere lædere læsus ipse non audet: ergo interim sileo nunc & dispensationē meā uel imperitiā simulabo uel metū: quid mihi accusanti facturū est: qui ut ipse testatur laudanti detrahit: Tota eius epistola nō tam expositione q̄ nostris plena est cōtumeliis: nomen meum absq;

Antiqua sententiā

Huius uisus magis
tunc usq; labor.

Si uocem cantus obtu-
rata aure prætransis.

meū absq; ullis officiis quibus nos inuicē palpare solemus homines si equēter assumitur: carpitur: uentilatur: q̄ si de libro uiuentiū deletus sum. Sed illū meā litterā sugillauerunt: aut istiusmodi nugas unq̄ q̄sierim: qui ab adolescentia in monasterii clausis cellulis magis esse uoluerim aliquid: q̄ uideri. Quosdā ex nobis sic cū honore appellat: ut laceret: quasi & nos non possumus ea dicere: quā nemo tacet: e seruo clericū factū criminat: cū & ipse nonnullos eiuscemodi clericos habeat: & Honesiniū legerit inter pauli renatū uincula diaconū ccepisse esse de seruo. Sed sycophantā iactitat: & ne probare cogat: audisse se dicit: o si & mihi liceret dicere: quā multi clamitant: & aliorū maledictis acquiescere: iā & nos intelligeret scire: quā omnes sciunt: & me quoq; audire: quā nullus ignorat. Dicit ei uelut premia pro calūnia restituta. Quis tā argutū & callēs nō phorrescat ingeniū? Quis tanto potest eloquentiā flumini respondere? Quid est plus sustinere calūniā: an facere? Accusare quē postea diligas: an peccati ueniā tribuere? Quid minus ferendū de sycophanta ædilē fieri: an cōsulē? Scit & ipse qd̄ tā latinū: hoc nō solus ego feci: sed & cōfessor Hilarius fecit: & tamen uterq; nostrū noxia quāq; detruncans: utilia transtulit: legat ipse: si nouit: Arbitror enī eū assidua cōfabulatione & quotidiano latinorū consortio Romanū non ignorare sermonē. Aut si certe penitus nō imbibit: interpretentur ei qui solent: & tunc sciet & me in hoc ipso laudandū esse: quod detrahit. Sicut enim per interpretationē & idiomatica scripturā: Origeni semp attributa transtulit: sic impietate dogmatū cōstantissime abstulit: sic ueritate seruauit. Nūquid ego in turba mitto Origenē? Nūquid ut ceteros tractatores scio me: aliter habet apostolos: aliter relictos tractatores: illos semp uera dicere: istos in quibusdā ut homines errare. Nouū defensionis genus: sic Origenis uitia non negare: ut cū illo ceteros criminis uidelicet quē apte defendere nō audeas: multorū simili errore tuearis. Sex milia Origenis tomos non poterat quisq; legere: quos ille non scripsit: faciliusq; credo testē huius sermonis q̄ auctore esse mentitum. Fratrem meū causam dicit esse discordiā: hoīem qui quiescit in monasterii cellula: & clericatū non honorē interpretat: sed onus: cūq; nos usq; ad presentē diē ficta pacis ostensione lactauerit: occidentaliū sacerdotū cōmouit aures: dicens eū adolescentulū & pene puerū: in parrochia sua Bethleē presbyterū constitutū. Si hoc uerū est: cū etiā Palaestini episcopi nō ignorant. Monasteriū enī sancti papae Epiphaniū nomine uetus addictū: i quo frater meus ordinatus est presbyter in Eleutropolitano territorio: & non in Heliensi sitū est: porro ætas eius: & beatitudini tuæ nota est: & cū xxx. annorū spatia iā peruenit: puto eā in hoc non esse reprehendendā: quā iuxta mysteriū assumpti hominis in Christo perfecta est. Recordet legis antiquæ: & post xxv. annos a leuitica tribu eligi in sacerdotiū prouidebit. Aut si in hoc testimonio solo hebraicā sequit ueritatem: nouerit xxx. annorū fieri sacerdotē. Ac ne forsitan dicat: uetera transtulerunt: & facta sunt omnia noua: audiat cū Timotheo: adolescentiā tuā nemo contēnat. Certe ipse quando episcopus ordinatus est: non multū ab ea in qua nunc frater meus est: distabat ætate. Vel si hoc in episcopis licet: in presbyteris non licet: ne per antiphrasin a suo nomine discrepare uideantur: cur ipse aut eius aut minoris ætatis: & quod his amplius est: ministrū alterius ecclesiæ ordinauit presbyterum? Quod si nō potest pacē habere cū fratre: nisi cū subdito: & ordinationis suæ episcopū renuente: ostendit se non tam pacē cupere: q̄ sub pacis occasione uindictā. Nec alterius quietis & pacis ocio esse contentū: dūmodo integrū habeat: quod minatur: etiā si ipse eū ordinasset: & hic secreti amator quiescere uellet ne qcq̄ exereret: q̄ si ecclesiā scinderet: nihil ei deberet propter honorē: cunctis sacerdotibus debitum. Hucusq; anfractus eius in mo cathedra & laciniosus contra nos sermo protractus est. Cui ego quidē epistola breuiter præteritis respondi. Ut ex his quæ dixi intelligat quid tacuerim: & nouerit nos homines esse rationale animal: & prudentiā suā posse intelligere. Nec ita obtusi cordis ut instar brutorū animalū: uerborū tantū sonum: & non sententias audiamus. Nunc quæ se ut ueniā tribuas dolo: i meo. Et si superbū est respōdisse: multo sit supbius accusasse: q̄ ita responderim: ut silentiū meū potius indicauerim: q̄ sermonē. Quid procul pacē quærunt: & uolunt eā nobis ab aliis iperari? Sint pacifici: & ilico pax sequet. Cur nomine sanctitatis tuæ cōtra nos pro terrore abutunt? Et cū epistola tua pacē & mansuetudinē sonet: illoꝝ uerba duriciē cōminant? Deniq; q̄ pacificas & ad concordiam ptinentes: p̄ Desideriū presbyterū litteras nobis miseris: hinc pbamus q̄ illis q̄ pacē uelle habere se fallo iactant: eas reddere noluerunt. Eligant itaq; q̄ uolunt: aut boni sumus: aut mali. Si boni: dimittant quiescere. Si mali: quid malorū expetunt societate? q̄tū ualeat humilitatis exēplū didicit: q̄ nūc dissimulat: qui suo consilio olim diuincta sociauit: probat se nunc ad alterius uoluntatē copulata discerpere. Nup̄ nobis postulauit & ipetrauit exiliū: atq; utinā iplere potuisset: ut sicut illi uoluntas imputat pro opere: ita & nos nō solū uolūtate: sed & effectu coronā haberemus exiliū: fundendo magis sanguinē & patiēdo: q̄ faciendo contumelias. Christi fundata est ecclesia: persecutionibus creuit: martyriis coronata est. Aut si isti soli iuxta quos legimus: amant rigorem: & non nouerunt persecutionē sustinere: sed facere: sunt & hic iudæi: sunt uariorū dogmatū hæretici: & maxime impudicissimi Manichæi: cur eorum: ne uerbo quidē quempiam audent lacerare: nos solos expellere cupiunt? Nos soli qui ecclesiæ comunicamus: ecclesiā scindere dicimur: oro te nō æqua est ista postulatio? Ut aut illos nobiscū expellant: aut nos cū illis teneant: nisi q̄ in eo magis honorant: quos saltem ab hæreticis exilio separant. Monachus pro dolor monachis: & minatur & importat exiliū. Et hoc monachus apostolicam cathedram habere se iactans: non nouit tyrociniatio ista succumbere: & impendēti gladio magis ceruices: q̄ manus subiicit. Quis enim monachorū non exul patria: non exul est mundi? Quid necesse est auctoritate publica: & rescripti impedire: & toto orbe discursibus: tangat saltē digitulo: & ultro exhibemus. Domini est terra & plenitudo eius. Christus loco non tenetur inclusus: præterea quid scribis nos per te: & per romanam ecclesiam communicare ei a quo iubemur commanione separari? Non necesse est ire tam longe: & hic in palaestina eodem modo ei iungi

*Sugillata**Sycophanta**Origenes sex. m. uolu. rmm. scriptis**Latinus sermo*

mur. Et ne hoc quod procul sit: in uinculo Bethleē presbyteris eius: quantum in nobis est comunione sociamur: ex quo p̄spicū est dolorē propriū causā ecclesiā non putandū: nec stomachū unius hominis: imo p̄ illū alioꝝ generali ecclesiā uocabulo nūcupandū. Quapropter quod i principio epistolā dixi: etiā nunc repeto: nos uelle pacē christi optare concordia: & te rogare: ut illū moneas: pacē non extorquere: sed uelle. Sit prateritaꝝ nostrarū contumeliarū dolore contentus. Et uetera uulnera saltē noua obliteret charitate: sit talis qualis ante fuit q̄ do nos suo arbitrio diligebat. Verba ei de alieno stomacho non fluant. Faciat quod uult: & non quod uelle cōpellitur. Aut quasi pontifex cūctis æqualiter iperet: aut quasi imitator apostoli: uniuersos saluti ex æquo seruiat. Si talē se præbuerit: ultro præbemus manus: extēdimus brachia: amicos & parentes habeat: & sentiat in christo: sicut oibus sanctis: ita & sibi nos esse subiectos. Caritas patiens est: caritas benigna est: caritas nō æmularur: nō inflat: omnia sustinet: omnia credit. Cūctarum uirtutū mater est caritas: & quasi sp̄sū triplex apostolica sententia roborat: Dicente: fides: spes: caritas. Credimus: speramus: atq; ita per fidē & sp̄em dilectionis uinculo copulamur. Idcirco enī & nos patrias nostras dimisimus: ut quieti absq; ullis simultatibus in agris & in solitudine uiueremus ut pontifices Christi: qui tam rectā fidē predicant: nō dominos metu: sed patrū honore ueneremur: ut deferamus episcopis: ut episcopis: & nō sub nomine alterius: aliis qbus nolumus seruire cogamur. Nō sumus tā inflati cordis: ut ignoremus quid debeat sacerdotibus Christi: qui enim eos recipi: nō tam eos recipit: q̄ illū: cuius episcopi sunt. Sed cōtenti sint honore suo. patres se sciāt esse: non dominos: maxime apud eos: qui sp̄etis ambitionibus sæculi: nihil quieti & ocio preferunt. Tribuat aut orationibus tuis Christus deus oipotēs: ut pacis nō ficto nomine: sed uero & fidei amore sociemur: ne mordētes inuicē cōsumamur ab inuicem.

Beati Hieronymi presbyteri ad Theophilū episcopum: in qua de litteris gratias agit: & contra Origenia nos hæreticos excitat. Epistola. XXIII.

Beatissimo papæ Theophilo Hieronymus Salutem. Meminit beatitudo tua: q̄ eo tempore: quo tacebas: nunq̄ ab officiis meis sermo cessauerit. Nec cōsideraui: quid tu pro dispensatione tunc faceres: sed quid me facere cōueniret. Et nunc sumptis dignationis tuæ epistolis: fructum aliquem cepisse me uideo euangelicæ lectionis. Si enim duri iudicis sententiam crebra mulieris inflexit petitio: quanto magis paterna uiscera interpellatione sedula molliuntur: quod de canonicis & ecclesiasticis monitis gratias agimus: Quē enim diligit dominus: corripit: & flagellat omnem filiū: quē recipit. Sed tamen scito nobis nihil esse antiquius: q̄ Christi iura seruare: nec patrū transferre terminos: sempq; meminisse romanam fidem apostolico ore laudatam: cuius se esse participem alexandrina ecclesia gloriatur. Super uetera hæresi quod multam patientiam geris: & putas ecclesiæ uiribus incubantes tua posse corrigi lenitate: multis sanctis displicet: ne dum paucorum penitentiam præstolaris: nutrias audaciam perditorum: & uis facti robustior fiat. Vale in Christo.

Theophili episcopi ad Hieronymum: uictos Origenianos nunciāns. Epistola. XXV.

Dilectissimo & amantissimo fratri Hieronymo Theophilus episcopus. Sāctus episcopus Agathocū dilectissimo diacono Athanasio in ecclesiastica directus est causa: quā cū didiceris: nō ambigo quin nostrū studiū probes: & in ecclesiæ uictoria gloriaris. Nanq; Origenis hæresim in monasteriis Nitriæ quidā furiosi homines ferere & fundare cupientes: prophetica falce succisi sunt. Quia recordati sumus cōmonentis apostoli. Argue eos seuerē. festina igitur tu: & partem huius præmii recepturus: deceptos quosq; emendare sermonibus. Optamus: si fieri potest: in diebus nostris catholicam fidē & ecclesiæ regulas cum subiectis nobis populis custodire: & omnes nouas sopire doctrinas.

Hieronymi ad Theophilum gratulatoria pro detectis & uictis hæreticis. Epistola. XXVI.

Beatissimo papæ Theophilo Hieronymus. Nuper tuæ beatitudinis percepi scripta: emendatā uetus silentiū: & me ad solitum officium prouocantia. Unde licet per sanctos fratres Plusculū Priscū & Subulum tuus sermo cessauerit: tamen quia uidimus illos zelo fidei cōcitatō raptim Palaestina lustrasse regiones: & dispoſos regulos usq; ad suas latebras persecutos: breuiter scribimus: q̄ totus mundus exultet: & in tuis uictoriis gloriatur. Erectumq; Alexādrīæ uexillum: & aduersus hæresim trophæa fulgentia gaudens populorum turba prospectet. Maçte uirtute: maçte zelo fidei ostendisti qd̄ hucusq; taciturnitas dispensatio fuit: non consensus. Libere enim reuerentiæ tuæ loquor. Dolebamus te nimium esse patientem: & ignorantes magistri gubernacula: gestiebamus in interitum perditorum. Sed ut uideo exaltasti manum diu: & suspendisti plagam ut ferires fortiter. Super susceptione cuiusdam nō debes contra urbis huius dolere pontificem qui nihil tuis litteris præcepisti: & temerarium fuit: de eo quod nesciebat ferre sententiā: tamen reor illum nec audere: nec uelle te in aliquo lædere.

Beati Hieronymi presbyteri responsiua increpationis hæreticorum suscipientis officium: & illius sententiā Romani pontificis fidei congruere congratulantis. Epistola. XXVII.

Beatissimo papæ Theophilo Hieronymus. Duplicē mihi grām beatitudinis tuæ litteræ præstiterunt: q̄ & factos & uenerabiles Agathonē episcopū: & diaconū Athanasīū hūerint portitorē: & aduersū sceleratissimā hæresim zelū fidei demonstrarint. Vox beatitudinis tuæ i toto orbe p̄sonuit: & cūctis christi ecclesiis lætātibus: diaboli uenena siluere. Nequaq; āplius antiquus serpens sibilat: sed cōtortus & euisceratus i cauernarū tenebris delitescens: solē clare ferre non sustinet. Qui quidem super hac re: & ante q̄ scriberes: ad occidentem epistolā miseram: ex parte hæreticorum strophas: mea lingua hominibus indicans: ex dispensatione dei factum puto: ut eo in tempore: tu quoq; ad Anastasium papam scriberes.

hæreticus

hæreticorum

In Origenuis

beres. Et nostrā dum ignoras: sententiam roborares. Veq; a te nunc admoniti: magis studiū accōmodabimus: ut hic & procul simplices ab errore reuocemus. Nec timeamus subire odia quorundā. Nec enim debemus hominibus placere: sed deo: q̄q̄ ardētius ab illis defendat̄ h̄eresis: q̄ a nobis oppugnet̄. Simulq; obsecro: ut si qua synodica habes: ad me dirigas: quo possim tanti pontificis auctoritate firmatus liberius & cōfidentius pro Christo ora referare. Vincentius presbyter ante biduū: q̄ hanc epistolā darē de urbe uenit: & suppliciter te salutat: crebroq; sermone cōcelebrat Romā & totā Italiā tuis post Christū epistolis liberatam. Annitef ergo papa amā tissime atq; beatissime: & p̄ omnē occasionē ad occidentales episcopos scribe: & mala germina acuta: ut ipse si gnificas: succidere falce non cessent.

Synodica

Theophili episcopi ad Hieronymum presbyterum: quod fugati sint Origenis sectatores: & quod hipocri /
tas eiusdem fautores euitet. Epistola. XXVIII.

D

Omino dilectissimo: & amantissimo fratri Hieronymo presbytero Theophilus episcopus. Didici q; & sanctitas tua nouerit Theodorus monachus: cuiusq; studiū cōprobauit: quia cū a nobis Romā nauigaturus exiret: noluit ante proficisci: nisi te & sanctos fratres: qui tecū sunt in monasterio quasi sua uiscera amplexaretur & inuiseret: quē cū susceperis pro ecclesie tranquillitate latere. Vidit eni cuncta Nitriæ monasteria: & referre potest continentia & mansuetudinē monachorū. Quo modo extinctis & fugatis Origenis sectatoribus: pax ecclesie reddita sit: & disciplina domini conseruetur. Atq; utinam apud uos quoq; deponerent hipocrisim: qui occulte dicuntur subruere ueritatē. De quibus nō bene scientes in his regionibus fratres hoc me scribere prouocarunt. Quā ob rem caute: & effugire huiuscemodi homines. Et iuxta quod scriptū est. Siquis non affert ad uos ecclesiasticā fidē: huic ne aue dixeritis. Quāq; ex superfluo faciā: hęc tibi scribere: qui errantes potes ab errore reuocare: tamen nihil nocet prudentes & eruditos uiros pro sollicitudine fidei commoneri. Omnes fratres qui tecum sunt nomine meo salutari uolo.

Comores

Epiphani episcopi ad Hieronymū presbyterum de profligatione Origenianæ h̄ereseos per Theophilum episcopum: cuius epistolam interferit gratulantis. Epistola. XXIX.

D

Omino amantissimo filio: ac fratri Hieronymo: Epiphanius in domino Salutē. Generalis epistola: quæ ad omnes catholicos scripta est: ad te proprie pertinet: qui zelū fidei aduersus cunctas h̄ereses habens Origenis proprie: & Apollinaris discipulos aduersaris: quorū uenenatas radices: & in altum defixam impietatem omnipotens deus protraxit in medium. Ut in alexandria prodita: in toto orbe arefcerent. Scito enim fili charissime Amalech usq; ad stirpem esse deletū: & in mōte Raphadin erectum trophæum crucis. Etenim quomodo porrectis in altū Moysi manibus uincebat Israel: sic dominus confortauit famulum suum Theophilum: ut super altare ecclesie Alexandrinæ contra Origenē uexillum poneret. Et impleretur in eo quod dicitur: scribe signū hoc. quia delebo funditus Origenis h̄eresim a facie terræ cū ipso Amalech. Et ne uidear eadē rursus iterare: & prolixiorē epistolā texeret: ipsa ad uos scripta direxi: ut scire possitis: quæ nobis scripserit: & quantū boni ultimæ ætati meæ cōcesserit dominus: ut quod semper clamabā: tāti pontificis testimonio probaref. Jā aut̄ puto & te aliqd̄ operis edidisse: & iuxta priorē epistolā quæ te sup̄ hac re fuerā cohortatus: elimasse librū: quē tuæ linguæ homines legant. Audio eni & ad occidentē quorū dā hoīum naufragia puenisse: qui nō cōtenti p̄ditione sua uolunt plures mortis habere participes. quasi multitudo peccantiū scelus minuat: ut numerositate lignorū maior gehēnæ flāma succrescat. Sanctos fratres qui tecū sunt in monasterio domino seruietes: & tecum & per te plurimum salutamus.

D

Omino dilectissimo fratri & coepiscopo Epiphanio Theophilus in domino Christo Salutē. Dominus qui locutus est ad prophetā: Ecce constitui te hodie sup̄ gentes & regna eradicare & suffodere & disperdere: & rurū ædificare ac plantare singulis tēporibus eandē: ecclesie suæ largitur gratiā: ut integrum corpus conseruetur: & in nullo h̄ereticorū dogmatū uenena preualeant. Quod quidē nūc uidemus expletū. Nā ecclesia Christi quæ nō habet maculā neq; rugā aut̄ aliquid istiusmodi: egredientes de cauernis suis Origenis colubros euangelico ense truncauit: & secundū Nitriæ monachorū agmē cōtagione pestifera liberauit. Pauca ergo ex his quæ gesta sunt: in generali epistola quā ad omnes in comune direxi: prout patiebat̄ angustia tēporis cōprehendi. Dignationis tuæ est quæ in huiuscemodi certaminibus sæpe ante nos pugnauit: & positos in prælio consolari: & congregare totius insulæ episcopos: ac synodicas litteras tā ad nos q̄ ad constantinopolitanæ urbis episcopū: & si quos alios putaueris mittere: ut cōsensu oīum & ipse Origenes nominatim: & h̄eresis nefaria condēnetur. Didici eni q; calūniatores ueræ fidei Ammonius Eusebius & Eutinius nouo pro h̄eresi furore bacchantes Constantinopolim nauigarint: ut & nouos si quos uoluerint decipiant: & ueteribus suæ impietatis locis cōiungant. Curæ igit̄ tuæ sit: ut cūctis episcopis p̄ Isauriā atq; Paphiliā & cæteras puincias: quæ i uicio sūt: rei ordinē p̄dāns: & nostrā (si dignū putas) epistolā subiicias: ut oēs uno spiritu cōgregati cū uirtute domini nostri Iesu christi tradamus eos sathanæ i interitū impietatis: quæ possidet eos. Et ut celeriq; nostra Constantino polim scripta pueniāt: mitte idulstrū uirū & aliquē de clericis: sicut & nos de ipsis Nitriæ mōasteriis patres monachorū: cū aliis sanctis & cōtinētissimis uiris misimus: q̄ possint cūctos i presēti docere quæ gesta sūt: & sup̄ oīa q̄sumus: ut ipensas ad dominū fūdas præces: quo possimus etiā in isto certamine uictoriā cōsequi. Nō eni parua læticia & in Alexandria & p̄ totā ægyptū populorū corda psuasit. Ex quo pauci hoīes electi sūt: ut purū corpus ecclesie pmaneret. Saluto fratres qui tecū sunt. Te plebs quæ nobiscum est in domino salutat.

Temporis Angustia

Indulstrum uirum

Epistola beati Hieronymi presbyteri ad Theophilum episcopum. In qua librū illius summis laudibus effert excusans q; celerius non uerterit in latinum. XXX.

Beatissimo papæ Theophilo Hieronymus Salutē. Ex eo tēpore quo beatitudinis tuæ accepi epistolas: iuncto paschali libro usq; in presentē diē ita & mērore luctus & sollicitudine ac diuersis sup̄ statu ecclēsiæ hinc rumoribus exagitatus sum: ut uix uolumē tuū potuerim in latinū sermonē uertere. Optime enī nosti iuxta ueterē sententiā non esse tristē eloquētiā: maxime si ad ægritudinē animi accedat corporis ægritudo. Et hanc ipsā epistolam febre æstuaus: & quintū iam diē decūbens lectulo nimia festinatione dictaui: breuiter idicāns beatitudinē tuā: magnū me laborē sustinuisse in trāslatione eius: ut omnes sentētiās pari uenustate trāsserem: & græcæ eloquētiæ latinum aliqua ex parte responderet eloquiū. In principio philosopharū: & generaliter agēs dū omnes erudis: unum iugulas. In reliquis autē quod uel difficillimū est: rhetoricæ eloquētiæ iungis philosophos: & Demosthenē atq; Platonē nobis confocias. O quāta dicuntur in luxuriā: quātis præconiis extollitur cōtinentia: & de itimīs sapiētiæ disciplinis diei ac noctis: lunæ cursus ac solis ratione: mūdi istius natura describit: & hāc ipsam disputationē ad scripturā: refert auctoritatē: ne in paschali libro uidearis de sæcularibus quēq; fontibus mutuatus. Quid plura? In his laudare te uereor ne assentādi crimen icurrā. Optius liber est: & i philosophis: & agens susceptā causā absq; iuidia psonarū. Vnde obsecro te ignoscas tarditati etiam meæ. Ita enī sãctæ & uenerabilis Paulæ cōfectus sū dormitione: ut absq; trāslatione huius libri: usq; i præsentia rū nihil aliud diuini opis scripserim. p̄didimus enī ut ipse nosti repēte solatiū: qd̄ (ut cōscientiæ nostræ testis est dominus) nō ut p̄prias ducimus necessitates: sed ut sãctos refrigeria qbus illa sollicitē seruebat. Sãcta & uenerabilis te filia tua Eustochiū: quæ nullā p̄ matris absētia recepit cōsolationē: te uniuersa fraternitas suppliciter salutat. Libros quos dudū scripsisse te nūciauisti: uel legēdos nobis: uel uertendos transmittē. Vale in Christo.

Præfatio Ruffini presbyteri Aquilegensis in libros periarcon Origenis: in quo dicit se Hieronymū imitatum: qui eiusdem Origenis aliqua traduxerat: & profiteretur quæ a fide discrepant detractaturum. Nota qd̄ hic primum inter Hieronymum & Ruffinum exorta est contentio: cum callide in ea præfatione Hieronymi mentio habita crederetur: sicut mox subiecta testatur.

Scio q̄ plurimos fratrum scientiæ scripturarum desiderio prouocatos: poposcisse ab aliquantis eruditis uiris: & græcarum litterarum peritis: ut Origenem Romanum facerent: & latinis auribus eum donarent. In quod etiam cum frater & collega uester ab episcopo Damaso deprecatus: homelias duas de cāntico canticorum in latinum transtulisset ex græco: ita in illo opere ornate magnificeq; præfatus est: ut cuius legendi Origenem: & auidissime perquirendi desiderium commoueret: dicens illius animæ conuenire: quod dictum est. Introduxit me rex in cubiculum suum asserens eum: quod cum in cæteris libris omnes uincat in canticis canticorum: Etiam ipse se uicerit. Pollicetur sane in ipsa præfatione se & ipsos in canticis canticorum libris: & alios q̄ plurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ille ut uideo in stilo proprio placens: rem maioris gloriæ sequitur: ut pater uerbi sit potius q̄ interpret. Nos ergo rem ab illo quidem ceptam sequimur & p̄batam: sed non æquis eloquētiæ uiribus: tanti uiri ornare possumus dicta. Vnde uereor ne uitio meo id accidat ut uir quem ille alterum post apostolos ecclēsiæ doctorem scientiæ ac sapientiæ merito comprobauit: inopia sermonis nostri longe se inferior uideatur. Quod ego sæpe considerans reticebā: nec deprecantibus me frequenter in hoc opus fratribus annuebā. Sed tua uis fidelissime frater Machari: tanta est: cui obsistere ne impitia quidē potest: propter quod ne te ultra tam grauem paterer exactorem: etiam contra propositum meum cessi: ea tamen lege atq; ordine: ut quantum fieri potest: interpretando sequar regulā prædecessorū. Et eius præcipue uiri: cuius superius fecimus mentionē: qui cū ultra .lxx. libellos Origenis: quos homeliticos appellauit: aliquantos etiā de tomis in apostolū scriptis transtulisset in latinū: in quibus cū aliquanta offendicula iueniantur i græco: ita elimaui omnia interpretādo atq; purgauit: ut nihil in illis quod a fide nostra discrepet latinus lector inueniat: hunc etiā nos licet nō eloquētiæ uiribus disciplinæ tamen regulis inquantū possumus: sequimur obseruantes scilicet ne ea quæ in libris Origenis a seipso discrepantia inueniuntur atq; contraria proferamus: cuius diuersitatis causā plenius tibi in apologetico: quē Paphilus pro libris ipsius Origenis scripsit: edidimus breuissimo libello supaddito: in quo euidētibus ut arbitror probamētis corruptos esse i q̄ plurimis ab hæreticis & maliuolis libros eius ostēdimus: & istos præcipue quos nunc exigis ut interpreter: id est periarcon: quod de principiis uel de principatibus dici potest: qui sūt re uera alias & obscurissimi & difficillimi. De rebus enim ibi talibus disputati quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt. Hic uero noster q̄tū potuit egit: ut creatoris fidem & creatarū regū rationem: quā illi ad impietate traxerunt: ad pietatem ipse cōuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid contra id inuenimus: quod ab eo in cæteris locis fideliter de trinitate fuerat definitum: ueluti adulteratū hoc & alienū: aut prætermisimus: aut secundū eam regulam protulimus: quā ab ipso frequenter inuenimus affirmatā. Si qua sane uelut pitis iam & scientibus loquēs: dum breuiter trāsire uult obscurius p̄tulit: ut manifestior fieret locus: ea quæ de ipsa re in aliis eius libris aptius legeramus: adiecimus explanatiōi studentes: nihil tamen nostrū diximus. Sed licet in aliis locis dicta sua tamen reddidimus. Hoc autē iccirco in præfatione cōmonui: ne forte calūniatores iteq; se criminandi putarent inuenisse materiā: sed uiderint ipsi quid peruersi & cōtentiosi homines agant. Nobis interim tantus labor: si tamen orantibus uobis deus iuuerit: iccirco susceptus est: nō ut calūniosos ora (quod fieri non potest: licet forte etiam hoc deus faciet) clauderemus: Sed ut proficere ad scientiam reꝝ uolentibus materiā præberemus. Illud sane omnem qui hos libros uel descripturus est: uel lecturus in conspectu dei patris & filii & spiritus sancti: contestor: atq; conuenio: per futuri regni fidem: per resurrectionis ex mortuis sacramentum: per illum qui præparatus est diabolo & angelis suis æternū ignē: sic non illum locum æterna hæreditate possideat: ubi est fletus & stridor dentium: & ubi ignis eorum non extinguitur.

*Origo distorsionis et diffinitionis
inter Hieronymum et Ruffinum*

Tomos

*Euidētibus probamētis
periarcon.*

guetur & uermis eorum non morietur: ne quis addat aliquid huic scripturae: ne auferat: ne iserat: ne immutet: sed conferat cum exemplaribus: unde scripserit: & emendet ad litteram: & distiguet: & non emendatum uel non distinctum codicem non habeat: ne sensum difficultas: si distinctus codex non sit: maiores obscuritates legentibus generet.

Pammachii & Oceani ad beatum Hieronymum presbyterum commonentium: ut de callida Ruffini interpretatione & mentione illius in praefatione habita se purget. Epistola. XXXII.

Anctus aliquis ex fratribus schedulas ad nos cuiusdam detulit: quae Origenis uolumen quod Periarcho scribitur: in latinum sermonem uersum tenerent. Et quonia in his multa sunt: quae tenuitate nostri ingenii promouent: quaeque minus catholice dicta existimamus: suspicamur etiam ad excusationem auctoris multa de libris eius esse subtracta: quae apertam impietatem eiusdem monstrare potuissent: quos sumus praestantiam tuam: ut hoc specialiter non tam nobis quam uniuersis: qui in urbe habitant: profecturum opus digneris impendere: ut supradictum librum Origenis ad fidem: quemadmodum ab ipso auctore editus est: tuo sermone manifestes: & quae a defensore eius interpollata sunt: pedas. Et quae etiam in his schedulis quas ad sanctitatem tuam direximus: uel contra catholicam regulam: uel imperite edita sunt: redarguas atque conuincas. Sane subtiliter in praefatione operis sui mentionem tacito nomine tuae sanctitatis expressit: quod a te promissum opus ipse compleret: illud oblique agens etiam te simili ratione sentire. Purga ergo suspensiones hominum: & conuince criminantem: ne si dissimulaueris: consentire uidearis.

Apologia beati Hieronymi ad eosdem responsua. In qua docet se Origenis doctrinam non dogma sectatum: docetque illum ita legendum: ut exceptis bonis contraria fidei respuant. Illius quoque errores detegit: & praefationem in libros periarchon carpit: illorumque interpretationem uitiosam damnat. Epistola. XXXIII.

Schedulae quas misistis: honorifica me affecere contumelia: sic ingenium praedicantes: ut fidei tollerent ueritatem. Et quia eadem in Alexandria & Roma & in toto pene orbe boni homines super meo nomine iactare consueuerunt: & tantum me diligunt: ut sine me haeretici esse non possint: omitam personam: rebus tantum & criminibus respondebo. Neque enim prodest maledicentibus remaledicere: & aduersarios talione mordere: cui praecipitur malum pro malo non reddere: sed uincere in bono malum: saturari obprobriis: & alteram uerberanti praebere maxillam: Obiiciunt mihi: quare Origenem aliquando laudauerim. Ni fallor: duo loca sunt: in quibus eum laudauimus: praefatiuncula ad Damasum in homeliis canticis canticorum: & praemium in libro hebraicorum nominum. Quid ibi de dogmatibus ecclesiae dicitur? Quid de patre & filio & spiritu sancto. Quid de carnis resurrectione? Quid de animae statu atque substantia? Simplex interpretatio atque doctrina simplici uoce laudata est. nihil ibi de fide: nihil de dogmatibus comprehensum est. Mortalis tantum tractat locus: & allegoriae nubilum serena expositione discutit. Laudauimus interpretationem: non dogmatistam: ingenium: non fidem: philosophum non apostolum. Quod si uolunt super Origenem meum scire iudicium: legant in Ecclesiastice commentarios: replicent in epistola ad Ephesios tria uolumina: & intelligant me semper eius dogmatibus contraxisse. Quae enim stultitia est: sic alicuius laudare doctrinam: ut sequar & blasphemiam? Et beatus Cyprianus Tertulliano magistro utitur ut eius scripta probat. Cumque eruditi & ardentes delectentur ingenio: Motanum cum eo Maximillaque non sequitur. Fortissimos libros contra Porphyrium scribit Apollinaris. Ecclesiasticam pulchre Eusebius historiam texiuit: alter eorum dimidiatam christi introducit oeconomiam: alter impietatis Arrii aptissimus propugnator est. Ve inquit Esaias: qui dicit bonum malum: & malum bonum & qui faciunt amarae dulce: & dulce amarae: nec bonis aduersarios: si honestum quid habuerint: detrahendum est: nec amicos: laudanda sunt uitia: & unumquodque non personarum: sed res potest iudicandum esse. Mordetur & Lucilius: quod in composito currat pede: & tamen sales eius leposque laudant: dum esse iuuenis miro descendi ferebar ardore nec iuxta quorundam praesumptionem: ipse me docuit. Apollinaris Laodicenum audiui Antiochiae frequenter & colui. Et cum me in sanctis scripturis erudiret nunquam illius contentiosum dogma suscepimus. Iam canis spargebar caput: & magistrum potius quam discipulum decebat: prexi tamen alexandriam: audiui Didymum: in multis ei gratias ago. Quod neciui didici: quod sciebam illo docente non perdidici. Putabam me homines finem fecisse discendi: ueni rursum Hierosolymam & Bethleem: quo labore: quo praecio Barabanum nocturnum habui praecceptorem? Timebat enim iudaeos: & mihi alterum exhibebat Nicodemum: horum omnium frequenter in opusculis meis facio mentionem. Certe Apollinaris & Didymi inter se dogma contrarium est. Rapiat me ergo utraque turba diuersum alitruum: quia magistrum utrumque confiteor: si expedit odisse homines: & gentes aliquas detestari: miro odio auersor concisionem: usque hodie enim persequuntur dominum nostrum Iesum christum in synagogis sathanam. Obiiciat mihi quispiam: cur hominem iudaeum habuerim praecceptorem. Et audet quidam proferre litteras meas ad Didymum quasi ad magistrum. Grande crimen discipuli: si hominem eruditum & senem magistrum dixerim. Et tamen uolo inspicere ipsam epistolam: quae tanto tempore in caluniam reseruata est. Nihil praeter honorem & salutationem continet: inepta sunt haec & friuola. Arguite potius ubi haeresim defenderim: ubi prauum Origenis dogma laudauerim in lectione Esaiam in quo duo seraphin clamantia describuntur: illo interpretate filium & spiritum sanctum: nonne ego detestandam expolitionem in duo testamenta mutauimus? Habetur liber in manibus ante. xxx. annos editus: tot opuscula mea: & maxime commentarii iuxta oportunitatem locorum: gentilem sectam laecerat: quod autem opponunt congregasse me libros scilicet illius super cunctos homines: utinam omnium tractatorum haberem uolumina: ut tarditatem ingenii eruditionis diligentia compensarem. Congregauimus libros eius fateor. Et ideo errores non sequor: quia scio uniuersa quae scripsit. Credite experto: quasi christianus: christianis loquor: uenenata sunt illius dogmata aliena a scripturis sanctis uim scripturis facientia: legi inquam legi Origenem. Et si in legendo crimen est: fateor: & nostrum marsupium Alexandrinae chartae euacuauerunt. Si mihi creditis origenista nunquam fui. Si non creditis nunc esse cessauimus: quod si nec sic adducimini ad fidem: compellit me ad defensionem meam: contra

*Interpres diffinitus
Dogmatistae
Tertullianus magister Cyprianus
Apollinaris
Eusebius
Lucilius in composito
Carmine: salubri non perueniens
Apollinaris auctor
Hieronymus fuit*

*In Origenem
Origenista*

Amasium uestrum scribere: ut si non creditis neganti: creditis saltē accusanti. Sed libentius mihi erranti credit
q̄ correcto. Nec mirū: putāt enim me suū esse συμμοσθη: & propter animales & luteos: nolle palam dogma
ta confiteri. Ipsorum enim decretū est: non facile margaritas ante porcos mittendas: nec dandū sanctū canibus
Et cū Dauid dicere: abscondi in corde meo eloquia tua: ut non peccē tibi. Et in alio loco super iusto: qui loquit̄
inquit ueritatē cū proximo suo: id est cū iis qui domestici fidei sunt. Ex quo uolunt intelligi: nos qui necdū ini-
tati sumus debere audire mendacium: ne paruuli atq; lactentes solidioris cibi edulio suffocemur. Quod autē
periuriō atq; mendacii inter se orgiis foederentur: sextus Stromatū liber: in quo Platonis sententia nostrū dog-
ma cōponit: plenissime docet. Quid igitur faciā: Negē me eiusdē dogmatis esse: Non credunt: ridebunt & di-
cent: domi nobis ista dicuntur. Faciā quod solū cauent: ut sacra eorū atq; mysteria in publicū proferā: & omnis
prudētia eorū: qua nos simplices ludunt in ppatulo sit. Et qui neganti uoci nō credunt: credant saltē arguētī sti-
lo. Hoc enī uel maxime cauent: ne quādo contra auctore suū eorū scripta teneant: facile dicunt cū iuramento:
quod postea alio soluant piurio. A subscriptione tergiuersant: quæruntq; suffragia: alius non possū inquit dā-
nare quod nemo dānauit: alius nihil sup hoc a patribus statutū est: ut dū totius orbis puocatur auctoritas: sub-
scribendi necessitas differatur. Quidā Constantius: quomodo inquit dānabimus: quod synodus Nicēna non
tetigit: Quæ enim dānauit Arrium: dānasset utiq; & Origenē: si illius dogmata reprobasset: scilicet uno medi-
camine omnes simul morbos debere curari. Et iccirco spiritus sancti neganda maiestas est: quia in illa synodo
super substantiā eius silentiū fuit: De Arrio tunc non de Origene quæstio fuit: De filio nō de spiritu sancto: cō-
fessi sunt quod negabat: tacuerunt de quo nemo quærebat: quanq̄ latenter Origenē fontē Arrii pcusserunt. Dā-
nantes enim eos qui filiū de patris negant esse substantia: illum pariter Arriūq; dānauerunt. Alioquin hoc argu-
mento nec Valentinus nec Martion nec Cathaphryges nec Manichæus dānari debent: q̄a synodus nicēna eos
non nominat: quos certe ante synodū fuisse non dubiū est. Quod si quando urgeri cœperint: & aut subscribē-
dum eis fuerit: aut exeundū de ecclesia: miras strophas uideas. Sic uerba tēperāt: sic ordinē uertunt: & ambigua
quæq; concinunt: ut nostrā & aduersariōrū confessionē teneant: ut aliter hæreticus: aliter catholicus audiat: qua-
si non eodē spiritu & Apollo delphicus atq; Loxias oracula cecinerint Cræso & Pyrho diuersis tēporibus: sed
pari illudentes strophæ. Exempli causā pauca subiiciā. Credimus inquit resurrectionē futurā corporū. Hoc
si bene dicat: pura confessio est. Sed quia corpora sunt cælestia: & terrestria: & aer iste & aura tenuis iuxta natu-
ram suā corpora nominant: corpus ponunt non carnē: ut orthodoxus corpus audiens: carnē putet: hæreticus
spiritū recognoscat. Hæc est eorū prima decipula: quæ si deprehensa fuerit instruunt alios dolos: & innocentia
simulant: & malitiosos nos uocant: & quasi simpliciter credentes aiunt: Credimus resurrectionē carnis. Hoc ue-
ro cū dixerint: uulgus indoctū putat sibi sufficere: maxime quia id ipsū & in symbolo credit. Interrogas ultra:
circuli strepitus comouent: fautores clamitant. Audisti resurrectionē carnis. Quid quæris amplius: Et in per-
uersū studiis cōmutatis nos sycophantæ: illi simplices appellantur. Quod si obduraueris frontē: & urgere cœ-
peris: carnē digitis tenens: an ipsā dicant resurrecturā: quæ cernitur: quæ tangit: quæ incedit: & loquitur: Prio-
rident: deinde annuunt: dicentibusq; nobis: utrū capillos & dentes: pectus & uentrē: manus & pedes: ceterosq;
artus ex integro resurrectio exhibeat. Tunc uero risu se tenere non possunt: cachinoq; ora soluentes: tōlores no-
bis necessarios & placetas & medicos ac sutores ingerunt. Vltroq; interrogant: utrū credamus & genitalia utri-
usq; sexus resurgere: nostras genas hirtas: scemina: leues fore: & habitudinē corporis pro matris ac scemina: di-
stinctione diuersā. Quod si dederimus: statim expetunt uuluā & coitū: & cetera quæ in uentre sunt: & sub uē-
tre: singula mēbra negant: & corpus quod constat ex mēbris: dicunt nō resurgere. Non est huius tēporis contra
dogma peruersū rhetoricū iactare sermonē. Non mihi diues Ciceronis lingua sufficet: nō feruens Demosthe-
nis oratio anima: ut possit implere sermonē: si uelim hæreticorū fraudulentias proderet: qui uerbotenus resurre-
ctionē fatentes: animo negant. Solent enī mulierculæ eorū mamas tenere: uentri applaudere: lūbos & scemora
& puras attrēctare maxillas: & dicere: Quid nobis prodest resurrectio: si fragile corpus resurget. Tēpore futu-
ræ resurrectionis angelorū habebimus naturā: dedignant uidelicet cū carne & ossibus resurgere: quibus resur-
rexit & Christus. Sed fac me errasse in adolescentia: & philosophorū id est gentiliū studiis cruditum: in p̄cipio
fidei dogmata ignorasse christiana: & hoc putasse in apostolis: quod in Pythagora & Platone & Empedocle le-
gerā: Cur paruuli in christo atq; lactentes errorem sequimini: Cur ab eo impietatē discitis: qui nec dū pietatē
nouerat: Secunda post naufragiū tabula est: culpā simpliciter confiteri. Imitati estis errantē: imitami & cor-
rectū. Errauimus iuuenes: emendemur & senes. Iūgamus gemitus: & lachrymas copulemus: ploremus: & con-
uertamur ad dominū: qui fecit nos: non expectemus p̄nitentiā diaboli. Vana est illa præsup̄tio: & in gehēna
trahens profundū: hic autem creditur uita: aut amittitur. Si Origenem nunq̄ secutus sum: frustra infamare me
cupitis. Si discipulus eius fui: imitami p̄nitentē. Creditis contenti: credite & neganti. Si ista ut ais iquit no-
ueras: quare cum laudasti in opusculis tuis: Et hodie laudare: nisi uos eius laudaretis errores. Non mihi displi-
ceret ingeniū: nisi quibusdā etiā placeret impietas. Et apostolus precipit omnia legentes: quæ bona sunt retinē-
tes. Lactantius in libris suis & maxime in epistolis ad Demetrianum spiritus sancti omnino negat substantiam:
& errore iudaico dicit eum ad patrem referrī uel ad filium: & ad s̄ctificationē utriusq; personæ sub eius nomi-
ne demonstrari. Quis mihi interdiceret potest: ne legā institutionū eius libros: quibus contra gētes scripsit for-
tissime: quia superior sentētia detestāda est: Apollinaris cōtra Porphyriū egregia scripsit uolumina: p̄bo labo-
rē uiri: licet fatuū in plarīsq; dogma contēnam: confitemini & uos in quibusdā errare Origenē: & uim ultra non
faciā. Dicite eū male sensisse de filio: peius de spiritu sancto: animarū de cælo ruinas ipie ptulisse: resurrectionē
carnis

Amasium

*Diues Ciceronis lingua
Demosthenis oratio*

Lactantius

Apollinaris

carnis uerbo confiteri: ceterum assertionem destruere: post multa secula atque unam de omnibus restitutionem: id ipsum fore Gabrielē: quod diabolū: Paulū quod Cayphā: uirgines quod prostibulas. Cū hæc reieceritis: & quasi censoria uirgula separaueritis a fide ecclesiæ: tuto legā cetera: nec uenena iam metuā: cum atidotum præbitero: non mihi nocebit: si dixerō Origenes: cum in cæteris libris omnes uicerit: in cantica canticorum ipse se uicit: nec formidabo sententiam: quia illum doctorem ecclesiarum quondam adolescentulus nominauit nisi forte accusare debui: cuius rogatus opuscula transferebam: & dicere in prologo: hic cuius interpretor libros hæreticus est. Caue lector ne legas: fuge uiperam. Aut si legere uolueris: scito a malis hominibus & hæreticis corrupta esse quæ transuli: quæ timere non debeas. Ego enim omnia quæ uitiata fuerunt correxi: hoc est aliis uerbis dicere: ego qui interpretor catholicus sum: hic quem interpretor hæreticus est. Denique & uos satis simpliciter & ingenue: & non malitiose: parui scilicet pendentes precepta rhetorica: & prestigias oratorum: dum libros eius περιερκων hæreticos confitemini: & in alios crimen transferre uultis: iniicitis legentibus scrupulum: ut totam auctoris uitam discerent. Et ex cæteris libris eius coniecturam presentis facerent questionis. Ego callidus qui emendauit: silens quod uolui: & dissimulans crimina: non feci inuidiam criminoso. Aiunt & medici grandes morbos non esse curandos: sed dimittendos naturæ: ne medela languorem exasperet. Centum quinquaginta anni prope sunt: ex quo Origenes mortuus est tyri. Quis latinorum ausus est unquam transferre libros eius de resurrectione? Periarcho: Stromateas: Quis per infame opus seipsum uoluit infamari? Nec disertiores sumus Hilario: nec fideliores Victorino: qui eius tractatus non ut interpretes: sed ut auctores proprii operis transtulerunt. Nuper sanctus ambrosius sic Hexamerum illius compilauit: ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequeretur. Ego ipse cuius æmulatores esse uos dicitis: & ad cæteros talpæ: caprearum in me oculos possidetis: si malo animo fuisset erga Origenem: interpretatus essem hos ipsos: quos supra dixi libros. Ut mala eius etiam latinis nota facerem: sed nunquam feci: & multis rogantibus acquiescere nolui. Non enim consueui eos insultare erroribus: quorum miror ingenia. Ipse si adhuc uiueret Origenes: irasceret uobis fautoribus suis. Et cum Iacob diceret odiosum me fecistis in mundo. Vult aliquis laudare Origenem: Laudet ut laudo. Magnus uir ab infantia: & uere martyris filius alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit. Succedens eruditissimo uiro Clementi presbytero: uoluptates in tantum fugit ut zelo dei: sed tamen non secundum scientiam: ut ferro tricaret genitalia. Calcauit auaritiam: scripturas memoriter tenuit. Et in studio explanationis earum: diebus sudauit ac noctibus. Mille & eo amplius tractatus: quos in ecclesia locutus est: edidit. innumerabiles præterea commentarios quos ipse appellat tomos. Et quos nunc prætereō. ne uidear operæ eius indicem texere. Quis nostrum tanta potest legere: quanta ille conscripsit? Quis ardentem in scripturis animum non meretur? Quod si quis iudas zelotes apposuerit nobis errores eius: audet libere. Interdum magnus dormitat Homerus.

Compara uirgula

Medicorum dictum.

Origenem genitalia trahit ferro zelo dei

Verum operi longo fas est obrepere somnum. Et ignoscere: non imitemur eius uitia: cuius uirtutes non possumus sequi. Errauerunt in fide alii: tam græci quam latini: quorum non necesse est proferre nomina: ne uideamur eum non sui merito: sed aliorum errore defendere. Hoc non est inquiete excusare Origenem: sed accusare cæteros: pulchre: si eum errasse non dicerem: si in fidei prauitate: saltem apostolum Paulum uel angelum de cælo audiendum crederem. Nunc uero cum simpliciter errorem eius fatear: sic legam ut cæteros: quia sic errauit ut cæteri. Sed dicas: si multorum comitum error: cur solū persequimini? Quia uos solū laudatis ut apostolū: tollite amoris περιεβολην: & nos tollimus odii magnitudinem. Cæterorum uitia de libris suis ad hoc tantum excerpitis: ut huius defendatis errorem. Origenem sic fertis in cælum: ut nihil eum errasse dicatis. Quisquis es assertor nouorum dogmatum: quaeso te ut parcas romanis auribus: parcas fidei: quæ apostoli uoce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris quod ante nesciuimus? Cur profers in medium: quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Usque ad hunc diem sine ista doctrina mundus christianus fuit. Illa senex tenebo fidem: in qua puer natus sum. Pelusiotas nos appellant: & luteos animalesque & carnosque: non recipiamus ea quæ spiritus sunt: illi scilicet Hierosolymitæ: quorum mater in cælo est. Non contemo carnem: in qua christus natus est: & resurrexit: non despicio lutum quod excoctum in testam purissimam regnat in cælo. Et tamen miror: cur carni detrahentes uiuant carnaliter: & inimicam suam foueant: & nutriant delicate: nisi forte implere uolunt scripturam dicentem. Amate inimicos uestros: & benefacite his qui persequuntur uos. Amo carnem castam: uirginem: ieiunantem: amo carnem non opera: sed substantiam: amo carnem quæ iudicandam se esse nouit: amo illam: quæ pro christo in martyrio cecidit: laniatur: exurit. Illud uero quod asserunt: a quibusdam hæreticis & maluolis hominibus libros eius esse uiolatos: quod ineptum sit: hinc probari potest. Quis prudentior: doctior: eloquentior Eusebio & Didymo assertoribus Origenis inueniri potest? Quorum alter sex uoluminibus τας απολογιας id est defensiones scribens: ita eum ut se sensisse confirmat. Alter sic eius errores nititur excusare: ut tamen illius esse fateatur: non scriptum negans: sed sensum scribens edisserens. Aliud est: si quæ ab hæreticis addita sunt: Didymus quasi bene dicta defendit. Solus inuentus est Origenes cuius scripta in toto orbe falsarentur: & quasi ad Mithridatis litteras omnis ueritas uno die de uoluminibus illius raderetur. Si unus uiolatus est liber: num uniuersa eius opera: quæ diuersis locis & temporibus edidit: simul corrumpi potuerunt? Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum romanæ urbis episcopum: penitentiam agit: cur talia scripserit: & causas temeritatis in Ambrosium refert: quod secreto edita: in publicum protulerit: & quidam nunc etiam τας αφοουσι aliena esse: quæ displicent. Porro quod Pamphilum proferunt laudatorem eius: gratias illis ago meo nomine: quod dignum me putauerunt: quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab inimicis Origenis libros eius dicitis esse uiolatos: ut infamaretur: quare mihi non liceat dicere: ab amicis eius & sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili uolumen: quod illi testimonio

h

martyris ab infamia uindicaret: Ecce uos emēdatis in Origenis libris: quod ille non scripsit: & miramini: si edat aliquis librum: quem ille non edidit. Vos in edito opere potestis coargui. ille qui nihil aliud edidit: facilius patet calumnia. Date quodlibet aliud opus Pāphili: nūq̄ repietis: hoc unum est. Vnde igitur sciā: q̄ Pamphili sit? Videlicet stilus & salua docere me poterit. Nunq̄ credam: q̄ doctus uir primos ingenii sui fructus questionibus & infamiae dedicaret: & ipsum nomen apologetici ostendit excusationē. Non enī defenditur nisi quod in crimine est. Vnū nunc proferam: cui contradicere uel stulti sit: uel imprudētis. Sextus liber Eusebii super Origenis defensionē: principiū usq̄ ad mille ferme uersus libri istius: qui Pamphili dicitur: cōtinēt. De reliquis scriptor eiusdē operis profert testimonia: quibus nititur approbare Origenē fuisse catholicū. Eusebius & Pamphilius tantā inter se habuere concordia: ut unius animae homines putes: & ab uno alter nomē acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt: ut Eusebius in toto opere suo Origenem Arriani probet dogmatis: & Pamphilius nicenae synodi quae fuit postea: defensorem? Ex quo ostenditur uel Didymi uel cuiuslibet alterius esse opusculū: qui sexti libri capite detruncato: cetera mēbra lociat. Si concedamus ex sup̄fluo: ut Pamphili sit: sed nec dum martyris (ante enim scripsit q̄ martyriū perpetraret) & quomodo iniquis martyrio dignus fuit: scilicet ut martyrio deleret errorē: ut unam culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti i toto orbe martyres ante q̄ caderentur: uariis subiacuere peccatis? Defendamus ergo peccata: quia qui postea martyres: prius peccatores fuerunt. Hæc fratres amantissimi ad epistolā uestrā ceteri sermone dictaui: uincens propositū: ut contra eū scriberē: cuius ingenium ante laudaueram: malens æstimatione periclitari q̄ fide. Hoc mihi prestiterunt amici mei: ut si tacuero reus: si respondero inimicus iudicer: dura utraq̄ conditio. Sed e duobus eligā qd̄ leuius est. Si multas redintegrari potest. blasphemiam ueniā nō meret. Quid autē laboris in libris transferendis periarcho nō sustinuerim: uestro iudicio derelinquo: dum & mutare quippiā de græco non est uertentis: sed euertentis: & eadē ad uerbū exprimere: nequa q̄ eius qui seruare uelit eloquii uenustatem.

Argumentum.

Superiori tractatu irritatus Rufinus presbyter Aquilegiensis contra beatū Hieronymū tanq̄ amulū & obtrectatorem retorsit stilum duobus uoluminibus: illum arguens quæ infra subduntur. Sed cum iam apud urbem se Origenianae hæresis inculatum audiret: apologiam Anastasio eiusdem urbis episcopo scribit: fidem suam exponens: de interpretatione se purgans: & protestās de origine animae nihil uelle diffinire. Sed parum ea purgatione proficit: ut sequens epistola indicat.

Ruffini presbyteri Aquilegiensis pro se Apologia ad Anastasiū urbis Romanæ episcopū. Epistola. XXXIII.

Adiui quosdam cum apud beatitudinē tuā controuersuri siue de fide siue de aliis nescio quibus questionibus conuenirent: etiam mei nominis fecisse mentionem. Et tua quidem sanctitas uelut ab ipsis incunabulis per ecclesiasticæ traditionis regulas instituta: de absente sibiq̄ bene & in fide & in charitate dei cognito calumniantibus non accomodauit auditum. Quoniam a me tamē appetitæ æstimationis mea fama peruenit: æquum putauit: ut quoniam ipse post. xxx. fere annos parētibus redditus sum: & durum satis atq̄ inhumanū erat: si tam cito desererem illos quos tam tarde reuiseram. Simulq̄ tam longinqui itineris labor fragilem me reddit ad iterandos labores: litteris meis satisfacere beatitudini tuæ: non ut de sancta mente tua: quæ uelut dei quoddam sacrarium aliquid iniquū non recipit: maculam suspicionis abstergeret: sed & æmulis aduersum me forte oblatrantibus: baculū quēdam confessionis meae quo abigerentur: offerrem. Quāuis igitē fides nostra persecutionis hæreticorū tēpore: cum in sancta alexandrina ecclesia degeremus: in carceribus & exiliis q̄ pro fide iferebantur: probata sit: tamen & nunc si quis est: qui uel tentare fidem nostram cupit: uel audire: uel discere: sciat quod de trinitate ita credimus: quod unius naturæ: unius sit deitatis: unius eiusdēq̄ uirtutis atq̄ substantiæ: nec inter patrē & filium & spiritum sanctū sit prorsus ulla diuersitas: nisi q̄ ille pater est: & hic filius. & ille spiritus sanctus: trinitas in subsistentibus personis: unitas in natura atq̄ substantia. Filium quoq̄ dei in nouissimis diebus natum esse confitemur ex uirgine & spiritu sancto: carnem humanæ naturæ atq̄ animam suscepisse: in qua & passus est & sepultus: resurrexit a mortuis: in eadem ipsa resurgens: quæ deposita fuerat in sepulchro: cum qua carne simul atq̄ anima: post resurrectionē ascendit in cælos. Vnde & uenturus expectatur ad iudicium: iudex uiuorum & mortuorū. Sed & carnis nostræ resurrectionē fatemur integre & perfecte futuram: huius ipsius carnis nostræ: in qua nunc uiuimus: non ut quidā calūniantur: alterā pro hac resurrectionem dicimus. Sed & hanc ipsam nullo omnino eius membro amputato: uel aliqua corporis parte defecta. Sed cui nihil omnino ex omni natura sua desit: nisi sola corruptio: hoc enim promittit sanctus apostolus: q̄ seminetur corpus in corruptione: & resurgat in incorruptione: & seminetur in infirmitate: & resurgat in uirtute: seminetur in ignominia: surgat in gloria. Et quia seminetur corpus animale: resurgat spiritale. Hæc nobis de resurrectione tradita sunt ab iis a quibus sanctū baptisma i Aquilegiensi ecclesia cōsecuti sumus: quæ puto ipsa esse: quæ etiā apostolica sedes tradere soleat & docere: dicimus quoq̄ & iudiciū futurum: in quo iudicio unusquisq̄ recipiat propria corporis prout gessit: siue bona: siue mala: quod si homines recepturi sunt pro operibus suis: quāto magis & diabolus: qui omnibus existit causa peccati? De quo sentimus illud quod scriptum est in euangelio: quia & ipse diabolus & omnes angeli eius cum iis qui opera eius faciunt: & criminantur fratres: cum ipso pariter æterni ignis hæreditatē patiēter. Si quis autē negat diabolum ignibus æternis mancipandū nō esse partē hæreditatis dei cū ipso: sed eā in igne accipiat: ut sentiat uerū esse qd̄ negauit. Audio & de anima esse quæstiones cōmotas. De qua re utrū recipi debeat quærimonia: aut abiici: uos probate. Si autē de me qd̄ sentia quæraf: fateor me de hac quæstione apud q̄ plurimos tractatorū diuersa legisse. Legi enī quosdā dicentes: q̄ pariter cum corpore per humani seminis traducē: etiā anima infundat: & hi q̄tū poterāt id sermonibus cōfirmabāt. Quod puto inter

latinos

Sulus & salua docent

Par amicum

Transferendi labor

Resurrectio

1

Tertullianus
Origenis

Latinos Tertullianū sensisse uel lactatiū: fortassis & alios nōnullos. Alii asserunt q̄ formatis in utero corporibus deus quotidie facit aīas & infundat. Alii factas iā olim. i. tunc: cū oīa deus creauit ex nihilo: nunc eas iudicio suo dispenset in corpore. Et hoc sentit Origenes: & nōnulli alii græcorū. Ego uero cū hæc singula legerim (deo teste dico) quia usq; ad præsens certi uel definiti aliquid de hac q̄stione non teneo: sed deo relinquo scire: qd sit in uero: & sicut ipse reuelare dignabit̄. Ego tamē hæc singula: & legisse me nō nego: & adhuc ignorare cōfiteor: præter hoc qd manifeste tradit ecclesia: deū esse & aīas & corpora: cōditore. Sane quia audio etiā inde disputatum: q̄ quædam Origenis a fratribus rogatus de græco trāstuli in latinū: puto q̄ oēs itelligāt hoc p̄ solo liuore culpari. Si enim aliquid est qd displiceat in auctore: q̄te id ad interpretē detorq̄tur: Sicut in græcis habet̄: rogatus sū ut latinis ostenderē. Græcis sensibus uerba dedi latina tantūmō. siue ergo in illis sensibus laus inest aliq̄. nō est mea: siue culpa similiter non est mea. Quinimo etiā illud adieci: sicut in præfatiuncula mea designaui: ut in quantum possem aliquanta deciderem. Illa tamen quæ mihi in suspicionem ueniebant: q̄ non ab ipso Origene ita dicta: sed ab aliis uiderent̄ inserta: propter hoc q̄ de eisdem rebus in aliis locis eiusdem auctoris catholice dictum legeram. Nemo ergo mihi ex hoc q̄so te sancte ac uenerabilis pater & beate conflet inuidiā. nemo factio / nibus utat̄ & calūniis: qd in ecclesia dei fieri non licet. Vbi enim simplicitas & innocentia tuta erit: si hic nō erit? Origenis enim neq; defensor neq; assertor sum: neq; primus interpretes. Alii ante me hoc idem opus fecerant. Fei & ego postremus rogatus a fratribus. si iubet̄: ne fiat: iussio obseruari debet in posterū: si culpantur qui ante iussione fecerunt: culpa a primis incipiat. Ego enim præter hanc fidem quam supra exposui: & quam ecclesia romana & alexandrina & aquilegiensis nostra tenet: quæq; Hierosolymis prædicatur: aliam nec habui unq; nec habeo in isto hoīe: nec hēbo. Et si quis aliter credit: quisquis ille est: anathema sit. Reddēt autem in die iudicii rōnē hi qui offendicula & dissentiones & scandala fratribus p̄pter inuidiā solā generant & liuorem.

Beati Anastasi Romanæ urbis episcopi: ad Ioannē hierosolymorū episcopū cōsultationi ipsius de Rufini noīe respōdentia: & accusantis: q̄ ipia Origenis dogmata transtulerit. Epistola. XXXV.

P Robatæ quidē affectionis est hoc: ut laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tāto igit̄ præconio: qd in merita mea effusissime contulisti: ut amoris tuo grās ago: ita splendorē tuæ sanctitatis: & eas quas in domino habes uirtutes: subide quodā mō paruitatis nostræ fauorabilis sermo profertur. tam eminenter nō oīum præstātissime laudū tuarū fulges nitore conspicuus: ut par esse meritis sermo nō possit. porro aut̄ tāto titulorū tuorū rapior incitamento: ut etiā qd impetrare neq; audere nō desinam. Jam hoc de laudibus est tuis: qd me tantū de cælestis animi istius serenitate laudasti. Tui enim episcopatus ordo p̄spicuus per diuersū orbem uelut radians: etiā ad nos splendoris sui detulit claritatē. In me quippe totum amicitia tribuis: exanimi nihil relinquis. Aut si iure me laudas: tu quoq; similiter relaudandus non es. Obsecro igitur ob utriq;: ut me metipsū laudare iam desinas. Duplex enim causa me hoc poscere cōstringit: ne cōfacerdotis tui sensibus aut dolorē falsa laus ingerat: aut pudorem uera succendat. Sed ad causam reuertar. Rufinus de quo me consulere dignatus es: conscientia tuæ habet arbitra diuinam maiestatem: apud quā se integro deuotionis officio ipse uiderit qualiter debeat approbare. Origenes aut̄ dicta cuius in nostrā linguam cōposita deriuauit: ante quis fuerit: in quæ processerit uerba: nostrū p̄positum nesciuit. qd uero sit animi mei studiū: cū tua paulisper hoc conferam sanctitate. Hoc igit̄ mente concepi: qd qui urbis nostræ populis de translata Origenis lectione patefecit: quandā puris mentibus uelut nebulam excitans iniectā: fidemq; apostolorū maiorū traditione firmatam: uelut deuiis anfractibus illum noluisse dissoluere. Discere hoc loco libet: quid agat in romanam linguam translatio. Approbo si accusat auctorem: & execrandum factum populis prodit. ut iustis tandem odiis teneat: quem iādudum fama constrinxerat. Si uero interpretes tantorū malorū erroribus consensū præstat: & legenda impia dogmata prodit in populos: nihil aliud sui opera laboris extruxit: nisi ut p̄prie ueluti mētis arbitrio: hanc quæ sola & quæ prima apud catholicos christianos uera fides iam ab apostolis exinde usq; ad tempus præsens tenetur: inopinatæ titulo assertionis euerteret. Absit hæc ab ecclesia romana nequaq; catholica disciplina. Nunq̄ profecto eueniet: ut aliqua hoc admittamus rōne: quod iure meritoq; damnamus. Quapropter in toto orbe Christi dei nostri diffusa prouidentia probare dignabit̄: accipere nos oīno non posse: quæ ecclesiam maculent: probatos mores euertant: aures circumstantium uulnerēt: iurgia: iras: dissensionesq; disponāt. Quare nolce qualem epistolam ad fratrem & coepiscopū nostrū Veneriū diligentiori cura per scriptā paruitas nra transmiserit. sibiq; hanc conscientia fecerim: qd non superflua laborū formidine: neq; uano timore sollicitet: mihi certe cura nō deerit: euāgelii fidem circa meos custodire populos: partesq; populi mei per quæq; spatia diuersa terrarū: diffusas quantum possim litteris conuenire: ne qua profanæ interpretationis origo subrepat: quæ deuotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur. Illud quoq; quod euenisse gaudeo: tacere nō potui: beatissimorū principum manasse responsa: quibus unusquisq; deo seruiens: ab Origenis lectione reuocetur damnandumq; sententia principum: quem lectio reum profana prodiderit. Hactenus sententia meæ forma processerit. Quod te uero uulgi de Rufino querela sollicitat: ut quosdam malis suspicionibus psequaris: hæc etiam opinionem constringam diuinæ lectionis exemplo. sicut scriptum est: Non sicut uidet homo ita & deus. Nam deus uidet in corde: homo in facie. Itaq; frater charissime omni suspitione seposita Rufinum scito: q̄ p̄pria mente Origenis dicta in latinum transtulit: ac probauit: nec dissimilis ab eo est: qui alienis uitiis præstat assensum. illud tamen scire cupio: ita haberi a nostris partibus alienum: ut quid agat: ubi sit: nescire cupiamus. Ipse deniq; uiderit ubi possit absolui.

Argumentum in libros inuectiuos Rufini Aquilegiensis.

2

Ruffinus ex apologia ad Pāmachium: uel (ut uerius arbitror) ex accusatōe publica. grauiori stimulo
agitatus inuehit in beatū Hieronymū hoc prio libello: fidē suā de carnis resurrectiōe contestans: ma-
gis Hieronymū in eo ipso suis cōmētariis errasse dicēs: & suā interpretatiōis causas iustissimas astru-
ens: q̄ non gloriā cupidus: sed dei timore ecclesiā profutura traduxerit.

Argumentum ex Gennadio de uiris illustribus.

Ruffinus Aquilegiēsis ecclesiā prebyter nō minima pars doctōrū ecclesiā: & de trāsferendo de græco in
Latinū elegās ingeniū habuit: & post aliqua. Sed & obrectatori opusculorū suorū respondit duobus uolu-
minibus: arguēs & cōuincens dei se intuitu & ecclesiā utilitate auxiliāte domino ingeniū agitauisse. Illum uero
stimulo æmulationis incitatū ad obliquum stilum uertisse.

Controuersarū Ruffini prebyteri Aquilegiensis aduersus doctōrē illustrissimū beatum Hieronymum ad
Apronianū liber primus. Epistola. XXXVI.

Perlegi scripta tua Aproniane charissime: quæ ab amico & fratre bono de oriēte ad uirū nobilissimū
Pāmachiū missa transtulisti ad me. recordatus sum sermonis pphetici: qui ait. Filii hominum de-
tes eorū arma & sagittæ: & lingua eorū machera acuta. Verū ad hæc uulnera quæ infliguntur ex lin-
gua inter hoies medicus penē nullus est. Et ideo cōuerti me ad Iesū cælestē medicū: qui mihi antido-
tum potentissimū dedit de euangeliū sui pyxide platū: qd̄ uim doloris spe futuri apud se iusti examis solaret.
Potio ergo ipsa quā temperauit Iesus: hæc erant uerba. beati inquit estis cū uos psecuti fuerit: & dixerint aduer-
sum uos omne malū mentientes. Gaudete & exultate: quoniā merces uestra multa est in cælis. Sic enim psecuti
sunt & pphetas qui erant ante uos. Et ego quidē quantū in me est hoc medicamēto contentus: de reliquo filere
decreuerā dicens: apud me ipsū: si patrē familias belzeub uocauerunt: q̄to magis nos: licet indignos domesti-
cos eius: Et si illi dictū est quia seductor est & seducit turbas: ego cur indigner: si audiam me hæreticum dici: Et
pro ingenii tarditate: uel potius cæcitate talpā nominari: Et cum domus meus imo oīum deus christus dictus
sit hō uorax: & uini potator: amicus publicanorū & peccatorū: ego cur indigner si audiā: hō carnalis & in deliciis
degens: Verū quoniā respondendi mihi: uel ex parte iusta quædam necessitas uidet̄ iponit: ex eo q̄ dicat mul-
tos offendi de iis quæ ab eo scripta sunt: nisi quid sit in causa pandat: compellor contra uotum meū & ppositū
respondere: ne forte reticendo uidear crimen agnoscere. quīs christiano cætera crimina silendo depellere exem-
plo domini gloriosū sit. sed tamen hoc in fide si fiat: maximū scandalū generat. Quia ergo in iniitiis huius inue-
ctionis suæ: pmittit se omisissū: psonas: & rebus tantū & criminibus respōsus: utrūq̄ aut̄ falsum est. nam cui re-
spondeat crimini: qd̄ nullus obtendit: Quomō aut̄ omittit personas: cū interpretē librorū toto inuectionis suæ
textu indefinenter incuset: & oblaceret. Nos omisissā oī hironia & hypocriseos tergiuersatione: quæ deo execra-
bilis est: licet incomptis uerbis: & ofone incompōsita respondebimus. Veniā imperitiæ nostræ a legentibus cō-
cedēdam non imerito præsumentes: quia non alios acculamus: sed nosmetipsos a maledictis purgare contendi-
mus. Et ideo studemus: ut non tantū in nobis sermo: quātū ueritas luceat. Sed prius q̄ incipiam purgare cætera
illud eum ante oīa uere dixisse confiteor: quod ait se non reddere maledictum pro maledicto. hoc satis uerū est:
non enim pro maledictis. sed pro benedictis & laudibus conuitia & maledicta restituit. Neq̄ ut ait uerberanti
dexteram maxillam: offert alterā. Sed palpitanti & leuiganti maxillam: morsū iprouisi dentis infigit. cū enī nos
in eo eloquentiam ac studium laudauerimus. interpretando duntaxat ex Græcis: & fidei eius nusq̄ derogaueri-
mus: ille utrūq̄ in nobis dānat: & ideo ueniam etiam ipse nobis concedat: si forte aliquid aut asperius: aut incō-
ptius dicimus: quia iperitum hoiem ad respondendū laceſsiuit: quē sciret non posse per multā dicendi artē: & e-
loquentiæ copiam id agere: ut is quē læsum uellet ac uulneratum: nec uulneratus uideat̄ esse: nec læsus: hoc er-
go eloquentiæ genus ab ipso requiratur: qui ad culpandū seu uituperandū leui rumusculo cōmotus uelut quis
censor accurrat. Qui uero obiectas depellere a se maculas cupit: necessitate sibi responsionis iposita: non q̄ ele-
ganter & ornate: sed q̄ uere respondeat cogitabit. & quoniā inter principia ipsa ait: quasi sine me hæretici esse nō
possint: primo hoc nobis ostendendū est: q̄ nec cū ipso nec sine ipso hæretici sumus. ut cum de nobis constiterit
quid sumus: tunc demum neq̄ de aliorū quidem dictis ad nos retorqueri possit infamia. Ego sicut & ipse & oēs
norunt: ante annos fere. xxx. in monasterio iā positus: p grām baptisimi regeneratus: signaculū fidei consecutus
sum p sanctos uiros Chromatiū Louinum & Eusebium opinatissimos & probatissimos in ecclesia dei episcopos:
quorū alter tunc prebyter beatæ memoriæ Valeriani: alter archidiaconus: alius diaconus simulq̄ pater mihi
& doctōr symboli ac fidei fuerit. Illi ergo sic mihi tradiderunt: & sic teneo q̄ pater & filius & spiritus sãctus uni-
us deitatis sit: unius substantiæ: cœterna: inseparabilis: incorporea: inuisibilis: incomprehensibilis trinitas: & si-
bi solū: ut est: ad pfectum nota. quia nemo nouit filium nisi pater: neq̄ patrem quis nouit nisi filius. Et spiritus
sanctus est: qui scrutatur etiam alta dei. & ideo caret omni uisibilitate corpoera. Sed intellectuāli illo deitatis o-
culo sic uidet patrem filius & spiritus sanctus: sicut pater uidet filium & spiritum sanctum. nec est prorsus ulla
in trinitate diuersitas: nisi q̄ ille pater est: & hic filius: & ille spiritus sanctus. Trinitas in personarū distinctione:
unitas in ueritate substantiæ & q̄ unigenitus filius dei: per quem a p̄cipiō omnia quæ sunt: facta sunt: siue ui-
sibilia: siue inuisibilia: in nouissimis diebus carne humana suscepta homo factus est: & passus est pro salute no-
stra. Et tertia die suscitata illa ipsa carne: quæ posita fuerat in sepulchro: resurrexit a mortuis. Et cum ipsa eadē
carne glorificata ascendit ad cælos. unde & expectatur uenturus ad iudiciū uiuorū & mortuorū. sed & simili mo-
do nobis quoq̄ spem resurrectionis dedit: ut eodem ordine eadem consequentia pari eademq̄ forma qua ipse
dominus resurrexit: nos quoq̄ resurrecturos esse credamus: non nubes & auras tenues ut calūniantur: sed hæc
ipsa in

Martha

Tacere in fide p̄uolunt

ipsa in quibus nunc uel uiuimus uel morimur nra corpora recepturi. Nā quō uerū erit q̄ resurrectionē carnis credimus: nisi in ea uere & intēgre carnis huius natura seruet. Absq; ullis ergo praeftigijs uerā & integrā carnis huius nostrā: in qua nunc sumus: resurrectionē fatemur. Verū ad maiorem rei fidem & addo aliquid amplius. & calūniosorū necessitate cōpulsus: singulare & praeipū ecclesiae nrā mysterium pando. Et. n. cū oēs ecclesiae ita sacramētū symboli tradant: ut postq̄ dixerint peccatorū remissionē addant carnis resurrectionem: facta aquilegiēsis ecclesia: dei spiritu futuras aduersū nos calūnias puidēte: ubi tradit carnis resurrectionē: addit unius p̄nominis syllabā: & pro eo q̄ ceteri dicunt carnis resurrectionē: nos dicimus: huius carnis resurrectionē. quo scilicet frōtē ut mos ē in fine symboli signaculo cōtingentes: & ore carnis huius uidelicet quā contingemus: resurrectionē fatētes omnē uenenatā aduersū nos linguā calūniandi aditū praestruamus. Est ne aliquid hac confessione plenius: Est aliquid ista expositione p̄fectius: Sed nihil ut uideo: p̄fuit nobis tanta hac caute la spūs sancti. Inueniunt adhuc male loquaces linguā calūniandi locū. Mēbra inquit singula nomiatim nisi dixeris: & caput cū capillis suis: manus: pedes: uentrē: atq; ea quā sub uentre sūt: nisi expressius designaueris: carnis resurrectionē negasti. Hae sunt nouelli sapiētis inuenta: quā beatos apostolos tradentes fidē ecclesiae late runt. nec ulli sanctorū nisi huic soli p̄ carnis spiritū reuelata sunt. Et nūc idēceter quidē p̄ponit. sed audiat & honestius & uerius q̄ proponit: primitiā dormientiū Christus est: qui & primogenitus ex mortuis dicit: sicut & apostolus de resurgentibus dicit: Initiū christus est. Deinde hi qui sunt christi. Habentes ergo indubitatas resurrectionis nostrae primitias christū: quid de ceteris dubitamus: cū certum sit q̄ qualibus mēbris & qualibus capillis: qua carne & quibus ossibus Christus resurrexit & nos oēs resurgamus. Quia & ipse propterea se post resurrectionē palpandū discipulis praebuit: ne ulla de resurrectione eius cōfatio remaneret. Cū ergo ita euidens & ut ita dicā: palpabile & manu atrectandū nobis christus dederit suae resurrectionis exemplū: ita aliquis insanit: ut aliter se resurrecturū putet: q̄ resurrexerit ille: qui prius resurrectionis aditū patefecit. Vnde etiam illud ueritatem huius confessionis affirmat: q̄ natura quidē carnis huius est ipsa: nec ulla alia quā resurget: purgata tamen a uitiiis resurget corruptione deposita. ut uerū sit illud quod dicit apostolus quia seminat in corruptione: surgit in incorruptione. seminat in ignorantia: surgit in gloria. seminat corpus aiale: surgit corpus spiritale. Tanq̄ ergo spiritale & gloriosū & incorruptibile corpus: suis propriis & non aliunde assumptis: exornabit & illustrabitur membris: secundum eam gloriā p̄positū nobis christi seruat exemplum: sicut apostolus dicit. Qui transformabit corpus humilitatis nrā: conforme corpori claritatis filii sui. Cum igit̄ p̄ oia in resurrectionis spe christus p̄ponat ad formā: & primogenitus ipse sit resurgentiū: atq; ois creaturā ipse sit caput: sicut scriptū est: qui est caput oium primogenitus ex mortuis: ut sit in oibus ipse primitiā tenēs: quid inaniter uerborū pugnas & malay suspicionū certamina cōmouemus: Cum in ea confessione quā supra exposui ecclesiastica fides cōstet. Et clare sit q̄ ad inculandū non moueat aliquem diuersitas fidei: sed peruersitas animi. Verū quoniā in hoc loco cū de resurrectione carnis argueret ut ei mos est: miscuit seriis ridicula & ludicra dicens: mulieres quas dā de nrīs: māmillas suas tenentes: uel leues contractantes genas: cum plausu foemoris & uentris dicere solere. qd nobis prodest resurrectio: si corpus itē fragile resurget. Futurā angelorū similes habebimus & naturā: quas hic mulierculas incuset: & si laceratione dignae sint: ipse uiderit. Aut si eum se putat qui praedicat: non esse suum talione mordere: uel certe si aequanimiter fert suas mulierculas ueris & non fictis: neq; cōmētitiis remordere: hic inq̄ ipse uiderit. Nos interim quod ille promiserit implemus: nō reddimus talionē. Sed ut uideo isti cui displicet mulier: quā negat se ex resurrectione fragile corpus habiturā: sine dubio placet ei fragilitatē corporis p̄mansuram. Et ubi est quod dicit apostolus. Seminat in infirmitate: surgit in uirtute. Seminat corpus aiale: surgit corpus spiritale: quam fragilitatem uis esse in corpore spiritali. Et quod resurget in uirtute: quomō itē fragile erit. In uirtute quod fragile est: quomō erit. Nonne melius dicunt mulierculae q̄ tū: quā negant ultra fragilitatem corporis dominaturā. Quid illas irrides: quā sequuntur apostolū dicentē: quia corruptibile hoc induet in corruptionem: & mortale hoc induet immortalitē. Apostoli non docuerunt fragile corpus futurū esse: quod resurget a mortuis: sed e contrario in uirtute & in gloria resurrecturū dicunt. Tu hoc unde nunc profers. Nisi forte a iudaeis aliquibus noua nunc lege p̄mulgat ecclesiae: ut etiam ista discamus. Est enim iudaeorū uere de resurrectione talis opinio: q̄ resurgent quidē: sed ut carnalibus delitiis & luxuriis: caterisq; uoluptatibus corporis p̄fruantur. Quā aut̄ alia est fragilitas corporis: nisi corruptela mēbroꝝ: irritatio gulā: & incitamenta libidinis. Sed patimini q̄ lo uos: si tamē christū amatis: in incorruptione absq; his esse corpus: quod resurgit a mortuis. Fas sit hae aliquando cessare. Credamus in resurrectione desinere etiā licitos coitus: ne & illiciti subrepāt q̄ diu horū non sit obliuio. quid tam solliciti: quid tam curiose discutitur & p̄tractatur uenter: & ea quā sub uentre sūt. Et nos carnales & delitiosos esse dicitis: cum uos ut uideo ab his cessandum: nec in resurrectione credatis: neq; enim naturam carnis huius in qua nunc uiuimus: resurgere denegemus: neq; rursus carnis uitia pariter iuoluamus. Sed caro quidē resurget: & non alia pro alia sed hae ipsa. nec naturam perdet: sed fragilitatem & uitia deponet. Alioquin nec immortale erit: quod fragile permanerit. Et ideo nos neq; uobiscum: neq; sine uobis haeretici sumus. Ecclesiae enim fides cuius nos alūni sumus: media incedens inter utrūq; discrimen: neq; naturā carnis uel corporis quod resurget a mortuis denegat ueritatem. neq; contra apostoli sententiā incorruptionem futuri regni dicit a corruptione possidendam. Non ergo carnem neq; corpus perditis: ut ais: aut amputatis membris resurgere dicimus: sed totum & integrum corpus: corruptione tantum & ignominia ac fragilitate deposita: atq; omnibus mortalitatis uitiiis pariter amputatis ita ut nihil prorsus ex natura sua desit spiritali illi corpori: quod resurget a mortuis: nisi illa corruptio. Latius q̄ proposueram huic uni titulo de resurrectione respondi:

uerēs ne itē p breuitatē aliquibus calūniis pateremus. & ideo nō solū corporis in quo calūniat: sed & carnis feci-
mus frēqnter mētionē: & nō solū carnis: sed addidimus huius carnis. & nō solū huius carnis: sed & naturam hu-
ius carnis cōmemorauimus. nec cōtenti fuimus hoc. Sed ne mēbroꝝ qdē resurrectionis integritatem diximus
defuturā. Ita tamē ut secūdu apostoli definitionē: corpus qd resurget ex corruptibili icorruptibile: ex ignobili
gloriosū: ex fragili imortale: ex aīali spiritale credat. ita ut demū spiritualis corporis mēbra absq; ullis esse corru-
ptelae uel fragilitatis suspitiōibus sētiamus. Designauī fidē meā de trinitate. Designauī de incarnatione: passio-
ne: ac resurrectione: & de secūdo aduētū i gloria: & de iudicio futuro domini Saluatoris nrī. Designauī & d resur-
rectione carnis nostrae: & nihil (ut opinor) ambiguū dereliq. Quid nūc supelst: Nihil arbitror quātū ad fidē
p̄tinet. Sed i eo te inquit arguo: qd Origenē interpretatus es: q̄ restitutionē oīum dicit futurā: i q̄ nō solū oēs pec-
catores absoluēdos: sed & ipsū diabolū & angelos eius q̄doq; dicit relaxandos esse de p̄cenis: ut restitutio oīum
cōsequēter possit intelligi: Et aīas ante dicit creatas esse q̄ corpus: easq; de caelo deductas: & corporibus insertas.
Ego nūc nihil p̄ Origenē ago: nec apologeticū p̄ ipso scribo. Siue enim stat apud deū: siue lapsus est: ipse uide-
rit suo domio stat: aut cadit. Sed cogor i aliquibus eius facere mētionē: q̄ dū illū arguit rhetor nrī: nō iā obliqua:
sed palā mucrone districto me petit: & totus fert in me: & qd dico me petit. Immo uero ut in me desaxiat: nec
institutori suo parcat. dū putat se ex his quae interpretatus sū libellis eius posse in me aliqd calūniā: retorq̄re: quia
inter cetera quae culpat i nobis: etiā inuidiosus hoc addidit dicens: me hoc opus ad interpretandū elēgisse: qd neq;
ipse neq; alius qs ueterē interpretū delegisset. huius ergo rei cā primo cur hoc opus potissimū adorsus sim: quia
hinc maxime mordeor q̄ potero paucissimis & uerissimis absoluā. licet id apud te fili charissime: qui rē ut gesta
est: bene nosti: supfluū uidebit. tamē & ignorātes conuenit noscere: simul etiā q̄ & hoc nō solū ipse sed & oīs
schola eius iactat de nobis: qd eū aliter pmiserimus nos in p̄fatiōibus translaturus: aliter fecerimus in ope. iō
nō solū ipsis: sed & aliis respōdebimus: qbus uel pprius liuor mentē: uel criminatio aliena cōturbet. uir fide: e-
ruditione: nobilitate: uita clarus Macharius cū opuscula aduersus fatū: uel Mathelin haberet in manibus: eaq;
utili & p̄ necessario labore cōponeret. in aliquātis uero q̄ erat pdifficilis materia de diuinā p̄uidentiā differere
dispensationibus: hāsitarēt: p̄ saporē sibi a domino tale aliquid dicebat ostensū: q̄ nauis ei q̄dam demōstrare
eminus aduentare p̄ pelagus: quae cū portū fuisset ingressa: nodos suae hāsitationis absolueret. Exurgens uero
cum de uisu sollicitus cogitaret: nos supuenisse aiebat in tēpore. quibus cōtinuo & opuscula sua & ambiguitatē
indicauit & uisum. Quid porro Origenes quē opinatissimū apud grācos audierat: sentiret de talibus p̄conta-
tur: breuiterq; sibi eius de singulis quibusq; sentētias orat exponi. Ego rem primū dicebā factū esse difficilē. Sā-
ctum tamē Pāphīlū martyre dixi q̄si ex parte tale aliquid opis conscripsisse i apologetico suo. continuo id si-
bi poscit in latinū uerti. nullum dicebam me usū huiusmodi operis habuisse: & ad latinū sermonē tricēnali iam
pene incuria torpuisse. perstitit tamen deprācans: ut qualicūq; sermone sibi notitiam tantū eoz; quae cupiebat
ostenderē. Cūq; id quo potui sermone fecissem: maiori desiderio accensus est ad illa ipsa plenius cognoscenda:
ex qbus pauca illa quae trāstulerā uidebant assūpta. excusantem me urgere uehementius cōcepit: & sub dei te-
stimonio cōuenire: ne sibi ad opus bonū quae se iuuare possent: auxilia denegarem. Cūq; uehementē insisteret:
& desiderū eius secundū deū esse p̄spicerem: acquieui tandē: & interpretatus sum quidē. In p̄fatiunculis ta-
men utriusq; opis & maxime in Pāphili libello quem primū trāstulerā: exposui primū oēm fidē meā: & pro-
testatus sū me quidē ita credere: sicut fides catholica est. Siquid aut uel legeret uel interpretaret a me: id me sal-
ua fidei meae facere rōne. In istis uero periarchon libellis etiā illud admonui. qd cū ipsis libris inuenirent qdā
de fide ita catholice scripta: ut ecclesia p̄dicat: qdā aut his cōtraria: cum de una re eadēq; dicant. q̄ mihi ui-
sum sit ea secundū illam regulā semp̄ p̄ferenda: quā ipse catholice sententiā expositione ptulerat: & ea quae a
semetipso inuenirent esse cōtraria: uelut inserta ab aliis (id enim ipse epistolae suae q̄rimonia contestat) abiice-
rem. uel certe ut nihil adificationis in fide habentia p̄terirem. Non aut supfluū puto uideri: inserere etiā ipsa
loca de p̄fatiunculis meis: ut nihil careat teste qd dicimus. Sane ne in legendo error sit ex iis quae huic scriptu-
rae nunc aliunde inserimus: siquidē mea sunt: simplices ad uersuum capita habent notas. Si accusatoris mei du-
plices ex p̄fatiuncula Pāphili. post aliquanta ita diximus: qualiter ergo sentiat Origenes: tenor libelli huius
edoceat. De his autem quae apud eum cōtraria sibi inueniuntur quid causae sit in ultimo breui adiecta asserti-
one docebimus. Nos autem sicut traditum nobis est a sanctis prophetis: ita tenemus q̄ facta trinitas coaeterna
sit & unius uirtutis atq; substantiā: & q̄ filius dei in nouissimo tpe hō factus est: & pro peccatis nostris passus ē
& in ea ipsa carne in qua passus est: resurrexit a mortuis: propter quod & resurrectionis spem humano generi tri-
buit. Carnis uero resurrectionem non p̄ aliquas p̄stigas: sicut nonnulli calumniant: dicimus sed hāc ipsam
carnē in qua nunc uiuimus: resurrectionem credimus. non aliam pro alia: neq; corpus aliud q̄ huius carnis dici-
mus. siue ergo corpus resurrectionis dicimus: secundum apostolum dicimus. Hoc enim nomine usus est ille. siue
carnem dicimus: secundum traditionem symboli confitemur. Stulta enim adinuentio calūniā est: corpus hu-
manum aliud putare esse q̄ carnem. Siue ergo carnem secundum communem fidem: siue corpus secundum a-
postolum dicimus quod resurget: ita credendum est: sicut apostolus definiuit. Quia quod resurget: in uirtute
resurget: & in gloria & incorruptibile ac spiritale corpus. Saluis ergo p̄rogatiuis futuri corporis uel carnis: re-
surrectio carnis credenda est integre atq; perfecte: ut & natura carnis eadem seruetur: & incorrupti ac spiritualis
corporis status & gloria non infringatur. Sic enim scriptum est: quia corruptio incorruptionem non posside-
bit. hae sunt quae in hierosolymis in ecclesia dei: a sancto sacerdote eius Ioanne p̄dicantur. Hae nos cum
ipso & didicimus & tenemus. Siquis p̄ter hae uel credit uel docet: uel a nobis aliter credi q̄ exposuimus
putat:

putat: anathema sit. Nostræ ergo fidei documentū si quis hñe uult: habeat ex his. Siquid aut legimus: aut asserimus: aut interpretamur: Salua huius fidei nræ rōne facimus: secundū apostolū pbātes oīa: qđ bonū ē obtinētes: ab oī specie mala nos abstinētes. Et si qui hñc regulā sequūtur: pax sup illos: & sup israel dei. Cum igit hęc ego ante qđ calūniatorū aliqđ exurgeret: de mea fide præfatus sim: ne qđ forte diceret: qđ ab ipsis admōitus uel coactus hoc mō dicerē: quæ ante nō senserā. cūq; me siqđ illa interpretādi necessitas poposcisset: integro fidei meæ statu factus esse pmiserim. quomō adhuc locus calūniātibus dat? Cū utiq; prima cōfessōis meæ uox ab oī suspitione cōtrarii dogmatis tutū me faciat ac munitū. Præterea enī ut & sūpius prædixi: domini sermōe didici: qđ ex suis unūq; uerbis & nō ex alterius: uel iustificabit uel cōdēnabit. Sed & mea nihilominus præfatiūcula: quā ī ipsis piarchō libris præmisimus: qđ liter interpretatiōis nræ fidē obseruādā dixerimus: ex ipsis æque sermōibus comprobet. Aequū nāq; ē etiā ex ipsa: qđ ad rē nūc p̄tinet: iseri. Nā cū honoris grā mentionē fecissemus huius uiri qđ nūc hęc adducit ad crimē p̄ eo qđ ante nos ipse prior Origenis qđ plurima fuisset interpretatus: & eius uel eloq̄ntiā in explicādo: uel in interpretādo diligentī laudāsemus: eūq; nobis sequēdū in ope simili diceremus post aliq̄ta etiā hoc adiecimus. hūc ergo etiā aio nōs licet nō eloq̄ntiæ uiribus: disciplinæ tamē regulis ī q̄tū possumus: sequimur: obseruātes hoc ne ea quæ in libris Origenis a semetipso discrepātia inueniunt atq; cōtraria p̄feramus. Memento qđ legis: ne hic te breuiter dictus sermo prætereat: quē dixi: qđ nō p̄ferā ea quæ in libris Origenis a semetipso discrepātia inueniunt atq; cōtraria. Nō. n. generaliter pmisi me nō platur: quæ essēt fidei cōtraria: sed quæ libri ipsi sibi dicerēt cōtraria: uel quæ a semetipso discrepāt: nō qđ a me uel ab aliquo alio discreparent. Non ergo ex hoc sermōe surripiētes inimici calūnias generent: ut dicāt me pmisisse. Quia siqđ cōtrariū ē: uel discrepata fide nrā: p̄ferā: hoc etiā si facere potui: tamē pmittere nō auderē. Et si quidē factū id ī ope meo inuenies: amplecti poteris. Si uero in aliquo tibi minus impletū uidebit: culpāre nō poteris. qđ p̄fessōis meæ tale uinculū nō tenes. Sed cōiungamus etiā cætera: cuius aduersitatis inquā causās plenius tibi in apologetico: quē Paphilus in libris ipsius Origenis scripsit: edidimus breuissimo libello supaddito: in quo euidētibus (ut arbitror) pbamentis. corruptos esse in q̄ plurimis ab hæreticis & maliuolis libros eius ostendimus: & præcipuæ istos quos nunc exigitis. ut interpretemur. i. piarchō: qđ uel de principiis: uel de principatibus dici pōt: qui sunt re uera & obscurissimi & difficillimi. de rebus. n. tibi talibus disputat: in quibus philosophi oī sua ætate cōsūpta inuenire nihil potuerunt. Hic uero noster q̄tū potuit egit: ut creatoris fidē: & creaturæ rōnem: quā illi ad īpietate traxerant ad pietate iste conuerteret. Etiā hic diligentius inspicit: & nō te prætereat qđ creatoris quidē fidē diximus: creaturaru uero rōnē: scientes qđ ea quæ de cælo dicunt ad fidem p̄tinent. Ea uero quæ de creaturis disputant disputantur ad rōnē. Sed qđ sequitur adhuc addamus. Sic ubi ergo nos in libris eius aliquid cōtrariū inuenimus: qđ ab ipso in cæteris locis pie de trinitate fuerat definitū: uelut adulteratum: hoc est alienū: aut prætermisimus: aut secundum eā regulā protulimus: quā ab ipso frequēter inuenimus affirmatā. Nūquid & hic icāute aliquid diximus? Nunquid dixi qđ secundū fidei nostræ regulā protuli? Quod utiq; erat iam penitus præter modū rōnē interpretantis: & ex græco in latinū uertentis excedere. Sed secundū hanc regulā protulisse me dixi: quā ab ipso frequēter inuenimus affirmatā. Itē his illud addamus si qua sane uelut peritis iā & sciētibus loquens: dū breuiter trāsire uult: obscurius protulit: nos ut manifestior fieret locus: & ea quæ de ipsa re in aliis libris aperte legeramus: adiecimus: explanationi studentes. Nihil tamen nr̄m diximus. sed licet in aliis locis dicta: sua tamen sibi reddidimus. Puto qđ etiā apud iniquissimos iudices sufficere mihi possit sola ista confessio: quā dixi: nihil nr̄m diximus. sed licet in aliis locis dicta: sua tamen sibi reddidimus. Nunquid me in aliquo obnoxium feci? Nūquid pmisi me meū aliquid dicturū? Vbi est qđ accusant: qđ calumniant: qđ confingunt me dixisse? Quia mala tui & bona dixi: & q̄cūq; bona sunt transali: erubescant aliquando: & desinant falsa p̄ferre: & diabolicum in se opus fratres criminando suscipere: Audiant quia nihil nostrū diximus: sed licet in aliis locis dicta: sua sibi reddidimus. Et ne nos absq; dei misericordia huic operi manus existiment cōmodasse: uideāt nos hęc ipsa ante prædixisse: quæ faciunt. Post hęc enim addidimus ēt ista. hoc aut iccirco in præfatione cōmonui: ne forte calūniatores ite se criminandi putent inuenisse materiam. Quod dixi ite: illa causa est: quia & sancti iam episcopi Ioannis epistolam de fide ad sanctū Theophilum scriptam criminati sunt quando corpus humanum aliud ne scio quid fingeant: qđ carnem. iccirco ite posui. Sed uideris inq̄ quid peruersi & contentiosi hoīes agāt. nobis interim tantus labor: si tamen orantibus uobis deus iuuerit: iccirco susceptus est: non ut calūniosus os quod fieri non pōt (licet forte hoc deus faceret) clauderemus: sed ut proficere ad scientiam re: uolentibus materiā præberemus: ut aut scias quia & qđ falsaturi hęc essent: & prouidimus: & prædiximus: uide quid in sequentibus iniuxerimus. Illud sane oēm qui hos libros uel descripturus est uel lecturus in cōspectu domini patris & filii & spiritus sancti: contestor atq; conuenio per futuri regni fidem: per resurrectionis ex mortuis sacramentū: sic non illum locū æterna hæreditate possideat ubi est fletus & stridor dentiu: & ubi ignis eorū non extinguetur: nec uermis eorū moriet: ne addat aliquis huic scripturæ: ne auferat: ne inserat: ne imuter: & tamen post oīa ista tam honorificata: tam terribilia adiurationū sacramēta: falsare hęc & corrumpere non timuerunt illi: qui se dicunt credere resurrectionem carnis futuram. Qui uel hoc ipsum si crederent qđ est deus: nunq̄ hęc tam criminosa & nefanda cōmitterent. Vbi tamen in his quæ præfati sumus: aut Origenes laudibus usq; ad cælum: ut criminat elatus est. Vbi apostolus aut propheta aut aliquid tale a nobis. quale ipse de eo scripserat dictū est: Aut in quo prorsus alio inueniunt criminandi locū: Fidem nr̄am præmisimus: quæ puto qđ in oībus cū cōfessione ecclesiastica concordet. Interpretandi obseruantīā distinximus: cuius re uera nobis in q̄ pluribus exemplū ipse præbuerat: qui nūc accusator extitit. quid p̄positi in interpretādo gesserit: designauī iam. si plene id aut minus plene ad-

*Eudemus phanensis**Periarchon liber**Celsus fidei sumus*

implere ualuit: a legētibz cōprobet: a qbus uel laudari uel rideri solet: nō tamē ad crimē uocari: cū in alterā lin-
 guā pprie uel minus pprie: aliena uerba uertunt. Verū quoniā eorū fecimus mētionē: qui qā hāc ipsā quoquo
 mō sūt: tamē nisi falsi sūt: ea nullatenus criminari potuissēt: ipsū caput manus falsarias iniecerūt: cōueniēs pu-
 to huic apologiā nrā id inferere. ne me studio subtrahere putēt hoc quo illi addito: falsa crimina obtēdunt. Et
 enī cū in quodā supradicti operis loco: quē interpretati sumus: qstio haberet aduersū eos: qui deū corporeū di-
 cant & humāis eū mēbris habituq; describāt. qd asserere p̄cipue Valētinianorū & Anthropomorphitarū hā-
 reses solēt: cui isti accusatores nr̄is nimis (ut uideo) dextras dederūt: & Origenes cōtra eos ecclesiasticā fidē de-
 fendēs oī genere icorporeū deū esse: & iccirco etiā inuisibile cōfirmaret: puocāte se ordine qstiois respōdit cōtra
 hāreticos in hoc loco qdā quā a nobis in isto mō uersa sūt in latinū. Ex primo libro piarchō: post aliquāta. uerū
 iste assertōes minus fortalīe auctoritatis h̄re uideant apud eos: qui ex factis scripturis de rebus diuinis institui
 uolūt: & ide sibi approbari q̄runt: q̄to dei natura supeminet corporū naturā. Vide ergo si hoc apostolus etiā nō
 ait: cū de christo loquit̄ dicēs: qui ē imago inuisibilis dei p̄riogenitus oīs creaturā: Nō. n. ut quidā putāt: natura
 dei aliquibus uisibilis ē: & aliis inuisibilis: quia nō dicit apostolus imago uisibilis dei hoibus: aut inuisibilis p̄ctō
 ribus. Sed ualde cōstāter p̄nūciat de ipsa natura dei dicēs: imago inuisibilis dei: Sed & Ioānes in euāgelio dicens:
 deū nemo uidit unq; manifeste declarat oibus qui itelligere poliūt: quia nulla natura ē: cui uisibilis ē deus. Nōn
 q̄si qui uisibilis quidē sit p̄ naturā: & uelut fragilioris creaturā euadat: atq; excedat aspectū. sed quoniā naturali-
 ter uideri ip̄osibile ē. Sed si requiras a me: quid etiā de ip̄so unigenito sentiā: si ne ip̄se quidē uisibile dicā naturā
 dei: qui naturaliter inuisibilis est: nō tibi statim uel ip̄iū uideat̄ esse: uel absurdū. rōnē quippe dabimus cōsequēter.
 aliud qdē est uidere: aliud noscere. uideri & uidere corporeū est. nosci & noscere itellectualis naturā est. Quic-
 quid ergo ppriū corporū est: hoc nec de p̄re nec de filio sentiendū est. qd ad naturā uero p̄net deitatis: hoc iter-
 p̄rem & filiū cōstat. Deniq; etiā ip̄se in euāgelio nō dixit. Quia nemo uidit patrē nisi filius: neq; filiū nisi pater
 sed ait: nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius. ex quo manifeste indicat̄: q; quicquid inter
 corporeas naturas uideri & uidere dī: hoc iter patrē & filiū noscere dī: & nosci p̄ uirtutē sciā: non p̄ uisibilitatis
 fragilitatē. Quia ergo de icorporea natura & inuisibili nec uidere pprie dicit̄ nec uideri: iccirco neq; pater a fi-
 lio: neq; filius a patre uideri dicitur. in euāgelio: sed nosci. Quod si p̄ponat nobis aliquis: q̄re dictum est. beati
 mūdo corde: quoniā ipsi deū uidebūt. Multo magis ex hoc (ut ego arbitror) assertio nostra affirmabit̄. Nam
 quid aliud ē deū corde uidere: nisi secundū qd supra exposuimus: mēte eū itelligere atq; cognoscere. Istud est
 caput qd isti quā ad insidiandū mihi de oriētē trāsmisi sūt: nō solū puerfa itelligētia: uerū etiā uerborū adulterio
 conati sūt infamare. qd ego iccirco ut alia quoq; nōnulla eius quidē iterprebar scriptoris suspectū hēre non po-
 tui: neq; p̄termittēdū idicauī: quia nō in eo aliquid de cōparatiōe patris ac filii dicebat̄: sed de ipsa deitatis na-
 tura q̄rebat̄: si ei aptū ullo genere uisibilitatis uocabulū uideret̄. respondi ut supra diximus iis hāreticis qui ic-
 circo deū uisibile esse asserūt: quia & corporeū dicūt: pro eo q; uisio pprie corporis est. Vnde & illi Valētiniani
 q; supra diximus hāretici: corporaliter & uisibiliter generasse patrē & generatū filiū dicunt. Refugiēs ergo (ut
 opinor) Origenes uisiois appellationē tanq̄ suspectā: aut melius esse i natura deitatis ratus. i. in patrē & filiū uti
 illo sermone qd ip̄se domus definiuerit dicēs: Nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius: oēm
 ergo occasionē supradictis hāresibus eredit̄ excludendā: si notionē in natura deitatis potius diceret q̄ uisionē:
 dum uisio occasionem aliquam p̄bere uideatur hāreticis. Notio uero unius naturā inter patrē & filium ser-
 uat indissociabilem ueritatem: p̄cipue quia euāgelii talis auctoritas est: simul & cautela per hoc plurimum
 credidit fore: ne Anthropomorphitā quoquo mō audirent uisibilem deum. Hāc ratio qua non fiebat aliqua
 differentia trinitatis: uisa mihi non est debere penitus abiici: etiam si aliqua uerba in grāco icautius fortalīe po-
 sita declinauimus. Sit sane adhuc in iudicio legentium: utrū & hoc aduersus supradictas hāreses utile aut mi-
 nus utile uideatur. Tamen ponamus q; etiam ii qui norunt de litteris & huiuscemodi sensibus iudicare: quibus
 cum peritia adest & dei timor: qui nihil per contentionem: neq; per inanem gloriam gerunt: quorū animus ab i-
 uidia & fauore & odio uacat: dicant non multum ad instructionem: uel ad impugnandas supradictas hāreses
 caput istud ualere: nunquid nam id non licet p̄terire? Et tanq̄ minus ualidum ad depellendos aduersarios
 transcurrere? Pone quia sit ociosum: nunquid & criminolum? Quo mō loco criminis ducetur: ubi inuisibili-
 tatis æqualitas inter patrem & filium & spiritum sanctum confirmatur: Non puto hoc ita cuiq; uideri: & quid
 dico cuiq; sed ne & istis quidem ipsis criminatoribus meis aliquid in meis litteris uisum esse: quod posset offen-
 dere. Deniq; enim si hoc putassent: ipsa sicut transtuleram mea uerba posuissent. Sed nunc ausculta quid faciūt
 & flagitii eorū require si ullum p̄cessit exemplum. In eo loco ubi scriptum erat: sed si requiras a me: quid etiā
 de ip̄so unigenito sentiā: si ne ip̄se quidem uisibilem dicam naturam dei qui naturaliter inuisibilis est: nō tibi
 statim uel impium esse uideatur uel absurdum: rationem quippe dabimus consequenter. illi scripserunt: non ti-
 bi statim absurdum: uel impium uideatur esse: quia sicut filius patrem non uidet: ita nec spiritus sanctus filium
 uidet. hoc si in foro positus: uel in negociis secularibus commisisset iste qui de monasterio Romam quasi calū-
 niandi p̄tissimus missus est norunt omnes quid consequeretur ex legibus publicis: cuiusmodi criminis reus
 esset. Nunc uero quia secularem uitam iam reliquit: & a tergiuersatione illa actuum publicorū ad monasteriū
 conuersus est: & adhæsit magistro nobili: ut ab ip̄so edoceret iterum pro modestia furore insanire: pro quie-
 tate seditiones mouere: pro pace bellum mouere: pro concordia mouere dissidia: perfidus esse pro fide: pro ueri-
 tate falsarius: crede mihi q; huius sceleris nequitia etiam uerum fuisset exemplar: nisi Iezabel tibi illa occurreret.
 Illa est enim quā hoc crimen aduersus Nabutheum israelitem uinex causa composuit: & mandauit p̄sbyte

Valentiniani
 Anthropomorphitarū

Uideri
 noscere

Uideri deum quid!

Uisio

Ruffini maledictio
 in diuum Hieronymum:

Iezabel

Handwritten marks at the bottom left corner.

ris iniquitatis falsis eū cōscriptionibus purgere: quasi qui benedixisset. i. blasphemasset deū & regē. Sed quis i hoc
 felicior: illa quæ mādāt: aut hi qui mādato iniquitatis obtēperāt: Grauiā hęc: & ut opinor in ecclesia pene hu
 iusmodi facinus inauditū ē. Sed addit adhuc aliquid. Requiris qd illud: Vt rei iudices fiāt: & infidiatores snias
 ferant: Nā errasse scribentē: aut lapsū esse in sermone: nouū nō est. & ut opinor uenia dignū est: quia & scriptu
 ra dicit. In multis enim offendimus oēs: qui autē in uerbo nō offendit: hic pfectus ē uir. Erratū putat in uerbo:
 Corrigat: emendet: si id utilitas postulat: & auferat. Inseri uero quæ nō sūt scripta lris alienis: & falsa inseri
 ad hoc solū: ut uitā fratris infames: temerare aliena scripta. ut scriptori inferas notā: ut subrepas auribus popu
 loꝝ: ut cōturbes corda simpliciu: ut nihil aliud ex eo nisi apud hoies opinionem maculam conferas: uidete si alte
 rius est opus: nisi illius qui ab initio mendax fuit: & fies criminando diabolus. id est criminator nomen accepit
 Nā cū falsā huiusmodi sniam apud Mediolanū recitaret: & a me quæ legebat: falsa esse diceretur: interrogatus
 a quo accepisset exēplaria: respōdit matronā quādā sibi dedisse. de qua ego quicūq; illa ē. nihil dico: sed sui eā &
 dei cōsciētia derelinquo. Mihi tamen i hoc dei & ur̄i sufficit testimoniū. i. tuū & sancti uiri ipsius: cui hoc opus
 gerebā Macharii: q̄ schedulas ipsas meas uel ab initio legistis: uel etiā licet nondū cōpleta & ad itegrū emēdata
 exēplaria retinetis. i. quia sicut filius non uidet patrē: ita nec spūs sanctus filiū uidet. i. qd ego nō solū unq̄ non
 scripsi: sed e contrario quia ille falsauit: indico. Sigs negat q̄ nō ita uidet filius patrē: sicut pater filium: & non ita
 uidet spūs sctus & filiū & patrē: sicut pater filiū & spiritū sanctū: anathema sit: uidet enim & uerissime uidet.
 Sed ut deus deū: lux lucē. & nō ut caro carnē: sed ut spūs sctus non corporeis sensibus: sed uirtutibus ueritatis.
 Siquis hęc negat: sit anathema in aeternū. qui autē uos cōturbat: sicut dicit apostolus: portabit iudiciū quicūq;
 est ille: Memini sanetq; aliquis eorū cū argueret falsasse: hęc respōdit mihi: ita i græco hře. Me autē i latino imu
 tare uoluisse. In quo omitto illud exequi: q̄ nec quidē uerū dicit. sed tamē ponamus q̄ sic ē in græco: & ego i la
 tino hoc nō scripserā. pmiserā. n. me in præfatiunculis tale aliqd facturū: qd si facerē: ut qd tibi offēdebat in lati
 no cōmodius scriberē: quid absq; pmissio uel quid absq; rōne nra facerē: Tu certe qui hoc i latinis meis exēpla
 ribus nō iueneras: in tuis chartulis hoc unde scriptū legebas: Ego q̄ interpretatus sū: nō scripsi. tu qui me accu
 sas: & meas tales litteras non tenes: crimen mihi unde cōponis: Haud idē ego accusari debeo: unde tu me falsum
 fecisti: rē planissimā dico quatuor libri isti sūt: quos it̄pretatus sū: in quibus de trinitate sparsum p singulas pe
 ne paginas disputat: Relegant uniuersa. si usq; talis aliquis de trinitate iuentus fuerit in interpretatione nostra
 sensus: qualem in isto capite calūniant: tunc demū credat etiam hoc eo sensu quo isti confingunt esse platum:
 Si uero per omne librorū corpus nunq̄ sit illa differentia trinitatis: nonne uesanū pariter stultūq; cōmētum est
 dicere: q̄ uno solo capite hęc confirmata est ab eo: qui eam mille capitibus expugnari: Sed & rei ipsius con
 sequentia prudentē quēq; satis edocet: q̄ hic si hoc in litteris meis inuenisset: & uere scrupulum aliquem ex ipsa
 lectōne cepisset: cum me sicut ipse nosti: Romæ positum hēret præsentem continuo utiq; pquisisset: & ipsa ad
 me scripta detulisset. quippe qui usq; ad illud tempus etiam uidere me & salutare: & in orationibus cōicare soli
 tus erat: contulisset sine dubio mecum de his quibus uidebatur offēdi: inquisissetq; quomō fuisset a me platu:
 quomō haberetur in græco. certe hoc etiam gloriæ sibi sufficere putasset: si uisus fuisset in dictis nostris uel scri
 ptis fecisse p se aliquid emendari. aut si furor animi non tā emendari errorē q̄ proferri in publicum cōpulisset:
 sine dubio nunq̄ elegisset absentem lacerare: quem potuit grauius confutare præsentē. Sed iustū quia falsi con
 scientia deterrebat: ad me quidem cuius erant scripta: quæ uolebat criminari nō detulit: sed per domos: per ma
 tronas: p monasteria: p singulos quosq; fratrum circumfert: quos solo conturbare posset auditu. Et hoc fecit sub
 ipso tpe: quo confestim ex urbe decederet. ne uel cōprehensus facti sui redderet causas. Etiam idē ut intelligat
 secundū præceptū magistri p totam me Italiā criminari: instigare turbas: conturbare ecclesias: aures quoq; pol
 luere sacerdotum: & in omnibus his modestia nostra tanq̄ conscientia abuti. hęc discipuli. Ipse uero orientalis
 magister: qui ad Vigilantium scribens dixerat: per me latini cognoscunt oia Origenis bona: & ignorant mala:
 istos ipsos quos nunc ego transtuleram rediterpretatus est: & ea oia quæ ad me uel improbabilia prætermissa
 sunt inseruit. quo scilicet nunc contra sniam suam Romani per ipsum Origenis cognoscant mala: & ignorēt bo
 na. hinc etiam non solum Origenem: sed & me metipsum in suspicionem hęc conatur adducere. hinc emit
 tit incessabiliter canes suos: qui me per urbes: per uicos: per iter transeuntem calūniantium latratibus insectent:
 & fanda oia & nefanda aduersum me sectentur. Quid q̄ te sceleris admisisimus: si fecimus qd fecisti: Si tamē
 nefariū est uti exemplis tuis: de teipso quid iudicas: Verūtamen dic mihi o magister (iam enim ad te conuertē
 da est responsio) Ad legentē aut interpretantē: si qua est illa scriptoris culpa: recte reuocat: absit inquit: nequaq;
 quid me subtiliter circūuenis: Nunquid non & ego legi: Nunquid non & ego it̄pretatus sū: Sed lege ea quæ
 interpretatus sum: uide si quid in iis dogmaticum inuenies. Certe si aliquid horū quæ nunc ad dānationē uoco
 reperies. postremo ait si uis plenius noscē (quoniā apud me etiam suspitio huiusmodi dogmatum semper exe
 crabilis fuerit) lege cōmentarios meos in epistola Pauli ad Ephesios. Et ex his quæ scripsi: nosces quid eo sense
 rim. legens enim eum uel interpretās nosces: & hęc est tua tanti magistri grauitas: ut eum quem in aliis laudas:
 condemnes in aliis: Et quem in præfationibus tuis alterq; post apostolos ecclesiæ magistrum dixisti: nunc hęc
 reticum dicas: Quis hæreticus ecclesiæ magister aliquando dici potuit: Erraui inquit in hoc. Sed q̄diu præ
 fatiunculam subiicis: Commentarios lege. Sed illos quos designaui: & cui hoc iustum uidetur: ut is qui tot li
 bros conscripsit: in quibus omnibus pene præconia eius usq; ad cælum fert: qui tot iam annis & lecti sunt ab
 omnibus & leguntur: ex quibus q̄ plurimi ita edocti iam de hoc mundo decellerunt: & perrexerunt ad domi
 num: hanc Origenis sententiam tenentes: quā ex librorū istius assertionē didicerāt: & abierunt sperantes iuxta

Diabolus = Criminator.

Redinterpretatus est

huius testimoniū iuēturos se eū secundū apostolos ecclesiarū magistrū. & nūc itē scribit iuenerūt eū cum ijs
hæreticis & gētilibus cōdēnatū. Quō se ex contentione commutet & dicat: quā illū quē. xxx. fere ānis continuis
legēs & scribēs apostolis exæquauit: nūc hæreticū pronuncio. Nunquid aliquos nouos eius libros modo legit:
quos ante legerat: Sed ex ijs eisdem dictis eū: & tunc apostolum: & nūc hæreticū dicit: & nullo mō hoc ita fieri
potuit. Aut enim tunc recte dixit: & mō liuore quodā cōtentiōe puertit: & audiēdus nō est. Aut si tunc male di-
xit: & mō seipsū cōdēnat: quale ergo in se cæterorū expectabit iudiciū is: qui secundū apostoli sniam a semetipso
dānat: Et qd̄ inquit abscondit pœnitētia: Non errat & in uerbo maxime: licet qd̄ de errore pœnitere. Sed si
mul aliq̄s pœnitentiā agit: simul accusat: simul iudicat: simulq; cōdēnat. Quasi uero si qua meretrix una se no-
cte: aut duabus a scortando cōtineat: debet cōtinuo leges de pudicitia scribere: & non solum leges condere: uerū
& sepulchra obruere omniū quæ iam defunctæ sunt sceminarum: q; eas suspicetur sui similem uitam duxisse:
pœnitentiā agēs q; hæreticus fueris bene facis. Quid hoc ad me: qui nunq̄ hæreticus fui: Pœnitentiā agis p̄ erro-
re recte facis. Si tamē ipsā pœnitentiā legitime geras nō accusādo: sed deprecādo: nō cōdēnando: sed flendo. Nā
quæ pœnitentiæ ueritas est: ubi indulgētiæ decretū ipse sibi pœnitens dicit: Qui pœnitet p̄ iis quæ male locu-
tus est: uulnus suū nō itē male loquēdo curat: sed silēdo. Sic. n. scriptū est. Peccasti: quiesce. Sed nūc ipse te reū
statuis: & itē reatu ipse te absoluis. Et ex reo ipse te iudicē facis. Hæc iā nō tua qui irrides in nos: sed nra qui ita
nos irrideri patimur est miseria. Verūtamen ueniamus ad hos duos cōmentarios. quos cæteris oibus opusculis
suis cōdēnatis ac renunciatis solos exceperit: & q̄ caste se in his & cōtinēter egerit: uideamus. Ex his enim solis &
fidē suā probari uult. Et qd̄ Origeni in oibus aduerset. proferant ergo isti qui ei soli ex oibus scriptis suis pla-
cent. id est in epistola Pauli ad Ephesios libri tres: & in Ecclesiastē (ut puto) unus. Sed nūc itē q̄ primus occur-
rit in epistola ad Ephesios cōmentarius relegat. Et iā ibi cōsociū & cōcordē symmysten ut ipse ait: in iis quæ ar-
guit approbo. Et primo oium de qbus irridet mulierculas: quæ se dicūt post resurrectionē nō habituras fragile
corpus: quippe quæ angelorū futuræ sint similes: quid ipse sentiat uideamus. In tertio cōmentariorū libro in epi-
stola Pauli ad Ephesios sub eo capitulo ubi scriptum est: qui uxorem suā diligit: semetipsum diligit. nemo enim
unq̄ carnem suā odio habuit. & post aliquā ita ait. Foueamus igit̄ & uiri uxores: ut animæ nræ corpora. ut &
uxores in uiros: & corpora redigantur in aīas: & nequaq̄ sit sexuum ulla diuersitas. Sed quomō apud angelos
non est uir neq; mulier: ita & nos qui angelis similes futuri sumus: iam nunc incipiamus esse: quod in cælestibus
repromissum est. Hæc & ecclesiis in tuis cōmentariis scripsisse sciēs: quomodo eas ad exemplum fidei tuæ & ea
quæ arguis cōfutanda proponis: Et quomō de tuis uerbis mulieres arguis: Deinde quæ mulier dixit aliquādo
q; uxores conuertantur in uiros & corpora redigantur in animas: quod tu scribis: Ergo secundū te non solū re-
surrectio non erit: sed nec corporū: quod confiteri etiam istos quos tu fecisti hæreticos dicis. Vbi nam ultra cor-
pus q̄rimus: si in aīam redigitur: Erit ergo iam totum anima: & nulq̄ corpus. Et itē si uxores in uiros cōmuta-
buntur: pro eo quod subiunxisti: ut nequaq̄ sit sexuum diuersitas: quasi hoc ut ostēderes quia sexus scemineus
interibit: ex eo quod redigetur in uir: solus autem manebit uiriliter: nescio quidem si hæc tibi de se dicere scemi-
narū sexus ipse permittat: tamen & si ab illis concedatur: qua consequentia poteris ostendere ibi uirilem sexum
esse necessarium: ubi scemineus necessarius non probatur: Quia naturali quodam uinculo in tantum sexus al-
ter eget alterius: ut si alter non sit: alterius opus non sit. Etenim si luteam formam ex resurrectionē hō habere pu-
tatur: quam in paradiso habuit: ubi scriptum est: quia masculum & sceminam fecit eos: & benedixit eos: Si uero
& tu & mulierculæ quas inculas: dicitis neq; uir neq; mulier est: quomodo ergo aut corpora redigentur in aīas:
aut mulieres cōuertentur in uiros: cum uel paradisi utriq; sexū patiat: uel similitudo angelorū: ut tu quoq;
fateris: nullū oīno recipiat: Et miror quomō ab aliis exigas de sexū diuersitate sententiā: de qua tu uolens dis-
serere: tantis te inuoluis nodis: ut euoluere te nullatenus possis. quanto rectius faceres: si nos quos culpas imita-
reris in talibus: & hæc soli deo ut se ueritas habet nosse pmitteres: & te potius ignorare fatereris: q̄ ea scriberes: q̄
paulo post tu ipse dānares: Velim mihi conscientia sua teste nunc diceret: non dico: si in aliquo opusculo meo:
sed si in epistola saltem mea: quam alicui familiari meo negligentius scripsissem: inuenisset scriptum: quia cor-
pora in aīas redigentur: & uxores in uiros: si non etiam areis litteris scribi per portas ciuitatū præcepisset: si non
in foro: in curia: pro rostris etiam recitari. Quantos ex hoc accusationum titulos: quæ uolumina conscripsisset
Quam me totis armis ac telis scemidissimi sui pectoris purgeret dicens: quia si mihi non creditis dicenti quia
fallit cum dicit corpus resurgere: & carnem negat: uel cum fateatur quidem carnē: membra autē negat & sexum
uidete quomō ipse scribit in epistola sua: quia corpora uertantur in aīas: & uxores in uiros: Sed nos te quidē hæc
scribentem: non solum non arguimus hæreticum: sed & satisfacimus tanq̄ magistro. Mulieres tamē illæ quas tā
indignis & inhonestis contumeliis lacerasti: exhibebunt ante tribunal christi: & hæc quæ in his cōmentariis
doces: & illa quæ oblitus tui rursus cum contumeliis scribis. & ibi utraq; recitabuntur: ubi cessabit iam fauor
hominum: & redempti laudibus plausus silebunt: & tecum pro his uel gestis uel dictis tuis iudicabuntur apud
iustum iudicem christum. Verū pergamus discurrere quid etiam de q̄stionibus scribat. hoc enim ad fidem per-
tinet: in quibus de carnis resurrectione sic uariat cætera: ut q̄stiones. Item ex cōmentariorū libro de epistola Pau-
li ad ephesios de eo capitulo ubi dicit apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē ut essemus sã-
cti & imaculati corā ipso: ita ait pro cōstitutione mudi in græco scriptū habet κατὰ βολὴν τοῦ κόσμου. Non
idipsum autē κατὰ βολὴν: qd̄ cōstitutio sonat. Vnde & nos p̄pter paupertatē linguæ & reꝝ nouitatē: & sicut qdam
ait: q; græcorū & sermo latior & linguæ scelicior sit: conabimur: nō ita uerbū ex uerbo transserre: qd̄ impossibile
est: q̄ uim uerbi quodā explicare circuitu. κατὰ βολὴν ἐπὶ πρῆπε dicit: cū quid deorsū iacit: & ad inferiorē locū
est: q̄

Meuorix

Symmystis

*Latine lingua Inopia
Græca lingua uerbosior*

κατὰ βολὴν

mittitura sublimi. uel cum aliqua resumat exordium. Vnde & hi qui ædium futurae prima iaciunt fundamen-
 ta κατὰ βεβλήκεν αὐτὸν. id est initia fundamentorum iecisse dicuntur. Volens itaque Paulus ostendere quia deus uni-
 uersa sit machinatus ex nihilo: non creaturam non conditionem non facturam: sed κατὰ βολήν. id est initium iacti fun-
 damenti ad eum retulit: ut non iuxta Manichæum & cæteras hæreses: quæ factorum & materiam ponunt: aliud quid
 unde creaturæ factæ sint antecesserit creaturas: sed omnia ex nihilo extiterint. Quod autem electos nos ut essemus san-
 cti & immaculati coram ipso: hoc est deo: ante fabricam mundi testatus est: ad præscientiam dei pertinet: cui omnia futura
 iam facta sunt. Et ante quæ fieri: uniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinat in utero matris suæ. Et Hie-
 remias in uulua sanctificatus: eligitur: roboratur: & in typo christi propheta in gentibus mittitur. Hucusque edidit unam
 expositionem. Sed sub cuius persona huiusmodi intelligentia accipienda sit non expressit. hoc tantum egit quod ex
 consequentibus reprobatur priora. Ait enim in consequentibus. alius uero qui deum conatur ostendere. Vnde mani-
 feste ostendit: quod per illam priorem expositionem non ostendatur iustitia dei: quod utique ipsum est. Sed per istum quem
 dicit alium: cuius assertionem sine dubio uolens apud omnes indubitata & catholicam demonstrare: dedit tale testi-
 monium: quod hac sua assertionem iustum esse deum conetur ostendere: quod non ex præiudicio scientiæ dei: sed ex me-
 rito electorum unumquemque eligat. Dicit autem uisibiles creaturas: cælum terram maria: & omnia quæ intra ea sunt alias uisibilis
 inuisibiles creaturas: in quibus & animas quæ ob quasdam causas soli deo notas deiectione sunt deorsum in uallē istam
 lachrymarum in locum afflictionis & peregrinationis nostræ: in quo sanctus constitutus orabat ut ad sedem pristinam
 reuerteretur dicens. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus cedar: multum in-
 cola fuit anima mea. Et in alio loco: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Et alibi. Melius est re-
 uerti & esse cum christo. Et alibi. Ante quæ humiliarer ego deliqui. & cætera his similia: Itaque prius quam animas inquirunt præ-
 cipitentur in mundum. Magister dicit inquirunt: & non dicit qui sunt isti qui hæc inquirunt: quod animas essent prius quam
 precipitentur in mundum. Nonne recte inquit dixi: quia talpa es: & nihil uides? Dixi iam superius quia illi hæc
 dicunt: qui deum iustum esse asserunt: quem utique si cor haberes me ipsum esse intelligeres: neque enim ita ipse
 sum: ut alium me & diuersum esse ab his statuam: qui deum iustum defendunt: quod omnes utique facimus qui sanum
 sapimus. Dic ergo magister dicit: quid isti qui tu es inquirunt? Itaque prius quam animas inquirunt precipitentur in mun-
 dum: & mundus ex animabus fieret cum habitatricibus suis in infimum deiectione ipse elegit Paulum deus: & ei similes
 coram se qui erant sancti & immaculati. Nemo autem eligitur nisi de pluribus: & ubi sunt aliqui uiliores: ibi perpetratur
 electio. Quomodo autem in babilonia captiuitate quando a Nabuchodonosor in Chaldeam ductus est populus: mis-
 si sunt prophetae: Ezechiel: Daniel: tres pueri: Aggeus & Zacharias: non quod ipsi meruerint captiuitate: sed ut esset
 in solatio captiuorum: ita & in illa directione mundi eos qui ante quam mundus fieret electi erant a deo missos esse in
 eruditionem & magistrum animarum peccatricum: ut predicatione eorum reuerterentur ad eum locum unde corruerant. Et
 hoc esse quod a Moyse in octogesimo nono psalmo dicitur. Domine refugium factus es nobis in generatione & pro-
 genie: ante quam montes firmarentur: & fieret terra & orbis terrarum. Quo scilicet ante quam mundus fieret: & uniuersa ge-
 neratio principium sumeret: sanctis tuis deus refugium fuerit. Hæc sunt quæ in illis quos solos ex omnibus opusculis
 tuis eligis: & ad condemnandos cæteros relegi iubes commentariis scribis. Mundum autem fuisse inuisibile: ante quam hic ui-
 sibilis fieret: In quo mundo cum reliquis habitatoribus angeli scilicet & animas erant. Istas animas autem ob quasdam causas: so-
 li deo cognitatas in hoc uisibili mundo nasci in corporibus: & quæ ante habitauerant cælum: apud prius sæculum: nunc
 hic habitant terram: scilicet non extra causas aliquas. quas ipsæ inibi uiuendo commiserint: & animas quæ sancti quique: ut
 est Paulus: & cæteri similes ei per generationes singulas ad eruditionem earum a deo prædestinati sunt. ut eas prædi-
 catione sua ad illam habitationem: unde collapsæ fuerant reuocarent. Et hoc copiosissimis scripturarum testimo-
 niis firmas. Et quæ sunt alia quæ supra dicta pro quibus Origenem in ius uocas: quæ alia sunt in quibus cum dam-
 nari iubes: Alium ne in tuis dānas: Et si ut tu suades: huiusmodi dicta dānanda sunt: feres tu primus senten-
 tiam. Et pro dictis talibus ipse prior te ipsum condemnabis. Neque enim tibi iam ultra ullum remansit effugium. Nul-
 læ hic strophæ pro quibus cæteros arguis habebunt locum. In ipsa etenim penitentia tua post conuersionem
 iam emendatus & correctus istis libris auctoritatem dedisti: uidelicet ut ex iis tua sententia de iis quæ dānanda
 dicitur dogmatibus probaretur. Et ideo quæ hic scripta sunt tanquam si modo hæc pronuncies & definias audienda
 sunt. Et hic talia definis: qualia dicitur esse dānanda. Sed non sum inquit ego qui definio: aliud dico esse: qui hæc ita
 dicat. id est istum ipsum. ubi immutas exponētis personam? Ut uideamus qui est ille: quem talia dicit asserere.
 Ais ergo: alius uero est qui deum iustum conatur ostendere: dicitur quæ iam supra diximus. Sed iste quem dicitur
 alium deum iustum assertionem hac sua ut ais ostendit. & a te alius & diuersus est. De te ipso quid sentis? Tu ne-
 gas iustum esse deum? Magister dum tu multum uides: & satis arguis captos oculos talpas: puto te incurrisse
 αὐτοματον: & ex utraque parte concludi. Aut enim iustum deum negabis: ut alius sis & contrarius illi qui hæc
 dicit. Aut si ut omnis confitetur ecclesia: etiam tu deum iustum esse confitearis: tu es qui hæc dicit: & tu es qui pri-
 mus excipis sententiam: quam in alium fers: & tu qui tuo metipsum mucrone confoderis. Sufficere opinor hæc
 apud iustissimos iudices & futuræ dei iudicium præstolantes. Non quia condemnare debeant eum qui festucam
 uidet in oculo fratris sui: & in suo trabem non uidet: Sed emendare & ad ueram penitentiam reuocare. Verum
 ne forte latuerit eum locus iste unus ex his libris quos ad liquidum se recensuisse putauerat: & quorum exemplum
 cæteris omnibus condemnatis ad confessionem fidei proposuerat: requiramus quomodo etiam in cæteris sen-
 tiat. Idem in eodem libro de eo capitulo ubi scriptum est: secundum placitum uoluntatis suæ in laudem gloriæ
 suæ: post pauca ita ait. Inuadunt itaque in hoc loco occasionem: qui ante constitutionem mundi animas putant
 cum angelis & cæteris uirtutum cælestium nominibus in cælesti hierusalē fuisse uersatas: quod nec secundum benepla-

*Præsentia dei**Hos sanum sapimus**Strophe*

citū dei: nec in laudē gloriæ eius & gratiæ possit itelligi: alios nudos barbaros seruos debiles: aliosq; diuites ro-
manos nobiles liberos sanos in diuersis horis & diuersa parte generari. nisi causæ præcesserint: quibus ex meritis
hæc animæ unaquæq; sortita est. Et illud qd ad romanos scriptū est: quidā putāt nosse: & nec norūt. An nō ha-
bet ptatē figulus luti de eadē massa facere aliud uas in honorē: aliud in cōtumeliā? Sed ad eūdē sensū referunt:
ut quomō mala uita seu bona: laboriosa uel facilis: frustra in hoc mūdo agit: nisi credamus dei esse iudiciū: ita
& diuersitas in hoc mūdo nascētiū iusticiā dei arguat: nisi aiarū merita præcesserint. Sed enī inquit hoc non
ita accipimus: nō secundū beneplacitū uolūtatis dei erit. nec in laudē gloriæ & græ eius alios elegisse ante cōsti-
tutionē mundi: ut essent sãcti & imaculati: & haberēt adoptionē p̄ Iesū christū: alios ultimæ cōditioni & p̄cenis
perpetuis destinasse: amasse Iacob ante q̄ exoriretur ex utero: odisse Esau prius q̄ digna odiis perpetraret. nisi
causæ præcesserint: quæ iusticiā dei pbent: Quid expressius hac assertiōe: qd euidētius uel ab Origene uel a
quoq; eorū quos te arguere dicis: de his dogmatibus uel cogitari uel dici potuit? Quod scilicet diuersitas & inæ-
qualitas quæ est hic in hoc mūdo nascētiū ad dei iniusticiā referat. Causā dicis dedisse ipsā sibi unāquāq; ani-
mā: ex his scilicet motibus aiōrū quos prius in cælesti hierusalē: quæ est mater oīum uiuēdo gesserūt: & hoc in-
quit nō ex mea p̄sona dictū est: sed aliū dicere descripsi. Dixi quæ dixi: quia inuadūt quidā occasionē: Nec ego
nego: qd de alio dicere uidearis: Sed iste alius quē hæc dicere ais: utrū tibi cōcors: & cōsonans: an uero cōtrarius
sit & inimicus: nō denegasti. Cū. n. aliū istū contrariū tibi aliqū nomias: soles ponere quædā dicta eius. sed sta-
tim ea destruere & ipugnare: ut Martionis & Valētini & Arrii & ceterorū. Cū uero aliū quidē noias: & dicta e-
ius cū ualidissimis assertionibus scribis: testimoniis quoq; scripturæ copiosissimis munis: nōne etiā nos tardis-
simi & quos tu talpas dicis: uidemus istū cuius dicta ponis: & nō destruis: aliū te esse? Et fieri hæc rhetorica figu-
ra: cū sub aliena p̄sona suā sententiā proferūt. Fuit ista ab oratoribus. cū aut offendere aliquos metuūt: aut inui-
diā declinare cupiunt. Nā si tu te ex hoc defensū putas qd in his dictis aliū nomines: multo erit excusabilior il-
le: quē insimulas: Nā ille nō solū hoc in cōsuetudine habet: ut dicat alios ita dicere: & quibusdā ita uideri: sed mul-
to cautius dicit ille de talibus se hoc nō definire: sed opinari magis. Quod si alii melius uisū fuerit: ut his omis-
sis illa teneant: uide q̄ta ille cautione usus est. & tamen a te ad dānationē uocat. Tu quia tantūmō alium nomi-
nas effugisse te putas. Ex his enim cū dānas: in quibus eū sequeris & imitans. Sed p̄grediamur legendo cōmen-
tarios: ne imorando p̄ singula: excludamur ab agnitione plurimorū: Itē ex eodē libro de eodē capitulo ubi scri-
ptum est: ut simus in laudē gloriæ eius: qui ante sperauimus in christo. Si sperauimus tantum dixisset in Chri-
sto: & non præmisisset ante sperauimus: quod græce dicitur ὑποκαταπευ: esset manifestior sensus eos qui
sperauerunt in christo sorte uocatos. esse prædestinatos secundū p̄positū eius: qui uniuersa operat̄ iuxta cōsti-
lium uoluntatis. Nunc uero p̄positionis adiectio ad illā nos intelligentiam trahit de qua superius desputaui // *511*
mus: exponentes hoc quod scriptum est: qui benedixit nos in oī benedictione spiritali in cælestibus in christo.
Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē: ut essemus sancti & imaculati coram ipso: qd scilicet sicut iā
nos benedixerat in oī benedictione spiritali in cælestibus: & elegerat nos ante constitutionē mundi: ita etiā nūc
sperasse ante dicamur in christo: ex tpe quo electi & prædestinati. & benedicti sumus in cælestibus. hucusq; in-
terim: quæ enim sequuntur maiora sunt. Non ergo grās ago deo: qd me pondere grauissimæ suspicionis releua-
uit. Fortasse enim uidebar aliquibus de alio isto contentiosius uel calūniosius agere: cum secundum rhetoricā
figuram istum quem dicit alium ipsum perhiberem esse. Sed ne q̄ ulli auditorū nunc prorsus dubitatio rema-
neret: quis esset iste alius de quo superius dixerat declarauit. Tanq̄ uere bonus magister & qui nullas uelit ex di-
ctis suis ambiguitates discipulis remanere: dignatus est in hoc loco illum quem supra alium dixerat euidētius
quis esset ostendere. Ait ergo. nunc uero p̄positionis adiectio ad illam nos intelligentiam trahit: de qua supe-
rius scriptum est. qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in christo. Et quod ibi ex perso-
na alterius dictum: ut minus intelligentibus putabat: ne quis error his quos iusserat ex istis libris quid de Ori-
gene sentiret sententiā suam noscere remaneret: ad suam personam nunc reuocans: nec alium aliquem nomi-
nans: dicit ea quæ superius legimus: qd scilicet sicut iam nos benedixerat in oī benedictione spiritali in cælesti-
bus: & elegerat ante constitutionē mundi: ita etiā sperasse dicamur ī christo: ex eo tempore quo electi & præ-
destinati: & benedicti sumus in cælestibus. Absoluit ergo me (ut puto) ipse suo testimonio omni suspicionē ca-
lūniæ: qd alius iste non sit alius q̄ ille ipse. Sed & maiora adhuc ex consequentibus: sicut promissimus ostēdemus.
Post hoc enim quod dixerat nos ante sperasse in christo: & ex eo iam tempore. id est ante constitutionem mūdi
& ante q̄ in corporibus nasceremur: in cælis esse benedictos & electos: itē illum suum alium introducit: & di-
cit: Alius uero hoc dogma non sustinens quod ante fuerimus: & spauerimus in christo: q̄ in isto corpore degeremus: illo intelligentiam transfert. Hoc in loco omnem suum fetorem: quisq; ille est: iste eius alius exhalauit. Di-
cat enim nobis hic quem uult alium esse qui hoc dogma non sufferat: qd ante q̄ ī hoc corpore degeremus: & fue-
rimus: & spauerimus in christo (Hoc est enim pro quo damnari iubet Origenem) quem uult hic alium intel-
lexisse: ceu aliquem contrarium sibi. Quid dicis magister: Bicorni illo urgeris: de quo exponere discipulis so-
les. Si enim hic alium istum qui ante fuisse animas: q̄ in corpore degerent non recepit: te esse dixeris proditum
est: quod in superioribus cælabatur. Inuenies enim tua confessione alius ille tu esse: qui definis omnia dogma-
ta: quæ damnari iubes. Si uero non es tu in superioribus alius: ne tibi ea quæ improbas ascribantur. nec hic tu
eris alius qui non sustineas: ante fuisse animas q̄ in corpore degeremus. Elige utramlibet excusationis par-
tem. Istum alium quem frequenter inducis: te uis itelligamus: an alterum aliquem catholicum eū uis uideri?
An hæreticum? Damnandum: an absoluendum? Si catholicus est iste alius tuus qui in superioribus dicebat:
ante

Rhetoricus color.

Bicorni uigens

inuenies

ante hunc mundū uisibile fuisse animas: cū angelis & cæteris uirtutibus: in superiori hierusalē in cælestibus cōstitutas: & ibi uiuēdo contraxisse causas sibi diuersitatis uel nascēdi in hoc mūdo: uel alias quaelibet cōditiones tolerandi. Erunt ergo ista catholica dogmata: & interim ipium dānare quod catholicū est. Si uero aliū istū hæreticū dixeris: hæreticū designabis cū: qui fuisse animas non recepit: & sperasse in Christo ante q̄ in corpore nascerentur. Quia hinc exitur magister: Quo erūpitur: Quo rursum euadit: Quocunq; te cōuerteris hærebis. Non dicā nullus subtrahendi te aditus datur: sed ne respirandi quidē paululū sit copia. Sic tibi Alexādrī tui aristotelici cōmentarii profuere: Sic Porphyrii ἡ Σαυωνη. Sic te tot & tantorū philosophorū græce & latine: insuper & iudaicæ eruditionis excoluit disciplina: ut in istas angustias tam intricabiles deuenires. Et tā miserabiliter coartareris: ut nec ad alpes posses esse defensus. Sed parcamus: iam deferendū est litteris: & ut ipse ait operi magno sōnus non est ascribendus: q̄ ipse parcat nemini. Et tā ratione dictorū q̄ flagello linguæ: quos libitū fuerit uerberet. Et si quis minus adulabitur: continuo hæreticus & scriptis & missis p̄ diuersa centum codicibus designetur. Tamen nos non ipsū: sed patriarchā imitemur Dauid: qui cōprehensū in speluncā inimicū suū Saul: cū eū posset iugulare: noluit: sed ei pepercit: quod & iste sibi a nobis aliquotiens factū: non solū uerbo: sed & re atq; opere: etiā si fateri non uult: corde tamen & conscientia retinet. Demus ergo ueniā ei: qui dare ueniā nescit: qui sine ullo humanitatis respectu de dictis alterius iudicat: & interim educamus eū de spelunca usq; quo in illā incidat: de qua etiā si omnes conemur & cupiamus: exire nō possit. Dicat ergo qui potest fieri: ut in superioribus illis: ubi istud dogma confirmabatur ab eo: qui iustū deū conabatur ostendere: ubi aliū quē dixit uere ne alterius p̄sona fuerit talis: qualē nunc condēnari uult. Hic uero ubi contrarius est: & non recipit quæ in superioribus dicta sunt: aliū seipsū dixerit: Potest enī fieri: ut conscius sibi sit: ita sensisse se cū scriberet: licet stilo id nō potuerit explicare. Sit ergo ueniā: & ponamus in hoc loco istū aliū: hunc esse ipsū qui non recipit dogma: quod dicit animas fuisse ante q̄ in corpore degeremus: & sperasse in Christo. Repetamus ipsū capitulū: & quo rursus tēdat diligentiūse prosequamur. Ait itaq; Alius uero hoc dogma nō sustinens: q̄ ante fuerimus: & sperauerimus in Christo: q̄ in isto corpore degeremus: illo intelligentiā transfert: ut dicat in aduentū domini saluatoris: quando in nomine eius omne genua flectatur: cælestiū & terrestriū & infernorū: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris. Cū enī ei fuerint uniuersa subiecta: alios uoluntate: alios necessitate subiiciendo: & eos qui ante p̄nitentiā maiestatis eius sperauerunt in eū: futuros esse in gloria laudū eius: & uocari ὡρον ἁπικὸ τῶς. eos uero qui reperti fuerint necessitate credentes eo tēpore: quo nec diabolus & angeli eius poterūt negare regnantē esse sperantes: sed non in laudē gloriæ eius: quod quidē & nunc ex parte uidemus expleri quia alia sit merces eius qui uoluntate sequatur deū: alia qui necessitate: uerūtāme siue p̄ occasionē: siue p̄ ueritatē tantū Christus annuncietur: dūmodo sciant & sperantes q̄ pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi: oīs in hoc loco admittitur cauillationis occasio. In superioribus dixisti: q̄ hi qui ante sperauerunt in Christo: illi sunt qui ante q̄ in hoc uisibili mundo in corporibus nascerentur: spem in Christo habuerunt in cælestibus positi. Sed ne istud dogma tuum uideretur: aliā introduxisti expositionē: qua dicis eo tēpore quo omne genua flectetur domino Iesu: uniuersa creatura cælestiū terrestriū & infernorū: duobus ei modis erit subiecta. Quidā uoluntate: quidā necessitate: & uoluntate an subiectos sanctos omnes qui p̄ uerba prædicationis modo eis credūt: & istos uocari ὡρον ἁπικὸ τῶς id est qui ante sperauerunt in Christo. Necessitate autē subiectos: qui nunc quidē p̄ prædicationē uerbi non crediderunt. Tunc autē iā negare non poterunt: sicut diabolus & angeli eius: & qui cū ipsis necessitate crediderunt: quiq; omnes cū quibus & diabolus & angeli eius: quia postea credent: non uocabuntur ante sperantes: pro eo scilicet: q̄ illi ante crediderunt in Christo: & sperauerunt in eū uoluntate. Isti uero postmodū & necessitate. Et ideo ais eos diuersa præmia recepturos: præmia tamē ponis in his omnibus: qui modo non credunt: & diabolo & angelis eius: licet inferiora: & eum de cuius sola p̄cna: aliquando ueniā opinionē non sententiā alterius arguis: tu in regno christi ad præmia secunda perducis. Et hoc uis intelligi: quia sicut nihil interest utrū ueritate an necessitate Christus annuncietur: ita nihil refert: necessitate an uoluntate credat. Hæc sunt quæ nobis discere de cōmentariis tuis iubes. Istas nō regulas confusionis fidei doces: ut hoc dānetur in aliis: quod domi discitur. Nā utiq; si tu es nūc alius: qui primū dogma illud nō sustines: quod aīas in cælestibus fuisse dicit ante q̄ in corporibus nasceretur: tu es sine dubio qui diabolum & angelos eius atq; oēs incredulos nō solum ueniā donas: uerū etiā secundis munerādos esse præmiis polliceris. Si uero hoc secundum refugis: tu eris primi illius dogmatis pater. Et miror quomodo isti prudētes & eruditi uiri: qui hæc eius legunt scripta: & quibus nūc illa ab illo scribuntur: rideāt de me: q̄ me talpam nominet: & non sentiant se magis ipsos ab eo talpas iudicari: quos putat hæc in suis libris non uidere defossa. Si enī putaret eos legentes intelligere posse: nunq̄ ad condēnanda ea quæ ipse magister docet: istorum librorum habere iussisset exemplum: in quibus ea ipsa plenius & manifestius cōtinerentur: quæ condēnare nos suadet. Ostendimus interim istum ipsum asserere in istis electis cōmētariis suis ea quæ damnari in alterius libris iubet: id est q̄ animæ fuerint in cælestibus ante q̄ in hoc mundo in corporibus nascerentur: & q̄ omnes uel peccatores uel inceduli cum diabolo & angelis eius: eo tempore quo omne genua flectetur Iesu cælestium terrestrium & infernorum: non solum ueniā accipient: uerum etiam ad secunda præmia uocabuntur. Sed quoniam hæc rei nouitas non dubito q̄ fidem difficile mereatur: ut quis credatur ea damnare quæ astruit: scio quid desideratis. Ut si possumus talia ex eisdem libris proferamus exempla: & tam euidētiā: ut nullus omnino alius suus nominetur: ita faciam. Item ex eodem libro: q̄ i sæculi sine christo & omnes sãcti sui supra dæmones habebūt sedē. Et ut iidē ipsi dæmone secūdū uoluntatē sedētis supra se christi: & sãctorū eius agāt. Ex eo capitulo: ubi dicit apostolus ut ostēderet sæculis supueniētibus abūdātes diuitias gratiæ suæ in

Horatij similia

Verba Hieronymi

ante hunc mundū uisibile fuisse animas: cū angelis & cæteris uirtutibus: in superiori hierusalē in cælestibus cōstitutas: & ibi uiuēdo contraxisse causas sibi diuersitatis uel nascēdi in hoc mūdo: uel alias quaelibet cōditiones tolerandi. Erunt ergo ista catholica dogmata: & interim ipium dānare quod catholicū est. Si uero aliū istū hæreticū dixeris: hæreticū designabis cū: qui fuisse animas non recepit: & sperasse in Christo ante q̄ in corpore nascerentur. Quia hinc exitur magister: Quo erūpitur: Quo rursum euadit: Quocunq; te cōuerteris hærebis. Non dicā nullus subtrahendi te aditus datur: sed ne respirandi quidē paululū sit copia. Sic tibi Alexādrī tui aristotelici cōmentarii profuere: Sic Porphyrii ἡ Σαυωνη. Sic te tot & tantorū philosophorū græce & latine: insuper & iudaicæ eruditionis excoluit disciplina: ut in istas angustias tam intricabiles deuenires. Et tā miserabiliter coartareris: ut nec ad alpes posses esse defensus. Sed parcamus: iam deferendū est litteris: & ut ipse ait operi magno sōnus non est ascribendus: q̄ ipse parcat nemini. Et tā ratione dictorū q̄ flagello linguæ: quos libitū fuerit uerberet. Et si quis minus adulabitur: continuo hæreticus & scriptis & missis p̄ diuersa centum codicibus designetur. Tamen nos non ipsū: sed patriarchā imitemur Dauid: qui cōprehensū in speluncā inimicū suū Saul: cū eū posset iugulare: noluit: sed ei pepercit: quod & iste sibi a nobis aliquotiens factū: non solū uerbo: sed & re atq; opere: etiā si fateri non uult: corde tamen & conscientia retinet. Demus ergo ueniā ei: qui dare ueniā nescit: qui sine ullo humanitatis respectu de dictis alterius iudicat: & interim educamus eū de spelunca usq; quo in illā incidat: de qua etiā si omnes conemur & cupiamus: exire nō possit. Dicat ergo qui potest fieri: ut in superioribus illis: ubi istud dogma confirmabatur ab eo: qui iustū deū conabatur ostendere: ubi aliū quē dixit uere ne alterius p̄sona fuerit talis: qualē nunc condēnari uult. Hic uero ubi contrarius est: & non recipit quæ in superioribus dicta sunt: aliū seipsū dixerit: Potest enī fieri: ut conscius sibi sit: ita sensisse se cū scriberet: licet stilo id nō potuerit explicare. Sit ergo ueniā: & ponamus in hoc loco istū aliū: hunc esse ipsū qui non recipit dogma: quod dicit animas fuisse ante q̄ in corpore degeremus: & sperasse in Christo. Repetamus ipsū capitulū: & quo rursus tēdat diligentiūse prosequamur. Ait itaq; Alius uero hoc dogma nō sustinens: q̄ ante fuerimus: & sperauerimus in Christo: q̄ in isto corpore degeremus: illo intelligentiā transfert: ut dicat in aduentū domini saluatoris: quando in nomine eius omne genua flectatur: cælestiū & terrestriū & infernorū: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris. Cū enī ei fuerint uniuersa subiecta: alios uoluntate: alios necessitate subiiciendo: & eos qui ante p̄nitentiā maiestatis eius sperauerunt in eū: futuros esse in gloria laudū eius: & uocari ὡρον ἁπικὸ τῶς. eos uero qui reperti fuerint necessitate credentes eo tēpore: quo nec diabolus & angeli eius poterūt negare regnantē esse sperantes: sed non in laudē gloriæ eius: quod quidē & nunc ex parte uidemus expleri quia alia sit merces eius qui uoluntate sequatur deū: alia qui necessitate: uerūtāme siue p̄ occasionē: siue p̄ ueritatē tantū Christus annuncietur: dūmodo sciant & sperantes q̄ pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi: oīs in hoc loco admittitur cauillationis occasio. In superioribus dixisti: q̄ hi qui ante sperauerunt in Christo: illi sunt qui ante q̄ in hoc uisibili mundo in corporibus nascerentur: spem in Christo habuerunt in cælestibus positi. Sed ne istud dogma tuum uideretur: aliā introduxisti expositionē: qua dicis eo tēpore quo omne genua flectetur domino Iesu: uniuersa creatura cælestiū terrestriū & infernorū: duobus ei modis erit subiecta. Quidā uoluntate: quidā necessitate: & uoluntate an subiectos sanctos omnes qui p̄ uerba prædicationis modo eis credūt: & istos uocari ὡρον ἁπικὸ τῶς id est qui ante sperauerunt in Christo. Necessitate autē subiectos: qui nunc quidē p̄ prædicationē uerbi non crediderunt. Tunc autē iā negare non poterunt: sicut diabolus & angeli eius: & qui cū ipsis necessitate crediderunt: quiq; omnes cū quibus & diabolus & angeli eius: quia postea credent: non uocabuntur ante sperantes: pro eo scilicet: q̄ illi ante crediderunt in Christo: & sperauerunt in eū uoluntate. Isti uero postmodū & necessitate. Et ideo ais eos diuersa præmia recepturos: præmia tamē ponis in his omnibus: qui modo non credunt: & diabolo & angelis eius: licet inferiora: & eum de cuius sola p̄cna: aliquando ueniā opinionē non sententiā alterius arguis: tu in regno christi ad præmia secunda perducis. Et hoc uis intelligi: quia sicut nihil interest utrū ueritate an necessitate Christus annuncietur: ita nihil refert: necessitate an uoluntate credat. Hæc sunt quæ nobis discere de cōmentariis tuis iubes. Istas nō regulas confusionis fidei doces: ut hoc dānetur in aliis: quod domi discitur. Nā utiq; si tu es nūc alius: qui primū dogma illud nō sustines: quod aīas in cælestibus fuisse dicit ante q̄ in corporibus nasceretur: tu es sine dubio qui diabolum & angelos eius atq; oēs incredulos nō solum ueniā donas: uerū etiā secundis munerādos esse præmiis polliceris. Si uero hoc secundum refugis: tu eris primi illius dogmatis pater. Et miror quomodo isti prudētes & eruditi uiri: qui hæc eius legunt scripta: & quibus nūc illa ab illo scribuntur: rideāt de me: q̄ me talpam nominet: & non sentiant se magis ipsos ab eo talpas iudicari: quos putat hæc in suis libris non uidere defossa. Si enī putaret eos legentes intelligere posse: nunq̄ ad condēnanda ea quæ ipse magister docet: istorum librorum habere iussisset exemplum: in quibus ea ipsa plenius & manifestius cōtinerentur: quæ condēnare nos suadet. Ostendimus interim istum ipsum asserere in istis electis cōmētariis suis ea quæ damnari in alterius libris iubet: id est q̄ animæ fuerint in cælestibus ante q̄ in hoc mundo in corporibus nascerentur: & q̄ omnes uel peccatores uel inceduli cum diabolo & angelis eius: eo tempore quo omne genua flectetur Iesu cælestium terrestrium & infernorum: non solum ueniā accipient: uerum etiam ad secunda præmia uocabuntur. Sed quoniam hæc rei nouitas non dubito q̄ fidem difficile mereatur: ut quis credatur ea damnare quæ astruit: scio quid desideratis. Ut si possumus talia ex eisdem libris proferamus exempla: & tam euidētiā: ut nullus omnino alius suus nominetur: ita faciam. Item ex eodem libro: q̄ i sæculi sine christo & omnes sãcti sui supra dæmones habebūt sedē. Et ut iidē ipsi dæmone secūdū uoluntatē sedētis supra se christi: & sãctorū eius agāt. Ex eo capitulo: ubi dicit apostolus ut ostēderet sæculis supueniētibus abūdātes diuitias gratiæ suæ in

bonitate super nos in Christo iesu post pauca: quod nos inquit qui quondam lege tenebamur inferni: & propter
 uitia atque peccata ut operibus carnis: ita eramus & supplicii destinati: nunc in christo regnemus: sedeamusque cum
 eo. Sed eamus autem non in humili quocumque loco: sed super omnem principatum: potestatem: & dominationem: & omne no-
 men quod nominatum est: non solum in hoc saeculo: sed etiam in futuro. Si enim Christus resuscitatus est a mortuis: &
 sedet a dextera dei in caelestibus super omnem principatum & potestatem & uirtutem: & nos sedebimus regnabimusque cum
 Christo: necesse est: ut super his super quae sedet ille: sedeamus. Sed qui diligens lector est: statim dicet & requi-
 ret: quid ergo maior homo angelis: & cunctis in caelo potestatibus? Quod quia periculum est respondere: prin-
 cipatus: potestates: ac uirtutes: & dominationes: & omne nomen quod nominatum: non solum in hoc saeculo: sed etiam in
 futuro: maxime quia omnia subiecta sunt christi pedibus: non ad bonam partem: sed ad contrariam refert: ut dicat es-
 se eos angelos refugas. Et principem mundi huius: & luciferum qui mane oriebat: super quibus sancti sessuri sunt cum
 Christo. Illis quoque tribuentes beneficium: qui nunc inferni & male libertate sua abutentes uagentur passim: & per
 praecipitia corruant peccatorum. Cum autem tales habuerint sessores: iuxta sedentium uoluntatem incipiet gubernari. Num
 quid & hic ambiguitas aliqua derelicta est: ut locus hic egeat assertore? Vbi euidentissime nulla illius alii sibi ite-
 rierata persona: dicit angelos refugas: & principem mundi huius: & luciferum qui mane oriebat: in fine christo super se
 sedente & regnante cum sanctis suis consortes ac socios: non solum regni eius: sed & uoluntatis futuros. Secundum uo-
 luntatem namque christi & omnium sanctorum eius agere: hoc est ad summam beatitudinem peruenisse. Neque enim est alia perfe-
 ctio orationis qua supplicare nos docuit patri: nisi ut fiat uoluntas eius sicut in caelo & in terra. Sed quod patienter
 audite. Non quidem omnia: quae de ipsis dogmatibus in libris eius continentur reuoluentem. Tanta enim sunt: ut
 plura mihi si exequi ea cupiam: uolumina conscribenda sint: sed tanta quanta satisfacere legentibus possint: quod non iste ca-
 su in haec incidat: quae nunc discipulis imitanda proponit: sed latissima & frequentis assertionem confirmat. Sed uidea-
 mus quae sunt: quae nos ex his probatissimis edocet commentariis. Item ex eodem libro: quod non solum in presenti sae-
 culo: uerum etiam in futuro ascensus sit hominum & descensus: de eo capitulo in quo ait: super omnem principatum: potestatem
 ac uirtutem: & omne nomen quod nominatum: non solum in hoc saeculo: uerum etiam in futuro post aliquanta: si autem sunt inquit
 potestates uirtutes & principatus & dominationes: necesse est ut & subiectos habeant: & timentes se: & seruien-
 tes sibi: & eos qui a sua fortitudine roborentur. Quae distributiones officiorum: non solum in presentia: sed etiam in fu-
 turo saeculo erunt. Vt per singulos profectus & honores: ascensiones etiam & descensiones: uel crescat alius: uel decre-
 scat. Et sub alia atque alia potestate: uirtute: principatu atque dominatione fiat. Cur magister ut tuis tecum uerbis
 agam: post quadringentos fere annos: quietas & simplices haec latinorum mentes doces? Cur nouas uoces quas ab
 apostolis nemo suscepit insuetis auribus ingeris? Quae te ut parcas romanis auribus: parcas fidei: parcas uo-
 ce quae ab apostolis laudata est. Cur in medio profers quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Usque quo tu haec
 scriberes: non usque quo ego interpretarer: ut doces: sed usque quo tu haec ante. xv. fere annos scriberes: sine his mun-
 dus christianus non fuit? Quid enim tu modo doces: quod in futuro saeculo adhuc ascensiones & descensiones fi-
 ant? Et proficiant aliqui: & aliqui decrescant? Ergo illud quod dicis in hoc saeculo uita acquiri: uel amitti: non
 est uerum: an occultam habet aliquam interpretationem? Non enim poenitentiam agis pro his quae in istis commentariis con-
 tinentur. Item quod ecclesia unum corpus: non solum & hominibus: sed & angelis & omnibus uirtutibus caelestibus intelligen-
 dum sit: ex eodem libro de eo capitulo in quo scriptum est: & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam post pauca: non solum inquit
 hominum: etiam sed angelorum cunctarumque uirtutum & rationabilium creaturarum ecclesia intelligi potest. Item quod animae:
 quia in illa priori uita nouerant deum: modo eum non quasi ignotum cognoscant: sed quasi post obliuionem denuo co-
 gnoscant ex eodem libro ita dicit. Quod uero in agnitione eius: id est $\gamma\omega\sigma\iota$ quidam sic intelligunt: ut iter $\alpha\iota\upsilon\iota\alpha\upsilon$
 & $\gamma\omega\sigma\iota\upsilon$: hoc est inter notionem & agnitionem illud iter sit quod ante non sciuiimus: & ea postea
 scire cepimus. Agnitio uero eorum quae postea recordamur: & priorum quaedam uita in caelestibus suspicamus: postquam
 in corpora ista deiectione & obliti dei patris: nunc eum per reuelationem cognouimus: secundum illud quod scriptum est: re-
 miniscentur: & conuertentur ad dominum omnes fines terrae & multa haec similia. Quod autem ait iter: quia quidam haec di-
 cunt: puto me satis euidenter in superioribus edocuisse. Quod si quando ponit: quia quidam haec dicunt: nec tamen ista
 quae dicunt destruit: iste ipse sit quidam uel alius maxime cum iam concordet his sententias absque ulla iteriectione per-
 sonae ab eo dictas frequentem ostenderim. Sed quid adhuc est: quod ei displicet in alio? Et astra inquit uel caetera quae
 in caelo sunt: rationabilia dicit & delicti capacia. Videamus ergo quid ipse de talibus sentiat in eodem libro ex eo
 capitulo: ubi scriptum est: oportet enim eum regnare: donec ponat inimicos suos sub pedibus suis. Post aliquanta potest
 inquit ita responderi: quod absque peccato nullus sit. Et sidera ipsa non sunt munda coram deo: omnisque creatura pauceat
 creatoris aduentum. Unde crux saluatoris non solum ea quae in terris sunt: sed etiam quae in caelis erant: purgasse perhi-
 bet. Item quod propter corpus humilitatis & corpus mortis hominem filii irae appellentur: ex eodem libro de eo capitulo
 scriptum est: & eramus natura filii irae sicut caeteri. Post aliquid: nos uero inquit dicamus esse primum omnes homines natu-
 ra filios irae propter corpus humilitatis & corpus mortis: & quod ab adolescentia mens hominum appositae sit ad malitiam
 Item quod prima sit animae factura: & deiceps corporis plasmatio ex eodem libro sub eodem capitulo post multa: & dili-
 genter inquit obserua: quia non dixit ipsius figuratio sumus atque plasmatio: sed ipsius factura: plasmatio quippe ori-
 ginem de terra e limo trahit: factura uero iuxta similitudinem & imaginem dei suppositum exordium. Quod in centesimo.
 xviii. plasmio simul positum tanquam diuersa significat. Manus tuae domine fecerunt me: & plasmauerunt me.
 Factura primum locum tenet: deinde plasmatio. Quod adhuc aliud est: quod condemnari uult? Dicat ut
 id de eius libris immo de eius corde proferamus. Quod enim inquit unam naturam & animarum & ange-
 lorum molestum est hoc. Sed uideamus quid ipse de hoc sentiat in his libris: quos nobis ad confessionis exemplum
 & ad

Notio
 Agnitio

plasmatio
 Factura

& ad credendum regulā ponit. Itē ex eodē libro de eo capitulo: ubi scriptū est: ueniens euāgelizauit pacem his qui longe & his qui prope: quod cū de iudæis & de gentibus primū dictū exposuisset: postmodū addidit hæc: & hæc quidē iuxta uulgatā interpretationē dicta sunt. Cæterū qui illud apostoli legit: de Christo memorantes pacē faciens per sanguinē crucis suæ his quæ in terra erant: & his quæ in cælis: & cætera quæ in eodē dicuntur loco: non putabit nos qui iuxta spiritū Israel uocamur fuisse longe: & iudæos qui tantūmodo israel nūcupant in carne fuisse prope. Et hanc totā intelligentiā ad angelos uirtutesq; cælestes: & ad animas tēperauit humanas quod in suo Christus sanguine terrena & cælestia copulauerit: quæ inter se dissidebant. Et bonus pastor morbi dā ad montes reuectans ouēs: fecerit esse cū cæteris: dragmāq; quæ perierat: dragmis quæ saluæ fuerint copulauerit. Vides quantā diuersitatē naturæ facit inter animas & angelos: quāta est inquit inter ouē & oues: & inter dragmā & dragmas. Sed pauca addidit dicens: quod aut ait ut duos conderet in semetipso in unū nouū hoīem quod & magis uidetur superiori de iudæis & gentibus sensui conuenire: sic suæ intelligentiæ coaptauit: ut dicat hominē iuxta imaginē & similitudinē dei factū: eandē post reconciliationē formā recepturū: quā & nunc angeli habent: & ipse perdiderit. Nouū autē hominē dicit esse: qui quotidie renouatur: & habitaturus est in nouo mūdo: sicut oues ab oue: & dragma a dragmis differunt: ita & animas cū angelis esse dicit: & eandē formā quā nūc habent angeli primus homo habuerit: & perdiderit hominē habiturū dicit in futuro. Si natura: si specie: si forma non differat: quomodo nullus pudor est erudito homini suas sententias sub alterius nomine condemnare: maxime cū hoc ita non secundū uulgatā expositionē: sed secundū apostoli sensum dici debere decernas. Sed uideamus quid ad hæc in eodē loco addit: post pauca sic inquit. Et instaurationē noui hominis tunc plene pfecteq; cōplendā: cū cælestia terrestriaq; fuerint copulata: & in uno spiritu & sensu eadēq; sententia accesserimas ad patre. Nescio quid tale & in alia epistola: si quis tamen recipit prudentibus quibusq; lectoribus Paulus subindicat dicens: hi omnes testimoniū fidei accipientes: non receperunt promissionē a deo pro nobis aliquid melius pro uidente: ut non absq; nobis consumarentur. Propterea uniuersa creatura congemiscit nobiscū: qui in tabernaculo isto congemiscimus: & condolet qui a timore dei in utero concepimus: & dolemus: & præstolatur reuelationē filiorū dei: ut de uanitate seruitutis cui nunc est subiecta liberetur: & fiat unus pastor & unus grex: & oratio domini cōpleatur dicens. Fiat uoluntas tua: sicut in cælo & in terra. Cælestia & terrestria: id est angelos & homines: sicut ante unā formā gesserunt: & unū ouile habuerunt ita & in futuro dicit esse reparanda. Quia christus uenit utrunq; facere unū gregē: & hoc futuros homines esse dicit: uel q; nunc sunt angeli: uel q; ante ipsi homines: id est animæ fuerūt. Et quomodo q; so te tā amice: imo iā nec amice: sed scurriliter mulierculas irridibas: quæ cū plausu uentris & femoris negarent se post resurrectionē: in corpore iteq; fragili futuras: sed similes angelis: uel id ipsū futuras esse: quod angelos. Et hæc cū tanta irrisione dici a mulieribus arguis quæ de tuis illis electis cōmentariis scripta proferunt. Nūquid non hoc tibi tale uideat: quale si quis furti aliū inculans: id ipsū unde aliū arguit: in suo sinu contegat furtū. Et postea q; late porauerit: & magnifice fuerit inuectus in furē: postea q; testes produxerit: iuris quoq; iurandi dederit sacramenta: post hæc omnia furtū ipsū: pro quo aliū iam se conuicisse putauerat: de sinu eius extrahatur. Tū deinde arguis alios: q; interrogati de talibus: non prōpte nec statim respondeant. Et hic ipse de apostolo dicit: quod nescio quid tale in epistola sua prudentibus quibusq; lectoribus Paulus subindicat. Et non quibusq;: sed prudentibus. Nos miseros quid irrides o noster peccitēs. Si quod apostolus non manifeste protulit: aut nescire: aut dubitare nos dicimus. Et tamen non intelligere: sed subintelligere: & ideo non tā indicamus ea: q; subindicamus tibi. Iā si reuelata sunt illa: quæ oculus non uidit: nec auris audiuit: & in cor hominis non ascenderunt: sed tibi uenit quod pfectū est: & destructa tibi sunt ea quæ ex parte sunt: clama de his & prædica. Et quæ apostolū subindicasse dicit: tu pindica: qui non solū ea quæ subindicata: uerq; & q; confirmata ab eo scribis esse nunc dānas. Hæc enī omnia quæ nunc anathematizari iubet: dū apostoli dicta exponis: astruxeras. Et tanq; illius sensibus hæc inserta esse docueras. Quid adhuc aliud est quod dānare cæteros iubet. Quod corpus hoc inquit carcerē: & uincula esse animæ dicunt: & ipsā animā non ire asserunt: sed redit quasi ad ea loca: ubi iā ante fuerat. Proferamus ergo & de hoc quomodo ipse senserit testimonia. Ex ipsis istis cōmentario libro secundo: ex eo capitulo: ubi dicit. huius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu christi post pauca: quæ in pluribus inquit locis scriptū est: uinculū animæ corpus hoc dicit: q; quasi clausa in carcere teneatur: dicamus propterea Paulū corporeis nexibus coerceri nec reuerti: & esse cū christo: ut pfecta in gentes p eū prædicatio cōpleatur. Itē de eadē re ex eisdē cōmentariis libro tertio capitulo ubi dicit p quo legatione fungor in cathena: post aliquanta p illū iteq; suū aliū: qui ipse est: ita dicit: alius uero propter corpus humilitatis: & cathenā istā qua circumdatur: & nec dū scimus secundū quod oportet nos scire: & p speculū uidemus in enygmate: ista eū dixisse contendit. Et tunc uere posse in cōfidentia euāgelii apire mysteria: cū cathenā deposuerit: & de carcere liber exierit. Nisi forte & in uinculis absq; uinculis cōputandus est: qui cōuersionē habet in cælis: & de quo dici potest. Vos aut in carcere non estis: nec in carne: sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Item de eadē re ex cōmentario epistolæ Pauli ad Philomenē sub eo capitulo: ubi ait: salutat te Ephrafas cōcaptiuus meus: post aliquāta: nisi forte reconditū aliquid & sacratū (ut quidā putāt) in uerbo captiuitatis ostēditur: q; capti pariter & uicti in uallē hęc deducti sūt lachrymarū. Vides quomodo hæc tanq; mystica & secreta dicit haberi apd quosdā: quorū tamē & ipsū unū esse: in multis sæpe docuimus. Sed uti figura p quā sciētia mysticæ uideat iuidiā declinare. Hęc inqt quomodo se habeat uideris. Nūquid & omnia restituēda esse in unū statū: atq; in unū corpus redintegrādos nō solū homines: sed & dæmones & āgelos refugas. Dictū a me potes referre: uis mihi inqt nō fiat: sed quod ex alterius psona dixi alterius sit. Siqd sane exide dictū: ac nullius iteriecta psona scriptū legeris hoc mihi merito

debet ascribi. Et quid omnes istos effundimus: quos superius desudauimus agones: Tantū ualet frontis duri-
tia. Sed age fiat: acquiescamus etiam in hoc: non ut res: sed ut ipse postulat conuincatur: ex his commentariis li-
bro secundo de ea re quā proposui sub eo capitulo: ubi scriptū est: solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo
pacis: unū corpus & unus spiritus: sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ post aliquanta. Queritur in-
quit quomodo una spes uocationis sit: cū apud patrē diuersæ sint mansiones: ad quod unā spem uocationis re-
gnū cælorū: quasi unam domū dei patris esse dicimus. Et in una domo plurimas mansiones. Alia enī gloria solis:
alia gloria lunæ: alia stellarū. Aut certe illud subtilius indicatur: quod in fine & in consumatione reꝝ in pristinū
statū restituenda sint omnia: quando omnes unū corpus efficiemur: & in unū perfectū reformabimur: & ora-
tio pro nobis Saluatoris implebitur. Pater da: ut quomodo ego & tu unū sumus: ita & isti in nobis unū sint. Ac-
cepistis & hanc eius de resurrectione omnium absq; ulla ambiguitate sententiā: accipite & aliā: & tunc concludā
apologia nostræ primū uolumē. Innumera sunt enī eius dicta de talibus. Itē ex eodē libro sub eo capitulo ubi
scriptū est: ex quo totū corpus cōpactū & conglutinātū per omnē iuncturā administrationis secundū operatio-
nē in mensurā uniuscuiusq; mēbri augmentū corporis facit in ædificationē sui in charitate: sic cœpit i fine re-
rū cū deū uidere cœperimus facie ad faciē: & in mensurā puenerimus plenitudinis Christi: de cuius plenitudinē
nos omnes accepimus: ita ut Christus nō ex parte sit: sed totus in nobis: & relictis initiis paruulorū creuerimus i
eū uig: de quo ppheta dicit: ecce uir oriens nomē est illi: & Ioānes baptista cōmemorat post me ueniet uir: qui
ante me factus est: quoniā ante me erat. Tunc in occurſū unius fidei & unius agnitionis filii dei: quē nunc pro
uarietate mentiū: non unā nec eadē fide agnitionis cognoscimus: totū corpus quod prius dissipatū fuerat: & in
diuersa laceratū: in suā cōpaginē iuncturāq; rediget: ita ut una subministratio eadēq; operatio & unius ætatis
consumata pfectio: totū faciat crescere corpus æqualiter: & omnia mēbra iuxta mensurā suā incrementum æta-
tis accipiant: hæc autē tota ædificatio per quā ecclesiæ per partes corpus augebit: & mutua in se charitate cōple-
bit totas rationabiles creaturas: sub unius rationabilis animalis intelligamus exēplo. Et quodcūq; de huius mē-
bris dixerimus & partibus: hoc sciamus esse referendū ad unāquāq; rationabilē creaturā. Putemus hoc animal
ita per artus: uenas: carnesq; laceratū: ut nec os ossi hæreat: nec neruus iungat ad neruū: separatim oculi iaceant
seorsum nares: manus aliū locū teneant: in aliū proiecti sint pedes: & reliqua mēbra in hunc modū inter se displa-
& diuisa. Fingamus aliquē uenire tantæ scientiæ medicū qui iuxta fabulas ethnicorū Esculapiū possit imitari:
& nouā figurā nouūq; hoīem Virbiū suscitare. hic necesse habebit unū quodq; mēbrū in suo loco restituere: &
cōpagē copulare cōpagi: & quodā glutino partibus restitutis unū corpus efficere. Hucusq; nobis una similitu-
do processerit. Nunc in eadē similitudine ad id quod intelligi uolumus: aliud trahat exemplū. Paruulus crescit
& occulto æuo in perfectā adolescit ætatē: suū manus habent argumentū: sua pedes sentiunt incrementa: ueter-
dum nescimus impletur: humeri dum falluntur oculi dilatantur. Et omnia membra per partes iuxta mensurā
suā sic crescunt: ut tamen non sibi sed corpori uideantur augeri. Ita ergo & in restitutione omnium: quando cor-
pus totius ecclesiæ dispersum atq; laceratū uerus medicus Iesus christus sanaturus aduenit: unusquisq; secun-
dū mensurā fidei & agnitionē filii dei: quē ideo agnoscere dicit: quia prius nouerat: & postea nosse desinit: suū
recipiet locū: & incipiet id esse: quod fuerat: ita tamen ut nō iuxta aliā hæresim omnes in una ætate sint positi:
id est omnes in angelos reformentur: sed unūquodq; mēbrū iuxta mensurā suā & officii pfectū sit. Verbi gra-
tia: ut angelus refuga id esse incipiet quod creatus est: & homo qui de paradiso fuerat eiectus: ad culturā iteꝝ pa-
radisi restituatur. Ista autē uniuersa sic fiant: ut inuicē inter se charitate iungantur. Et dū cōgaudet membrū mē-
bro: & in alterius prouectione latatur: Christi corpus ecclesiæ primitiuorū habitet in cælesti hierusalē: quam i
alio loco apostolus uocat matrē sanctorū. Hæc tua dicta legunt omnes latine: quæ etiā nunc tu quoq; iubes eos
legere: ubi dicit q; omnes rationabiles creaturæ quæ sub unius rationabilis animalis exemplo intelliguntur: ita
in unū corpus reparandæ sint: tanq; si unius hominis mēbra diuisa rursus i eisdē corporis soliditatē Esculapii
arte reparentur: in quibus quidē diuersa futura desinis officia: atpote membra: sed corpus unū hoc est unius
naturæ & hoc omnium unū corpus primitiuā ecclesiā uocas: & corpus esse nominas Christi: cuius corporis suum
membrū suo officio restituendū ais esse angelū refugam: qui est utiq; diabolus: & in hoc quod ab initio creatus
est reparandū. Similiter & hominem aliud membrum ad cultum paradisi tanq; colonum originarium reuocā-
dum: & hæc nulla ut fieri solet: cum de rebus talibus pedetenti: cauteq; dicitur: alterius interiecta persona pro-
sequeris. Ut uel dubitasse te aliquis in rebus tam secretis & absconditis existimaret: sicut Origenes iste cuius te
& discipulū non negas & proditorē fateris: semper facere inuenitur in talibus. Sed abrupta & definita sentētia
tanq; si angelus queretur in Daniele aut Christus in Paulo mortalium auribus futurorum archana enuncias sæ-
culorum. Et ais nulli ueterum electa a Christo plebs fidelium credas. Si Origenes aliquid de diuinæ dispensa-
tionis secretioribus suspicatus est: nemo recipiat. Et si Clæmens aut ille apostolorum discipulus: aut illæ alexan-
drinæ ecclesiæ: & ipsius magister Origenis tale aliquid dixerunt. Etiam si Gregorius ille ponticus uir apostoli-
carum uirtutum. Etiam si iste alius nazæenus & Didymus uidens propheta ambo magistri mei: quibus sapiē-
tius in fide nihil habet mundus. Omnes isti ut Origenes errauerūt: sed accipiant erroris sui ueniam: quia & ego
aliquando erraui: & nunc pœnitentiam gero: sed ueniam accipere debeo. Origenes uero cum eadem quæ ego
dixerit: etiā si pœnitentiā egit: ueniā non accipiet: imo pro his quæ omnes diximus: solus ipse dānetur. Ipse est q
oīa mala fecit. Ipse enī pdidit. Vnde est totū qcquid nos loqmur: qcquid scribimus: qcquid dicti putat eruditi
& qd de græcis bonis latina facimus nō bona. Nemo ergo quenq; horū audiat. Sed hæc sola suscipite q i meis cō-
mētariis iuenitis: & maxime i epistola ad ephesios i quibus Origenis dicta uehementissime confutauī. Ego autē
scrutauī

Esculapius

Angelus refuga

scrutari: ut credere & tenere debeatis resurrectionē carnis ita futurā: ut corpora conuertant in animas: & uxores dirigant in uiros: & quod ante mundi constitutionē: animas in caelestibus fuerint. Et inde ob quāsdā causas soli deo cognitae: in uallē hanc deductae sint lachrymae: & quod corpori mortis insertae sint: & quod in fine saeculog: omnis natura rationalis in unū corpus restituat: sicut ab initio fuit: ita & homo ad paradysū reuocet & angelus refuga supra Petrū & Paulū: cui ipsi ad paradysū: utpote homines: ille ante in id quod ex initio creatus est reparet: & fiant omnes simul ecclesia primitiuog: in caelestibus: & sint dū in officiis quidē singulis quibusq; sunt membra Christi. Vniuersitas uero cunctog: pfectū christi sit corpus: hāc tenentes o fideles: prudentesq; discipuli & istas meas indubitas diffinitiones custodientes. Origenē tamen pro his ipsis dictis condēnantes bene agetis: ualete. Vides quia totū cū irrisiōe agis: Et poenitere te ideo dicis: ut fallas eos quibus scribis? Nā & si uere te poeniteat: ut debet: quid facies ob omnes illas animas: quas per tot annos hāc tua tam uenenata (ut ipse ais) doctrina decepit? Deinde quis unq; per tuā penitentiā emendabit: cū iste ipse libellus: in quo & poenitēs & accusator & iudex es: auditores tuos rursū: ad hāc ipsa & legenda & tenenda transmittat? Ad ultimū etiā si hāc ita non essent: ipse tamen tibi etiā post poenitentiā omnis aditus ueniā praclusisti. Ais enī etiā ipsū Origenē poenituisse pro his dictis: libello poenitentiā ad Fabianū tunc urbis romanae episcopū dato: & tamen post poenitentiā post centū & quiquaginta ānos mortis suae in ius eū trahis: & ad dānationē uocas. Quomodo ergo pro his dictis tibi ueniā dabit poenitenti: si ille qui ante te pro his poenituit ueniā nō meret? Similiter ut scripsisti: scripsit ut poenituisi: poenituit. Aut similiter pro poenitentiā debetis absolui. Aut si negas ueniā poenitenti: qd' ego nō opto: tu purges nos pariter condēnari secundū quandā euāgelii parabolā. Oblata est domino a iudaeis adultera ut uideret qd' de ea secundū legē iudicaret. Ille misericors & miserator ait dominus: siq; uestrū peccatū nō hēt: mittat sup eā lapidē: & tunc oēs inq; discesserūt. Et iudaei qd' licet ipii & increduli tamē erubuerūt conscientias suas: ne cū ipsi essent peccatores: i peccatores uiderent ulcisci. Et latro ille de cruce dicebat ad aliū latronē: qui simul pēdebat in cruce & blasphemabat: qā nec deū times: uel quod in eodē nos sumus iudicio. Nos cū eadē quae in nobis sunt: condēnemus in aliis: nec cum iudaeis erubescimus: nec cum latrone mitescimus.

Argumentum secundū libri eiusdem Ruffini.

Hoc secundo libro sub apologiā specie Ruffinus in beatū Hieronymū maledicta congerit dicens: cū libellis suis eo maxime qui de uirginitate scriptus est: oēm ordinē ecclesiae lacerare: sanctū Ambrosium carpere: omnes scriptores ineptiae aut iperitiae accusare: periuriū quoq; detestabile cōmittere: qui contra abiurationē: non solū libros saeculares legat: sed illis se iacet & efferat ipio Porphyrio: & Baraba praepatore gloriē: & in deū blasphemus fuerit: quē sociū habere dixerit Origenē: quē improbat decē praefatiunculis in caelū extulerit: & apostolis coaeruarit: & uetus testamentū qd' apostoli cōmendarūt: noua translatione subuerterit.

Incipit secundus liber controuersiarum Ruffini contra doctorem praclarissimum beatum Hieronymum.

Epistola, XXXVII.

Superiore quidē libello dogmaticas eius obiectiones: quas aliis ipingit imerito: in seipsū testē retorsimus: nunc uero iā explicitis: & post tergū reiectis his quae fidei uiciniae sunt causationibus: cōfidentius ei de ceteris terminationibus respondebimus. Est enī etiā illud accusationis eius grauissimum caput: quod similiter ut cetera mendacia ueritatis falce refecandū est. Ait enī cōfederatos esse quosdā Origeni ad periuriū. Et istud mysticā eius traditionis archanum absconditū esse in sexto Stromatum libro nec ab ullo alio inter tot saecula nisi a se solo deprehensum. Verum ne risum ei moueam: si iurandi sacramento alienū me esse confirmē: a cōfederatione periurii planiore uia ad manifestationem ueritatis incedam. Et ei quod facillime probare possum nec habuisse me unq; libros istos: nec ante legisse a quoq; praestitos. Et sicut non possum excusare de eo quod quale sit nescio: ita nec accusari quidem possum de eo: quod uel si sit: penitus ignoro. Ille tamen qui arguit uel ab illo traditum: uel a discipulis eius dici: quod scriptum est: qui loquitur ueritatē cum proximo suo: proximus non sit nisi ille qui perfectus sit & symmystes: & iterum quod apostolus dicit: quia sapientiam loquimur inter perfectos: & quod scriptum est: nolite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos: ut afferant inquit per hāc ueritatem non omnibus aperiendam. Videamus quid ipse in istis electis cōmentariis libro secundo sub eo capitulo ubi scriptū est: propter quod deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo: quoniam sumus iuicem membra: post pauca: propter quod inquit Paulus ipse: perfectus in alia epistola loquebatur: sapientiam autem loquimur iter perfectos. Ergo hoc est quod iubet: ut unusquisq; mystica atq; secreta & ea quae ueritate dei sunt plena loquatur cum proximo suo: ut & dies diei eructet uerbum: & nox nocti indicet scientiam: hoc est clara quaeq; & lucentia his dicet: qui merentur audire: Vos estis lux mundi. Porro tenebrosa aut inuoluta & omniū sacramentog: nocte uelata aliis referat: qui & ipsi nox tenebrae uel caligo sunt de quibus dicitur: & caligo sub pedibus eius. Moyses ingreditur in turbinem & caliginem: ubi erat deus. Et de ipso deo scriptum est. Posuit tenebras latibulū suum. Loquat itaq; ueritatē atq; mysteria unusquisq; cum proximo suo: nec det sanctum canibus: neq; mittat margaritas ante porcos. Sed quae cūq; oleum habuerint ueritatis: illas in thalamū sponsi & penu regis inducant. Videte quae so uos: & diligentius perspicite: si alium aliquem in omnibus his quae scribit: nisi se & sua dicta condēnet. Si inimici sui lacerare eum & arguere pro scriptis suis uellent: quo alio ordine: quibus aliis aduersus eum sententiis uterentur: nisi quibus ipse aduersum se tanq; aduersum alios utitur. Condemnatio aduersum eum si proferenda sit epistola sua: sufficit si solum nomen immutes: textus enim criminum nec in alium omnino quempiam sicut in ipsum conuenit solum. Quae condemnari iubet: hāc iterum obseruari iubet: quae agit: arguit.

.lxxxviii.

Communio

Symmystes

quæ detestatur: operatur. Beati discipuli eius: qui eum audiunt uel imitantur. Verumtamen quoniam piurium dogma proponitur. nihil ad me: si iste uel agat: uel scribat: quia apud nonnullos fratrum hanc etiam nobis inurere conatus est maculam. Et nunc iterum iterare per litteras: secundum ab ipso datam regulam: quid ego ipse de periurio sentiam profero: ut de se iterum ipsi iudicium derelinquam. Etenim cum dominus & saluator noster dicat in euangelis: dictum est antiquis: non periurabis: Reddes enim domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis: nolite iurare omnino. Omnis qui docet ex quacumque causa periurandum esse: ego dico quod alienus sit a fide Christi: & ab ecclesie unitate catholice. Sed uel nunc postea quam de me ut ipse statuit anathemati satisfeci: elaborare paululum si patienter accipitis: & hoc quod iste per orgia quedam & mysticas confectiones obseruari periurium dicit: quos habeat cultores & symmystas aperire. Certa est enim & satis uera illa dei sententia quæ dicit: quia ex fructibus eorum cognoscetis eos: & nos ergo si cut dicit iste: periurii dogma suscepimus: si ad hoc edocti sumus: & talis in nobis arbor plantata est: non potest fieri: ut non tales aliqui ex nobis sapius germinauerint fructus. Verum etiam mystici dogmatis auctoritate coalescerent. Equidem quantum ad personam meam pertinet: quæ solum ex his omnibus quæ scribit: lacerare se putat: non mihi ipsi feram testimonium: nec dicam: quod etiam sit iurandum: cum forte necessitas exigat. & si non cautus sim: at certe timidus esse cupio. Postremo & si obseruare non possum: errasse me nouerit: hoc ergo non dicam: tamen siue erre in his: siue caueam: iste iterum causam commisi alicuius: qua me in talibus arguat: non habebit. Ego autem qualiter apud istum sacratissima sit huius non dogmatis sed scedissimi & uerissimi uitii obseruantia: iterum ex scriptis eius probabo. Nihil enim ex liuore & ex inuidia confectum aduersum eum proferam: ut ipse contra nos facit: sed ipsum se teste & scripta sua aduersum eum producam. Ut sciat se non ab inimicis argui: sed a semetipso redargui. Libellum quemdam de conseruanda uirginitate: Romæ positus scripsit. Quæ libellum omnes pagani & omnes inimici dei apostata: persecutores: & quicumque sunt: qui christianum nomen odio habent: certati sibi describebant. pro eo quod ibi omnem christiana: nox ordinem: omnem gradum: omnem professionem: uniuersamque pariter scedissimis exprobrationibus infamauit ecclesiam. Et ea crimina quæ gentiles falso in nos conferre putabantur: iste uera esse: imo multo peiora a nostris geris: illi criminabantur asseruit. Nam primo illas ipsas uirgines: de quarum uirtute scribere uidebatur: infamat. Et dicit de eis his uerbis. Alia uirili habitu ueste mutata: erubescunt se sceminas esse: quod natae sunt. Crinem amputant & impudenter erigunt fauces eunuchinas. Sunt quæ ciliciis uestiuntur & cucullis factis: ut ad infantiam redeant imitantur noctuas & bubones. Dicit & mille alia de his probra grauiora: sed ne uiduis quidem parcit. Ait namque de ipsis: nulla illis nisi uentris cura: & quæ proxima sunt uentri. Alia quoque ingerit obscena quam plurima. Sed & monachorum omne genus quod scede: quod turpiter laceret: longum est: si ipsius uerbis uel scriptis uelim probare. De diaconis uero & presbyteris quæ dedecora descripsit: pudet retexere. Inuitum tamen lacerationis ipsius ponam: ex quo facilius conicere possitis quantum in sequentibus augetur inuectio. Sunt alii inquit (de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo presbyterium & diaconatum ambiunt: ut mulieres licentius adeant. Omnes his cura de uestibus si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistris uestigio rotantur: digiti de annulis radiant: & ne plautas humilior uia spargat: uix imprimunt summa uestigia. Tales cum uideris: spolos magis aestimes quam clericos. Et postea quam spatiatim non tam uitia quam crimina sacerdotum uel ministrorum exprobrans: etiam ingressum eorum: & salutationes ad fratres: non solum decolorauit: uerum etiam execrabile fecit: quomodo postea quam omne genus christianorum concidit & infamauit: sibi quoque non parcat audite. Redibo enim post excessum quandam ad hoc quod proposueram: propter quod & libelli huius res poposcit fieri mentionem: & ostendam apud istum tam licito haberi periurium: ut scriptis quoque suis deprehendi ea non erubescat. Igitur in hoc ipso libello: cum moneret seculares codices legi non debere: & diceret quid faceret cum psalterio Oratius: Cum euangelis Maro: Cum apostolis Cicero: Nonne scandalizabit frater: si te uiderit in idolis recubentem: Et cetera cum dixisset eiusmodi quibus alienam esse a christo assereret libros secularium lectionum: inserit etiam reuelationem quandam ad se diuinitus factam satis honorificis refertam preceptis. Refert enim quod postea quam seculo renunciaisset: & ad deum fuisset conuersus: fauore tamen secularium libros ualde teneretur: nec facile posset tali carere desiderio: & pro hoc subito inquit raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor. Vbi tantum luminis & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris: ut proiectus in terram sursum aspiciere non audeam. Interrogatus conditionem: christianum me esse respondi. Et ille qui presidebat: mentis ait. Ciceronianus es non christianus. Vbi thesaurus tuus est: tibi & cor tuum. Illico obmutui: & inter uerba (iam enim cædi me iusserat) conscientiam magis igne torquebar. clamare tamen cepi: & eiulans dicere. Miserere mei domine: miserere mei. Hæc uox inter flagella resonabat. Tandem ad presidentis genua puoluti qui astiterant precabantur: ut ueniam tribueret adolescentiam: & errori locum penitentiam comodaret. Exacturus deinde cruciatus: si gentiliu litterarum libros aliquando legisse. Ego qui tanto constrictus articulo uelle etiam maiora promittere: deierari cepi: & nomen eius obtestans dicere. Domine si unquam habuero codices seculares: si legero: te negaui. In hæc uerba dimissus reuertor inquit ad superiores. Audisti quam nouum quam honorificum iuramenti sui exposuerit genus: Residete in tribunalibus ipso christo domino assistentibus angelis & intercedentibus pro se iterum uerba & cruciatus: iurat se seculares libros nec habiturum unquam nec lecturum. Relegant nunc quæso quæ scribis: si una eius operis pagina est: quæ non eum iterum Ciceronianum pronunciet: ubi non dicat: sed Tullius noster: sed Flaccus noster: & Maro. Iam uero Chrysippum & Aristidem: Empedoclem & cetera grecorum auctorum nomina: ut doctus uideatur: & plurimam lectionis tanquam fumos & nebulas lectoribus spargit. Denique inter cetera etiam Pythagoræ libros legisse se iactat: quos ne extare quidem eruditi homines asserunt. Sed iste ne aliqua ex parte iuramentum suum de auctoribus gentiliu præteriret: etiam ea quæ non sunt scripta legisse se scribit. Sed in omnibus opusculis suis fere multo plura & proluxiora testimonia de his suis quam de prophetis nostris uel apostolis ponit. Puellis quoque & mulierculis scribens.

Reuelatio Hieronymi facta

Ciceronianus es

scribens quæ non utiq; nisi de nostris scripturis ædificari cupiunt: & debent: exempla eis Flacci sui: & Tullii uel Maronis intexit: Iam uero in illo libello quæ de optimo genere interpretandi intitulauit: ubi preter tituli annotatione nihil optimū: sed totū pessimū est: ibi enim asseuerat hæreticos illos quibus nunc communicat: & incurrit in illā sententiā apostoli nostri non sui (ille enim suum aut Flaccū dicit aut Tulliū) qui ait. Qui enim non discernit: si manducat: dānatus est. In illo ergo libello ut asserat q; nullo genere uerbū de uerbo interpretari ratio sinat quomodo ei ite; rationale uisū est: capita integra dictata ex codice Ciceronis inseruit. Nōne ipse dixerat: qd faciat cū psalterio Oratius: Cū euangeliiis Maro: Cū apostolis Cicero: Nōne scandalizabit frater: si te uiderit in idolo recubentem: in quo utiq; ipse se idolatriæ reū statuit. Si enim qui uiderit legentē hoc: scandalizatur: multo amplius qui scribentē. Sed quoniā qui ad idolatriā de uoluitur: non plene nec itegre prophanus efficitur: nisi prius negauerit Christū: ipsi Christo in faciē coram sedenti in tribunalibus assistentibus quoq; clarissimis ministris angelorū: dicit: si legero: uel habuero gentiliū libros: te negauit: & nunc non solū legit: & habet: nō solum describit: & cōparat: ue; etiā diuinis eos uerbis & sermonibus ecclesiasticæ ædificationis interfert. Res quā dico: omnibus qui legunt libellos eius: satis nota est: & teste non indiget. Sed est hominis de tā sacrilego piurii barathro se cupientis eripere: adhibere sibi aliquod excusationis cōmentū: & dicere. Non modo lego: sed ea quæ in adolescentia didici: quia sū tenacis memoriæ: ita ut possim plura simul de diuersis capita continuare: ipsa nunc profero. Siquis a me modo exigeret: ut probare: si hodie ante q̄ sol oriretur: nox fuisset in terris: aut si usq; ad solis occasū dies illustrauerit mundū quid aliud dicerē: nisi magis ab illo: qui dubitaret de eo: q; omnes nouerant causas dubitationis: q̄ a me probationis oportere deposci. Sed in hoc licet omnes sciāt esse ue; quod dicimus: & omnes intelligāt: tamen quia de anima hominis res agitur: de piurii crimine: de negationis Christi sacrilegio: non potest facilis haberi condēnatio. Nunquid illud imitabimur: qui reos nec interrogatos: nec respondentes: sed nec presentes: & nō solū nō presentes: sed & mortuos: nō solū mortuos: sed & eos quos semper ante laudauerat: & non solū eos quos laudauerat: sed & eos quos secutus fuerat: & magistros habuerat. Timeatur domini sententia: primo illa quæ dicit: nolite iudicare ut non iudicemini. Et ite;: qua mensura mensi fueritis: eadē & remittetur uobis. Quid ergo licet ex superfluo: unū tamen proferā testē aduersū eum preualidū: & cui prescribere nō potest: ipsū ite; se & sua proferā scripta. Quāuis ergo omnes libelli eius hoc testent: & superflua de hoc mea uideatur assertio: tamen utendū aliquo spirituali testimonio est: ne minus plenū his qui forte scripta eius nō legerunt: uideatur esse quod dicimus: cū libellos eius quos aduersus Iouinianū scripsit: reprehendissim: cuidam Dōnioni beatæ memoriæ seni: qui sibi hoc ipsū iudicauerat. iste rescribens excusat: & dicit. nullo genere potuif se fieri se errasse: hominē qui omniū haberet scientiā. Cū ergo enumerasset uel syllogismorū genera: uel dicendi ac scribendi artes: quas uidelicet ille qui reprehenderet ignoraret: continuo subiungit hoc: stultus inquit ego: q̄ me putauerim hoc absq; philosophis scire non posse: qui meliorē stili partē elegerā eā: quæ deleret: q̄ quæ scriberet. Frustra ergo Alexandri uerti cōmentarios: ne quicq; me doctus magister *περι εις αγωνην* Porphyrii introduxit ad logicā: & ut hūana contēnā: sine causa Gregoriū nazanzenū & Dydimū in scripturis *εις αγωντα* habui. Hic est qui Christo dixit: te negauit: si uel habuero gētilium codices: uel legero. Si nihil aliud uel de Porphyrio silere debuerat: qui spiritualis hostis Christi est: qui religionē christianā: quantū in se fuerit: penitus subuertere conatus est scriptis suis: quē iste nūc introductorē & instructorē ad logicā habere gloriatur: nec argumētari potest: se ante hæc didicisse. Ante enim q̄ cōuertere: mecū pariter & litteras græcas & linguā penitus ignorabat. Post iuramentū oīa hæc: post sacramēti dati sponsonē. Sine causa argumētatur: cōtinuo dicit nobis. Erras homo: deus nō irridetur: nec syllogismi apud eū de Alexandri cōmentariis itexunt. Ut uideo frater male tibi auspiciatus es: q; introductor tuus sit Porphyrius. Quo te introduxit pfidus: Si ad illū locū ubi ipse est: ibi & fletus & stridor dentiū est. Ibi enī & apostata & inimici dei: fortassis & periuri ibi habitāt. Nō bonū introductorē tibi elegisti. Magis si accipis cōsiliū meū: ad illū nos introductorē pariter cōuertamus: qui introducit ad patrē: q̄ dixit: nemo uenit ad patrē nisi p me. Doleo frater si credis: & si nō credis: doleo te suspiciones alieni piurii: in antiquis & ueterulis chartulis pscrutari: cū in tuo ore iugis ac sine fine periurii inexplicabile sacrilegium perseueret. Nōne recte tibi conueniet illud dici: quod apostolus dicit: tu autē qui Iudæus cognominaris: & requiescis in lege: & gloriaris in deo: instructus per legem: confidis te ipsum ducem esse cæcorum: lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorem insipientium: magistrum infantium: habentem formam scientiæ ueritatis in lege: qui ergo doces alium: te ipsum non doces. Qui dicis non mæchādum: mæcharis. Qui prædicas non furandum: furaris: Qui abominaris idola: sacrilegium periurii committis. Et quod est ultimum & grauissimū: nomen dei p te & philosophiā tuā blasphematur inter gentes. Sed transeamus iam hinc ad alterius obiecti purgationē. Si tamen conuictū se piurii & preuaricationis simul: perurgente etiā conscientia sua fatetur. Alioquin si inficias eat: etiā testes q̄ plurimos fratrū habere possū: qui in meis cellulis manentes in monte oliueti: q̄ plurimos ei Cicero nis dialogos descripserunt: quorū & ego quaterniones cū scriberent: frequenter in manibus tenui & relegi. Et q; mercedes multo largiores q̄ pro aliis scripturis solent: ab isto eis darentur agnoui. Mihi quoq; ipsi aliquādo cū de bethleem hierosolymam uenisset: & codicem secum detulisset: in quo erat unus dialogus Ciceronis: & idem ipse græcus Platonis: q; dederit ipsum codicem: & aliq̄ diu fuerit apud me nullo genere negare potest. Sed quid immoror tā diu in re: quæ luce est clarior: Cum ad hæc omnia quæ supra diximus: etiam illud addatur ubi cefset omne cōmentū: q; in monasterio positus in bethleē: ante non multo adhuc tēpore: partes grāmaticas executus sit. Et Maronem suum comicosq; ac Lyricos & hyltoricos auctores traditis sibi ad discendum dei timorem puerulis exponebat: scilicet ut & præceptor fieret auctorum gentilium. Quos si legisset tātummodo Christum se

negatur: iurauerat: sed uideamus quid adhuc aliud culpet: gentiliū esse dicit hęc dogmata. Ecce qua sententia se ipse condēnet. Gentiliū dicit dogmata: quæ ipse conscribit: labitur: sed porrigenda manus est: non est nimie p-
urgendus. Dū enim totus in eloquētia uolitat: & uituperationibus atq; inuectionibus fertur: imemor sui fit: & a
ratione deuoluitur. Noli frater temetipsū: etiā in non necessariis temere condēnare: non continuo inter gētiles
deputandus es: uel tu uel Origenes: si ut ipse dixisti: uolentes dei iusticiā defendere & respondere contra eos: q
uel fato: uel casu cuncta moueri dicunt: & uolentes ostendere iusticiā esse dei prouidentia: quæ moderatur uni
uersa dixisti in æqualitatis causas: unā quāq; sibi animā iā ex anterioris uitæ quā in cælestibus habuit: moribus
ac sensibus cōparasse: uel etiā si dixisti bonæ illi & incōmutabili ac simplici naturæ trinitatis conuenire: ut oēm
creaturā suā in fine omnium restituat in hoc: quod ex initio creata est: & post longa: & spatiis sæculorū ex æqua
ta supplicia: quæ deus non tam irascentis q̄ curatis affectu infert unicuiq; quippe qui cōmotionis caret uitio: &
medentis & curantis uice finē statuatur aliquando pœnarū. Hęc ergo q̄ uera dixeritis deus uiderit: tamen impieta-
tis non multū mihi cōtinere uident in deū: nec genūlitatis aliquid. Maxime si hac mente dicitis quāuis ratione
dei scilicet iusticiā defendere cupientes. Pro his ergo noli te satis conturbare: neq; teipsū supfluo: aut penitentia
subicias: aut condēnationi. Sed illud est re uera: unde te defendere: aut excusare non possū: q̄ non solū gentili-
ter: uerū & super oēm genūlitatē: imo impietatē a te dictū probat: q̄ in hoc ipso libello: cuius supius fecimus mē-
tionē: deū socrū habere dixisti. Et quid tā impurū uel p̄fanū: a quoq; gentiliū poetas: saltē dici potuit: Stultum
est eni si requirā de te: ubi hoc in scripturis sanctis legeris. Quæro si uel Flaccus tuus aut Maro: si Plautus Co-
micus aut Terentius: certe si uel Satyrus quis inter omnia spurca sua & ipudica: istud nefas in deū ex suo ore
protulerit. Fefellit te credo illa res & decepit: q̄ puella ad quā sermo fiebat: sponsa christi dicebat: ut propterea
etiā matrē carnalē: socrū dei appellandā putares. Et nesciebas q̄ hęc non secundū carnis ordinē dicunt: sed se-
cundū spiritus gratiā. Sponsa eni ex eo appellat q̄ sermo dei: quasi sacrata quodā cōnubio iungat animā hūa-
nā. Si autē tali cōiunctione etiā mater puellæ christo per fidē sacrat: rectius etiā ipsā sponsā christi: q̄ socrum
dei appellare potuisses. Nā restat tibi: ut & patrē puellæ socerū dei dicas: ut sorores etiā eius cognatas: puellā nu-
rū dei p̄nuncies. Sic dū totus Plautinæ & Tullianæ cupis eloquētiæ sectator uideri: oblitus es: quomodo apo-
stolus omnē ecclesiā: id est parētes cū liberis: matrē cū filiabus: cū sororibus fratres: omnes simul unā nominet
uirginē uel sponsā dicens. Statui autē hoc ipsū: omnes uos uni uiro uirginē castā exhibere Christo. Sed tu dum
non Paulū sed Porphyriū introductorē te habere gloriaris: ipsū Porphyriū sequendo: qui aduersū Christū &
aduersū deū libros ipios ac sacrilegos scripsit: & ab ipso ut ais introductus in istud blasphemiarū barathrū decidisti.
Quod si uere pro maledictis tuis uis agere penitentia: si non irrides ista dicēdo: si nō mente Philonicus & con-
tentiosus p̄pter hoc solū etiā te infamare non refugis: dūmodo aliū decolores: si non arte sed fide dictorū tuorū
p̄nitentiā egeris: pro hac tā graui turpiq; blasphemiarū uoto: sed dū iusticiā dei ut dicis: cupit asserere: a quis efflu-
at: non est nimis execrabile cōmissū. In cælū tendere os: graue est. Iniusticiā uel cōtumeliā in excelsū loqui p̄ni-
tiosū est. Hoc lugeat: quod difficile curat. Nā quis est qui cū morbo regio labore: & de ipso capite & uultu ac
uita piclites: magnopere clamat: q̄ nō leue ponychiū pedis aut p̄facilis ungulæ suæ offensa curet: Illud autē mi-
nimū quidē est: & responsione uix dignū: quod enumerans doctores suos: quos se de synagoga dicit esse merca-
tū: stimulans nos subiungit: neq; eni inq; ipse me docuit: sicut quidā nos sine dubio intuens: in quos omne lace-
rationis suæ pondus inuexit. Et miror hoc eū dicere uoluisse: cū maiore in me & uerore haberet obtrectandi ma-
teriā: q̄ magis inter multos & preclaros magistros diu moratus: nihil dignū eorū uel magisterio uel institutioni
bus habeā. Ceterū iste qui in tota uita sua non totos. xxx. dies Alexandriæ ubi erat Didymus: cōmoratus est p̄ to-
tos pene libellos suos longe lateq; se iactat. Didymi uidentis esse discipulū: & καθῆν ὑπὲρ τῆν ιδεστ̄ preceptorem i
scripturis sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista iactantia in uno mense q̄ sita est. Ego qui sex annis dei cau-
sa cōmoratus sū: & iteq; post interuallū aliquot aliis diebus: ubi Didymus de quo tu solo te iactas: & ubi alii ni-
hilominus illo non inferiores: quos tu ne facietenus quidē nosti: Serapion & Menites uiri natura & moribus &
eruditione germani: ubi Paulus senex Petri martyris discipulus: & ut ad heremi magistros ueniā: quibus & at-
tentius & frequentius uacabamus: ubi Macharius Antonii discipulus & alter Macharius & Isidorus & p̄bas
omnes amici dei: qui nos hęc docebant: quæ ipsi a deo discebant: quantā ego: si hoc ita deceret: aut expediret de
his omnibus habere iactantiæ materiā possē. Sed erubescō: hęc etiam retexens: dum uolo tibi ostendere nō ut
tu dicis: nostro ingenio magistros: sed quod plus doleo: magistris defuisse magis ingenium nostrum. Verū quid
stultus ego sanctos numero christianos uiros: Non propter istos dicit: quia ipsi nos docuimus: sed quia Bara-
bam eius de synagoga magistrum non suscepimus & περὶ εἰς ἄνωγην Porphyrii ad logicam non sumus intro-
ducti. Ignosce mihi pro hoc: quod malui ante imperitus & indoctus uideri: q̄ Barabæ discipulus dici: propo-
to enim Christo simul & Baraba: ego quasi imperitus Christum elegi. Ita tu ut uideo: cū illis clamas: qui dicunt
nō hunc sed Barabam. Nam Porphyrius tuus: dic quæso: quid te docuit: qui aduersum christianos & aduersū
religionem nostram blasphemiarū uolumina conscripsit: Quid te isti in quibus tārum te iactas: unus ab idolis da-
monum & alius de synagoga ut dicis sathanæ: magistri docuerunt boni: Nihil uideo nisi hoc: quod & ipsi no-
uerant. Nam Porphyrius te docuit de christianis male loqui: concidere uirgines: cōtinentes: diaconos p̄sby-
teros: & omnem prorsus christianorum gradum & ordinem libellis editis infamare. Ille uero de synagoga Ba-
rabas tuus pro Christo electus docuit te resurrectionem carnis: non in uirtute sed in fragilitate sperare: littere
occidentis amicum fieri: & inimicum spiritus uiuificantis. Et alia quædam secretiora: quæ si fēs poposcerit:
postmodum

Demus

Leue ponychiū pedis

Facietenus nosti

postmodum proferent in tempore. Sed quid in longum sermo producitur? Conuitis eius & iniuriis non respondeamus. Lacerationibus eius: ad quod opus quotidie stilum eius Porphyrius excuit: non obuiemus. Ad haec enim Iesus noster: non Barabas magister: silere nos docuit. Ad illud ueniamus: ut ostendatur quae uera sunt: quae uel pro sua excusatione uel pro nostra accusatione conscripsit. Ait enim esse solas praefatiunculas suas: in quibus laudare uisus est Origenem. In eo tamen interpretationis opere eum laudauerit: in quo nihil omnino dogmaticum: nihil de fide dictum sit: & quae penitus in his: quae eius ipse interpretatus est: nihil iherat: quale nunc ad synagogam gratiam: non ad christianorum aedificationem reprehendit: & quis ei sufficere ad silentium agendum debeat: quod ea in alienis litteris culpatae: quae proferuntur ex suis: tamen & in hoc quae uerba dixerit: uideamus. Ex praefatione interpretationum in Ezechiel. xiiii. homeliis: siue orationibus Origenis: scribens cuidam Vincentio: Magnam est inquit mihi amice quod postulas: ut Origenem faciam latinum: & hominem iuxta Didymi uidentis sententiam alterum: post apostolos ecclesiae magistrum etiam romanis auribus donec. Et post aliquanta: & illud inquit breuiter admones: ut scias Origenis opuscula in omnem scripturam esse triplicia. Primum eius opuscula excepta sunt: quae graecae scholia nuncupantur. In quibus ea quae sibi uidebantur obscura: aut quae habere aliquid difficultatis: summatim breuiterque perstrinxit: secundum homeliticum genus: de quo & praefens interpretatio est. Tertium quod scripsit ipse Tomos: nos uolumina possumus nuncupare. In quo opere tota ingenii sui aera spirantibus uentis dedit: & recedens a terra: in medium pelagus aufugit. Scio te cupere ut omne genus transferam dictionis: praemisi causam: cur non facere posses: hoc tamen spondeo: quia si orate te Iesus reddiderit sanitate: non dicam cuncta: quia hoc dixisse temerarium est: sed per multa sum translaturus ea lege quam tibi saepe constitui: ut ego uocem praebear: tu notarium. Item de canticis canticorum praefatio beatissimo papae Damaso: Origenes cum in ceteris libris omnes uicerit: canticum canticorum ipse se uicit. Nam undeci uoluminibus explicatis: quae ad uiginti usque uersuum milia puenerunt: primum. lxx. interpretes: deinde Aquilam. Symmacum. Theodotionem: & ad extremum quintam editionem: quam in Actio littore iuenisse se scribit: ita magnifice appetit: ut mihi uideatur in eo completum esse quod dicitur: introduxit me rex in cubiculum suum. Illo itaque opere pretermisso: quia egentis est oculi laboris & sumptuum: tamen res tam digne in latinum transferre sermonem: hos duos tractatus: quos in more quotidiano eloquii paruus adhuc latentibusque composuit: fideliter magis quam ornate interpretatus sum: Gustum tibi sensum eius: non cibum offeres: ut animaduertas quantum sint illa aestimanda: quae magna sunt: cum sic possint placere: quae parua sunt. Item ex praefatione commentarii in Micheam scripta ad Paulam & Eustochium post aliquanta: nam quae dicunt Origenis me uolumina compilare & contaminare: non dicere scripta ueterum: quod illi maledictum uehementer esse existimant: eam laudem ego duco maximam: cum illos imitari uolo: qui cunctis prudentibus & uobis placent. Item ex praefatione interpretationis hebraicorum nominum: post aliquanta ita ait ac ne forte consumato aedificio: quasi ex parte abisset manus: noui testamenti uerba & nomina interpretatus sum: imitari uolens ex parte Origenem: quem post apostolum ecclesiae magistrum nemo nisi imperitus negat. Inter cetera enim ingenii sui praeciosa monumenta etiam in hoc laborauit: ut quod Philo quasi iudaicus omiserat: hic ut christianus implet. Item de epistola ad Marcellam: Ambrosius quo chartas sumptus: notarios ministrante: tam innumerabiles libros uere Adamantius noster: & noster Calceterus explicuit. In quadam epistola quam ad eundem de athenis scripserat refert: nunquam se cibos nisi Origenem praefate in lectione supersisse: nunquam uenisse ad sonum: nisi unus de fratribus sacris litteris personaret: hoc diebus egisse uel noctibus: ut lectio orationem suscipet: & oratio lectionem: beatus Paphilus martyr: cuius uitam Eusebius Caesariensis tribus ferme uoluminibus explicuit: cum Demetrium Phalereum: & Pysistratum: in sacrae bibliothecae studio uellet aequare: imaginemque ingeniorum: quae uera sunt & aeterna monumenta toto orbe quaereret: tum omnes maxime Origenis libros impensius persecutus: caesariensi ecclesiae dedicauit: quam ex parte corruptam Achatius de hinc Euconius: qui eiusdem ecclesiae sacerdos fuerit in membranis instaurare conati sunt. Hic cum multa repperit & iuuentorum nobis indicem dereliquerit: centesimi uicesimi & sexti psalmi commentarium: & se litterae tractatum: ex eo quod non scripsit confessus est non repertum: non quo talis tantusque uir (Adamantium dicimus) aliquid praeterierit. Sed quod negligentia posteriorum: ad nostram usque memoriam non durauit. Sed fortassis dicas mihi: quid superfluis repleas paginas? Nunquam & ille dicit criminis esse nominari Origenem? Aut ingenii eius laudem dari? Sed dicatur talis ac tantus uir magis si qua sunt in quibus aut apostolicus uir aut ecclesiae magister dicitur: ut in superioribus ipse profert: uel siquid tale est quod fide eius: non ingenium solum commendare uideatur. Hoc quidem faciam: tamen iccirco haec etiam protuli: ubi eum tale ac tantum uirum dicit: quia in ea praefatione: ubi eum dicit apostolum uel prophetam defendi: & usque ad caelum ferri: hunc puto sermonem laudis eius in scriptum & sicubi forte scientiam eius laudauimus: & tales sunt omnes meae in illum laudes: pro quibus in te hoc tantum ignis accendit: quas de suis scriptis: nec imputari sibi dignum ducit. Verum quia non dignatur aequalis nobiscum personam habere in iudicio: & nos quidem etiam ex suspicionibus solis condemat: ipse uero neque ex cyrographis suis teneri uult: nec putat in causa sua obseruari scripturae sanctae debere sententiam: quae iubet absque personarum acceptione iudicari: non ut aequitas: sed ut ipse uult: ita satisfaciamus pro nobis. Ait enim tu interpretatus es Origenem: culpandus es. Ego etiam si eadem dixi: pro quibus ille culpatur: bene feci: & legi debent & teneri. Tu sicubi laudasti ingenium eius uel scientiam: reus es: sed profert inquit: ubi eum ita laudauerim: ut fidem excusarem: non aequum quidem: sed quocumque traxeris sequor: libellum quendam scribens: comprehendere quasi in indiculo quodam uoluit quanta apud Latinos Varro conscripserit: & quanta apud nostros Origenes in graecis: in quo ait. M. Terentium Varronem miratur antiquitas: quae apud Latinos tam innumerabiles libros scripsit. Graeci Calcenterum miris efferunt laudibus: quos tantos libros composuerit: quantos quicuis nostrum alienos sua manu describere: non possit. Et quia nunc ociosum est apud Latinos graecorum uoluminum indicem texere: de eo qui Latine scripsit: aliqua commemorabo: ut intelligamus nos Epimenidis dormire sonum: & studium quod illi posuerunt in eruditione saecularium litterarum: in congregandis opibus ponere.

Scholium
Tomos

Origenes scriptum uicit

Origenes post praefationem
caesariensis magister

Eusebius in uita prophetae
trina fecit uolumina scripturae

M. Terentius Varronem
Origenes
Calcenterum

Scriptit ergo Varro. xlv. libros antiquitatū: quatuor de uita populi romani: & cū enumerasset per singula opa omnia: quæ Varro scripsit: addit post hæc quo rursū Varronis & Calcenteri mentio facta sit: quæritis uidelicet ut ad Adamantiū nostrūq; Calcenterē ueniamus: qui tāta ī sanctarū scripturarū labore sudauit: ut iuste adamā tii nomen acceperit. Vultis noscere q̄ta ingenii sui reliquit monumēta: Sequens titulus ostendit. Scripsit in Ge nesi libros. xiii. Istas homeliarū libri duo: in exodo excerpta: in leuitico excerpta: & post multa. Itē inq; Mono bibla: Periarchon libri quatuor: de resurrectione dialogos duos: & cū omnia enumerasset eius opuscula secun dū indiculi fidē: addit & dicit. Videtis ne & græcos pariter & Latinos unius labore superatos? Quis enim unq̄ tanta legere potest q̄ta ipse conscripsit? Pro hoc sudore quid accepit præmii: Dānatur a Demetrio episcopo ex ceptis Palestinæ & Arabiæ & phœnicis atq; achiæ sacerdotibus. In dānatione eius cōsentit urbs roma: ipsa cō tra hunc senatū cogit: non propter dogmatū nouitatē: non propter hæresim: ut nunc aduersū eū rabidi canes si mulant: sed quia gloriā eloq̄ntiæ eius & scientiæ ferre non poterant: & illo dicente omnes muti putabant. Hoc quare scripserim: & ad pauperis lucernæ igniculū cito sed non cauto sermone dictauerim: potestis intelligere: si Epicuros & Aristippos cogitetis: si quis tibi tunc quæso cū ista ad pauperis ut ais lucernæ igniculū cito. sed nō cauto sermone dictares astitisset propheta: & clamasset: o scriptor cohibe hanc uocē: reprime stilū: erit enim tē pus & non multo post: cū tu scisma ab ecclesia facies: & ut pro ipso scismate colorē aliquē excusationis inuenias istos quos nunc mirabiles omnibus facis libros: incipies infamare: & istū quē modo Calcēterē tuū uocas: & pro merito laboris laudabilis ais Adamantiū nominatū: dicturus es nō tam libros ad utilitatē animæ: q̄ uenenata dogmata conscripsisse: hunc quē negas a Demetrio in causā fidei esse dānatū: & hunc quem negas pro dogma tum nouitate inculatū: tu execrandū pro dogmatū nouitate dices: & ea quæ dicis aduersū eū nunc canes rabi dos simulare: hæc tu ipse simulabis. Romanū quoq; ut nunc scribis epistolis tuis cōmonitoriis: iuramentis: sa tellitibus circūuolantibus: etiā tu contra eū coges senatū: & talē uicē pro omnibus laboribus suis Calcētero tuo reddes. Et ideo caue hæc nunc scribere: ne cū illa scripseris: & illa egeris: multo uerius tu tuis sententiis condēne ris: q̄ ille alienis. Putasne habuisses propheta illi hæc tibi dicenti fidē: & nō magis illū insanū tunc: quā te ī hæc uenturū putasses? Sed contentio hæc est: quæ nec amicis parcat: dūmodo lædat inimicos. Tu quoq; etiā hoc su pergressus: tibi ipsi non parcas: dūmodo non inimicos cōficias sed amicos. Itē ex præfatione hebraicarū quæstio nū post multa: de Origene aut̄ sileo: cuius nomen si parua licet cōponere magnis: meo nomine inuidiosū est: q̄ cū in homeliis suis quas ad uulgus loquit̄: comunē editionē sequat̄: in tomis hebraica ueritate supatus: & suoz circundatus agminibus: interdū linguæ pegrinæ q̄rat auxilia. Hoc unū dico: q̄ uellē cū inuidia nominis eius ha bere etiā scientiā scripturarū: floccipendens imagines umbrasq; laruarū: quarū naturā esse dicit̄: terrere paru los: & in angulis garrere tenebrosis. Verū ego iā nec imitari debeo nec conqueri ab his quæ in me agit: qui tātis uiris & talibus nō peccit. Nam & sanctæ memoriæ sanctū Ambrosium episcopum qualibus figuris laceret: q̄ libus obrectationibus fecet in his ipsis: ī quibus nihilominus laudet Origene: similiter ex his præfationibus su is edocebo: ante paucos dies quorūdam in Matthæum & Lucam cōmentarios uos legisse dixistis: ex quibus al ter & sensibus hebes esset: & alter in uerbis luderet: in sententiis dormitaret: q̄ ob rem petistis: ut istiusmodi nu gis contēptis saltē. xxxix. Adamantiū nostri in Lucam homelias: sicut in græco habent̄ interpreter. Molestā rē & tormento similem: alieno (ut ait Tullius) stomacho & non suo scribere. Quod tamen iccirco nunc faciā: quia sublimiora non poscitis. Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blefilla effragitauerat: ut. xxvi. tomos illius ī Matthæū: & quinque alios in Lucā: &. xxxii. in Ioanne nostræ linguæ traderet: nec uiriū mearū: nec ocii: nec labo ris esse perspiciatis: sed quantū apud me: & auctoritas uestra: & uoluntas ualet pretermisi paululū hebraicarū: q̄ stionū libros: ut ad arbitriū uestrū lucratiuis operis: hæc qualicūq; sunt: non mea: sed aliena dictarē. præsertim cū a sinistra oscinē coruū audiā crociantē. Et miq; in modū de cunctarū auium ridere coloribus: cū totus ipse te nebulosus sit. Fateor itaq; ante q̄ ille obiiciat in his Origene tractatibus: quali pueri tabulis ludere. Alia sunt uiri lia eius & senectutis seria: quæ si licuerit: & potuero: si dominus ut in latinū sermonē uertā dederit cū inchoatū & prætermisū prius opus expleuero: tunc uidere poteritis: imo per uos romana lingua cognoscat: quantū bo ni: & ante nescierit: & scire nunc cœperit. Ecce quæ de Origene & de Ambrosio sentiat. Quod si negare uolue rit hoc quod omnes sciunt: quia de sancto Ambrosio dixerit: primo ex eo conuincetur: q̄ apud Latinos ipsius tā tum & non alterius. In Lucā cōmentarius fertur: deinde scit me habere epistolā suā: in qua hoc ipsum & de ali is: & excusans in illū suspicionē: uerū quia epistola illa etiā secretiora quædā continet quæ interim modo publi care nolo ante tēpus: ex aliis adhuc similibus approbabitur. Interim Origene libros: ut super omnia admira tione extollit & dicit. Quod si eos interpretet̄ romana lingua cognoscat quantū boni: & ante nescierit: & scire nunc cœperit: id est in Matthæū inquit. xxv. libros: & in Lucā quinque: & in Ioannē. xxxii. isti sunt quos magnifi cat. In quibus eadē prorsus omnia: sed latius & copiosius quæ & in istis periarchon libris: pro quibus me argu it continent̄. Quod si iste promittit se istos interpretaturū: me quare pro similibus inculat? Sed quoniā polli citi sumus probaturos nos quomodo laceret uirū: omni admiratione dignū Ambrosiū episcopū: qui nō solū me diolanen. ecclesiæ: uerū etiā oium ecclesiarū colūna quædā: & turris inexpugnabilis fuit unā adhuc præfationē ponemus: ex qua uideat̄: uel tantū uirū: q̄ scede & idigne laceret. Vel itez quomodo Didymū usq; ad cælū esse rat laudibus: quē rursū usq; ad inferna demergat. Vel quomodo de urbe deo fauēte christianoz ea dicat: quæ dicebant̄: tūc cū gētilis in ea populi & psecutores principes morabant̄. Præfatio de spiritu sancto ad Paulinia nū: dū in babylone uersarer: & purpuratæ meretricis esse colonus: & iure quiritū uiuerē: uolui aliqd garrere de spiritu sancto: & cœptū opusculū eiusdē urbis pontifici dedicare. Et ecce olla illa quæ in Hieremia post baculū cernit̄:

cernit̄:

Contentio

Lanque dicitur tunc
miseri huiusmodi

Lullu
dicitur tunc

Stimulo Coram

Ambrosius

cernit: a facie cepit aquilonis ardere: & phariseorū cōclamaui senatus: & nullus scriba uel fictus: sed oēs quasi
indicto sibi p̄celio aduersū me impit̄ factio cōiurauit. Illico ergo uelut postliminio Hierosolymā sum reuer-
sus: Et post Romuli casam: & nudorū lupcal: diuersoriū Mariæ & speluncā Saluatoris aspexi. Itaq; mi Paulinia
ne frater: quia supradictus p̄t̄ifex Damasus: qui me ad hoc opus primus ipulerat: iā dormiuit in domino: tam
tuis q̄ uenerabiliū mihi ancillaz christi Paulæ & Eustochii: nūc adiuuus orationibus cāticū: qd̄ cātare nō potui
in terra aliena: hic a uobis in Iudæa puocatus imurmuro: augustiorē multo locū existimans: qui saluatore mū
di: q̄ qui fratris genuit parricidā. Et ut auctore titulo fatear: malui alieni opis interpres existere: q̄ ut quidā faci-
unt: in formis corniculæ more alienis me coloribus adornare. Lege dudū de spiritu s̄cto quosdā libellos. Et iuxta
Comici sniam: ex gr̄cis bonis latina uidi nō bona. Nihil ibi dialecticū. nihil uirile atq; districtū: qd̄ lectore
uel in gratis in assensū trahat: sed totū flaccidū: molle: nitidū atq; formosū. & exquisitis hincinde odoribus pig-
mentatū. Didymus uero meus oculos habēs sp̄s̄a de cātico cāticorū: & illa lumina quæ in candentes iā segetes
sublimari Iesus p̄cepit: p̄cul altius intuef: & antiquū nobis morē reddit: ut uidens uocet̄ p̄pheta. Certe qui
hunc legerit: latinorū cognosceret furta: & cōtēnet riuulos: cū ceperit haurire de fontibus. Impit̄ sermone ē: sed
non scientia: apostolicū uiḡ ex ipso stilo exprimens: tā sensuū noīe: q̄ simplicitate uerborū. audistis quō quē an-
tea coruū dixerat & totū tenebrōsū: nūc interim corniculā dicat alienis se pennis uel coloribus depingentē: & q̄
turpe laceret: ac nihil uirile habere dicat uiḡ: qui ad ecclesiā Christi gloriā electus a deo est: qui in testimoni-
um locutus est in conspectu p̄secutorū regū: & nō est cōfusus. Ambrosius sanctus de spiritu s̄cto nō solū uerbis
sed & s̄guine suo scripsit (Obrulit enī p̄secutoribus s̄guinē suū) quod in se fudit. sed a deo ad alios adhuc refer-
uabat labores. Qui etiā si secutus est gr̄cos catholicos nostrorū scriptores: & aliquid de eorū dictis p̄cūpsit.
Continuo non hęc debuit esse tua sūma cura: hic labor: hoc studiū: ut pro hac causā interpretareris librū Didy-
mi de spiritu sancto: ut furta illius cognoscerent: qui fortassis etiā necessitatē scribēdi passus est: ut infantiētibz
tunc h̄reticis respōderet. Hęc est christiani modestia: Sic monita seruamus apostoli dicentis: nihil p̄ conten-
tionē neq; per inanem gloriā: Deinde quæro: ut itez eadē repetam: tu qui p̄dicas nō furandum furaris. Pau-
lo ante interpretationē Michæ obiectam tibi dicebas: quasi Origenis dicta furararis. Tu furtū quidē non ne-
gasti: sed ais quid mihi: Illi maledictum uehemens existimant: At ego hanc laudem duco maximā: cum illum
imitari uolo: qui prudentibus & uobis placet. Tua furta laudem tibi p̄stant maximam: alios furta sua apud
te coruos & corniculas faciunt: si tu Origenem: quem alterz post apostolos dicit: recte facis imitari: quid concidi-
dis eum qui secutus est Didymum: quem nihilominus & prophetā noīas: & apostolicum uiḡ designas. Si er-
go neq; tanto ac tali uiro Ambrosio pepercisti: & ei quem alterz post apostolos scribis: atq; oibus placere prudē-
tibus: atq; mille aliis laudibus: non duobus ut dicit sed uniuersis scriptis tuis usq; ad cælum extulisti: rurū h̄-
reticum: quem ante apostolum facis: & Didymum ipsum hunc quem nunc prophetam uidentem & oculum
habentem sponsæ de cantico canticorū: & apostolicum uiḡ sensuum noīe designas: itez eum peruersum docto-
rem criminaris: & inter h̄reticos ut ait: censoria tua uirgula segregas: quam uirgulam a quo acceperis nescio.
Nam Petrum semel scimus clauas a Christo accepisse. isto modo censorias uirgulas quis spiritus eroget: tu ui-
deris: si inq̄ istos oēs: quos tuo ore laudasti: tuo ore rursum cōdēnas: quid ergo ad istos pulex de me conquerar:
si me nunc laceres: quem & epistolis tuis ante laudaueras. & in cronicis tuis Florētino & Bonoso pro uitæ ut ais
nobilitate coniunxeras. Etiam ne illud eius admirabile factum silendū est: ne pudorem incutiamus audienti-
tibus: q̄ Marcellini cōsulis neptem: quam Romanæ nobilitatis primam paruulo filio Romæ derelicto hiero-
solymam petiisse: & ibi ob insigne meritum uirtutis Teclā noīatam i ipsi cronicis suis scripserat: post id de exē-
plaribus suis erasit: cum actus suos uidisset districtioris disciplinæ sceminæ displicere. Compellimur quidem
plura adhuc de scriptis eius congregare: ut agnoscat q̄ uerz sit & hoc quod scribit. qui in duabus tantum p̄-
fatiunculis Origenis meminerit. Et hoc non fidem sed ingenium: non dogmatisten sed interpretem laudans.
Adhibui itez decem. Sed ne dilatari nimis sermonem: onerosum sit: sufficiant interim hęc in quibus eum & q̄
si apostolum laudat: & quasi ecclesiæ magist̄. Et quia non pro fide: nec pro dogmatū nouitate: ut rabidi nūc
canes simulant: aduersus eum mouetur ordo romanus: Et quia ipsum sequitur: qui oibus prudentibus & ipsis
placet. Et oia illa quæ inserta superius eius p̄fatiunculæ conteltantur. Verū hęc quoquo mō sint: quodcun-
q; habes tu cum istis uel antiquis uel nouellis scriptoribus: siue eos tu apostolos: siue itez uenenarios scribas: si-
ue prophetas eos tu: siue peruersos uoces doctores: ad me ista quid spectāt. Tu pro his uarietatibus tuis: pro cō-
tumeliis & lacerationibus bonorū recte p̄cēnitentiam egeris: Mihi quare dicas: si secuti sunt errantem: sequatur
& correctum. Absit a me nunq̄ ego uel te uel alium errantem secutus sum: sed in uirtute christi: nec te nec aliū
quenq̄ nisi ecclesiam catholicam sequar. Tu qui scripsisti talia: & secutus es eos: quos errasse credebas: qui tam
indigne de deo scripsisse conuictus es: tu age p̄cēnitentiam: si tamen putas tibi blasphemæ crimen ignosci. Nun-
quid mea aliqua proferre poteris scripta similia: in quibus me uel in iuuentute errasse conuincas: sicut tu nō tā
confiteris: q̄ conuincis. Ego me interpretandi disciplina tantummodo imitatum te dixi uel secutum: in nullo
alio. in quo etiam tibi oēm iniuriam factam dicit: quia secutus sum quod te uideram in homeliis secundum Lu-
cæ euangelium fecisse. Ut ubi de filio dei non recte in gr̄co inueneras p̄terieris: in illo loco ubi dicit: Magni-
ficat aīa mea dominū: & exultauit sp̄s̄ meus in deo salutarī meo: nosti quia de aīa sicubi illa quæ solent dici nō
p̄terieris: sed ea adhuc etiā ex te te q̄busdam assertionibus lucidius scripseris: ut in illo loco. Ecce ut facta est
uox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit infās in utero meo. Vbi dicitis quod nō erat hoc principium sub-
stantiæ eius. & de tuo addidisti atq; naturā. Hęc & mille alia his similia in interpretationibus: siue i ipsis home-

Alluder ad fabulā Aesopi

Ingratis.

Ambrosius

Censoria uirgula

Tecla

Dogmatistos
Interpres

Venenarios

liis: siue in Hieremia: uel in Esaia: maxime aut in Ezechiele subtraxisti. De fide aut. i. de trinitate: cu aliquantis
in locis aliter inuenisses: quae tibi uisa sunt praeteristi. Hoc genus interpretandi uterq; nrm tenuit. Quod si alius
culparet: tu utiq; respondere deberes: qui primus hoc feceres. Nunc ipse idem culpas sine dubio: unde ipse culperis
uerbu de uerbo interpretari antea & stultu esse & malitiosu pnucialti. in hoc secutus su te. Nunquid de hoc uis ut
paeniteat me: quia tu mo mutasti sniam: Et ad uerbu te interpretatu dicis: Siqua in fide minus aedificabnt abstu
listi: ut no oia: nec in oibus penitus amputare. Deniq; in homeliis Esaia: uisio dei filiu & spirituu factu retulit. Ita
ut trastulisti adiciens ex te: qd sensu auctoris ad clametioe traheret itellectu. Ais enim quia ista duo seraphin:
dominus sunt Iesus christus & sps sanctus: & ex tuo addidisti: nec putes trinitati dissidere natura: si nominu ser
uant officia: Hec & ego in q plurimis feci talia: & aut defecui: aut ad sanioe intelligetia declinaui. Pro his me
iubes agere paenitentia. No puto hoc te sentire. q si p his: neq; tibi neq; mihi paenitendu est p qbus aliis inuitas
ad paenitentia: Scripta mea nulla extant: in qbus error meus aliqs corrigendus est: tua extat multa: quae ut uideo
nunc secundu sniam tua uniuersa dananda su. Exceperas tibi comentarios i epistola ad Ephesios. In qbus te pu
taueras aliquid emedatius codidisse. Etia ipse uidisti: q similes per oia esse Origenis sensibus inuenti su: imo &
plus aliqd q hoc: qd danari expostulas cotinere. Et nisi ipse ia tibi de his exclusisses paenitentia facultate: dicēs.
Reuoluite comentarios meos in epistola ad Ephesios: & inde agnosceris quo Origenis dogmatibus aduersatus
sum: fortassis uelles ite: & de his paenitere. Et in istis codenare temetipsu: sicut & in caeteris. tamen quantum in me
est: concedo ego tibi & pro his paenitere. Sed & pro oibus no solu quae locutus es: sed & quae locuturus es: si agas
paenitentia bene facies. Certu est enim q paenitenda su cueta quae scripseris. Quod si hinc me aliqs culpandum
putat: quare oino aliquid de Origene interpretatus su: si hoc culpaf: ego in hoc opere postremus sum: & neces
se est ut culpa a primis incipiat. Et tamen nemo comissu punit qd ne admitteret: ante no uetuit. licuit: fecimus.
Siquid phibet lex obseruari in poste: solet. Sed danari dicit quis debere cu auctore suos libros. Sed quid faci
mus de isto auctore q eade scribit sicut supius plenissime ostedi. Simile excipiat eade sniam. Ego hoc nec urgeo:
nec opto: licet ille mecu ostiliter agat: sed ut uideo ipse sibi exquirat: hoc temere alios condenado coquirat. Vt
ut ite: tecu ex tuis uerbis loquar: ipse scribis in istis inuectiuis tuis: me interpretatione mea hoc ostendisse: qd
ego quide essem catholicus. Origenes aut que interpretabar haeticus. Ais enim hoc est dicere: quia ego su q
dem catholicus: iste aut que interpretor haeticus. Ais enim hoc legi: si ut dicis toto opere meo hoc ostendi: qd
adhuc aliud quaerit: Nonne hoc totu agit: ut & illum haeticum: & me catholicu dicat: Si hoc dixisse me: & hoc
toto meo opere satis egisse testaris: quae tibi ia accusationis causa superfuit: Quo pfecit tua ista ois inuectio:
Si Origenem haeticu ostendi: & me catholicu: recte feci: an non recte: Si recte: cur ad culpa & ad accusationem
quae recte gesta sunt: uocas: Si non est rectu Origenem haeticu dici: cur me hoc noie in ius uocas: Quid opus
fuit te interpretari malitiosius ea: quae secundum tuu interpretandi morem fuerant translata: licet incultiori ser
mone: Quid certe opus erat auditores tuos illudere: & illis aliud opinantibus te aliud agere: Illi enim hoc exi
stimant: q tu aduersum eos agas: qui Origenem catholicu defendunt. Tu uero illos arguis & accusas qui cum ha
reticum designarunt ppter hoc forte me inuitabas ad paenitentia: no intellexerat. Veruamen scito me ne de hoc q
dem paenitudine gerere: quin dicat. no oia quae in libris eius inueniunt tanq catholica esse suscipienda: quae utq
sua sint ut dicis: an ab aliis inserta: ut nos putamus: deus uiderit: A nobis interim: ubi ad fidei fastigium: & ueri
tatem uentum fuerit respuuntur. Tu tamen dic: quid exposcis a nobis: Haeticum uis ut dicamus Origenem
Hoc fecisse nos culpas. Sed si catholicum: pro hoc nos accusas. Designa manifestius quid uelis. Isti sunt omnes
fales tui de Alexandri & Porphyrii & ipsius Aristotelis acumine congregati. Hec est ois illa iactantia: qua te a
prima aetate usq; ad senectam: in Gramaticor; & Rhetor; & philosophor; scholis ac disciplinis praedicas esse
uersatum: ut procederes Origenem pronunciaturus haeticum: & in ea ipsa oratione: qua illum ferebas sententiam
accusares eum: quem asserere bas: q illum haeticum designauerit. Vides quia nusq cura ueritatis: ac fidei:
nusq religionis ac iudicii contemplatio: sed sola male loquendi: ac lacerandi fratres: exercitata libido uersatur i
lingua: Sola humana in corde contentio: Sola inuidia & liuor in mente: In tantum ut cum odior; causa tibi a
desset: cognomiatu te a me: licet cu praconio: indignate acciperes. Ignosce mihi: q nescieba $\alpha\kappa\alpha\tau\epsilon\upsilon\omicron\mu\alpha\sigma\tau\omicron\upsilon\upsilon$
& incompellabilem nominari. Miror tamen: q ea me condemnare deposcas: quae a me notata conquereris. Ad
illam sane eius inculcationis partem superfluum uideatur uel respondere aliquid: ubi pietatis & religiose dicta
martyris Pamphili: aut falsa dici uult: aut etiam si uera: sint spernenda decernit. Cui iam iste honorem deferat:
Cui parcat: Omnes apud istum graeci scriptores antiqui ecclesiastici errauerunt. Latinis uero quomodo deroget
quomodo carpat singulos uel ueter; uel nouor; diuersa eius qui legit opuscula recognoscit. Sed nunc ne martyres
quidem apud eum habere possunt aliquid reuerentiae. Non inquit credo: quia martyris sit hoc si uelimus de
omnibus scripturas dicere libellis: quae erit in singulis probatio: Si dicam non est ueq; quia stromatum libri:
quos dicis: Origenis sunt: unde ipsius esse probabuntur: Ex caeteror; inquit similitudine. Sed sicut ille qui i scri
ptura alicuius falsum facere uult: eius manus imitatur: ita & qui sua dicta sub alterius nomine uult asserere: isti
lum sine dubio imitabitur eius: cuius & nomen asseruit. Deinde ut omnia quae iustissime dici possunt: breuitatis
causa praeteream: si in tantum uolebas audiri. ut martyrem reprehenderes: dicta ipsa quae tibi uidebant re
prehensibilia: in medium proferre debueras. Et tunc unusquisq; legentium. uidisset: quid sibi esset i dictis abur
dum: quid consequens: uel quid iniquum: quid certe contra apostolicas regulas. Sed tantum nescio quid inter
pereris: pro quo ut dicis: expiando sanguinem suum fuderit martyr. Ipsa illa uerba si legeret: iam non tua sed
sua snia: aut errasse martyre: aut noie martyris absurdam & ipiam conscriptionem ab alio diceret esse compositam.
Nunc

Verbum de uerbo interpretari
stultum est

paenitentia

incompellabilis

 pacta sunt elementa retrahantur. Hoc aut dicere debueras: aut negare: & nō ea loqui quæ subdole Origenes fa-
 tetur: ut quasi fatuus & puer ipubes nullo mēbro nec aliqua corporis parte defecta: scilicet hoc timuimus: ne si
 ne naso & auribus surgeremus: & amputatis scetisq; genitalibus eunuchorū in cælesti Hierusalē ciuitas cōdere-
 tur. Porro de diabolo sic sententiā tēperat. Dicimus quoq; & iudiciū futurū: in quo iudicio unusquisq; recipiat
 proprii corporis: prout gessit: siue bona siue mala. Quod si homines recepturi sunt pro opibus suis: q̄to magis
 & diabolus: qui oibus extitit causa peccati. De quo illud scimus: quod scriptū est in euāgelio: quia & ipse diabo-
 lus: & omnes angeli eius: cū his qui opa eius faciunt id est qui criminantur fratribus: cū ipso pariter æterni ignis
 hæreditate potietur. Si quis ergo negat diabolū æternis ignibus mancipari: partē cū ipso æterni ignis accipiat:
 ut sciat quid negauit. Repetamus singula. Dicimus iquit futurū iudiciū: in quo iudicio sup uerborū uitiis tacere
 decreuerat: sed quia discipuli eius miratur eloquentiā preceptoris pauca pstringat: dixerat iudiciū futurū: sed ho-
 mo cautus timuit solū dicere in quo & posuit: in quo iudicio ne si nō secundo repetisset iudiciū: nos obliti supio-
 rū pro iudicio a sinū putaremus. Illud quoq; quod postea infert: qui criminantur fratres cū ipso pariter æter-
 ni ignis hæreditate potientur: eiusdē est uenustatis. Quis eni unq; audiuit potiri ignibus & frui suppliciiis? Sed
 homo græcus uidetur mihi seipsū interpretari uoluisse: & pro eo quod apud deos dicitur: κληροδοι
 & apud nos uno uerbo dici potest hæreditabunt: compositius & ornatius dixisse hæreditate potietur. Istiusmo-
 di nugis: & acyrologiis omnis eius scætet oratio. Sed reuertamur ad sensum. Grandi diabolus lancea percutitur
 qui omnibus extitit causa peccandi: si pro operibus suis quasi homo redditurus est rationem: & cum angelis su-
 is æterni ignis hæreditate potietur. Hoc enim deerat: ut hominibus tormento subditis: ille nō potiretur ignibus
 æternis: quos tanto tempore desiderauerat: & uideris mihi calumniam in hoc loco facere diabolo: & criminato-
 rem omnium falsis criminibus accusare. Dicis enim qui omnibus extitit causa peccati: & dum in illum refers cri-
 mina: homines culpa liberat: tollisq; arbitrii potestatem: saluatore dicente: q; de corde nostro exeunt cogitatio-
 nes malæ: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemæ. Et rursum de iuda in euāgelio
 legimus: post bucellam intrauit in eum sathanas: qui ante bucellam sponte peccauerat. Et nec humilitate: nec
 clementia saluatoris flexus est ad pœnitentiam. Vnde apostolus. Quos tradidi inquit sathanæ: ut discant
 non blasphemare. Et in alio loco. Tradidi huiusmodi sathanæ in interitum carnis: ut spiritus saluus fiat. Tra-
 didit eos sathanæ: quasi tortori ad puniendum: qui ante q̄ traderentur uoluntate propria blasphemabant.
 Et Dauid: ab occultis inquit meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. Breuiter & sine

De resurrectione

Diabolus criminator

Potiri
Frui

Acyrologia

Diabolus

uoluntatis errorem & uitiorum incentiua significans. In ecclesiastica quoque legimus. Si spiritus potestate habet
tis ascenderit super cor tuum: locum tuum ne dimiseris. Ex quo liquido apparet: si dederimus ascendenti locum:
nos peccasse qui dederimus: & ascendentem muros hostem non precipite turbauerimus. Quod autem iprecaris
fratribus: hoc est criminatoribus tuis: aeternos ignes cum diabolo: non tam fratres mihi uideris premere: quam dia-
bolum subleuare: cum eisdem: quibus homines christiani ignibus puniendus sit. Ignem autem aeternos: quos intelli-
re solet Origenes: puto quod te non fugiant: conscientiam uidelicet peccatorum: & penitudinem: interna cordis urentem.
De qua & Esaias loquitur. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et ad Babylonem scriptum est.
habes carbonem ignis: sedebis super eos. Hi erunt tibi in adiutorio. Et in psalmo penitens audiatur: quod detur tibi: aut
quid apponatur tibi ad linguam dolosam. Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis: ut linguam dolosam
sagittae preceptorum dei: de quibus in alio loco propheta dicit: uersatus in miseria: dum confingitur spina: uulne-
rent atque confodiant: & peccatorum in ea solitudinem faciant. Illud quoque testimonium in quo dominus loquitur. Ignem
ueni mittere super terram: & quem uolo semper ut ardeat: sic interpretatur: Omnes cupio agere penitentiam: & ex quo
re spiritu sancto uitia atque peccata. Ipse enim sum de quo scribitur: deus ignis consumens. Non ergo grande est
de diabolo dicere: quod & hominibus preparatum est. Magis debueras (ut suspicionem salutis diabolicam declinares) di-
cere perditio factus es: & non eris in aeternum. Et ex persona domini loquentis ad Iob de diabolo Ecce spes eius fru-
strabitur eum: & uidentibus cunctis precipitabit. Non quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest
uultui meo? Quis autem dedit mihi ut reddam ei? Omnia quae sub caelo sunt: mea sunt. Non parca ei: & uerbis pe-
tentibus: & ad deprecandum compositis. Verum haec possunt quasi simplicis hominis excusari. Et cum eruditos non sub-
terfugiat: apud indoctos praefere innocentiae similitudinem: quod sequitur de animarum statu excusari omnino non
potest. Dicit enim audio & de anima questionem esse commotam. de qua re utrum recipi debeat quoniam aut abiici:
uos probate. Si autem & de me quid sentiam quaeritur: fateor me de hac quaestione apud quam plurimos tractatorum diuersa le-
gisse: legi quosdam dicentes: quod pariter cum corpore per humani corporis traducere etiam animam diffundant: & haec quibus
poterant assertionibus confirmabant: quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse: uel Lactantium: fortassis & non
nullos alios. Alii asserunt: quod formati in utero corporibus: deus quotidie faciat animas: & infundat. Alii factas iam
olim id est tunc cum omnia creauit deus ex nihilo: nunc eas iudicio suo nasci dispenset in corpore. Hoc sentit & Ori-
genes: & nonnulli alii Graecorum. Ego uero cum haec singula legerim: deo teste dico quia usque ad praesens certi & defini-
ti aliquid de hac questione non teneo: sed deo relinquo scire quid sit in uero: & si cui ipse reuelare dignabitur. Ego
tamen haec singula & legisse me non nego: & adhuc ignorare confiteor: praeter hoc quod manifeste tradit ecclesia
deum esse & animarum & corporum conditorum. Ante quam de sensibus disputet: Theophrasti uerba mirabor. Audio inquit
de anima questionem commotam esse: de qua re utrum recipi debeat quoniam aut abiici: uos probate. Si quaestiones
de animae statu in urbe commotae sunt quae est ista quaestio uel quaerela: Quae utrum recipi debeat: episcoporum iudi-
cio derelinquit: nisi forte quaestio & quaerela id ipsum significare putat. Et in Capri comenariis huiusmodi figu-
ra repperit. Deinde ponit: legi quosdam dicentes: quod pariter cum corpore per humani seminis traducere etiam animam dif-
fundant: & hoc quibus poterant assertionibus confirmabant. Rogo quae est ista licentia figurarum: quae modorum
& temporum perturbatio: Legi dicentes quibus poterant assertionibus confirmabant: & in consequentibus alii asserunt
quod formati in utero corporibus: deus quotidie faciat nouas animas: & infundat. Alii factas iam olim: id est tunc cum omnia
deus creauit ex nihilo: nunc eas iudicio suo nasci dispenset in corpore. Ita putide & confuse loquitur: ut plus ego
reprehendendo laborerem: quam ille in scribendo. Ad extremum posuit: ego uero cum haec singula legerim: & adhuc pen-
dente sententia quasi nouum aliquid protulisset adiecit: ego tamen haec singula & legisse me non nego: & adhuc
ignorare confiteor. Omniferae animarum quae tantis uitiorum lanceis uulnerant: non eas puto iuxta Origenis erro-
re tantum laborasse: cum de caelo in terris ruerent: & crassis corporibus uestirent: ut nunc & uerbis & sententiis hinc
de collis: ut praetermittam quod de humani seminis traduce diffundi anima dicitur. Scio iter christia-
nos uerborum non solere uitia reprehendi: sed ex paucis ostendere uolui cuius temeritatis sit: docere quod nescias:
scribere quod ignores ut simile prudentiam & in sensibus requamus. Mittit epistolam id est robustissimum baculum
quo romanae urbis amentur episcopus: & in ipsa quaestione pro qua canes latrant: dicit se nescire: quod quaeritur si
ignorat: pro quo sibi calumnia commouet: quid necesse est apologiam mittere: quae non habet defensionem sui: sed igno-
rantiae confessionem: Hoc est suspitiones hominum non sopire: sed serere. Tres super animarum statu ponit sententias: & in fine
concludens singula inquit me legisse non nego: & adhuc ignorare confiteor. Arcefila autem Carneadem putes: qui omnia iter-
te pronuntiat: licet & illos super cautione. Illi enim omnium philosophorum inuidiam non ferentes: quod uita e uita tollerent: ue-
rissima repperunt: ut ignorantiam reprobabili assertionem temperaret: iste se dicit incertum: & e tribus omnino nescire quod
uerum sit. Si hoc erat responsurus: quae eius ratio impulit: ut tantum pontificem inscientiae suae teste faceret: Nimis haec illa
est lassitudo: quod. xxx. annorum itinere confectus Romam uenire non potuit. Quanta & alia nescimus: & tamen imperitia
nostrae testes non quaerimus: De patre: filio: & spiritu sancto: de natiuitate domini Saluatoris super qua Esaias clami-
tat: generationem eius quaerit: Audacter loquitur & mysterium omnibus retro saeculis ignoratum scientiae suae uendi-
cat. Et hoc solum ignorat: quod ignoratum cunctis scandalum facit. Scit quomodo deum uirgo generarit: & nescit quomodo ip-
se sit natus. Animarum & corporum conditorum fateor dominum. Siue animae ante corpora fuerint: siue cum corporum nascentur exor-
diis: siue iam formati in utero: figuratisque corporibus imittantur. In omnibus nouimus auctorem dominum. Nec de hoc
nunc quaestio est: utrum deus: an alius eas fecerit. Sed e tribus quas posuit: quae sit illarum sententia uera nescisse se di-
cit. Vide ne statim tibi obiiciatur: iccirco te trium ignorantiam confiteri: ne unum damnare cogaris: & Tertul-
liano & Lactantio ideo parceret: ne Origenem cum illis iugules. Quantum memoria suggerit: nisi tamen fallor
nescio

Ignes aeterni qui
penitudo

Errores de anima

Inspiratus

Capitulum con...

Infelices

Arcefilas comitatus
Carneades

Arcefilas dixit...

nescio me legisse Lactantium ex traduce factam animam dicere. Caeterum qui legisse te scribis: dic in quo libro legis: ne ut me dormientem: sic illum mortuum caluniatum esse uidearis. Sed in hoc contabundus incedis & cautus. Dicis enim puto inter Latinos Tertullianum sensisse uel Lactantium fortasse & alios nonnullos. Non solum de animarum statu dubitas: sed de auctorum sententiis putas. Et tamen aliquid interest: de animabus autem apte nescis: & in scientiam confiteris. De auctoribus sic nosse te dicis: ut putes potius quam praesumas. In solo Origene non ambigis. Dicis quippe hoc sentit Origenes. Interrogabam te: bene sentit: an male? Nescio inquis. Quid me igitur multis tabellariis & creberrimis nunciis docere conaris: ut sciam quid nesciam? Et ne forte non credam imperitiae tuae & arbitrer te callide reticere quod nosti: iuras deo teste: quod usque ad praesens certi & definiti aliquid de hac questione non tenes: & deo relinquis scire quid sit in uero: & sicui ipse reuelare dignabitur. Per tanta saecula tibi uidetur nullus fuisse: cui de hac questione dominus reuelaret? Non patriarcha: non propheta: non apostolus: non martyr? Ne tibi quidem quando in carceribus & exiliis morabar: huiusmodi sacramenta patuerunt. Dominus in euangelio. Pater inquit reuelauit nomen tuum hominibus. Qui patrem reuelauit: de animarum statu docuit. Et miraris si contra te fratrum scandala concitentur: cum id nescire te iures: quod Christi ecclesia se nosse fateatur? Expolita fide sua: immo inscientiae confessione transit ad aliud: & excusare se nititur: cur libros periarcon in latinum uerterit. Et hoc scribit ad uerbum sane quia audio etiam inde esse disputatum: quod quaedam Origene rogatus a fratribus de graeco in latinum transtulit: puto quod omnes intelligant: hoc pro solo liuore culpari. Si enim aliquid est quod displiceat in auctore: quod re id ad interpretem detorqueatur. Sicut in graecis habetur: rogatus sum: ut latinis ostenderem. Graecis sensibus uerba dedi latina tantummodo. Siue ergo in illis sensibus laus inest aliqua: non est mea: siue culpa: similiter non est mea. Audio inquit etiam inde esse disputatum: quod prudenter accusationem suam disputationem uocat: quod quaedam Origene rogatus a fratribus: de graeco in latinum transtulit. Quae sunt illa quaedam? Nomen non habet. Taces. Libelli accusator loquuntur: puto ait: quod omnes intelligant hoc pro solo liuore culpari: pro quo liuore? Num inuidet eloquentiae tuae? Aut fecisti: quod nullus hominum unquam facere potuit? Ecce & ego Origene multa transtuli. Et praeter te nemo nec uidet: nec caluniat. Si enim inquit aliquid est quod displiceat in auctore: quare id ad interpretem detorqueatur? Sicut in graecis habetur: rogatus sum: ut latinis ostenderem: graecis sensibus uerba dedi latina tantummodo. Siue ergo in illis sensibus laus inest aliqua: non est mea: siue culpa: similiter non est mea. Et miraris si de his male sentiant te homines //

si quis blasphemias dicat: Si est aliquid quod displiceat in auctore: omnibus quae in illis libris dicta sunt: displicent. Et tu solus dubitas: & quaeris cur ad interpretem detorqueatur: quod in translationis tuae praefatione laudasti. Rogatus ut quomodo habebatur in graeco: in latinum uerteres. Utinam fecisset quod rogatum te esse simulas: nulli nunc inuidiae subiaceres: si tu translatione seruasset fide: mihi necessitas non fuisset: interpretationem falsam uel interpretatione subuertere. Nouit conscientia tua quae addideris: quae subtraxeris: quae in utraque parte: ut tibi uisum fuerit: imutaris. Et post haec audes dicere: quod & bona & mala: non tibi: sed auctori debeant imputari: Et opprobrius inuidia: adhuc uerba moderaris? Et quasi super aristas pendenti incedens gradu loqueris? Siue in illis sensibus laus est: siue culpa: defendere non audes: & tamen damnare non uis. Elige e duobus quod uis optio tibi data: si bona est interpretatio tua: lauda. Si mala: condema: uerum excusat se: & subnectit aliam stropham. Dicit enim qui nimo etiam aliud adieci sicut in praefatione uicula mea designaui: ut in quantum possibile aliquanta deciderem: illa tamen quae mihi ad suspicionem ueniebant: quod non ab ipso Origene ita dicta: sed ab aliis uiderentur esse inserta propter hoc: quod de eisdem rebus in aliis auctoris eiusdem locis catholice dictum legeram. Mira eloquentia: & attico flore uariata: quinimo etiam & quae mihi ad suspicionem ueniebant: ausum illum esse haec romana uerborum portenta transmittere. Copeditam putas linguam eius & inextricabilibus nodis ligatam uix in humanum sonum erumpere. Sed ad causam redeam. Quis tibi dedit hanc licentiam: ut multa de interpretatione decideres? Rogatus eras: ut graeca in latinum uerteres: non ut emendares: ut alterius dicta proferes: non ut tua cederes: non fecisse te: quod rogatus es: recidendo plurima confiteris. Atque utinam precidisses mala: & non in rationem malorum tua multa posuisses. E quibus unum proferam: ut ex hoc cognoscantur & caetera. In primo libro periarcon: ubi Origene lingua facile ga blasphemauit: quod filius patrem non uideat: tu etiam causas reddis: per uas ex persona eius qui scripsit: & Didymum interpretaris.

In quo ille casto labore conatur alienum errorem defendere: quod Origene bene dixerit quidem. Sed nos simplices homines & cicures nec illius sapientiam: nec tuam qui interpretatus es: intelligere possumus. Praefatio tua quam nominas: & in qua me miris ornas laudibus: te reum pessimae translationis facit. Dicis enim quod de graeco multa decideris: licet taceas quod addideris. Quae decidisti mala erant: an bona? Neque enim bona: sed mala. Quae reseruasti bona: an mala? Vtique bona. Neque enim mala transferre poteras. Ergo mala amputasti: & reliquisti bona: nulli dubium est. Probatur autem: quod translata sunt pene omnia mala. Quicquid igitur malum in translatione monstrauero: tibi imputabit: qui illud pro bono transtulisti. Aliud est: si iniquus censor eiusdem criminis reus: alios de senatu pellis: alios in curia retines. Sed dicis: omnia mutare non poteram: sed ea tantum: quae addita ab haereticis aestimabam. Ergo quae reliqui eius sunt: quae interpretaberis. Si eius sunt: quae interpretatus es: responde utrum bona an mala sint. Mala transferre non poteras. Semel enim quae ab haereticis addita fuerant: amputasti: nisi forte haereticorum amputare debueris: & Origene errores in latinum integros uertere. Dic ergo: quare Origene mala in latinum uerteris: ut auctorem mali proderes: an tu laudares? Si prodidis: in praefatione cur laudas? Restat: ut quasi bona protuleris: sed haec omnia probantur mala. Igitur unius & auctor & interpretis rei criminis erunt: & implebit illa sententia: Videbas furem: & currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Non est necesse rem planam argumentatione dubiam facere: quod sequitur respondeat: unde illi sit orta suspitio haec ab haereticis addita. Quia inquit de iisdem rebus in aliis locis eiusdem aucto-

te homines //

cicures.

Origenis errores.

ris catholice dictū legerā. Videamus quod primū est: ut ordine uenerit ad secundū. Probo ego inter multa Ori-
genis mala: hæc maxime hæretica: Dei filiū creaturā: spiritum sanctū ministrū: mūdos innumerabilē æternis si-
bi sæculis succedētes: angelos uersos i animas hoīum: aiām Saluatoris fuisse ante q̄ nasceretur ex Maria: & hæc
esse quæ cū iforma dei esset: non rapinam arbitrata: æqualē se esse deo: sed se exinaniuit formam serui accipiēs. *est*
Resurrectionē nostrorū corporū: sic futurā: ut eadem membra nō habeāt: quia cessantibus membrorū officiis su-
perfluo mēbra reddātur. Ipsaq; corpora tenuia & spiritalia paulatim euanesce: & in aerē tenuē atq; in nihilū
dissipari. In restitutione omniū quādo indulgētia principalis uenerit: cherubin & seraphin: thronos: principatus:
dominationes: uirtutes: potestates: archāgelos: diabolū: dæmones: animas oīum hominū: tā christianorū q̄ iu-
deorum gētiliū: unius cōditionis & mēsuræ fore: Cūq; ad formam & librā æquitatis puenerint: & rationabiles
creaturas oīum corporū: fæce deposita: nouus de mūdi exilio populi reuertētis mōstrauerit exercitus: tūc rursus
ex alio principio fieri mūdum aliū & alia corpora: quibus labētes de cælo aiā uestiātur: ut uerendum nobis sit
ne qui nunc uiri sumus: postea nascamur i fœminas: & quæ hodie uirgo: postea prostibulū sit. Hæc i Origenis
libris ego hæretica doceo: tu ostende: in quo eius opere his cōtraria legeris. Nolo dicas: quæ de eisdē rebus i aliis
locis eiusdē auctoris catholice dicta legerā: nec me mittas ad sex milia eius libros: quos legisse beatū papam Epi-
phanium criminari. Sed ipsa loca nomina: nec hoc mihi sufficiat: nisi eadē dicta ad uerbū protuleris. Non est
fatuus Origenes: & ego noui: contraria sibi loqui non potest. Igitur ex hac supputatione illa sentētia nascit: non
hæreticorū esse quæ amputasti: sed Origenis: cuius ideo mala iterpretatus es: quia putasti bona: & tibi tā bona q̄
mala illius amputanda: cuius scripta in prologo cōprobasti. Sequitur i eadē apologia Origenis: ego neq; defen-
sor sū: nec assertor: nec primus iterpres. Alii ante me hoc idē opus fecerant: feci & ego rogatus a fratribus: si iube-
tur ne fratru iussio obseruari solet in posterū: si culpant qui ante iussione fecerūt: culpa a primis incipiat. Tandē
euomuit quod uolebat: & omnis animi tumor i nostræ accusatiōis erupit iuidiam. Vbi iterpretatur libros peri-
archō me sequi se dicit: ubi accusat: cur hoc fecerit meū ponit exemplū: & securus piclitans sine me uiuere non
potest. Audiatur igitur quod nescire se simulat. Nemo tibi obiicit: quare Origenē iterpretatus es: Alioquin Hila-
rius & Ambrosius hoc crimine tenebuntur. Sed quia iterpretatus hæretica præfationis tuæ laude firmasti: ego
ipse quē in crimē uocas ideo. lxx. homelias eius trāstuli: & nōnulla de tomis: ut & mala i bonorū iterpretatione
subtraherē: & apte in libris periarchon ad coarguendā trāflationē tuā: quid lector uitaret ostēderem. Vis Ori-
genē in latinū uertere: Habes multas homelias eius & tomos: in quibus moralis tractat locus: & scripturæ pā-
duntur obscura: hæc interpretare: hæc rogātibus tribue: quid primus labor tuus icipit ab ifamia: Cur translatu-
rus hæretica i defensionē eorū præmittis quasi martyris librū: Et id romanis auribus ingeris: quod translatum
totus orbis expauit: Aut certe si ideo iterpretaris: ut eū hæreticū arguas: nihil de græco mutes. Et hoc ipsū pre-
fatione testare: quod prudētissime papa Anastasius in epistola: quā cōtra te scribit ad episcopum Ioānem: suo ser-
mone complexus est: me liberās qui id feci: & te arguēs qui facere noluisti. Ac ne forsitan hoc quoq; nezes: subie-
ci exemplū eius: ut si non uis audire fratrem monētem: audias episcopū calūniātem: dicit te non esse defensorem:
nec assertorē Origenis: iam nūc tibi proferā librū tuū de quo ifamosa illa præfatiuncula præclari operis tui his
uerbis loqueris. Cuius diuersitatis causam: plenius tibi i apologetico: quē Pamphilus in libris suis scripsit: edidi-
mus: breuissimo libello superaddito: i quo euidētibus (ut arbitror) probamētis deprauatos esse in q̄ plurimis ab
hæreticis & maliuolis libros eius ostēdimus. Et præcipue istos quos nunc exigis ut interpreter idest periarchō.
Nō tibi suffecerat Eusebii: uel certe: ut tu uis Pamphili pro Origene defensio: nisi quod ab illis minus dictū pu-
tabas: tu quasi sapientior & doctior adderes: Longū est: si uelim totū librū tuum huic operi inserere: & propo-
tis capitulis ad singula respondere: quid in his uitioꝝ sermo habeat: quid emēdatioꝝ assertio: quid iconsequēs
textus ipse uerborum. Vnde lacinosæ disputationis fastidia fugiēs: & in arētū uerba cōpingēs: tātum uerbis
respondebo. Statim de portu egrediēs nauem impetit. Referēs enim de apologia Pamphili martyris: quā nos
Eusebii Arrianorū principis probauimus: de qua dixerat: pro ut potuimus: uel res poposcit latino sermone diges-
simus intulit: illud est quod desiderioꝝ uir Machari te admonitū uolo: ut scias hanc quidem fidei regulam: quā
de libris eius supra exposuimus esse talem quæ & amplectenda & tenēda sit. In omnibus enim his catholicum
inesse sensum euidenter probatur: quis Eusebii libro multa subtraxerit: & in bonam partem de filio & spiritu sã
cto uisus sit commutare: tamen multa in illo scandala reperiuntur: & apertissime blasphemix quæ iste sua negat
non poterit catholica esse pronuncians. Dicit Eusebius: immo ut tu uis: Pamphilus in isto uolumine filii & pa-
tris: ministrum spiritum sanctum: non de eadem patris filiiq; substantia: animas hominum lapsas esse de cælo:
& in hoc quod sumus de angelis commutatis in restitutione omnium æquales: & angelos & dæmones & homi-
nes fore: & multa alia tam impia & nefaria: quæ etiam replicare sit criminis. Quid faciet assertor criminis & in-
terpres Pamphili: Si in his quæ emendauit tanta blasphemia est: in illis quæ ab hæreticis falsata contingit q̄ta sa-
crilegia continentur: Cuius opinionis causam hanc suspicatur: q̄ uir neq; stultus: neq; insanus dicere sibi repu-
gnantia non potuerit. Et ne forsitam putaremus: diuersis cum uaria scripsisse temporibus: & pro ætatibus edi-
disse contraria addidit: quid facimus: q̄ interdum in eisdem locis: atq; (ut ita dixerim) in consequenti pene capi-
te: sententia contrarii sensus inuenientur inserta: Nunquid in eodem opere eiusdem libri: & interdum (ut dixi-
mus) statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit. Verbi gratia ut qui superius dixerat: nusquam in
ueniri in omni scriptura: ubi spiritus sanctus: factus uel creatus esse diceretur: continuo subiiceret: inter cæ-
teras creaturas factum esse spiritum sanctum: Aut iterum: qui patrem & filium unius substantiæ: quod
græce οὐδοὺς ἰοῦ dicitur designauit: in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiæ & creatum
poterat

Origenis sex. m. libros.

Eusebii phanensis.

poterat dicere eū: quē paulo ante de ipsa creatura dei p̄ris p̄nunciauerat natū. Hæc ipsius uerba sūt: negare nō
 p̄t. Nolo dicas uerbi causa: ut qui superius dixerat: sed ipsū librū noia: ubi prius bene dixerat: & postea male:
 ubi sp̄m factū & filiū de dei p̄ris scribens esse substātia: statim in consequētibz asseruerit creaturas: nescis ne me
 Origenis h̄re oia: Legisse q̄ plurima: Ad populum phaleras: ego te intus & incute noui: uir doctissimus Eusebi
 us: doctissimū dixi nō catholicū: ne more solito mihi & in hoc calūniā struas: per sex uolumina nihil aliud agit
 nisi ut Origenē suæ ostēdat fidei: id est Arrianæ p̄fidia. Et multa ponit exēpla. Et hoc constāter probat. Tibi er
 go in quo sōnio Alexandrini carceris reuelatū est: ut quæ ille uera profiteat: falsata cōfingas. Sed forsitan hic ut
 Arrianus: ab hæreticis addita: in occasione sui traxit erroris: ne solus male sēsisse cōtra ecclesiā putaret. Quid
 respōdebis pro Didymo: qui certe in trinitate catholicus est. Cuius etiā nos de sp̄ sancto librū in latinā linguā
 uertimus. Certe hic in iis: quæ ab hæreticis in Origenis opibz addita sūt: consentire nō potuit: & in ipsis peri
 archon quos tu interpretatus es libris: breues dictauit cōmētariolos quibus nō negaret ab Origene scripta quæ
 scripta sūt. Sed nos simplices hoies: nō posse itelligere: quæ dicunt: & quo sensu in bonā partē accipi debeant
 psuadere conat. Hoc duntaxat de filio & sp̄ sancto. Ceterz in aliis dogmatibus & Eusebius & Didymus aper
 tissimū Origenis secta cōcedunt: & quod oēs ecclesiæ reprobant: catholice dictū esse defendūt. Videamus tamē
 qbus argumētis p̄bare nitit Origenis ab hæreticis scripta uitiata. Clamēs inq̄ apostolorz discipulus: q̄ roma
 næ ecclesiæ post apostolos episcopus & martyr fuit: libros edidit: q̄ appellat̄ id est recognitio. In
 quibus cū ex p̄sona Petri apostoli doctrina quasi uere apostolica in q̄ plurimis exponat: in aliquibus ita Euno
 mii dogma inserit: ut nihil aliud q̄ ipse Eunomius disputare credat: filiū dei creatū de nullis extantibus asseue
 rans. Et post alia quæ plixum est scribere: quid q̄so ait de his sentiendum est: q̄ apostolicus uir hæretica scripse
 rit: An id potius credendum: q̄ pueri hoies sub uiroz sanctoz assertionē dogmatū suoz nomine tanq̄ facilius
 credendam interseruerint ea: quæ illi nec scripsisse credendi sūt. Clamentem quoq̄ alexandrinæ ecclesiæ pre
 sbyterz uirz catholicum scribit in libris suis interdum dei filium dicere creatum: & Dionysium alexandrinæ ur
 bis episcopum uirz eruditissimum contra Sabellium quatuor uoluminibus disputantem in Arrianum dogma
 delabi. Et sub his exemplis illud agit: ut non ecclesiasticos & catholicos uiros male sensisse: sed ab hæreticis eoz
 scripta corrupta esse testet. Et concludat ad extremū dicens: de Origene quoq̄: in quo similiter ut i his quos su
 pra diximus: quædam diuersitas inuenit: istud nos sufficiat sentire: quod de præiudicatis iam catholicis sentit
 uel intelligit uiris: ne simili causæ non dissimilis non sufficiat excusatio. Sed quid contendit: ut quicquid in li
 bris oium reperit: ab aliis corruptum sit: Id si ita est: nihil eoz erit: quoq̄ fert̄ noibus. Se his deputabit: a qui
 bus dicit̄ esse uitiatum. Quamq̄ & illoz nō erit: quoq̄ incerta sūt noia: atq̄ ita fiet: ut tibi oia oium sint: nihil a
 lienum sit. Hac defensionis p̄urbatione nec Martion nec Manichæus nec Arrius nec Eunomius accusari pote
 runt: quia quicquid nos ab his impie dictum obiecerimus discipuli respondebunt: nō a magistris suis ita dictū:
 sed ab inimicis esse uiolatum. Hoc genere & iste ipse tuus liber tuus nō erit: sed forsitan meus. Et meus liber: quo
 tibi accusatus respondeo: si in illo aliquid reprehenderis: non erit meus: sed tuus: a quo reprehendit̄. Et dum oia
 ad hæreticos refert: quid ecclesiasticis tribues: quibus proprium nihil relinquis. Et quō inquires in libris eoz ui
 tiola nōnulla sūt. Si me causas uitioz nescire respondero: nō statim illos hæreticos iudicabo: Fieri. n. p̄t ut uel
 simpliciter errauerint: uel alio sensu scripserint: uel a librariis imperitis eoz paulatim scripta corrupta sint. Vel
 certe ante q̄ in Alexandria quasi dæmonium meridianū Arrius nesceretur: inoenter quædā & minus caute lo
 cuti sūt: & quæ nō possint p̄uersoz hoium calūniā declinare. Obiiciunt Origeni crimina: & tu nō illum defē
 dis: sed alios accusas: ne crimen renuis: sed criminosoz turbā requiris. Si tibi diceret quos habet origenes in hæ
 resi socios: ratione ista proferres: Nunc a te querit̄: hæc quæ in Origenis libris scripta reperiunt̄: bona sint an
 mala: Taces & pro his alia loqueris. Clamens hoc ait: Dionysius in isto errore reprehendit̄. Anastasius episco
 pus sic Dionysii defēdit errorem: Apostolorz scripta similiter deprauata sūt. Quō & nūc ab aliis tibi hæreseos
 crimen impingit: & tu pro te taces: & pro me confiteris. Ego neminem accuso: pro me tantum respondisse con
 tentus. Non sum quod arguis: si tu es: quod accusaris: ipse uideris: nec absolutio mea me: nec reatus te: aut inno
 centem aut obnoxium criminis approbabunt. Præmissā falsatione ab hæreticis apostolorz: & utriusq̄ Clamen
 tis atq̄ Dionysii uenit ad Origenem: & his uerbis loquitur: ipsius hic conquerentis: & deplorantis scriptis ac uo
 cibus probauimus. Quid enim adhuc ipse in carne uiuens: sentiens: uidentq̄ perpeffus sit: de libroz suoz uel
 sermonū corruptionibus: uel adulterinis editionibus ex ipsius epistola: quam scribit ad quosdam caros suos ale
 xandriam euidēter docetur: statimq̄ exemplum subiungit epistola. Et qui falsitatem scripturaz Origenis hæ
 reticis iputat: ipse incipit a falsitate: non ita interpretatus ut habetur in græco. Nec id latinis insinuans quod ip
 se in suis lris profitetur: cum illa epistola tota Demetrium alexandrinæ urbis pontificem laceret: & in totius or
 bis episcopos & clericos inuehat: & frustra ab ecclesiis excōmunicatum esse se dicat: nec uelle in maledictis
 referre uicē: ne scilicet maledicus uideatur esse homo: qui in tantum cautus sit ad maledicendum: ut ne diabolo
 quidem audeat maledicere. Vnde & Candido Valentiniāni dogmatis sectatori calumniandi occasionem de
 derit: q̄ diabolum saluandæ dixerit esse naturæ. Hic dissimulato argumento epistola fingit pro Origene q̄ ille
 non loquitur. Vnde epistola ipsius partem paululum ex superioribus transtulit: & his iunxit: quæ ab ipso coma
 tice doloseq̄ translata sūt. ut quo consilio superiora tacuerit lector agnoscat. Cōtra sacerdotes ergo ecclesiæ ge
 neraliter disputans: a quibus indignus cōmunionē eoz fuerat iudicatus: hæc intulit. Quid necesse est de pro
 phetaz sermonibus dicere: quibus sapissime pastoribus: & maioribus natu: & sacerdotibus ac principibus po
 puli communiuntur: & arguunt eos. Quæ abiq̄ nobis de sanctis scripturis eligere potestis: & liquido peruide.

Ad populum phaleras (11)

apertissime in

Comatice doloseq̄.

re: q̄ forſitan hoc tempus ſit: de quo dicitur. nolite credere amicis: nec ſperetis in principibus: Et nunc impleat
uaticinium: duces populi mei me nescierunt: filii ſtulti ſunt: & non ſunt ſapientes: ſapientes ſunt ut faciant ma-
la. bene aut̄ facere nesciunt: quor̄ magis miſereri q̄ eos odiſſe debemus: & orare pro illis q̄ eis maledicere. Ad be-
nedicendum enim & non ad maledicendum creati ſumus. Vnde & Michael cum aduerſus diabolum diſputa-
ret de Moyſi corpore: ne tanto quidem malo auſus eſt iudicium inferre blaſſem̄. ſed dixit: increpet tibi domi-
nus. Cui quid ſimile etiam in Zacharia legimus. Increpet tibi dominus diabole: & increpet dominus in te qui
elegit Hieruſalem: Itaq; & nos cupimus increpari a domino eos qui nolunt cum humilitate a proximis increpa-
ri. Dicente aut̄ Michaele: increpet tibi dominus diabole: & Zacharia ſimiliter: utq; increpet: an non increpet de-
us diabolum ipſe uiderit. Et ſi increpat: quō increpet ipſe cognoſcat. Et poſtea multa quæ prolixum eſt ſcribere
addit. Nos hoc ſentimus q̄ eiciant̄ de regno celoꝝ: nō quia gr̄dia peccauerūt. Verbi gr̄a fornicatores & adul-
teri & maſculoꝝ concubitores & fures: ſed & qui minora dereliquerunt ex eo qđ ſcriptum eſt: neq; ebrioli: neq;
maledici regnum dei poſſidebunt: & t̄a in bonitate q̄ in ſeueritate dei eſſe meſuram. Vnde cuncta nitimur agē-
re conſilio: in uini quoq; potu & in moderatione ſermonis: ut nulli audeamus maledicere. ergo cum propter dei
timorem caueamus in quēpiam maledicta conferre recordantes illius dicti non fuit auſus iudicium iſerre blaſ-
ſem̄: quod dicitur de Michaele cōtra diabolum. Et in alio loco: dominatiōes quidem reprobant: glorias autē
blaſſemant quidam eorum: qui libenter contentiones reperiunt. aſcribunt nobis & noſtræ doctrinæ blaſſem̄
ſuper quam ipſi uiderint quomodo illud audiant: neq; ebrioli: neq; maledici regnum dei poſſidebunt: licet pa-
trem malitiæ & perditionis eoꝝ qui de regno dei eiciant̄ dicant poſſe ſaluari: q̄ ne quidem mente quis captus
dicere pōt. Cætera quidem ex eadem epiſtola tranſtulit pro hoc ſine in uerboꝝ Origenis interpretati ſumus. quod
ergo cum propter timorem dei caueamus in quēpiam maledicta conferre: & reliqua: iſte fraudulenter amputa-
tis ſuperioribus: ex quibus inferiora dependent: ſic cœpit traſſerre epiſtolam: quaſi hoc ſeſu ſuperius eſſet exor-
dium: & ait. Quidam enim qui libenter habent criminari proximis ſuis: aſcribunt nobis & doctrinæ n̄ræ cri-
men blaſſem̄ quod a nobis nuſq; audierunt. de quo ipſi uiderint uolentes obſeruare mādatum illud quod di-
cit: quia maledici regnum dei non poſſidebunt: dicentes aſſerere me patrem malitiæ & perditionis eoꝝ: qui de
regno dei eiciuntur: id eſt diabolum eſſe ſaluandum. q̄ ne aliquis quidem mente motus & manifeſte inſaniens
dicere poteſt. Conferte Origenis uerba quæ ſupra ad uerbum tranſtuli: his quæ ab iſto non uerſa ſunt: ſed euer-
ſa: & quantam inter ſe non ſolum uerboꝝ ſed & ſenſuum habeant diſſonantiā perſpiciētis. Obſecro ne mole-
ſtia ſit uobis prolixior interpretatio. Idcirco omnia enim uertimus: ut quo conſilio ſuperiora tacuerat: probare
mus. Habetur dialogus apud græcos Origenis: & Candidi Valentinianæ hæreſeos deſenſoris: in quo duos an-
dabatas digladiantes ſpectaſſe me fateor. Dicit Candidus filium de patris eſſe ſubſtantia. Errans: q̄ cum
ideſt prolationem aſſerit. E regiōe Origenes iuxta Arrium: & Eunomium repugnat cum uel
prolatum eſſe: uel natum: ne deus pater diuidatur in partes. Sed dicit ſublimē & excellētiffimam creaturam uo-
luntate extitiſſe patris: ſicut & cæteras creaturas. Rurſus ad ſecundam ueniunt quæſtionem. Aſſerit Candidus
diabolum peſſimæ eſſe naturæ: & quæ ſaluari nunq̄ poteſt. Contra hoc recte Origenes reſpondit non cum peri-
turæ eſſe ſubſtantia: ſed uoluntate propria & corruiffē & poſſe ſaluari. Hic candidus uertit in calūniā: quaſi
Origenes dixerit diaboli naturam eſſe ſaluandam: qđ ille falſo obiectum hic reſutat. Et intelligimus in hoc t̄a-
tum dialogo ab Origene argui hæreticam falſitatem: & non in cæteris libris: de quibus nunq̄ q̄ſtio fuit: alioquin
oīa quæ hæretica ſunt non erunt Origenis: ſed hæreticoꝝ. Oēs aut̄ propemodum illius Tomi his erroribus ple-
niſ ſunt. Nihil Origenis erit ſed eoꝝ quor̄ ignoramus uocabula. Non enim ſufficit græcos & antiquos calumnia-
ri de quibus pro uetuftate tempoꝝ & longinquitate regionum habet licentiā quicquid uoluerit mentiendi. Ve-
nit ad latinis: & primum ponit Hilariū conſeſſorem: q̄ poſt arminenſem ſynodum liber illius falſatus ab hæ-
reticis ſit. Et ob hæc hanc cauſam cum in cōcilio epiſcopoꝝ ei q̄ſtio moueret: proferri librum de domo ſua iul-
ſit: qui nesciente ſe in ſcriniis ſuis hæreticus tenebatur. Cūq; prolatus fuiſſet. & ab oībus hæreticus iudicatus: au-
ctor libri excoīatus de concilii cōuentione diſceſſerit: & tantæ auctoritatis ſe putat: ut familiaris meus narrat do-
minus: ut nemo ei contra conſeſſorem iſta ſimulant: audeat contradicere. Reſponde q̄ſo: Synodus a qua Hila-
rius excoīatus eſt: in qua urbe fuit: Dic epiſcopoꝝ uocabula: profer ſn̄as ſubſcriptionum uel diuerſitatem uel
conſonantiā. Doce qui eo anno conſules fuerint: quis imperator hanc ſynodum iuſſerit cōgregari. Gallia ne
tantum epiſcopi fuerint: an & Italia & Hispania certe: quam ob cauſam ſynodus congregata ſit. Nihil hor̄ no-
minas: ſed uiḡ eloquentiſſimum & contra arrianos latini ſermonis tubam: ut origenem deſenderes: excoīatum
a ſynodo criminariſ: ſed conſeſſoris calūnia utcuq; toleranda eſt: Tranſit ad inſlytum martyrem Cyprianum
& dicit Tertulliani librum cui titulus eſt de trinitate: ſub nomine eius Conſtantinopoli a macedonianæ partis
hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur. Nam nec Tertulliani liber eſt: nec Cypriani dicitur: ſed Nouatia-
ni: cuius & ſcribit̄ titulo: & auctoris eloquiū ſtili proprietate demōſtrat. Et ſuperfluū puto aſertas ineptias cō-
futare: cum mihi mea ingeratur fabella: a ſynodo uidelicet: & ſub nomine eiusdem amici Damasi romana ur-
bis epiſcopi ego petar: cui ille eccleſiaſticas epiſtolas dictandas tradidit: & appollinariꝝ uerſutiæ deſcribant: reduci
q̄ Athanaſii librum ubi dominicus homo ſcriptus eſt: ad legendum acceptum: ita corruperit: ut in litura id qđ
raſerunt: rurſus ſcriberent. ut ſcilicet non ab illis falſatum: ſed a me additum putaretur. Quæſo te amice chari-
ſime: ut in eccleſiaſticis tractatibus: ubi de ueritate dogmatum quæritur: & de ſalute animarum noſtrarum ma-
iorum flagitatur auctoritas: huiuſcemodi deliramenta dimittas: & prandioꝝ cœnarumq; fabulas pro argumē-
to non teneas ueritatis. Fieri enim poteſt: ut etiam ſi a me uerum audiſti: alius qui huius rei ignarus eſt: dicat a
te eſſe

Andabatas

Synodus

Hilarius

te esse cōpositum: & quasi mimū Philistionis uel Lentuliac Marilli strophā eleganti sermone confictā. Quo
 nō pueniat semel effrenata temeritas: Post excoicationē Hilariū: post Cypriani harescos librum.
 post Athanasii me dormiente liturā simul & inscriptionē erupit aliquādo cōtra papā Epiphaniū & dolore pe-
 ctoris sui: quo eū in epistola: quā ad Ioannē episcopū scripserat hareticū arguit: in apologia pro Origene dige-
 rit: & his sermonibus cōsolatur. Quin potius aperiēda est i hoc loco ueritas latēs. Nō. n. possibile i tā iniquo iu-
 dicio uti quēquā hoium: ut de causa æquali nō æqualiter sentiat. Sed q̄ auctores obtrectatorū eius hī sunt: qui
 in ecclesia disputare latius solēt: uel etiā libros scribere: qui totū de Origene uel loquunt uel scribunt. Ne ergo
 plures ipsorū furta cognoscant: quæ utriq̄ si ingrati in magrīm nō essent: nequaquā criminosa uiderent: simplici-
 res quoq̄ ab eius lectione deterrerēt. Deniq̄ qdā ex ipsis: qui se uelut euāgelizādi necessitatē per oēs gētes & p
 oēs linguas hīc putat: de Origene male loq̄ndi sex milia librorū eius se legisse: q̄ plurima multitudine audēte
 cōfessus est. Qui si utiq̄ (ut ipse dicere solet) pro cognoscēdis eius malis legebat: sufficere poterāt decē libri ad
 cognoscendum: aut. xx. certe ut q̄ plurimū. xxx. Sex milia aut librorū legere nō iā est errores: ac mala uelē cogno-
 scere: sed totā pene uitā disciplinē eius ac studiis dedere. Quō ergo iste merito audiendus est: cū eos culpat qui
 instructionis suæ causa per pauca eius salua fidei gloria atq̄ integra pietate legerūt: Qui sūt isti qui in ecclesia
 disputare latius solent: Qui libros scribere: Qui totū de Origene loquunt & scribūt: Qui dū sua nolūt fur-
 ta cognosci: & ingrati sūt in magrīm: siccirco simplices ab illius lectione deterrēt. Noīatim debes dicere: & ipsos
 hoies dehotare. Ergo beati episcopi Anastasius & Theophilus & Venerius & Chromatius: & oīs tam orientis q̄
 occidentis catholicorū synodus: qui pari snia: quia pari & spū illū hareticū denunciāt populis: fures librorū illi-
 us iudicandi sūt. Et quādo in ecclesiis prædicant: nō scripturā: mysteria: sed Origenis furta cōmemorant: Nō
 tibi sufficit passim contra oīs detractio: nisi specialiter cōtra beatū & insignē ecclesiæ sacerdotem stili tui lanceā
 dirigas: Quis est ille qui uel necessitatē euāgelizandi p oēs gentes: & per oēs linguas hīc se putat: de Origene
 malā loq̄ndi: qui sex milia librorū eius se legisse: q̄ plurima se fratrum multitudine audiente cōfessus est: In qua
 multitudine & caterua fratrū: tu quoq̄ medius eras: quādo ille in sua epistola q̄ritur: pro Origenis haresi nefar-
 ia a te dogmata esse prolata. Criminandus ne est: quare græcam & satyricā & hebræā linguam ex parte: & lati-
 nam nouerit. Ergo & apostolus & apostolici uiri qui linguis loq̄bantur in crimine sunt: & me trilinguem bilin-
 guis ipse ridebis. De sex milibus aut libris: quos ab eo lectos esse confingis: quis credet: aut te uerū dicere: aut illū
 potuisse mentiri. Si enim origenes sex milia scripsisset librorū: potuerat fieri ut uir eruditus: & ab infantia sacris
 lris institutus: pro curiositate & scientia legisset aliena. Quod uero ille non scripsit: quomō iste legere potuit.
 Numerā indicem librorū eius: qui in tertio uolumine Eusebii: in quo scripsit uitam Pamphili continetur: & nō
 dico sex milia: sed tertiam partem non reperiēs. Habemus epistolam supradicti pontificis: in qua huic calūniæ
 tuæ: dum adhuc esses in oriente respondit: & apertissimum inēdaciū ostendit: qd libera ueritatis fronte confu-
 rat. Post hæc & tanta audes in apologia tua dicere te non esse defēsores Origenis: atq̄ assertorem illius pro cu-
 ius defensione Pamphilus & Eusebius tibi pagē dixisse sunt uisi. Aduersum quæ uolumina: si dominus uitæ hu-
 ius dederit spatium alias respondere conabor. Nunc tantum tuis assertiōibus obuiasse sufficiat. Et hoc breuiter
 prudentem instruxisse lectorem me istum librum: qui sub noīe Pamphili ferebatur: uidisse primum scriptum
 in codice tuo: & quia non erat mihi curæ quid pro haretico diceretur: sic semper habuisse quasi diuersum esset
 opus Pamphili & Eusebii. Postea uero quæstione mota scriptis eorū: respondisse uoluisse: & ob hanc causam le-
 gisse quid pro Origene unūquisq̄ sentiret: perspicueq̄ deprehendisse: q̄ primus liber. vi. uoluminum Eusebii
 ipse esset: qui unus sub noīe Pamphili a te editus est: tam græcē q̄ latine immutatis dumtaxat sensibus: de filio &
 spiritu sancto: qui apertam blasphemiam proferebant. Vnde etiam ante annos ferme. x. cum dexter amicus me-
 us: qui præfecturam administrauit prætorii me rogasset: ut auctorū nræ religionis ei indicem texerem: inter cæ-
 teros tractatores posui & hunc librum a Pamphilo editum: ita purans esse: ut a te & tuis discipulis fuerat diuul-
 gatum. Sed cum ipse dicat Eusebius Pamphilum nihil scripsisse exceptis breuibus epistolis ad amicos: & pri-
 mus liber sex uoluminum eadem & iisdem uerbis contineat: quæ sub noīe Pamphili a te ficta sūt: perspicuum
 est te siccirco librum hunc disseminare uoluisse: ut sub persona martyris hareses introduceres: cum & de ipso li-
 bro quem Pamphili simulat: multa puerteris: & aliter in græco: aliter in latino sit: fraudem tuam errori meo i-
 putare non debes. Credidi. n. eius esse librorū: quem titulus præferebat: sicut periarcho: & multa alia origenis ope-
 ra: plurimorūq̄ græcæ tractatorū: quæ aut ante non legi: aut nunc compellor legere questione harescos susci-
 tata: ut sciam quæ uitare debeam: quæ probare. Vnde & in adulescentia homelias tantum eius: quas loquebat
 ad populum: in quibus non tanta scandala tenebantur: simpliciter rogantibus transtuli: nullis præiudicans ex
 his quæ probantur illa suscipere: quæ manifeste haretica sunt. Certe ut compendium longi sermonis faciam:
 sicut ego ostendo me ab his accepisse librum: qui de tuo codice transcripserunt: sic tu doce a quo exemplar ac-
 ceperis: ut qui auctorem libri dare alium nō potuerit: ipse falsitatis reus teneatur. Bonus homo de bono cordis
 thesauro profert illa: quæ bona sunt. Atq̄ ex pomorū dulcedine generosi seminis arbor agnoscitur. Scribit fra-
 ter Eusebius se apud afros episcopos: qui propter ecclesiasticas causas ad comitatum uenerant: epistolam quasi
 meo scriptam nomine repperisse: in qua agerem penitentiam: & me ab hebræis in adulescentia inductum esse
 testarer: ut hebræa uolumina in latinum uerterem: in quibus nulla sit ueritas. Quod audiēs obstupui. Et quia
 in ore duorū uel trium stat omne uerbum: unūq̄ testi neq̄ Catoni credendum est: id ipsum multorū me ex urbe
 fratrum scripta docuerunt: sciscitantium an ita se haberet: & a quo ipsa epistola disseminata esset in uulgus la-
 chrymabiliter indicantium: qui hoc ausus est facere: quid aliud non audeat. Bene q̄ malitia non habet tantas

Syracani et egyptiacam

Bonus homo loquens

Unus testi non Catoni credendum

est quod destruit strophas ingenio tui: & te hinc inde cōstrictū euadere nō sinit. Nec ī tantū abutare simplicitate lectoris: & sic oēs q tuā scripturā lecturi sunt: brutos putes: ut cū uulnera putrescere sinas sano corpori te ipone re emplastra nō rideant. De carnis resurrectione qd sentias: iā in apologia tua didicimus: nullo mēbro amputa to nec aliqua parte corporis delecta. Hæc est tuæ simplicitatis pura & apra cōfessio: quā ab oibus italiae episco pis asseris esse susceptā. Crederē dicēti: nisi me dubitare de te iste liber: nō Pāphili faceret. Et tamen miror quo modo probauerit Italia: quod roma contēpsit. Episcopi susceperūt: quod fides apostolica condēnauit: Scribis quoq; me litteris idicasse q; papa Theophilus expositionē fidei nup ediderit: quæ ad nos necdū peruenit: & pol licheris: q; quicquid ille scripserit: tu sequaris. Ego me hoc scripsisse nō noui: nec isti uisimodi unq; litteras direxisse. Sed tu iccirco ad icerta cōsentis: & his quæ q̄lia futura sint nescis: ut certa declines: & ad eorū nō tenearis assensū. Duas synodicā & paschalē eius epistolas contra Origenē illiusq; discipulos: & alias aduersū Apollinarē & eun dē Origenē per hoc ferme biēnium iterpretatus sum: & i adificationem ecclesiæ legēdas nostræ liguæ hoibus dedi. Aliud opes eius nescio me trāstulisse. Et tamen tu qui papæ Theophili dicis te ī omnibus sententiā sequi: caue ne hoc magistri & cōdiscipuli tui audiant: & offēdas q̄ plurimos: qui me latronē: te martyre uocāt: ne irasca tur is tibi: qui contra papā Epiphaniū ad te epistolas dirigens: hortabat ut pmaneres ī fidei ueritate: ut nō muta res ullo terrore sententiā. Quæ epistola holographa tenet ab is: ad quos plata est. Et post hæc more tuo loqris ut de quo supra dixeris: ego tibi etiā furenti satisfaciā. Nunc dicis qd tibi uideat: habes ne ultra aliquid: quo ner uos tuæ loq; citatis itendas: Et idignaris: si putide te loqui arguā: cū comœdiarū turpitudines & scortorū amato rūq; ludicra ecclesiasticus scriptor assumas. Porro quod iterrogas q̄do papæ Theophili sententiā sequi cepe rim: ei q; fidei comunione sociatus sim: & ipse tibi respondes: tūc credo: q̄do Paulū quē ille dānauerat sūmo ni su: ī omnibus studiis defendebas: q̄do eū p̄ iperiale scriptū recipere sacerdotiū: quod episcopali iudicio amise rat: istigabas. Nō prius pro me respōdebo: q̄ de aliore iniuriis loquar. Cuius est humanitatis: cuius ue clamētiæ insultare aliore miscriis: & uulnera cunctis aliena mōstrare? Sic ne te docuit ille samarites seminecē ad stabulum reportare: oleū plagis ifundere: mercedē stabulario polliceri: Sic reuectā ouē: repertā dragmā: prodigū filiū legis esse susceptū: Esto ego te læseri: & quibusdā ut dicis stimulis ad maledictorū infaniā prouocari: quid meru it homo latens: ut nudares cicatricē eius: & obductā cutē ī spato dolore rescinderes: Nōne etiā si ille dignus es set contumeliis: tu facere nō deberes? Aut ego fallor: aut illud est uerū quod plurimi iactitāt: te Origenistarū ho stes in illo persequi: & sub occasione unius in utrūq; sæuire. Si papæ Theophili sententiis delectaris: & nefas pu ras pontificū decreta cōuelli: quid de cæteris dicis: quos ipse dānauit? Quid de papa Anastasio: de quo nulli (ut ais) uerū uideat: ut tātā urbis sacerdos: uel inocēti tibi iniuriā facere potuerit: uel absenti. Nec hoc dico q; de epi scoporū sententiis iudicē: aut eorū cupiā statuta rescindi: sed q; unusquisq; suo periculo faciat quod sibi uideat: & ipse nouerit quomodo de suo iudicio iudicādū sit. Nobis ī monasterio hospitalitas cordi est: omnesq; ad nos ue niētes læta humanitatis fronte suscipimus. Veremur enī ne Maria cū Ioseph locū nō inueniāt in diuersorio: ne nobis Iesus dicat exclusus: hospes erāt: & nō suscepistis me. solos hæreticos nō recipimus: quos uos solos rēcipitis. Propositū quippe nobis est pedes lauā ueniētū nō merita discutere. Recordare frater cōfessionis eius & pecto ris quod flagella secuerūt. Memēto carceris: tenebrarū: exilii: metalloꝝ: & nō indignaberis hospitio trāseuntem esse susceptū. An ideo tibi rebelles uidemur: quia calicē aquæ frigidæ ī nomine discipuli christi sitiētibus porri gimus? Vis scire unde illum: & nos plus amare: & tu odisse plus debeas: hæreticorū factio nuper fugata de aegy pto & alexādrīa: se hierosolymā cōtulit: & huic uoluit copulari: ut quorū unus esset dolor: una fieret & accusatio Quos ille reppulit: spreuit: abiicit: dicēs se nō esse inimicū fidei: nec cōtra ecclesiā bella suscipere: quod prius tē tauit doloris fuisse: nō perfidiæ: nec alterius appetisse inocentiā: sed suā probare uoluisse. Impiū putas post sen tētiās sacerdotū post iperiale rescriptū: quod quale sit nouerit ipse qui meruit. Quid tibi uideat de his: qui dāna ti palatia obsident: Et facto cuneo fidē christi ī uno hoie persequunt. Meæ aut comunionis: & papæ Theophi li: nullū aliū tēstē uocabo nisi ipsū quē a me læsū simulas: cuius epistolas ad me sp̄ datas etiā eo tēpore non igno ras: quo mihi eas reddi prohibēas: & quotidie missis tabellariis inimicū eius: amicū nostrū: & familiarissimū ia ctitabas: & ea quæ nūc ipudenter scribis: mētiebaris: ut illius cōtra nos odia cōcitares: & iniuriæ dolor fieret op pressio. Sed uir prudens & apostolicæ sapiētiæ tēpore ac rebus probauit: & nostrū ī se animū: & uestras contra nos insidias. Si discipuli mei (ut scribis) tibi romæ insidias cōcitarunt: & inemēdatas schedulas te dormiēte furati sunt. Quis papā Theophilū aduersus pduelles ī aegypto suscitauit? Quis regū scita? Quis orbis ī hac parte cōlensū: Et gloriaris te ab adolescētia Theophili fuisse auditorē & discipulū: cū & ille ante q̄ episcopus fieret p humilitate sibi insita nunq; docuerit: Et tu postq̄ hic episcopus factus est: Alexādrīæ nō fueris? Et audes dicere ī fugillationē mei magistros meos nec accuso: nec muto? Quod si uerū est: suspectā mihi facis cōuersionē tuam: nec enī dāno ut criminariis istitutores meos. Sed metuo illud Esaia. Ve qui dicūt malū bonū: & bonum malum qui ponunt tenebras lucem: & lucem tenebras: qui dicunt amarum dulce: & dulce amarum. Tu autem dum in ter mulsū magistrorū & uenena pariter bibis: a magistro apostolo recessisti: qui docet etiam angelum: & se si in fide errauerint non sequendos. In Vigilanti nomine qd somnies nescio. Vbi enī eum scripsi hæretica apud Ale xandriam communionē maculatum? Da librum: profer epistolam: nusq; oino reperies: & eadem licentia imo ipudentia mentiēdi: qua putabas omnes tuis sermonibus credituros addis: quando testimonium de scripturis in eum tam iniuriōse posuisti: ut ego id repetere meo ore non audeam. Non audes repeteret qui tacendo am plius criminari? Et quia non habes quod obiicias: simulas uerecundiam: ut lector te putet mihi parce re: qui mentiēns nec tuæ animæ pepercisti. Quod est illud testimonium de scripturis: quod de tuo illo puden

Strophæ Brutus

Synodica eplā

Holographa eplā. H. Iude iudicantibus uerū rescriptū holographū q̄ solum iudicantibus manu scriptū suū

Samaritanos Stabulum.

Mea tuo periculo faciam suo Diuersorium

Cuneus

tissimo ore nō exeat. Aut qd i factis libris pōt turpe memorari. Si erubescis loq: scribe saltē: ut nos procacitatis proprius sermo cōuincat: ut cetera sileā: ex hoc uno capitulo cōprobabo ferreā te frontē possidere fallaciā. Vide quum timeā criminationē tuā. Si protuleris quod minaris: mea erunt uniuersa quæ tua sunt. Ego in Vigilantio ubi respōdi. eadem enī accusabat: quæ tu postea & amicus laudas: & inimicus accusas. Scio a quo illius contra me rabies cōcitata sit: noui cuniculos tuos. Simplicitatē quā omnes prædicant nō ignoro: q: p illius stultitiā tua i me malitiā de bacchata sit: quē ego si epistola mea reppuli: ne solus habere uidearis baculū litterarū: nō debes turpitudinē simulare uerborū: quā nusq̄ omnino legisti: sed itelligere & confiteri: per illius uerborū tuis calūniis fuisse respōsum. In epistola facti papæ Anastasii lubricus extitisti: & turbatus i quo figas gradū: non reppis. Nō enim dicis a me esse cōpositam: nunc ab eo ad te debuisse trāsmitti: cui missa est. **R**ursū iniusticiā scribentis arguis: etiā si scripta sit ab illo: siue nō scripta ad te nihil pertinere testaris: qui præcessoris eius habeas testimonium: & rogātem Romā ut eam illustrares præsentia tua: oppiduli tui amore contēpseris. Si a me fictam epistolam suspicaris: cur eam i romanæ ecclesiæ carthario nō requiris: ut cū deprehenderis ab episcopo non datā: manifestissime criminis reū teneas: & nequaquā araneas mihi oppōas cassiculos: sed fortissimo me & solidissimo cōstringas reti. Si autē romani episcopi est: stulte facis: ab eo exēplar epistolæ petere: cui missa nō est: & nō ab illo q̄ miserit: & de oriēte expectare testimoniū: cuius auctore & testem habeas i uicino. Vade potius Romā: & præsens apud eū expostula cur tibi & absenti & innocenti fecerit cōtumeliā. Primum ut nō reciperet expositionē si dei tuæ: quā omnis ut scribis Italia cōprobauit: & baculo tuarū: uti noluerit litterarū: contra canes tuos. Deinde ut epistolas cōtra te ad oriētem mitteret: & cauteriū tibi hæreseos dum nescis inureret: diceretq: libros Origenis p̄ archonem a te esse trāslatos: & simplici romanæ ecclesiæ plebi traditos ut fidei ueritatē quā ab apostolo didicerat per te perderet: & quo tibi maiore faceret iudiciam: aulus sit criminari hos ipsos præfationis tuæ testimonio roboratos. Nō est leue quod tibi ipingit tātæ urbis pōtifex: uel ab alio obiectū temere suscepit. Vociferare & clama per cōpita: p plateas: nō est: nō est meus liber: & si meus est: schedulas in emē datas Eusebius furto abstulit: aliter ego edidi: imo nec edidi: Vni eas dedi: aut certe paucis: & tam sceleratus inimicus: tā negligētes amici fuerunt: ut oium codices ab eo pariter falsarent. Hoc frater charissime facere debueras: & nō illi tergum obuertes i me trāsmarinas maledictorū tuorū sagittas dirigere. Quid enī uulneribus tuis pdest: si ego fuero uulneratus? An solatiū percussus est: amicum secū uidere morientē: Syriū iam i domino morientis profers epistolā: & uiuentis Anastasii dicta cōtēnis. Quid enī tibi ut ais: officere potest: q: te ignorāte aut scripsit aut forte nō scripsit: Et si scripsit: sufficit tibi totius orbis testimoniū: quod nulli ueq: uidet: ut tātæ urbis sacerdos uel innocenti iniuriā facere potuerit: uel absenti. Innocentē te uocas: ad cuius it̄pretationē Roma cōtremuit. Absentē: qui accusatus respondere nō audes. Et tantū romanæ urbis iudiciū fugis: ut magis obsidionē barbaricā q̄ pacatā urbis uelis sententiā sustinere. Esto q: præteriti aī ego epistolā sinxerī. Recētia ad orientē scripta quis misit. In quibus papa Anastasius tātis te ornat floribus: ut cū ea legeris magis te uelle defendere: q̄ nos accusare. Simulq: cōsidera illam inimitabilem prudētiam tuā: & sales atticos: & facti eloqui uenustatē. Ab aliis appeteris: aliorū criminatione confoderis: & cōtra me furibūdu iactaris: & loqris. Nunquid & ego nō possū enariare: tu quomodo de urbe discesseris: quid de te i præsentī iudicatū sit: quid postea scriptū: quid iuraueris: ubi nauē cōscenderis: Quā sanctæ periuriū uitaueris: poterā pādere: sed plura seruare statui: q̄ referre. Hæc sunt tuorū ornāmēta uerborū. Et post ista: si quid i te asper: dixerō: statū mihi i scriptionē & gladios cōminaris. Et iterim homo eloquentissimus arte ludis thetorica: & simulas te præterire: quæ dicis: ut qui obiecta probare nō poteras: quali prætermissa facias criminosa. Hæc est tua tota simplicitas: sic amico parcis: & reseruas te ad tribunalia iudiciū: ut aceruū criminū mihi dum parcis obieceris. Vis nosse profectionis meæ de urbe ordinē: Narrabo breuiter. Mēse augustō flātibus etestis cū sancto Vicentio præbytero & Adolescēte fratre & aliis monachis qui nūc hierosolymæ cōmorātur: nauī in romano portu securus ascēdi: maxima me sanctorū frequētia prosequēte. Veni Rhegiū: in scyllæo litore paululū steti: ubi ueteres didici fabulas: & præcipitē fallacis Vlyxis cursū: & syrenarū cātica: & insatiabilem caribdis uoraginem. Cūq: mihi accolæ illius loci multa narrarēt: darētq: cōsiliū: ut nō ad Prothei colūnas: sed Ionæ portū nauigarē: illū enim fugientiū & turbatorū: hunc securi hominis esse cursū: malui per maleas & cicladas Cyprum p̄gere. Vbi susceptus a uenerabili episcopo Epiphano: cuius tu testimonio gloriaris: ueni Antiochiam: ubi fruitus sum cōmunionē pontificis confessorisq: Paulini: & deductus media hyeme & frigore grauisimo intraui hierosolymam. Vidi multa miracula: & quæ prius ad me fama pertulerat: oculorum iudicio comprobauī. Inde contendi ægyptum: lustraui monasteria Nitriæ: & inter sanctorū choros aspides latere perspexi: protinus concito gradu Bethleem meam reuersus sum: ubi adorauī præsepe & incunabula saluatoris. Vidi quoq: famosissimum lacum: nec me inerti tradidi ocio: sed multa didici: quæ ante nesciebam. Quid autem de me Romæ iudicatum sit: & quid postea scriptum nolo taceas: præsertim cum habeas testimonium scripturarum: & ego non uerbis tuis: quæ simulare potes: & impunito iactare mendacio: sed scriptis ecclesiasticis arguendus sum. Vide quantum te timeam: si uel paruam schedulam contra me Romani episcopi: aut alterius ecclesiæ protuleris omnia quæ in te scripta sunt: mea crimina confitebor. Nunquid & ego non possem profectionē tuā discutere: cuius ætatis fueris: unde: quo tēpore nauigaris: ubi uixeris: quibus iter fueris: Sed absit: ut qd i te reprehēdo faciā: & i ecclesiastica disputatiōe aniliū iurgiorū deliramēta cōpingā. Hoc solū prudētia tua dixisse sufficiat: ut caueas i alterū dicere: quicquid i te statū retorq̄ri potest. In facti Epiphaniī noīe miratū tua tergiuersatio: ut post opusculū: post orationē: neges eū cōtra te potuisse scribere: quomodo si contēdas nō potuisse eū mori q̄ paulo ante uixerat: aut certior sit tui reprehēsiō: q̄ post pacē excōmunicatio. Ex nobis iquit exierit: sed non fuerit

Ferrea ferens

Noui cuniculos tuos

Cartharium.

Episcopus carthariensis
Anthonis Caspionis.

Carthariensis hereticos iuravit

Comptum
plateas

Sincius eps fuit

Salsus amiri

Ethresis flammas

Synellum letus
Fallax Voluxes
Infernalis rharibdis
Prothoi colūnas
Ione portus
Malog
Curlades.

Amilia iurgia.

Modo

malis
Trio
malis

Alph
rumpi
ip
malis
rumpi

faciunt

In ruffinu

fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis: mansissent utiq; nobiscu. Hæreticu post unam & alteram cõmonitionem uitaadũ apostolus præcipit: qui utiq; ante q̄ uitetur atq; dānetur: ecclesiastici gregis portio fuit. Simulq; risũ tenere non possũ: q̄ a quodã prudente cõmonitus in laudes Epiphaniĩ personas. Hic est ille delirus senex: hic est hic qui sex milia Origenis libros te præsentē cantauit: qui omniũ gentiũ linguĩs prædicationẽ sibi contra Origenẽ iniunctã putat: qui ideo eũ legi prohibet: ne alii eius furta cognoscant: lege scripta tua: & epistolã eius: immo epistolas: e quibus unũ proferã tuã fidei testimoniũ: ut non imerito nunc a te laudatus esse uideatur. Te aut̄ frater liberet deus: & sanctũ populũ christi: qui tibi creditus est: & omnes fratres qui tecũ sunt: & maxime Ruffinũ præsb̄yterũ ab hæresi Origenis & aliis hæresibus: & pditione earũ. Si eni propter unũ uerbũ aut duo quæ contraria fidei sunt multæ hæreses abiecte sunt ab ecclesia: q̄to magis hic iter hæreticos habebitur: qui tantas pueritates & tam mala dogmata cõtra fidẽ adinuenit: & dei ecclesiã hostis extitit: Hæc ẽ uiri sancti de te testificatio: sic ab eo ornatus: sic laudatus ingrederis. Ista est epistola quã de cubiculo fratris Eusebii nũmis aureis produxisti: ut calũniã interpretẽ ut me apertissime teneres criminis reũ: quare pro honorabili charissimũ transulisse. Sed quid ad te? qui prudenti consilio cũcta moderaris: & sic mediũ incedis: ut si i ueneris qui tibi credant: nec Anastasius contra te: nec Epiphanius scripserint: nisi ipsã epistolã reclamauerint: & fregerint tuã frontis audaciã: statim iudiciũ utriusq; contẽras: & non ad te p̄tineat siue scripserint: siue nõ scripserint: quia de innocente & absente scribere nõ potuerunt. Nec in sanctũ uirũ hæc mala conferenda sunt: ut ostẽdatur ore quidẽ & osculo pacẽ dedisse: mala aut̄ & dolũ in suo corde seruasse. Sic eni argumentaris: & hæc sunt uerba defensionis tuã. Ipsiũ esse aduersũ te epistolã & orbis agnoscit: & aut̄enticã in manus tuas uenisse conuincimus: & miror quo pudore: imo qua ipudentia neges: quod ueg; esse non ambigis. Ergo pollutus erit Epiphanius: qui tibi pacẽ dedit: & in suo corde dolũ seruauit. Cur non illud uerius sit: quod te primũ monuerit: qd̄ uoluerit emendare: & ad rectũ iter reducere: ut Iudæ osculũ non refutaret: ut proditorẽ dei frangeret paciẽtia? Et postq; se intellexit casto sudare labore: nec pardũ mutare uarietates: nec æthiopẽ pellẽ suã: quod mente cõceperat litteris indicasse. Tale quid & contra papã Anastasiũ disputas: ut quia Syriũ episcopi habes epistolã: iste contra te scribere non potuerit. Vereor ne tibi factã iniuriã suspicaris. Nescio quomodo homo acutus & prudens ad has ineptias de uoluaris: ut dũ stultos lectores putas: te stultũ esse demonstras: post egregiã argumentationẽ ponis in clausula. Absit hoc a uiris sanctis: de uestra schola solent ista procedere: Vos nobis pacẽ proficiscentibus dedistis: & a tergo iacula uenenis armata iecistis: & in hoc eadẽ prudentia imo declamatione disertus esse uoluisti: pacẽ dedimus: non hæresim suscepimus. Iunximus dextras: abeuntes profecuti sumus: ut uos essetis catholici: non ut essetis hæretici. Volo tamen scire quæ sunt ista iacula uenenata: quæ post tergũ uestrũ nos iecisse conuerteris. Vincentius Paulinianus Eusebius Ruffinus præsb̄yteri: quorũ Vincentius multo tempore ante nos Romã uenit: Paulinianus & Eusebius post annũ uestrã nauigationis profecti sunt. Ruffinus in causa Claudi post bienniũ missus: omnes uel pro re familiari: uel pro periculo alieni capitis missi sunt. Nũquid nosse potuimus: q̄ ingrediente te Romã uir nobilis sonaret nauĩ plenã mercũ inflatis intrare uelis: q̄ omnes aduersũ fatũ q̄stiones non fatua solueret interpretatio: q̄ librũ Eusebii pro Pãphilo uerteres: q̄ tuũ quali opculũ uenenatã patellã ipones: q̄ famosissimũ opus piarchon eloquii tui maiestate transferres: Nouum calũniã genus ante accusatores misimus: q̄ tu accusanda cõmitteres. Non fuit non fuit inq; nostri consilii: sed dei prudẽtia: ut missi ad aliud: contra nascentẽ hæresim dimicarent: & in morẽ Ioseph famẽ futurã fidei ardore subleuant. Quo non erumpat semel effrenata audaciã: Alienũ crimẽ sibi obicit: ut nos finxisse uideamur. Quod absq; nomine dictũ est: in se refert: & purgans externa peccata tantũ: de sua securus est innocentiã. Iurat eni se epistolã non scripsisse ad afros sub nomine meo: in qua confitear inductũ me a iudæis mendaciã transulisse: & mittit libros eadẽ omnia continentes: quæ nescisse se iurat. Et miror quomodo prudentia eius cũ alterius nequitia conuenerit: ut quod alius in Africa mentitus est: hic concorditer ueg; diceret: stiliq; eius elegantia nescio quis iperitus possit imitari. Tibi soli licet hæreticorũ uenena transferre: & de calice babilonis cunctis gentibus propinaũ. Tu latinã scripturas de græco emendabis: & aliud ecclesiis trades legendũ: q̄ quod semel ab apostolis susceptum: tibi non licebit post. lxx. editionẽ quã diligentissime emendatã ante annos plurimos meã linguã hominibus dedi: ad confutãdos iudæos etiã ipsa exẽplaria uertere: quæ ipsi uerissima confitent: ut si quãdo aduersũ eos christianis disputatio est: non habeant subterfugiendi diuerticula: sed suomet potissimũ mucrone feriant. Plenius sup hoc & i multis aliis locis: & i fine secundi libri: ubi accusationi tuã respondi: scripsisse me memini: & popularitatẽ tuã qua mihi inuidiã apud simplices & iperitos niteris cõcitare: perspicua ratione compescui: il lacq; lectorẽ transmittendũ puto. Hoc i tactũ præterire nõ patiar: ne doleas falsatorẽ schedularũ tuarũ cõfesso ris apud me gloriã possidere: cum tu eiusdẽ criminis reus post alexãdrinum exiliũ & tenebrosas carceres a cunctis Origenis sectatoribus martyr & apostolus nomineris. Super excusatiõẽ iperitiã tuã iam tibi respõdi. Sed quia eadem repetis: & quasi superioris tuã defẽsionis oblitus rursũ ad mones: ut sciamus te per. lxx. años græcis uoluminibus deuoratis latina nescire: paulisper attẽde: me nõ pauca i te uerba reprehendere: alioquin ois tibi scriptura delẽda est: sed uoluisse ostẽdere discipulis tuis quos magno studio nihil scire docuisti: ut itelligerẽt cuius uerecundiã sit: docere quod nescias: scribere quod ignores: & eandẽ magistri sapientiam etiã in sensibus quærerent. Quodq; addis peccata putere non uerba: mendaciũ: calumniã: detractionem: falsum testimoniũ: & uniuersa conuitia: & os quod mentitur occidit animam: monecq; ne ille fetor nares meas penetret: crederem dicenti: nisi facta contraria deprehenderem: quasi fullo & coriarius moneant pigmentarium: ut naribus obturatis tabernas suas prætereant. Faciam ergo quod præcipis: claudam nares meas: ne ueritatis & bene

Vii. Librorũ Origenis

Paralus uariis
Aethiopis pelle no minus

Operutu patella

Magna sancho mit serre domiti

Fullo
Coriarius
pigmentarius

ditionum tuarum suauissimo odore crucientur. In laude & detractione mea quia uariis extitisti: miro ac- mine argumentatus es: sic tibi licere de me & bene & male dicere: quomodo & mihi licuerit Origenem & Didy- mū reprehendere: quos ante laudauerim. Audi ergo uir sapientissime & romanæ dialecticæ caput: non esse ui- tii: hominem unū laudare in aliis: & in aliis accusare: sed eandē rē approbare & improbare. Ponā exemplū: ut quod non intelligis: prudens tecū lector intelligat. In Tertulliano laudamus ingeniū: sed dānamus hæresim. In Ori- gene miramur scientiā scripturæ: & tamen dogmatū non recipimus falsitatē. In Didymo uero & memoriā prædicamus & super trinitate fidei puritatē: sed in cæteris quæ Origeni male credidit: nos ab eo retrahimus. Ma- gistro: enī non uicia imitanda sunt: sed uirtutes. Grammaticū quidā a frū habuit Romæ uix eruditissimū: & i eo se æmulū præceptoris putabat: si stridorē linguæ eius & uicia tantū oris exprimeret. In præfatiūcula periarcho fratrē me nominas: & collegā: me dicis eloquentissimū: fidei meæ prædicas ueritatē. His tribus detrahere non poteris: cætera carpe ut libet: ne uidearis tuo de me testimonio repugnare. Cū fratrē & collegā dicis: amicitia di- gnū fateris. Cū eloquentē prædicas: iperitiā ultra non argues. Cū catholicū in oibus profiteris: hæresicos mihi nō poteris crimen impingere. Extra hæc tria siquid in me reprehenderis: non tibi uideberis esse cōtrarius. Ex qua sup- putatione illa sūma nascitur: & te errare ea in me reprehendentē: quæ prius laudaueras: & me non esse in uicio: si in eisdē hoibus & laudanda prædicē: & uituperāda reprehendā. Transis ad animarū statū: & prolixius fumos meos increpas: atq; ut tibi liceat ignorare: quod consulto te scire dissimulas: quæris a me primū de cælestibus: quomodo angeli: quomodo archangeli sint: quæ eis uel qualis habitatio: quæ uel inter ipsos differētia: aut si nul- la omnino: quæ solis sit ratio: unde augmenta lunæ: unde defectus: quis uel qualis sit sydes: cursus. Miror quo- modo oblitus sis illos uersiculos ponere.

Vnde tremor terris: quæ uel maria alta tumescant

Obiicibus ruptis: rursusq; in se ipsa residant.

Defectus solis uarios: lunæq; labores.

Vnde hominum genus & pecudum: unde imber & ignes.

Arcturum pliadæq; hyadas: geminosq; triones.

Quid tantum oceano properent se tingere soles

Hiberni: uel quæ tardis mora noctibus obster.

Deinde cælestia deferens: & ad terrena descendens in minoribus philolopharis. Interrogas enī me. Dic nobis quæ fontium ratio: quæ uentorum: quid grando: quid pluuia: quid mare falsū: quid flumina dulcia: quid nubes: aut i- bres: fulgura: aut tonitrua: aut fulmina: Vt postquam hæc nescire respondero: totū tibi liceat de aiabus ignorare: & unius rei scientiā tantarū rerū ignoracione cōpensas. Tu qui per singulas paginas fumos meos uentilas: non in- telligis uidere nos caligines tuas & turbines. Nā ut tibi sciolus esse uidearis: & apud calphurnianos discipulos doctrinæ gloriā teneas: totā mihi physicā opponis: ut frustra Socrates ad ethicā trāsirens dixerit: quæ supra nos nihil ad nos. Ergo nisi tibi rationem reddidero: quare formica paruum animal: & punctum (ut ita dicam) cor- poris sex pedes habeat: cum elephantis tanta moles quatuor pedibus incedat: cur serpentes & colubri uentre la- bantur & pectore: cur uermiculus: quem uulgus millepedā uocat: tanto pedum agmine scateat: de animarū sta- tu scire non potero. Quæris a me quid ipse de animabus sentiam: ut cum processus fuero statim inuadas. Et si dixerō illud ecclesiasticū: quotidie deus operatur animas: & in corpore eas mittit nascentiū: ilico magistri tendi- culas proferas: & ubi est iusticia dei: ut de adulterio incestuq; nascentibus animas largiatur. Ergo cooperatore malorū hominū: & adulteris seminantibus corpora ipse fabricatur animas: quasi uitiū sementis in tritico sit quod furto dicitur esse sublatū: & non in eo: qui frumenta furatus est. Idcircoq; terra nō debeat gremio suo semina cō- fouere: quia sator imunda ea proiecerit manu. Hinc est & illa tua archana interrogatio: quare moriantur infan- tes cū propter peccata corpora acceperint. Extat liber Didymi ad te: quo sciscitanti tibi respondit: non eos mul- ta peccasse: & ideo corporū carceres tantū eis tetigisse sufficere. Magister meus & tuus eo tempore quo tu ab eo ista quærebas: tres explanationū in Osee propheta libros ad me: me rogante dictauit. Ex quo apparet quid te: quid me docuerit: urges ut respondeā de natura rerū. Si esset locus possem tibi uel lucretii opiniones iuxta Epi- curū: uel Aristotelis iuxta peripateticos: uel Platonis atq; Zenonis secundū Academicos & Stoicos dicere. Et ut ad ecclesiā transeā: ubi norma est ueritatis: multa & Genesis & prophetarū libri & Ecclesiastes: nobis de huiusce modi quæstionibus suggerunt. Aut si hæc ignoramus: quomodo de animarū statu debueras in apologia tua omni- um rerū ignorantia confiteri: & calūniatoribus querere: cur a te unū impudenter expeterent: cū ipsi tanta nesciretē O triremē locupletissimā: quæ orientalibus & ægyptiis mercibus romanæ urbis ditare uenerat paupertatē. Tu maximus ille es. Vnus qui nobis scribendo restituis rē. Ergo nisi de Oriente uenisses eruditissimus uir hæreret adhuc inter Mathematicos: & homines christiani quid contra fatū dicerent: ignorarent. Merito a me quæris de Astrologia: & cæli ac sydes: cursus: qui tantarū mercium plenā nauē detulisti: fateor paupertatē. non sū ita ut tu in o- mni ditatus: te multo tēpore Pharus docuit: quod roma nesciret. Instruxit ægyptus quod Italia huc usq; nō habuit. Scribis apud ecclesiasticos tractatores tres de animabus esse sententias. Vnā quā sequitur Origenes: al- terā quā Tertullianus & Lactantius: licet de Lactantio apertissime mentiaris: tertiā quā nos simplices & fatui homines qui non intelligimus: quod si ita sit: iniustus a nobis arguatur deus. Et post hæc iuras te nescire: quid sit uerū. Dic oro te: putas ne extra hæc tria esse aliquid in quo ueritas sit: & in tribus istis mēdacium? An de tribus unū esse quod uerū sit: Si est aliud: cur disputantiū libertatē angusto fine concludis: & cū mendacia protuleris: de ueritate taces. Sin autē e tribus unū uerū est: & reliqua duo falsa sunt: cur simili ignorantia ignoras falsa cum ueris?

*Tertullianus
Origenes
Didymus
Apostolus*

*Socius
Socius christiani
Millepedes
Tendenda*

Vnus qui restituit rē

Vnus in y. Osee

Vnus in primo libro

Tertullianus

ueris.

In rufini

*Aristippus
Hermagoras
Gorgias Leont.*

*De anima opinio
vixit*

Barchochabas

*In porta naufragii. I. rufini
qui ait eos qui in terra sunt
minima deficiunt*

Sus immerua dicit

*Symonides ipse parat
punitur est*

uteris? An iccirco uerum dissimulas: ut tibi tutū sit: cū uolueris falsa defendere? Hi sunt fumi: hæ caligines: quibus ex oculis hominum conaris lumē auferre. Aristippus nostri temporis: qui plenā cunctarū mercium nauem romano in uehis portu: & sella publice posita Hermagoram nobis & Gorgiam exhibes Leontinum. Dū nauigare festinas: unius quæstinnulæ mercimoniū in oriente oblitus es. Et iterum clamitas: & Aquilegiæ atq; Alexandriæ didicisse te iactas: q; sit deus & animarū & corporū creator. De hoc scilicet quæstio uentilatur: utrū deus an diabolus animas fecerit: an non. Vtrū animæ ante corpora fuerint: quod uult Origenes: & egerint aliquid propter quod sint crassis corporibus illigatæ? An in morē glirium torpentes cōsopitæq; dormierint. Hæc taces: quæ omnes flagitant: & ad illa respondes: quæ nullus inquit. Fumos quoq; meos frequenter irrides: eo q; similem me scire: quod nesciam: & enumeratione doctorū rude uulgus inducam. Tu uidelicet flammeus immo fulmineus: qui in loquendo fulminas: & flammæ ore conceptas tenere non potes. Atq; ut ille Barchochabas auctor seditionis iudaicæ stipulam in ore succensam anhelitu uentilabat: ut flammæ euomere putaretur: ita & tu nobis aliter Salmoenus omnia per quæ incedis illustras: & nos fumosos arguis: de quibus forte dicatur: qui tangis montes: & fumigant: nec intelligis quid fumus in propheta significet locustarū: & q; pulchritudo oculorū tuorū amaritudinem fumi nostri ferre non potest. De crimine aut periuiri quia me remittis ad codicem tuū: & ex magna parte in aliis libris tibi Calphurnioq; respondi: nunc breuiter dixisse sufficet te exigere a dormiente quod nunq; uigilans præstitisti. Magni criminis reus sum: si puellis & uirginibus christi dixi sæculares libros non legendos & me in sōnis cōmonitū promississe ne legerē. Tua nauis romanæ urbi reuelatione promissa: aliud pollicetur: & aliud efficit. Mathematicorū uenerat soluere quæstionē: & soluit fidē christianorū. Quæ per ioniu & egæu hadriaticū atq; tyrrhenū mare plenis cucurrerat uelis: in romano portu naufragiū fecit. Nōne te pudet istiusmodi deliramenta conquirere: & mihi similia obiciendi iponere necessitatē? Esto alius de te somnium uiderat gloriosū: uerecundiæ tuæ fuerat & prudentiæ dissimulare quod audieras: & non quasi magno testimonio alterius sōnio gloriari. Vide quid inter tuū & meū sit sōnium. ego me humiliter reprehensū refero: tu iactanter laudatū esse congeminas. Nec dicere potes: nihil mea refert quid alius uiderit: cū in luculentissimis libris tuis hæc te ad interpretandum dicas ratione cōmotum: ne uir illustris ad te sōnium perderet. Hic est omnis conatus. Si me prius docueris: tu hæreticus non eris. Venio ad grauissimū crimen: in quo post reconciliatas amicitias me infidelitatis accusat. Fateor inter cuncta maledicta: quæ uel obicit uel minatur: nihil a me ita repellendū est: q; fraus: dolus: infidelitas. Peccare enī hominis est. Insidias tendere diaboli est. Ergo ideo in Anastasii imolato agno dexterarū iunximus: ut tuas romæ schedulas furaremur: ut imissi canes in emendatas chartulas te dormiente corroderent: & hoc credibile est: ante nos accusatores parasse: q; tu crimē admitteres. Scilicet noueramus quid in aio uolueres: quid alius de te sōniaturus esset. Ut impleretur in te græcū prouerbiū. Et sus doceret Mineruā. Si Eusebiū ego ad latrandū miserā: quis Aterbii contra te & cæterorū rabiē concitauit? Nōne ille est qui & me hæreticū ex tuis inimicitis iudicabat? Cui cū satisfecisse dānatione dogmatū Origenis: tu clausus domi nunq; eū uidere ausus es: ne aut dānares quod nolebas: aut aperte resistens hæreseos inuidiā sustineres. An iccirco tellis contra te esse non poterit: quia accusator tui est: ante q; sanctus Epiphanius uenisset hierosolymā: & ore quidem & osculo tibi pacem dare: mala autē in suo corde seruaret ante q; nos eī in sugillationē tui epistolæ dictarem: ut hæreticū scriberet quem osculis orthodoxum comprobauit. Aterbius cōtra te latrat Hierosolymis: & nisi cito abisset: sensisset baculum non litterarum: sed dextera tuæ: quo tu canes abigere consueuisti. Cur inquit falsatas meas schedulas suscepisti? Quare post interpretationem meam ausus es in libris periarchon stilum figere? Aut si erraueram ut homo: debuisti me priuatis litteris conuenire: & sic mihi blandiri: quomodo & ego tibi nunc in epistolis meis blandior. Hæc tota mea culpa est: quare subdolis laudibus accusatus: purgare me uolui. Et hoc sine inuidia nominis tui: ut quod tu solus accusaueras: ad multos referrem: non tibi hæresim obiciens: sed a me repellens. Nunquid sciu q; irascereris: si contra hæreticos scriberem? Dixeras de te Origenis libris hæretica sustulisse: fautorem te hæreticorum iam non esse credebam. Et ideo non in te: sed in hæreticos inuectus sum: in quo si uehementior fui: ignosce mihi. Putaui q; & tibi placerem. Furto & insidiis ministrorum meorum dicis schedulas tuas in publicum prolatas fuisse: quæ latebant in cubiculo tuo: uel apud eum solum erant: qui rem sibi geriniunxerat: & quomodo supra confiteris: q; aut nullus eas habuerit: aut admodum pauci? Si in cubiculo tuo latebant: qua ratione apud eum erant qui sibi rem geri iniunxerat? Sin autem unus cui scriptæ fuerant occultandas suscepit: ergo non latebant tantum in cubiculo tuo: nec habuerunt eas pauci: quos habuisse testatus es. Furto sublatas arguis: & rursus emptas magna pecunia: & infinitis mercibus criminariis. In una re: & in parua epistola: quanta uarietas & dissonantia mentiendi? Tibi licet accusare: mihi defendere non licebit. Quādo criminariis: amicum non cogitas: quando respondeo: tunc mihi uis amicitia in mentem ueniant. Dic oro te: calandas schedulas scripseras: an prodendas? Si ut cælares: cur scripsisti? Si ut proderes: cur calabas? Si in eo reprehendus sum: quare accusatores tuos amicos meos non coercuerim: uis tibi proferam litteras eorum in quibus me hypocriseos arguunt: q; te sciens hæreticum tacuerim: q; dum pacem incautus præbeo itestina ecclesiæ bella suscepi? Tu discipulos uocas: qui me tuū condiscipulū suspiciantur. Et quia parcior fui in refellendis laudibus tuis: putant me tuū esse symmistē. Hoc mihi præstitit prologus tuus: ut plus me amicus læderes q; inimicus. Semel sibi persuaferunt: recte an perperā: ipsi uiderint te esse hæreticū: si defendere uoluerō: hoc solum proficiā: ut me tecū accusent. Deniq; mihi obiciunt laudationē tuā: & te non putant insidiosè scripsisse: sed uere: & quod tu in me semper ante laudabas uehementer insimulant. Quid me uis facere: ut discipulos accusatores pro te habeam: ut contorta in amicum iacula: meo suscipiam pectore? De libris autem $\omega\epsilon\rho\rho\kappa\omega\nu$ debes mihi & gra

tias ager. Tu enim ut dicis noxia quæque detrucās meliora posuisti. Ego ita ut habebant: expressi. Ex quo & tua apparet fides: & eius quem interpretatus es: hæresis. Scribebatur mihi de urbe a uiris in christo præcipuis: respōde criminanti: ne si tacueris cōsensisse uidearis. Cōsona omnes uoce poscebant: ut Origenis uersutias proderet: ut uenena hæreticorū romanis auribus cauenda monstrare. Quid hoc ad iniuriā tuā pertinet? Num solus interpretatus es istos libros: & alios huius operis nō habes participes? Nunquid & tu de lxx. interpretibus es: ut post editionē tuā aliis transferre non liceat? Ecce & ego multos ut dicis libellos de græco in latinū transtuli. habes potestātē & tu rursū eos uertendi: ut uolueris: & bona enī & mala suo iputantur auctori. Quod & in te fieret: nisi dixisses te amputasse hæretica: & optima transtulisse. Hic est enī nodus tuus: qui solui non potest: aut si errasti ut homo: priorē dāna sententiā. Sed quid facies de apologetico tuo quē pro Origenis scripsisti operibus? Quod de uolumine Eusebii: in quo cū multa mutaueris: & sub nomine martyris hæretici criminis scripta transtuleris: tamen plura posuisti: quæ ecclesiastica fidei non conueniunt? Tu etiā latinis libros in græcū uertis: nobis dare nostris externa prohibebis. Si in alio opere respondiſſe: in quo me non læseras: uideri poterā in iniuriā tuam transferre quod uerteras: ut te uel i peritū: uel subdolū demonstrarē. Nūc uero nouū q̄rimonia genus: doles tibi in eo esse responsū: in quo a te accusatus sū. Dicebat ad interpretationē tuā Roma subuersa: postulabāt omnes a me huius rei remediū. Non quo ego alicuius momenti esse: sed qui petebant: me esse aliquid arbitrabant. Tu amicus eras: qui illa transtuleras: quid me uis facere? Obedire deo magis oportet: an hominibus? Domini custodire substantiā: an furitū cælare conserui? Aliter te nō placabo: nisi & ego tecū accusanda cōmiserō. Si nullā fecisses mei nominis mentionē: si me non ornasses egregijs laudibus: potuerā aliquod habere suffragiū: & diuersa obtendere: ne rursus interpretata transferre. Tu me amice tu cōpulisti: ut aliquot dies in hoc opere perderē: ut proferrē in mediū quod Charybdis debuit deuorare: & tamen læsus amicitia in te iura seruauit: & quantum in me fuit: sic me defendi: ut te non accularē. Tu nimis suspiciosus & q̄rulus: qui dicta in hæreticos ad tuā p̄fers contumeliā. Quod si aliter amicus tuus esse non possit: nisi & hæreticorū amicus fuerō: leuius tuas inimicitias q̄ illorū amicitias sustinebo. Nouū quoque me putas finxisse mendaciū: ut epistolā ad te meo nomine cōponerē: q̄ olim scriptā: quo bonus esse uidear & modestus tu nunq̄ oīno susceperis. Hæc res per facile probari potest. Multi Romæ eius exēplaria habent: ante hoc circiter trienniū: qui tibi eā mittere noluerunt: sciētes quæ de meo nomine iactitares: & q̄ idigna proposito christiano ac nefanda confingeres. Ego scripsi nesciens quasi ad amicū. Illi nō reddiderunt ei: quē inimicū nouerant: parentes & meo errori: & tuæ conscientia. Et simul argumentaris: q̄ si talē tibi epistolā scripserā: non debuerā contra te in alio libello multa mala scribere. Hic est totus error tuus: & hæc iusta q̄rimonia: q̄ quæ nos in hæreticos dicimus: tu in te dicta confingis. Et nisi illis pepercerimus: te putas esse uiolatū. An ideo panē tibi non damus: quia hæreticorū cerebro lapidē illidimus? Et ut nostrā epistolā non probes papæ quoque Anastasii: simili dicis fraude subnixā: de qua tibi ante respondi: quā si suspicaris ipsius non esse: habes ubi apud nos arguas falsitatis. Sin autē eius est: ut huius quoque anni contra te epistolæ probant: frustra: & falso: falsā arguere niteris: cū ex illius uera epistola nostrā uerā esse doceamus. In excusādo mendaciū tuū: q̄ elegans esse uoluisti: & ne sex milia Origenis libros proferas: pythagoræ a me exigis monumenta: ubi est illa fiducia qua inflatis buccis creberrime perlonabas te: quæ in alijs libris Origenis legeras: emendasse in libris περιερκων & non aliena: sed sua reddidisse suis. De tanta librorū silua unū fruticē ac surculū proferre nō potes. Hi sunt ueri fumihæ nebulae: quas dū in me criminaris: in te extinctas: dissipatasque in me cognoscis: nec tractā ceruicē deiicis: sed maiori i pudentia q̄ i peritia dicis me negare: quæ in prōptu sunt: ut cū montes aureos pollicitus fueris: ne scortēū quidē nūmū de thesauris tuis proferas: iusta contra me odia recognosco: & uera in nos de baccharis infania. Nis enī ego: quod non est: audacter exigerē: tu uidebaris habere: quod non habes. pythagoræ a me libros flagitas. Quis enī tibi dixit illis extare uolumina? Nōne in epistola mea: quā criminaris: hæc uerba sunt? Sed fac me errasse in adolescentia: & philosophū idest gentiliū studiis eruditū in principio fidei ignorasse dogmata christiana. Et hoc putasse in epistolis: quod in pythagoræ & platone & Empedocle legeram. De dogmatibus eorum: non de libris locutus sum: quæ potui in Cicerone Bruto ac Seneca discere: lege pro Vatinio orationem: & alias: ubi sodalicioꝝ mentio fit: reuolue dialogos Tullii. Respice omnē oram Italia: quæ quondam magna græcia dicebatur: & pythagoricorū dogmatum incisa publicis litteris ara cognosces. Cuius enī sunt illa Chryfacia parrheamenta: nonne pythagoræ? In quibus omnia eius breuiter dogmata continentur: & in quæ latissimo opere philosophus commētatus est Iamblichus: imitatus ex parte Moderatum uirum eloquētissimum: & Archippum: ac Lysidem pythagoræ auditores. Quorū archippus: ac Lysides græcia: idest Thebis: scholas habuerunt: qui memoriter tenentes præcepta doctoris: ingenio pro libris utebantur: a quibus illud est ἔφορις τῶν πάντων ταμασὶ καὶ ἐκκοπι τῶν. αὐτῶν τὴν εἶαν μὲν τοῦ σώματος τοῦ ἀπαι δευσιαν δὲ τῆσ φυχῆσ ἀκολασιαν δὲ τῆσ γασ τρος. σ τασιν δὲ τῆσ πολῶδ σ. διλονοίαν δὲ τῆσ οἰκίαν σ. καὶ ολῶ σ πάντῶσ πραγμάτῶσ αμετριαν quod in latinum ita possumus uertere: fuganda sunt omnibus modis & abscedenda langor a corpore: imperitia ab animo: luxuria a uentre: ciuitate seditio: a domo discordia. Et in commune a cūctis rebus intēperantia. pythagorica & illa præcepta sunt. Amicorū omnia esse cōmunia. Et amicū seipsū esse alterorū: duorūque temporū q̄ maxime habendam curā: mane: & uesperiorū: quæ acturi sumus: & eorū quæ gesserimus: post deū ueritatē colendā: quæ sola homines deo proximos faciat. Illaque enigmata quæ diligentissime Aristoteles in suis libris prosequit: staterā ne transilias: idest ne prætergrediare iusticiā. Ignē gladio ne fodias. Iratū uidelicet & tumidū animū uerbis maledicis ne laceffas: coronā minime carpēdā idest leges urbiū conseruandas: cor non comedendū: idest mœrorē de animo p̄iciendū. Cū profectus fueris inquit: ne redeas: idest post mortem uitam

Aliter ad illud p̄sentis in p̄sentis
 Inlaria. Vm manu p̄sentis
 Aliter f̄re lapidem.

Inlaria huius p̄sentis

Scortus nūm?

Italia magna græcia
 Iamblichus.

Ingenio p̄ libris vii.
 Dogma pythagoræ.
 amicus

ad illud
 odium potius ne p̄ores.

Italia comest Cor.

In rufini

tem uitam istam ne desideres per uiam publicam ne ambules: id est ne multos sequaris errores. Hirundinē in domo non suscipiendam: id est garrulos & uerbosos hoīes sub eodē tecto nō habendos. Oneratis superponēdū onus. Deponentibus non cōmunicandū: id est ad uirtutē icedētibz augmētāda p̄cepta: tradētes se ocio relin- qndos. Et q̄a Pythagorica dogmata legisse me dixerā: audi qd apud gr̄cos Pythagoras prius iuenerit. Immor- tales esse aīas. Et de aliis corpibus trāsire i alia. Quod qdē & Virgilius i sexto aeneidos uolūne seq̄ns loquitur.

Pythagoras Inuentor
Immortalis animae

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos:
Lethæum ad fluitium deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant
Rursus: & incipiant in corpora uelle reuerti.

Se primū fuisse Euphorbu: secundo Calliclē: tertio Hermodiū: quarto Pyrrhū: ad extremum Pythagoram: & post ceteros tempore circulos ea quæ fuerant: rursus fieri: nihilq; i mundo uideri nouum. Philosophiā medi- tationem esse mortis: quotidie de corporis carcere nitentē aīā educere libertatē

de hoc uide hanc sup. p. in h. h. h.

id est discētiās reminiscētiās esse: & multa alia: quæ Plato i libris suis: & maxime in Phēdrone Timæoq; prose- quitur. Nam post Academiā & innumerabiles discipulos: sentiens multū suæ deesse doctrinæ uenit ad magnam Græciam. ibiq; ab Archyta Tarentino & Timæo locrensi Pythagoræ doctrina eruditus elegātiā & leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis: quæ omnia nomine cōmutato Origenes i libris suis περὶ ἀρκῶν trās- tulisse conuincit. In quo igit̄ errauit: si adolescens dixi me ea putasse i apostolis: quæ i Pythagora & Platone & Em- pedocle legeram: Non ut calūniaris: & fingis in Pythagoræ & Platonis & Empedoclis libris: sed quæ i illis fuis- se legeram: & aliorū me scripta eos habuisse docuerunt. Et hoc genus elocutionis frequentissimū est: ut si dicam quæ in Socrate legi dogmata: putauit uera. Non quo Socrates libros ullos scripserit: sed quæ legi apud Platonē & alios Socraticos illū habuisse: & rursus: imitari uolui gesta quæ in Alexandro & Scipione legeram. Nō quo ipsi sua gesta descripserant: sed quod apud alios legerim: quæ illos legisse mirabar. Igit̄ si docere nō possem: ip- sius Pythagoræ extare monumenta: nec a filio eius ac filia: aliisq; discipulis probata conuincerem: me non tene- res mendacii: quia non libros: sed dogmata legisse me dixi: & te frustra errare me tuū protegere mendacium uo- luisse: ut nisi ego unum librum Pythagoræ protulerō: tu sex milia Origenis libros perdidideris. Veniam ad epilo- gos: id est maledicta tua: in quibus me ad pœnitentiā cohortaris: & nisi conuersus fuero: id est nisi te accusante siluero: mihi minaris interitum. Et hoc scandalum redundaturum in caput meū denunciās: qui te hominem le- nissimum: & moxaycæ mansuetudinē responsione mea ad inscriptionis insaniam prouocauerim. Scire enim te tactas crimina: quæ tibi soli amicissimo sum confessus: & hæc in medium prolatur: meisq; me coloribus esse pin- gendum: & debere meminisse q; iacuerim ad pedes tuos: ne gladio oris tui amputares caput meum. Et post mul- ta in quibus furibundus exultas reuocas te: & dicis: optare pacem: cum denunciatione dūtata: ut deinceps ta- ceam. i. ut non scribā contra hæreticos: nec audeā respondere accusationi tuæ. Si hoc fecero frater ero & collega: & uir eloquentissimus: & amicus ac sodalis: & quod his maius est: omnia quæ de Origene transtuli: catholica iu- dicabis. Sin aut̄ mutiero & me cōmouero: silico & ipurus ero & hæreticus & tua idignus necessitudine. Hæc sūt p̄conia mea: sic me hortaris ad pacē: & ne gemitū quidē: ac lachrymas dolori liberās esse concedis. Possem & ego tuis te coloribus pingere: & insanire contra insanientem: & dicere quicquid uel scio uel nescio & eadē licen- tia imo furore & amentia uel falsā: uel uera congerere: Ut & me loqui: & te puderet audire: & obiicere tibi: quæ aut accusantem dānarent: aut accusatū: ut ex frontis duritia fidē lectori faceat: ut quod ipudenter scriberē: uere rescribere iudicares: sed procul sit a moribus christianis: ut dū alii eorū petunt sanguinē suū offerant: & sine gla- dio uoluntate homicidæ sint. Tuæ hoc bonitati: tuæq; mansuetudini & simplicitati conuenit: qui de uno pecca- toris sterquilinio: & odorē rosarū & faetorē profers cadaueris: & contra sententiā prophetalē amarē dicis esse qd̄ quasi dulce laudaueras: nec necesse est ut i ecclesiasticis tractatibus rē tribunale uentilemus. Nihilq; super hoc amplius audies: nisi illud est triuio: cū dixeris quod uis: audies & quod non uis. Aut si tibi uile uidetur uulgare prouerbiū & homo sapientissimus magis philosophorū: ac poetarū sententiis delectaris legisse illud Homericū

Plato in Magna gra-
ciam uenit

Mos loquendi.

Moxaycæ mansuetudo

Sterquilinum
ubi quis uisus est
tribunalis

Hoc solū requiro ab eximia sanctitate & censura tua: cuius tan-

Seminola rudo

ta est puritas: ut ad sudaria & semicitia tua dæmones rugiant: cuius exēplum in scribendo sequaris. Quis unq̄ catholicorū i disputatione sectarū turpitudinē ei: aduerlū quē disputat: obiecerit: Sic te docuerūt magistri tui: Talibus institutus es disciplinis: Ut cui respondere potueris: caput auferas: Et linguā quæ tacere non potest: se- ces: Nec magnopere gloriaris: si facias: quod scorpiones possunt facere & cantharides. Fecerūt hæc & Fulvia i Ciceronē: & Herodias in Ioannē: quia ueritatē non poterant audire: & linguā ueriloquā discriminali acu con- fodiebant. Canes latrant pro dominis suis: & tu non uis me latrare pro christo. Scripserunt multi contra Martio- nē: Valentinū: Arriū: & Eunomiū: a quo eis obiecta est turpitudō. Nonne toti in conuincenda hæresi incubue- runt: Iste machinæ hæreticorū: id est magistrorū tuorū sunt: ut conuicti de perfidia ad maledicta se conferant. Sic Eustachius Antiochenus episcopus filium: dum nescit inuenit. Sic Athanasius alexādrinæ urbis pontifex: tertiam Arsenii amputauit manum. Duas enim qui mortuus prius fingebatur: uiuens postea habere monstra- tus est. Talia & condiscipuli tui & magistri nunc de eiusdem ecclesiæ sacerdote confingunt: & auro id est tuis tuorumq; uiribus oppugnant fidei ueritatē. Quid loquar de hæreticis: qui licet foris sint: tamen se nomi- nant christianos: Aduersum impiissimos Cellsum atq; Porphyrium quanti scripsere nostrorum? Quis omif- sa causa ta superflua criminum obiectione uersatus est? Quæ non chartæ ecclesiasticæ: sed libelli debent iudiciū continere. Aut quid refert: si causa cadas: & crimine superes? Non necesse est: ut cum periculo

Scorpiones
Cantharides
Discriminalis acis
Discriminulum
Canes latrant p. dms
Eustachius
Athanasius

tui capitis accuses uno percussore cōducto: satis potes facere desiderio. Et scandalū timere te simulast: qui dudū fratrem nunc accusatū: semp̄ inimicū es paratus occidere. Et tamen miror quomodo homo prudens: furore preuentus uelis mihi beneficiū tribuere: ut educas de carcere animā meā. Et nō patiaris tecū in tenebris huius sæculi cōmorari: Vis ergo me tacere ne accusē: Depone gladiū: & ego scutū abiiciā. In uno tibi consentire nō potero: ut parca hæreticis: ut me catholicū nō probē. Si ista est causa discordiæ: mori possū: tacere non possū. Debuerā quidē de omni scriptura tuā infamiam respondere: & diuinis uocibus in modū Dauid citharizantis lenire furorem pectoris tui. Sed contentus ero unius libri paucis testimoniis: & opponā sapientiā stultitiæ: ut si humana contēnis: saltem diuina nō negligas. Audi igitur quid de te: & de omnibus inuidis: ac maledicis & contumeliosis loquatur sapiens Salomon: insipientes dū iniuriis cupidi sunt: impij facti oderunt sensū. Ne fabriceris in amicū tuū mala. Et ne inimiceris aduersū hominē sine causā. Impij exaltant contumeliā. Circuncide a te os prauū: & iniqua labia longe repelle abste: oculos cōtumeliosos: linguā iniqui: manus effundentes sanguinē iusticor fabricas cogitationes malas: & pedes festinātes ad malefaciendū. Qui nitit̄ mēdacio pascit uētos: & sequit̄ aues uolantes. Dereliquit enim uias uinæ suæ & axes culturæ suæ fecit errare: perambulat aridum ac desertū: & colligit manibus suis sterilitatē. Os procacis appropriat cōtritioni: & qui profert maledicta stultissimus est. Anima benedicta omnis simplex uir: animosus inhonestus est. per delicta labiorū: incidit i laqueum peccator. Itinera stultorum recta i cōspectu suo. Stultus eadem die ostēdit iram suam. Abominatio est domino labia mēdacia. Qui custodit os suum: seruat animā. Et qui temerarius est labijs: terrebit seipsū. Malus cū contumelia agit mala: & insipiens expādit malitiā suam. Quæres apud malos sapiētiā: & nō iuenies. Suis itineribus saturabit̄ temerarius. Sapiens timēdo declinat malū. Stultus cōfidens miscet̄ ei: longanimus uir multus i prudētia est: pusillanimus ualde imprudens est. Qui calūniatur pauperē: lacessit factorē eius: lingua sapientū bona nouit: & os stultorum pronūciat malū. Vir animosus parat rixas: & imundus est apud deum: oīs qui exultat cor suū. Manū manū i ferens i iuste: nō erit impunitus. Qui diligit uitā: parcit ori suo: Ante cōtritionē præcedit cōtumelia. Et ante ruinam mala cogitatio. Qui affirmat oculos suos: cogitat peruersa: & prouocat labijs suis omnia mala. Labia stulta dēcunt eū in mala. Et os audax mortem iuocat. Malignus uir multa de trimēta patiet̄. Melior est pauper iustus: q̄ mendax diues. Gloria est uiro q̄ auertit se a maledictis: qui autē stultus est: talibus se obligat. Noli amare detrahere: ne eradiceris. Suauis est hōi panis mendacii: postea i plebitur os eius calculo: qui operat̄ thesauros. Lingua mendacis uana sectatur: & ueniet i laqueos mortis. In aure stulti noli quicq̄ dicere: ne forte irrideāt sapiētes sermones tuos. Claua & gladius & sagitta pernicioſa sunt. Sic & uir qui cōtra amicū suum falsum dicit testimonium. Sicut aues auolant & passerēs: ita maledictum uanum non superueniet illi. Noli respōdere imprudēti ad imprudentiam eius: ne similis ei fias. Sed responde stulto ad stultitiā eius: ne sibi sapiēs esse uideatur. Qui insidiatur amicis suis: cum uisus fuerit dicit: quia ludens feci: craticula carbonibus: & ligna igni: & uir maledicus ad tumultum rixæ. Si te rogauerit inimicus tuus parcens uoce magna ne consentias ei: septē nequitia sunt i anima eius. Grauis est lapis & uix portabilis arena: sed ira stulti grauior utroq̄. Crudelis est indignatio & acuta ira & zelus impatiens est. Impius calūniatur pauperes: & qui cōfidit i cordis auaritia stultissimus est. Totā iram suam profert insipiens: sapiens dispensat i partes. Filius malus gladios dentes habet & cultros molas: ut cōsumat in infirmos ex terra: & pauperes ex hominibus. His ergo doctus exemplis nolui mordere mordentem: nec uicē talionis implodere: maluiq̄ insaniam excantare furibundi: & unius libri antidotum uenenato pectori i fodere. Sed uereor ne nihil proficiens: illud Dauidicum cantate compellar: & his me sermonibus consolari. Alienati sūt peccatores a uulua: errauerunt ab utero: locuti sunt falsa: furor illis secundum similitudinem serpētis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas: quæ nō audiat uocem icantantis sapienter. Deus cōteret dentes eorū: in ore ipsorum molas leonū confriget deus. Ad nihilū deueni etiā tanq̄ aqua decurrens. Intendit arcū suum donec infirmementur. Sicut cæra quæ fluit auferentur: super cecidit ignis: & non uiderunt solē. Et iterum. lætabitur iustus cū uiderit uictam impiorū: manus suas lauabit i sanguine pectoris. Et dicit homo: si utiq̄ est fructus iusto: utiq̄ est deus iudicans eos in terra. In extrema epistola scribis manu tua: opto te pacem diligere: ad quod breuiter respondebo. Si pacē desideras: arma depone. Blandienti possū acquiescere: non timeo cōmīnantem: sit iter una fides: & ilico pax sequetur.

Beati Hieronymi præbyteri contra Vigilantium epistola: in qua de traductione librorum Origenis se purgat: & accusatorem suum imperitiæ perfidiæq̄ condēnat. Epistola. XLII.

Vstum quidem fuerat nequaquā tibi litteris satisfacere: qui tuis auribus nō credidisti: neq̄ enim scedula potes acquiescere: qui uiuo sermone non accōmodasti fidem: sed quia christus perfectæ nobis humilitatis exemplar i se tribuit: dans osculum proditori: & latronis pœnitentiam in patibulo suscipiens: eadem absenti significo: quæ in præsentī quoq̄ locutus sum: me ita Origenem legisse: uel legere ut Apollinarem uel cæteros tractatores: quos in quibusdam libris non recepit ecclesia: nō quo omnia dicam esse dānanda: quæ i illorum uoluminibus continentur: sed q̄ q̄dam reprehēdēda confitear. Verum quia operis mei est: & studij multos legere: ut ex plurimis diuersos flores carpam: nō tā probaturus omnia: q̄ quæ bona sunt electurus: assumo multos in manu mea: ut a multis multa cognoscam: secundum illud quod scriptum est: omnia legētes: quæ bona sunt retinētes. Vnde satis miror te uoluisse Origenis mihi obicere dogmata: cuius i plarisq̄ errorē usq̄ ad hāc ætatē penitus ignoras. Ego ne hæreticus: & cur me q̄so hæretici nō amāt: tu Orthodoxus: Qui etiam contra scientiam tuam: & linguam alia prædicantem: aut inuitus subscripsisti: & præuicator es: aut uolēs: & hæreticus. Dimisisti ægyptū: & proprias prouincias reliquisti: in quibus sectam tuā libera plarisq̄ frōte defendunt.

*Salomonis sententia
de Maledictis.*

insanis

uincit

met

defendunt. Et elegisti me ad infectandum: qui omnia contra ecclesiam dogmata reprehendo: & publica uoce cō-
 dēno. Origenes hāreticus: quid ad me qui illū in plarisq; hāreticū non nego? Errauit de resurrectione corpo-
 ris: errauit de animarū statu: de diaboli pōnitentia. Et quod his maius est filiū dei & spiritū sanctū in cōmentari-
 is Esaiā seraphin esse testatus est. Si errasse non dicerē eum: & hāc quotidie non anathematizarem, essem erro-
 ris illius socius. Neq; enī ita debemus bona eius recipere: ut mala quoq; suscipe cogamur. At idē & scripturas in
 multis bene interpretatus est: & prophetarū obscura disseruit: & tā noui q̄ ueteris testamenti reuelauit maxima sa-
 cramenta. Si igitur quae bona sunt: transtuli: & mala uel amputaui: uel correxi: uel tacui arguendus sum: Cur p
 me latini bona eius habent & mala ignorant? Si hoc crimē est: arguat confessor Hilarius: qui psalmos: interpre-
 rationē: & homelias in libro Iob ex libris eius: id est ex grāco in latinū transtulit. Sit i culpa eiusdem cōfessionis
 Vercellensis Eusebius: qui oīum psalmos: cōmentarios hāretici hominis uertit in nostrū eloquiū: licet hāreti-
 ca prātermittens optima quaeq; transtulerit. Taceo de Victorino pictabionensi: & ceteris qui Origenē in ex-
 planatione dūtaxat scripturarū secuti sunt: & expresserunt: ne non tā me defendere q̄ socios criminis uidear q̄ re-
 re. Ad te ipsū ueniā. Cur tractatus eius i Iob descriptos habes? In quibus cōtra diabolu: & de stellis caeloq; dispu-
 tans: q̄dā locutus est: quae ecclesia non recipit: Tibi soli licet τω σοφο τω τω κρηνηνιδει: id est sapientissimo & cal-
 uariae de cunctis: & grācis & latinis tractatoribus ferre sententiā: & q̄li censoria uirgula alios eicere de bibliote-
 ca: alios recipere: & cū tibi placuerit: me uel catholicū uel hāreticū pronūciare: Nobis nō licet puerfa respuere:
 & dānare: quae saepe damnamus. Lege ad Ephesios libros: lege cetera opuscula mea: & maxime i Ecclesiastē cō-
 mentarios: & liquido p̄uidebis me adolescētia nunq̄ alicuius auctoritate deterritū ac quicquid hāreticae prauita-
 ti. Nō parū est scire quod nescias: prudētis hoīs est nosse mēsurā suā: nec zelo diaboli icitatū iperitiā suā cūctū
 orbē testē facere. Scilicet gloriari cupis: ut i patria tua iactites me nō potuisse respōdere eloq̄ntiā tuā & acūmē
 in te Chryssippi formidasse. Christiana uerecūdia teneor: & cellulae meae latebras nolo mordaci sermone refera-
 re. Alioquin p̄ferrē τασαν τηναρικς περιανκαι τροπαιων νεω τερον ωμοφορον. i. omnia praelia tua & tro-
 phaeū paruulorū quoq; humero portatū: & eorū uoce cantatū. Sed hāc aliis aut loquēda: aut ridenda dimitto.
 Ego christianus cū christiano loquēs obsecro te frater: ne plus uelis sapere q̄ sapis: ne uel innocentia uel simplicita-
 tē tuā uel certe ea quae taceo: & te nō intelligēte ceteri intelligunt: stilo p̄feras: & ineptiarū tuarū cunctis cachinū
 praebeas. Aliud a parua aetate didicisti: aliis assuetus es disciplinis. Nō est eiusdē hoīs & aureos nūmos & scriptu-
 ras p̄bare: degustare uina: & prophetas uel apostolos intelligere. Me laceras: sanctum fratrem Oceanū in culpam
 hāreseos uocas: praesbyterorū tibi Vincentii & Pauliniani & fratris Eusebii iudiciū displicet. Solus es Cato ro-
 mani generis disertissimus: qui testimonio tuo & prudentiā uelis credi. Recordare q̄so illius diei: quādo me de
 resurrectione & ueritate corporis praedicante: ex latere sussultabas: & applaudebas manu: & orthodoxū clama-
 bas: postq̄ nauigare cōepisti: & ad intinū cerebrū tuū sentinae putredo puenit: tūc nos hāreticos recordatus es.
 Quid tibi faciā? Credidi sancti praesbyteri Paulini epistolis: & illius super nomine tuo non putauit errare iudi-
 cium. Et licet statim accepta epistola ασιναρπε τον. id est incōditū sermonē tuū intelligere: tamen rusticitatē &
 simplicitatē magis in te arbitrabar: q̄ uecordiā. Nec reprehendo sanctū uirū. Maluit enī apud me dissimulare
 quod nouerat: q̄ portitorē clientulū suis litteris accusare. Sed me metipsū arguo: qui alterius potius ac quicquid
 meo iudicio: & oculis aliud cernentibus: aliud schedulae credidi: q̄ uidebā. Quam ob rem desine me lacerare:
 & uoluminibus tuis obruere. Parce saltē nūmis tuis: quibus notarios librariosq; cōducens: eisdē & scriptoribus
 uteris & fautoribus: qui te ideo forsitā laudant: ut lucrū in scribendo faciant. Si libet exercere igeniū: trade te grā-
 maticis atq; rhetoribus: discite dialecticā: sectis instruere philosophorū: ut cū omnia didiceris: saltē tunc tacere in-
 cipias. Quāq; stultū faciā: magistro cunctorum magistros q̄rere: & ei modum iponere: qui loqui nescit: &
 tacere non potest. Verū est illud apud grācos prouerbiū ονός προς λυρας. i. asinus ad lyra. Ego reor & nomē
 contrariū tibi κα ταν τριποσιν. id est per contrariam expositionem positū. Nam tota mente dormitas: & pro-
 fundissimo non tā sōno stertis q̄ lethargo. Inter ceteras quippe blasphemias: quas ore sacrilego ptulisti: ausus es
 dicere: montem de quo abscessus est in Daniele lapis: sine manibus esse diabolu: & lapidem christū. Qui quia
 assuplit corpus Adam: qui diabolo ante per uitia cohāserat: natum esse de uirgine: ut a morte hoc est a diabolo
 hominem separaret. O praecidendā linguā: ac per partes & frustra lacerandā: quisq; ne christianus deū patrem
 omnipotentē in p̄sona diaboli interpretatur: & tanto piculo totius orbis aures maculat. Sin interpretationē
 tuam quisq; non dicā catholicorū: sed hāreticorū siue gentiliū unq̄ recepit: piū sit quod locutus es. Sin aut tantū
 nefas nunq̄ audiuit christi ecclesia: & per tuū primū os ipse se montē interpretatus est qui dixerat: ero similis al-
 tissimo: age pōnitentiā: & in sacco uersare & cinere: & tantū scelus iugibus absterge lachrymis. Si tamen tibi di-
 mittatur hāc impietas: Et iuxta errorē Origenis tunc ueniā consequaris: quando consecutus est & diabolus:
 qui nunq̄ plus q̄ per os tuū deprehendit blasphemasse. Meā iniuriā patienter tuli. Impietatē contra deū ferre nō
 potui. Vnde & uisus sū mordacius in extrema epistola scribere: q̄ promiserā. q̄q̄ post priorē pōnitentiā: qua a
 me ueniā deprecatus es itē cōmississe unde agas pōnitentiā stolidissimū sit. Tribuat tibi Christus: ut audias: &
 taceas: ut intelligas: & sic loquaris.

Nota

ασιναρπε τον

Asinus ad lyram. C

Beati Hieronymi praesbyteri ad Tranquillinū quomodo Origenem legere debeat: qua docet propter illius
 eruditionem: non omnino eius commentarios respuendos: sed ita legendos: ut bona eligantur: uitenturq; con-
 traria.

Epistola. XLIII.

Maiora spiritus uincula esse q̄ corporis: si olim ambigebas nunc probauimus: dum & mihi sanctitas
 tua hāret animo: & ego tibi christi amore cōiungor. Vere enim & simpliciter cādidissimo pectori

tuo loquor. Ipsa schedula & muti apices litterarum inspirant in nos tuæ mentis affectū. Quod dicit Origenis multos errore deceptos: & sanctū filiū meū Oceanū illos: infania repugnare: & doleo simul & gaudeo: dū aut supplārati sunt simplices: aut ab erudito uiro errātibus subuenit: & quia meæ paruitatis quæ sententiā: utrū secundū fratrem Faustinum penitus respuendus sit: an secundū quosdā legendus: ex parte ego Origenē propter eruditionē: sic interdū legendū arbitror: quomodo Tertullianū & Nouatū: Arnobiū & Apollinarē: & nonnullos ecclesiasticos scriptores græcos: pariter & latinos: ut bona eorum eligamus: uitemusque cōtraria: iuxta apostolū dicentē: omnia probate: quæ bona sunt retinete. Caterum qui uel in amorē eius nimium: uel in odium stomachi sui prauitate ducuntur: uidentur mihi illi maledictō prophetico subiacerē. Ve iis qui dicunt bonū malū: & malū bonū: qui faciunt amarum dulce: & dulce amarum. Nec enim propter doctrinam praua suscipienda sunt dogmata: nec propter dogmatum prauitatem: si quos commentarios in scripturas sanctas utiles edidit: penitus respuendi sunt. Quod si contentiosum inter se amatores eius & obrectatores finē duxerint: ut nihil mediū appetant: nec seruent modū: sed totum: aut probent: aut improbent: libentius piam rusticitatem: quā doctam blasphemiam eligam. Sanctus frater Tatianus diaconus impendio te salutat.

Beati Hieronymi presbyteri ad Marcum presbyterum super postulata fide: ubi de prosecutionibus hæreticorum conqueritur. Epistola. XLIII.

Decreuerā quidē utendū mihi psalmistæ uoce dicētis: cū consisteret aduersū me peccator obmutui: & humiliatus sū: & silui a bonis. Et iterum: ego uero tanquā surdus nō audiebā: & tanquā mutus non aperiens os suū: & factus sū ut homo non audiens. Sed quia charitas oia superat: & propositū uincit affectus: nō tā iniuriā faciētibus reddo uicē: quā tibi respōdeo postulanti. Apud christianos enim: nō quod patitur (ut ait quidā) sed qui facit cōtumeliā miser est. Et prius quidē: atē quod de fide mea: quā optime nosti tecū loquar: aduersus barbariē istius loci: uersu cogor clamare uulgato.

Quod genus hoc hominum: quæ ue hunc tam barbara morem.

Permittit patria: hospitio prohibemur arenæ.

Bella cient: primaque uetant consistere terra. &c.

Quæ iccirco de gētili poeta sūplimus: ut qui christi pacē nō seruat: pacē saltē discat ab ethnico. Hæreticus uocor homoulian prædicās trinitatē. Sabellianæ impietatis arguor: tres subsistētes ueras integras pfectasque psonas: indefessa uoce pronuncians. Si ab Arrianis merito: si ab Orthodoxis: qui huiusmodi arguunt: fidē Orthodoxi esse desierunt. Aut si eis placet: hæreticū me cū occidente hæreticū: cū ægypto hoc est cum Damasco Petroque condēnent. Quod unum hominem exceptis sociis criminantur: Si riuus tenuiter fluit: non est aluei culpa: sed fontis. Pudet dicere de cauernis cellularum: dānamus orbem in sacco & cinere uolutati: de episcopi sententiā ferimus.

Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus? Cathenæ: sordes: & comæ: non sunt diadematis signa: sed fletus: permittant me quō nihil loqui. Cur enim lacerant qui non merentur inuidiam: hæreticus sū: quid ad te? quæ sce iam dictum est. Plane times: ne eloquentissimus homo in Syro sermonet: uel græco ecclesias circūcam: populos seducā: scisma conficiam. Nihil alicui præcipiū: nihil ociosus accipio. Manu quotidie & proprio sudore qui mus cibū: scientes ab apostolo scriptū esse: qui aut non operatur: nō manducet. Hæc uenerabilis & sancte pater: cū quali gemitu: cū quali dolore cōscripserim: testis est Iesus. Tacui: nūquid semp tacebo? Dicit dominus: Nō mihi concedit unus angelus heremi. Quotidie exposcor fidē: quasi sine fide renatus sim. Cōfiteor: ut uolunt: non placet. Subscribo: nō credunt: unū tantū placet: ut hinc recedā: iam cedo. abruperunt partē a me aiæ meæ charissimos fratres. Ecce discedere cupiunt: imo penitus discedunt: melius esse dicentes: inter feras habitare: quā cum talibus christianis. Et ego ipse: nisi me & corporis imbecillitas & hyemis retineret asperitas iam modo fugerem. Verū tamen dū uernum tēpus adueniat: obsecro: ut paucis mihi mensibus heremi concedatur hospitium. Aut si hoc tardū uideat: abscedo. Domini est terra & plenitudo eius. Ascendant soli cælū: propter illos tantū christus mortuus sit: habeant: possideant: glorientur. Mihi aut absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu christi: pro quē mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. De fide aut quā dignatus es scribere sancto Cyrillo dedi cōscriptā fidē. Qui sic non credit: alienus a christo est. Caterum ego fidei meæ testes habeo aures tuas: & beati fratris Cæ / nobis: quem tecum omnes qui hic suum: plurimum salutamus.

Beati Hieronymi ad Pāmachium & Marcellā de studio Theophili episcopi Alexandrini cōtra origenianos congratulādo. In qua epistolā suam de pascate & contra ipsā hæresim traductā se dicit emittere: ut oriētis fidē cathedra Petri confirmet. Epistola. XLV.

Vrsūm orientalibus uos locupletō mercibus: & Alexandrinæ opes primo Romam uere transmitto. Deus ab austro ueniet. Et sanctus de monte Phara: umbra condensā: unde & sponsa letatur in Canticō canticorum dicens: in umbra eius concupiui & sedi: & fructus eius dulcis in faucibus meis. Vere nunc completur Esaiæ uaticinium prædicantis: in die illa erit altare domini in medio terræ ægypti. Vbi abundauit peccatum: superabundauit & gratia. Qui paruulum christum fouerant: adultum fidei calore defendūt. Ut qui per illos effugerat Hærodēs manus: effugiat hæreticum blasphemantem. Quem Demetrius Alexandria urbe reppulit: toto orbe fugat Theophilus: ad quem Lucas scripsit actus apostolorum: qui ex amore dei nomē inuenit. Vbi nunc est coluber tortuosus? Vbi uenenatissima uiperæ?

Prima hominis facies: utero commissā luporum.

Vbi hæresis quæ sibilabat in mūdo: Et me & papā Theophilū sui iactabat erroris: latratūque impudentissimorum: cānū ad inducēdos simplices nostrū mentiebat assensū: Oppressa est eius auctoritas & eloqntia & in morē demōnicon

nicorū spiritū: de terra loquit̄. Nescit enim eum: qui de sursum ueniens ea loquit̄: quæ sursum sunt. Atq; uti-
nam serpentina generatio aut simpliciter nra fateat̄: aut constanter defendat sua: ut scire ualeamus: qui nobis a-
mandi sunt: qui cauendi. Nunc aut nouū pœnitentiæ genus: oderunt nos q̄si hostes: quorū fidē publice negare
nō audent. Rogo quis est iste dolor: qui nec tpe nec rōne curat̄? Inter micantes gladios: iacentia corpora: riuos
sanguinis p̄fluentes iungunt̄ sæpe hostiles dextræ: & belli rabiē pax repentina cōmutat. Soli sunt huius hære-
seos sectatores: qui cū ecclesiasticis nō ualent fœderari: quia qd̄ sermōe cogunt̄ dicere: mēte cōdēnant. Et si quā-
do aperta blaffemia publicis auribus fuerit reuelata: & uiderint cōtra se audientiū turbam circumfremere: tunc
simulata simplicitate dicunt audisse se primū quæ magistrū dicere ante nescierint. Cūq; eorū scripta teneantur:
uoce negant: quod in lris consentit̄: quid necesse est obsidere Propōtidē: mutare loca: diuersas lustrare regiōes
& clarissimū pontificē Christi eiusq; discipulos rabido ore discerpere? Si uera loquimini pristinū erroris ardo-
rem ardore fidei cōmutate: quid maledicorū pānos hincinde consuitis? & eorū carpit̄ uitā: quorū fidei resistē-
te non ualeatis? Nū iccirco non estis uos hæretici: si nos quidam assertionē nra crediderint p̄ctōres? Et os impieta-
te feridū nō habebitis: si cicatricem potueritis in nra aure mōstrare? Quid iuuat uestrā p̄fidiā: uel prodest pely-
lis æthiopica: & pardi uarietas: si in nro corpore neuus apparuerit? En papa Theophilus tota Origenē arguit
libertate hæreticū esse. Nec dicta defendunt: sed fingunt ab hæreticis imutata: multorūq; dicunt libros simili-
ter deprauatos: ut illū nō sua fide: sed aliorū tueant̄ erroribus: uerū hæc aduersū hæreticos dicta sint: qui iniusto
contra nos odio sæuientes: mente fatent̄ archanum: & uenena pectoris irremediabili dolore testant̄. Vos chri-
stiani senatus lumina accipite: & græcam & latinam etiam hoc anno epistolā: ne rursus hæretici mētiantur: a
nobis plæraq; uel addita: uel mutata: in qua laborasse me fateor: ut uerborū elegantiam pari interpretationis ue-
nustate seruarem. Et intra definitas lineas currens: nec in quoq; excedens loco: eloquentiæ eius fluentia non per-
derem: easq; res eodem sermone transferrem. Quod utq; nec ne consecutus sim: uro iudicio derelinquo: quam
sciatis in quatuor partes esse diuisam. In primo credentes hortatur ad dominicum pascha celebrandum. In se-
cundo & tertio loco Apollinarē & origenem iugulat. In quarto. i. extremo: hæreticos ad pœnitentiā cohortat̄.
Siquid aut̄ hic minus aduersus Origenem dictum est: & in præteriti anni epistola continet̄: & hæc quam mō-
uertimus breuitati studens: dicere plura non debuit. Porro contra Apollinarem succincta fide & pura profes-
sio non caret subtilitate dialectica: quæ aduersarium suum extorto de manibus eius pugione cōfodit. Orate igi-
tur dominū: ut qd̄ in græco placet: in latino nō displiceat & qd̄ totus oriens mirat̄ & prædicat: lato sinu Roma
suscipiat: prædicationē quoq; cathedræ Marci euāgelistæ cathedræ Petri apostoli sua prædicatione confirmet:
Quāq; celebri sermōe uulgatū sit: beatū quoq; papā Anastasiū eodē seruore: quæ eodē spū est: latitantes i foueis
suis hæreticos p̄secutū: eiusq; lra doceat̄ dānatū in occidentē: qd̄ in oriente dānatū est. Cui multos ip̄secamur an-
nos: ut hæreseos rediuiua plātaria pillius studiū longo tempore arefacta moriant̄?

Beati Hieronymi presbyteri ad pāmachiū de obrectatoribus suis: q̄ libꝛ suū aduersū Iouinianū carpebat̄: q̄si
nimius fuisset in laude uirginū & interpretatiōe nuptiarū. cōtra quos dicit se apologeticon mittere qui statim in
fra subiicitur.

Epistola. XLV.

Chrystiani interdum pudoris est: etiam apud amicos tacere: & humilitatem suam magis silentio con-
solari: q̄ retractando ueteres amicitias ambitionis crimen incurrere. Quādiu tacuisti: tacui: nec un-
q̄ expostulare super hac re uolui: ne non amicum querere: sed portionem uideret expetere. Nunc
aut̄ prouocatus officio litterarū: primas partes semper habere tentabo: & non tam rescribere q̄ scri-
bere. Ut & uerecunde hucusq; tacuisse: & uerecundius loqui cœpisse cognoscat. De opusculis meis contra Iou-
inianum: q̄ & prudenter & amanter feceris: exemplaria subtrahendo optime noui. Sed nihil profuit ista diligē-
tia: cum aliquanti ex urbe uenientes mihi eadem lectitarent: quæ sero me excepisse referebant. In hac quoq; p-
uincia iam libri fuerant diuulgati: & ut ipse legisti: nescit uox missa reuerti. Non sunt tantæ sceleritatis: quantæ
plærisq; huius t̄pis tractatores: ut nugæ meas quando uoluerim emendare possim. Statim ut aliquid scripsero:
aut amatores mei: aut inuidi diuerso quidem studio: sed pari certamine in uulgus nostra dissemināt: & uel i lau-
de: uel in uitupatione nimii sūt: nō meritū stili: sed suū stomachū sequentes. Itaq; qd̄ solū facere potui. apologe-
ticum ipsius opis tibi misi: quē ἔπος ἐπὶ ὄνομα & te poscete edidi. Quē cū legeris: aut ipse pro nobis cæteris sa-
tisfacias: aut si tu quoq; narē cōtraxeris: illam apostoli ἄποκοπή. i. amputationem: in q̄ de uirginitate & nupti-
is disputat: aliter differere compelleris: nec hoc dico q̄ te ad scribendum prouocem: cuius in sacris lris stadium
mihi præfero: Sed ut alios qui nos lacerant hoc facere compellas: norunt lras: uident̄ sibi scioli: possunt me nō
reprehendere: sed docere. Si aliquid scripserint magis ex operis eorū: comparatione: mea interpretatio negligēt.
Lege quæso te: & diligenter apostoli uerba considera: & tunc uidebis me propter calūniā declinādā multo plus
q̄ ille uoluit in maritos fuisse clementē. Origenes Dionysius Pierius Eusebius Cæsariensis Didymus Apollina-
ris lausissime hanc epistolā interpretati sunt: quorū Pierius cum sensum apostoli uentilaret atq; differeret: & pro-
posuisset illud exponere. Volo aut̄ oēs esse sicut me ipsum: adiecit tanta leton paulo tanti crisatan nam cetisei:
quod hic quæso peccatum meum est: q̄ duritia. Vniuersa quæ scripsi: huic sententiæ comparata leuissima sūt.
Reuolue omnium: quos supra memorauī commentarios: & ecclesiæ bibliothecis fruerē & magis concito gra-
du ad optata cœptaq; peruenies. Audio totius in te urbis studia concitata. Audio pontificis & populi uolunta-
tem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium: q̄ mereri libros. xvi. prophetarū: quos in latinum de
hebræo sermone uertis: si legeris: & delectari te hoc opere comperero: prouocabis nos etiam cætera clausa arma-
rio non tenere. Transtuli nuper Iob in linguam nostram. Cuius exemplarā sancta Marcella consobrina tua po-

m .cxi.

Dolor et tempus et tibi curat.

Horatius

Horatius

Suola

Armaxium

teris mutuari: lege eundē græcū & latinū: & ueterē editionē nra trāslationi cōpara: & liquido puidēbis q̄tū distet inter ueritatē & mēdaciū. Misera quædā Τὸν ὑπὸ μὴν & Τὸν in pphetas. xii. factō p̄ri & Domnioni Samuele quoq; & Malachin. i. quatuor regū libros. Quæ si legere uolueris: pbabis quāta difficultatis sit diuinā scripturā & maxime pphetas itelligere: & interpretū uitio quæ apud suos purissimo cursu orationis labunt: apud nos scatere uitiiis. Porro eloquentiā quā pro Christo in Cicerone contemnis: in paruulis ne requiras. Ecclesiastica interpretatio etiā si habet eloqui uenustatē: dissimulare eā debet: & fugere: ut nō ociosis philosophorū scho-
lis: paucisq; discipulis: sed uniuerso loquat̄ hoīum generi.

Liber apologeticus beati Hieronymi ad Pāmachiū in defensionē libroꝝ cōtra Iouinianū: in quo docet se non damnasse nuptias: sed illis uirginitatē p̄tulisse: & apostoli capitulum benignius etiā pro nuptiis a se q̄ cæteris interpretatum.

.XLVII.

Quod ad te hucusq; nō scripsi: causa fuit silentiū tuū. Verebar. n. ne si tacenti scriberē: molestū me magis q̄ officiosū putares. Nūc aut̄ prouocatus dulcissimis lris tuis & huiuscemodi litteris: quæ me ad philosophiā nri dogmatis prouocarēt: & cōdiscipulū quōdā & sodalē & amicū obuiis ut aiunt manibus excipio: defensorēq; meorū opusculorū parorita tamē: si atē te placatū iudicē habuero: imo si oratorē meū sup oibus: quæ in me arguunt̄ instruxero: Hoc. n. & Tullius tuus: & ante illū in breui & solo uolumine scripsit Antonius primā causā esse uictoriæ: & diligenter causā: pro q̄ dicturus es: discere. Reprehendunt me quidā q; in libris: quos aduersū Iouinianū scripsi: nimius fuerim: uel in laude uirginū: uel in suggillatiōe nuptiarū: & aiunt cōdēnationē quōdāmō esse m̄rimoniū: in tantū pudicitā prædicare: ut nulla posse uideat̄ inter uxorē & uirginē cōparatio derelinqui. Ego si bene pblematis memini: inter Iouinianū & nos ista cōtētio est: q̄ ille exaquet uirginitati nuptias: nos subiiciamus. Ille par: uel nihil: nos multū intereē dicamus. Deniq; iccirco te post dominū faciēte: dānatus est: q; ausus sit ppetuā uirginitati m̄rimoniū comparare. Aut si id ipsum uirgo putat̄ & nupra: cur piaculū uocis huius romæ Victorinus audire non potuit: Virgo a uiro nō uir a uirgine generat̄. Mediū esse nihil p̄t: aut mea snia sequenda est: aut iouiniani. Si reprehendor: q; nuptias uirginitati subiicio: laudet̄ ipse: qui cōparat. Si aut̄ dānatus est qui æquales putabat: dānatio eius mei operis testimoniū sit. Si sæculi hoīes indignant̄ in minori gradu se esse: q̄ uirgines. miror clericos & monachos & continentes id nō laudare: qd̄ faciunt. Castrant se ab uxoribus suis: ut imitent̄ uirginum castitatē. Et idipsū uolunt esse maritas qd̄ uirgines: aut iungant̄ itaq; uxoribus suis: quibus renūciauerant: aut si se abstinerint: etiā tacentes cōtēbunt̄ melius esse: qd̄ nuptiarū operi prætulerunt. An ego rudis in scripturis: & nunc primū sacra uolumina legens: li-
neam & ut ita dicā tenue dicendi filū inter uirginitatē & nuptias seruare nō potui? Videlicet nesciebā dictū: nō li esse iustus multū: & dū unū latus protego: in altero uulneratus sum. Atq; ut manifestius loquar: dū contra Iouinianū præsto gradu pugno: a Manichæo terga mea confossa sunt. Nōne quæso statim in principio opis mei ista præfatus sū: Neq; n. nos Martionis & Manichæi dogma sectantes: nuptiis detrahimus. Nec Tacæni principis Encratitarū errore decepti: oēm coitū spurcū putamus: qui nō solum nuptias: sed & cibos quoq; quos deus creauit ad utendū: dānant: & reprobant. Scimus in domo magna: non solū uasa aurea & argentea esse: sed & lignea & fictilia: & sup fundamentū Christi: qd̄ Paulus architectus posuit: alius supædificauit auz: argentū: lapides præciosos: alius econtrario scēnū: lignea: stipulā. Non ignoramus honorabiles nuptias & cubile imaculatū Legimus primā dei sniam: Crescite & multiplicamini: & replete terram. sed ita nuptias recepimus: ut uirginitatem: quæ de nuptiis nascit̄: pferamus. Nunquid argentū non erit argentū: si auz: præciosius est? Aut arboris & segetis contumelia est: si radici & foliis culmo & arstis poma præferant̄ & fructus? Ut poma ex arbore: frumētum ex stipula: ita uirginitas ex nuptiis. Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus q̄q; de una terra: & de una semente nascat̄: tamen multum differt in numero. Triginta referunt̄ ad nuptias: quia & ipsa digitorū coniunctio quasi molli osculo se complexans & scederans: maritum pingit & coniugem. Sexagita uero ad uiduas eo q; in angustia & tribulatione sint posita: unde & superiori digito deprimunt̄: quantoq; maior est difficultas: ex parte quōdam uoluptatis illecebris abstinerere: tanto maius & præmium. Porro numerus centesimus: quæso diligenter lector attēde: de sinistra transfert̄ ad dextram: & iisdem quidem digitis: sed nō eadem manu: quibus laxa nuptiæ significant̄: & uiduæ circulum faciens exprimit uirginitatis coronam. Oro te: qui hæc loquit̄ dānat nuptias: Auz: uirginitatem: argentum diximus matrimonium. Centesimum & sexagesimum & tricesimū fructum de una terra exposuimus: & de una semente generari: licet multum differat in numero. Et quis unq; tā iniquus lector erit: ut non ex meis dictis: sed ex suo me sensu iudicet? Et certe multo clāmentiores erga coniungia fuimus omnibus pene latinis & græcis tractatoribus: qui centesimum numerum ad martyres referunt: sexagesimum ad uirgines: tricesimum ad uiduas: atq; ita fit iuxta illos: sententiam ut de bona terra: & de patrifamilias semine excludant̄ mariti. Vere ne in principio cautus: in reliquis forsitan improuidus fuerim? nonne post partitionem opusculi: cum ad quæstiones uenirem statim intuli: Vos quæso utriusq; sexus uirgines & continētes: mariti quoq; & bigami: ut conatus meos orationibus adiuuetis: cūctosq; in comune Iouinianus hic hostis est: quorū ego orationibus indigeo: & quos adiutores mei operis præcor: eos possum Manichæi errore damnare? Curramus ad reliqua: Neq; enim epistolæ breuitas patitur diutius in singulis immorari: Interpretantes illud apostoli testimonium: uxor proprii corporis sui non habet potestatem: sed uir. Similiter & uir corporis sui non habet potestatem: sed uxor: hoc subiunximus. Omnis hæc quæstio de his est: qui in matrimonio sunt: an eis liceat uxores dimittere: quod & dominus in euangelio prohibuit. Vnde & apostolus Bonum est ait homini uxorem uel mulierem non tangere: quasi in tactu eius periculum sit: quasi qui eam tetigerit non euadat. Vnde & Ioseph

Ioseph

Tullius

Jatimus Encratitarū
primus: conus erroes

Centesimus. Sexagesimus
et tricesimus fructus

ex parte

Ioseph quia illū tāgere uolebat aegyptia: fugiens de manibus eius: palliū abiecit. Sed quia qui semel duxit uxore: nisi ex cōsensu se nō ualet abstinere: nec dare repudiū nō peccāti: reddat cōiugi debitū: quia spē se alligauit ut reddere cogere. Qui domini dicit esse praeceptū: ne dimittant uxores & absq; cōsensu: qd' deus cōiūxit hō nō separet: hic pōt dici nuptias condēnare. Rursū in sequētibus: sed unusq; ait habet ppiū donū ex deo. Alius quidē sic: alius autē sic: quā sniam nos exponētes hāc intulimus. Quid inq; uelim pspiciū est. Sed quoniā in ecclesia diuersa sūt dona: cōcedo & nuptias: ne uidear dānare naturā. Simulq; cōsidera: q; aliud donū uirginitatis sic: aliud nuptiarū. Si. n. eadē esset merces nuptiarū & uirginū: nequaq; dixisset post praeceptū cōtinentiā: sed unusq; ppiū habet donū ex deo: alius quidē sic: alius autē sic. Vbi ppietas singulorū est: ibi altriuscūq; diuersitas. Cōcedo & nuptias esse donū dei: sed inter donū & donū magna diuersitas est. Deniq; & apostolus de quodā post incestū pōnitentiā: eōtrario inq;: donate ei & cōsolamini: & sicui qd' donastis: & ego. Ac ne putaremus donū hoīs cōtēnendū addidit. Nā & ego qd' donauī: siqd' donauī ppter uos corā christo: diuersa sūt dona christi. Vnde Ioseph i typo eius uariā hēbat tunicā. Et in psalmo. xliiii. legimus. Astitit regina a dextris tuis i uestitu deaurato circūdata uarietate. Et Petrus apostolus. Sicut cohæredes ait multiplices gratiæ dei: qd' significantius gratiæ dicit τικόνλης. i. uariæ. Rogo quæ est ista cōtentio: claudere oculos: nec aprissimū lumen aspicerē. In ecclesia diximus esse dona diuersa: & aliud donū uirginitatis: & aliud nuptiarū. Et post paululū. Cōcedo & nuptias esse donū dei. Sed inter donū & donū magna diuersitas est: & qd' dei donū uoce apūssima pñciamus dānare dicimur. Porro si Ioseph in typo domini accipit: tunica eius uariā atq; distincta in uirginibus uideis cōtinentibus ac maritis est: & pōt uideri quasi alienus: qui de tunica christi est: cū & ipsa reginā: hoc est ecclesiā saluatoris in uestitu deaurato: eadē uarietate circūdatā dixerimus. Sed & in cōsequētibus de cōiugio disputātes: eundē sensū secuti sumus: hic locus ad præsenti cōtrouersiā nō pertinet. Docet. n. iuxta sniam domini: uxore excepta causa fornicationis nō repudiādā: & repudiatā uiuo marito: alteri nō nubere: aut certe uiro suo debere reconciliari. Et in alio loco. Mulier inquit alligata est quanto tpe uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius: liberata est a lege uiri: cui uult nubat tantū in domino. i. christiano. Qui secūdas nuptias: tertiasq; cōcedit in domino. Prius cū ethnico prohibet. Aperiant quæso aures obrectatores mei: & uideant me secūdas & tertias nuptias concessisse in domino: qui secūdas & tertias non donauī: primū potui dānare mīmoniu. In eo quoq; loco: ubi interpretamur capitulum apostoli. Circūcisus aliquis uocatus est: non adducat praeputium. In praeputio uocatus est: non circūdat: licet quidē prudentissimi interpretes scripturā: hoc de circūcisione: & seruitute dictū esse contendant. Nonne apertissime fœdera seruauimus nuptiarū. Diximus. n. Si in praeputio quis uocatus est non circūdat. Hēbas inquit uxore: cū credidisti. Noli fidē Christi causā putare dissidii: quia in pace nos uocauit deus. Circūcisio nihil est: & praeputiū nihil est: sed obseruatio mādatorū dei. Nihil. n. prodest absq; opibus cælibatus & nuptiarū: cū etiā fides quæ proprie Christianorū est: si opera non hūerit: mortua esse dicatur. Et hac lege uirgines quoq; uestæ & lunonis uniuiræ: in sanctas queant ordine numerari. Et post paululū: Seruus uocatus es: nō sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber: magis utere: etiā si hēs inq; uxore: & illi alligatus es & soluis debitum: & nō hēs tui corporis ptatē: atq; ut manifestius loquar: seruus uxoris es: noli ppter hoc hēre tristitiā: nec de amissā uirginitate suspires. Sed etiā si potes causas aliquas inuenire dissidii: ut libertate pudicitia perfruaris: noli salutē tuam cū alterius interitu quærere. Habeto paulisper uxorem: nec præcurras morantem: expecta dū sequitur. Si egeris patiēter: coniunx mutabit in sororem: In eo quoq; loco ubi tractauimus cur dixisset Paulus: De uirginibus autē domini praeceptū non habeo. Consiliū autē do: tanq; misericordiam consecutus a domino: ut sim fidelis: ita uirginitatē prætulimus: ut nuptiarū ordinē seruaremus. Si uirginitatem dominus iperasset: uidebatur nuptias condēnare: & hoīum auferre feminariū: unde & ipsa uirginitas nascit. Si præcidisset radicē: quō fruges quæreret. Nisi ante fundamenta iecisset: qua rōne ædificiū extrueret: & opertus: cuncta desuper culmen imponeret. Si radicem nuptiarū: si uirginitatem diximus fructus: si fundamentū matrimoniū: & ædificiū uel culmen perpetuā castitatem: quis uel tam inuidus: uel tam cæcus obrectator mei erit: ut in eadem domo ædificiū uel culmen uideat: & fundamentū qd' ædificiū & culmen portat: ignoret. Porro & in alio loco proponentes apostoli testimonium: in quo ait alligatus es uxori: noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore: noli quærere uxorem. Illico hęc subieciimus. Habet unusquisq; nrm terminos suos: redde mihi meum: & tu tene tuum. Si alligatus es uxori tuæ: ne illi des repudiū. Si solutus sum ab uxore: non quæram uxorem. Ut ego nō soluo coniugia: si semel ligata sunt: ita tu non liges qd' solutū est. Sed & in alio testimonio quid de uirginitate & nuptiis senserimus: manifestissime declarat. Non imponit nobis apostolus laqueum: nec cogit esse qd' nolumus: sed suadet qd' honestum est & decorū: & intente facit seruire domino: & semper esse sollicitum: & expectare paratā domini uoluntatem: ut cū quid imperauerit: quasi strenuus & armatus miles statim impleat quod praeceptum est: & hoc faciat sine ulla distentione: quæ data est secundum ecclesiasten hoibus huius mundi: ut distendantur in ea. In fine quoq; comparationis nuptiarū & uirginum: disputationem nrām hoc sermone conclusimus. Vbi bonum & melius est: ibi boni & melioris non unum est præmium: & ubi non unum est præmium: ibi utiq; dona diuersa. Tantum est igitur inter nuptias & uirginitatem: quantum inter nō peccare & benefacere. imo ut leuius dicam: quantum inter bonum & melius. Porro in consequentibus cum dicimus. Finita disputatione coniugiorū & uirginitatis: ut inter utrūq; tanto moderamine praeceptorū: nec ad sinistram nec ad dextram diuerteret: sed uia regia graderetur: & illud impleret: ne sis multum iustus. Rursus monogamiam digamiam comparat. Et quō nuptias subdiderat uirginitati: ita digamiam nuptiis subiicit. Nonne perspicue ostēdimus: quæ sit in scripturis sanctis sinistra: quæ dextra: & qd' significet ne sis multum iustus. Quod uidelicet sinistra sit: si iudæorū &

Fides sine opib; mortua

gentiliū seque mur libidine: & semp æstuemus ad coitū. Dextra: si Manichæorū seque mur errorē: & simulata pudicitia ipudicitia retibus implicemur. Via autē regia sit: ita appetere uirginitatē: ne nuptiæ cōdēnent. Præterea quæ tam iniquus meorū opusculorū iudex erit: ut prima m̄rimonia dānare me dicat: cū etiam de secundis dixisse me legerit. Cōcedit apostolus secūdas nuptias: sed uolētibus. Sed his quæ se cōtinere nō possunt: ne luxuriatē in Christo nubere uelint: habētes dānationē: quæ primā fidē irritā fecerint. & hoc cōcedit: quia multæ abierūt retrorsum post sathanā. Cæteræ beatiores erūt: si sic pmāserint. Cōtinuoque subiūgit apostolicā auctoritatē: secūdū cōsiliū meū. Porro ne auctoritas apostoli quæ si hois leuior: addidit uideret. Puto autē quæ & ego spūm dei habēā. Vbi ad cōtinuitatē puocat: tibi nō hominis: sed spiritus dei cōsilio usus est. Vbi autē nubendi cōcedit ueniā: spiritū dei nō nominat: sed prudētiā liberat cōsiliū: ita singulis relaxās: ut unusquisque ferre potest. Propositis ergo testimoniis: in quibus apostolus secūdas cōcedit nuptias: statim subiicimus quō uirgibus: ob fornicatiōis piculū cōcedit nuptias: & excusabile facit quod per se nō appetit: ita p̄ eadē fornicatiōe cōcedit uiduis secūda m̄rimonia. Melius est. n. licet alteræ & tertiu unū uirg: nosse quæ plurimos. i. tolerabilius est uni homini p̄stitutā esse quæ multis. facessat calūnia. De secūdo hic & de tertio & quarto: si libet m̄rimonio disputauimus: nō de primo. Sed ne quis in eo quæ diximus tolerabilius ē uni homini p̄stitutā eē quæ multis ad primū m̄rimoniū referat. cum omnis nobis quæstio de digamia & trigamia fuerit. Denique digamiæ & trigamiæ disputationē hoc calce signauimus. Oīa licet: sed nō omnia expediūt. Nō dāno digamos: imo nec trigamos: & si dici pōt octogamos. Plus aliqd inferā: etiā scortatorē recipio p̄nitentē. Quicquid æquāliter licet: æquāli lance pensādū est: Erubescat calūniator meus dicēs me priā dānare matrimonia: quādo legit nō dāno digamos & trigamos: & si dici pōt octogamos. Aliud est nō dānare: aliud prædicare. Aliud est ueniā cōcedere: aliud laudare uirtutē. Si autē durus in eo uideor: quia dixi quicquid æquāliter licet: æquāli lance pensādū est: puto nō me crudelē iudicabit & rigidū quia alia loca uirginitati & nuptiis: alia trigamis & octogamis: & p̄nitētibus legerit præparata. Christū in carne uirginē: in spū monogamū: quæ unā habet ecclesiā: nō in reliquis sermo testatus est & crediti sumus nuptias cōdēnate: Dānare dicor nuptias: cuius hic sermo est. Nullique dubiū est sacerdotes de Aaron & Eleazar: & Fines generatos: qui cū & ipsi uxores hūerint: recte nobis opponerent: si errore Encratitarū cōtēderemus m̄rimonia reprobāda: Tatianū Encratitarū principē qui abiicit m̄rimonia: reprehēdimus: & ipsi nuptias cōdēnamus. Rursūque ubi uirgines & uiduas cōparō: quod de nuptiis senserim: & quō tres gradus uirginitatis: uiduitatisque uel continētia & cōiugii fecerim declarāt ipsa quæ scripta sunt. Nō nego beatas esse uiduas: quæ ita post baptismū manserint: nec illarū detrahō merito: quæ cū uiris in castitate p̄durant. Sed sicut hæ maioris præmii apud deū sunt quæ nuptiæ coniugali officio seruiētes: ita & ipsæ æquo patiantur aīo uirginitatē sibi præferri. Ad Gallatas quoque testimoniū apostoli proponētes. Ex opibus legis nō iustificabit̄ oīs caro: huiusmodi sensum intulimus: opa legis & nuptiæ sunt. Vnde & maledicunt̄ in ea: quæ nō habēt filios: quæ si concedunt̄ etiā in euangelio: aliud est indulgentiā infirmitati tribuere: aliud est uirtutibus præmia polliceri. Ecce perspicue nuptias dicimus cōcedi in euangelio: sed tamen easdē in suo officio p̄manentes: præmia castitatis cape nō posse. Quod si indigne accipiūt: mariti nō mihi irascant̄: sed scripturis sanctis: imo episcopis & presbyteris & diaconibus: & uniuerso choro sacerdotali leuitico: qui se nouerunt hostias offerre non posse: si opi seruant coniugali. Sed eo loco ubi de Apocalypsi testimoniū posuimus: nōne manifestū est: quid de uirginibus & uiduis & coniugibus senserimus: Hi sunt qui cantāt canticū nouū: quod nemo pōt cātare: nisi qui uirgo est hi sunt primitiæ dei & agni & sine macula. Si uirgines primitiæ dei sunt: ergo uiduæ & in m̄rimonio cōtinētes erunt post primitias: hoc ē in secūdo & tertio gradu. In secūdo & tertio gradu uiduas ponimus & maritatas: & hæretico furore dicimur dānare nuptias: Multa sunt quæ per oēm libꝛe cauto moderamine de uirginitate: de uiduis: de nuptiis diximus. Sed breuitatis studio unū adhuc ponā testimoniū: cui nō reor contradicētus: nisi eū qui aut se inimicum probare uoluerit: aut uerē: nā cū proposuissem quod domus isset ad nuptias in chana galilæa: post quædā etiā hæc addidi. Qui enim semel iuit ad nuptias: semel docuit esse nubendū: & tunc uirginitati posset officere: si nuptias post uirginitatē & uiduitatis castimoniā: non in gradu tertio poneremus. Nunc autē cum hæreticorū sit dānare coniugia: & dei spernere cōditionē: quicquid de laude dixerint nuptiarū libenter audimus. Ecclesia enim nō dānat m̄rimonia: sed subiicit: nec abiicit: sed dispensat: sciens sicut supra diximus in domo magna: non solū esse uasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia & alia esse in honorem: alia in contumeliam. Et quicūque se mundauerit: eum futurū esse uas honorabile: & necessariū in omne opus bonum præparatū. Quicquid inquam de laude dixerint nuptiarū: libenter audimus. Laudari nuptias libenter audimus & nuptias condēnamus: Ecclesia matrimonia non damnat: sed subiicit. Velitis nolitis: maritus subiicitur uirginitati & uiduitati ecclesia nuptias: Sed nuptias in suo opere permanentes subiicit: non damnat: nec abiicit: sed dispensat. In potestate uestra est: si uelitis secundum pudicitia gradum scandere. Quid indignamini: si in tertio stantes nolitis ad superiora properare? Igitur cum toties & tam crebro lectorem admonuerim: & per singula pene tractatum milia cautus uiator incessem: me ita recipere nuptias: ut eis continentes uiduas uirginesque præferret: debuerat prudens & benignus lector etiam ea quæ uidentur dura: æstimare de cæteris: & non in uno atque eodē libro criminari me diuersas sententias protulisse. Quis enim tam hebes & sic in scribēdo rudis est: ut idem laudet & damnet: ædificata destruat: & destructa ædificet: & cum aduersarium uicerit: suo nouissime mucrone feriatur. Si rusticani homines & uel rhetoricæ uel dialecticæ artis ignari detraherent mihi: tribuerem ueniā in peritiæ: nec accusationem reprehenderem: ubi nō uolūtatem in culpa cernerem: sed ignorātiā. Nunc uero cū disertis homines: & liberalibus studiis eruditi: magis uelint lædere quæ intelligere: breuiter a me responsū habuerant corrigere eos debere peccata: non reprehendere. Patet cāpus: stat econtra acies: aduersarii dogma manifestū est: &

(Irrisus monogam)

est: & ut uirgilianū aliqd inferā: Illū aspice cōtra. Qui uocat. Respōdeāt aduersario. Aliter teneāt modū i dispu
tādo: aliter uirgā in docēdo: & me in libris suis: qd uel prātermiseri uel addiderim doceāt. Reprehēsores nō au
dio sequor magistros. Delicata doctrina est: pugnātū ictus dictare de muro. Et cum ipse unguētis delibutus sis
cruentū militē accusare formidinis. Nec hoc dicēs statim iactātia reus sū: q; cæteris dormiētibus: solus certaue
rim. Sed hoc dico: cautius eos posse pugnare: qui me uiderint uulneratū. Nolo tale certamē adeas: in quo tātū
te ptegas: & torpēte dextra sinistra clypeū circūferas: aut feriendū tibi est aut cadēdū. Nō possū te æstimare ui
ctorē: nisi aduersariū uidero trucidatū. Legimus o eruditissimi uiri: in scholis pariter & Aristotelica illa de Gor
gia fontibus manātia: simul didicimus plura esse uidelicet genera dictādi. Et iter cætera aliud eē gymnasticos
scribere: aliud dogmaticos. In priori uagā esse disputationē: & aduersario respōdentē: nūc hęc nūc illa ppone
re. Argumētari ut libet: aliud loq; aliud agere: panē ut dī ostēdere: lapidē tenere. In sequēti aut aperta frōs: & ut
ita dicā igenuitas necessaria est. Aliud est quarere: aliud definire: in altero pugnādū: i altero docēdū est. Tu me
stātē in pœlio: & de uita piclitātē studiosus magister doceas. Noli ex obliquo & unde nō putaris: uulnus i ferre
directo pcutē gladio. Turpe tibi est hostē dolis ferire nō uiribus: q̄si nō & hęc ars sūma pugnātū sit: alibi mina
ri: alibi pcutere. Legite obsecro uos Demosthenē: legite Tulliū: ac ne forsitan rhetores uobis displiceāt: quorū ar
tis est uerisimilia magis q̄ uera dicere. legite Platonē: Theophrastū: Xenophontē: Aristotelē: & reliquos qui de
Socratis fōte manātes: diuersis cucurrere flumibus: qd in illis aptū qd simplex ē: Quæ uerba nō sensuū? Qui
sensus nō uictoriā? Origenes: Methodius: Eusebius: Apollinaris: multis uersuum milibus scribūt aduersus Cel
sum & Porphyriū. Cōsiderate qbus argumētis & q̄ lubricis pblematibus: diaboli spū cōtexta subuertāt. Et q̄ i
terdū cogunt loqui: qd nō sentiūt: sed qd necesse est: dicūt aduersus eos qui dicunt esse gētiles. Taceo de latinis
scriptoribus: Tertulliano: Cypriano: Minutio: Victorino: Lactātio: Hilario: ne nō me tam defendisse: q̄ alios ui
dear accusasse: Paulū apostolū pferā: quē quotiēscūq; lego: uideor mihi nō uerba audire: sed tonitrua. Legite e
pistolas eius & maxime ad Romanos: ad Gallatas: ad Ephesios: in quibus totus in certamine positus est: & uide
bitis eū in testimoniis: quæ sumit de ueteri testamēto: q̄ arufex: q̄ prudens: q̄ dissimulator sit eius qd agit. Vidē
tur quædā uerba simplicia: & q̄si inocētis hoīs ac rusticani: & qui nec facere nec declinare nouerit insidias. Sed
quocūq; respexeris: fulmina sunt. Hæret in causa capit oē qd tetigerit: tergū uertit: ut supet: fugā simulat: ut oc
cidat. Columniemur ergo illū: atq; dicamus ei. Testimonia qbus cōtra Iudæos: uel cæteras hæreses usus es: ali
ter in suis locis: aliter in tuis epistolis sonāt. Videbimus exēpla captiua: seruierūt tibi ad uictoriā: quæ in suis uo
luminibus non dimicant. Nōne nobis loquit̄ cū saluatore: aliter foris: aliter domi loquimur? Turbæ parabolas:
discipuli audiunt ueritatē. Proponit pharisæis dominus quæstiones: & nō edisserit. Aliud est docere discipulū:
aliud aduersariū uincere. Mystrium inquit meū mihi: mysteriū meū mihi & meis: Indignamini mihi q; Ioui
nianū nō docuerim: sed uicerim: Immo indignant̄. ii illū anathematizatū dolent: & cū laudant qd sunt: accusāt
qd esse se simulant. Quasi uero rogandus fuerit ut mihi crederet: & nō inuitus ac repugans in ueritatis uinclā
ducendus. Et hęc dicerem: si uincendi studio contra regulam scripturæ: quippiam locutus fuissē: & sicut uiri
fortes in controuersis solent facere: culpam præmio redimerem. Nunc uero cum interpres magis apostoli fue
rim q̄ dogmatistes: & commentatoris sim usus officio: quicquid durū uidetur ei magis imputetur quem exposui
mus: q̄ nobis qui exposuimus: nisi forte ille aliter dixit: & nos simplicitatē uerborū eius maligna interpretatione
detorsimus. Qui hoc arguit de ipsis scripturis probet. Diximus si bonū est mulierē non tangere: malū ergo est
caelum

Allophylis

Salim

Eunuchus

terna

qua

18

bit dominus uxore. Audiamus & Ezechielē filium hominis quomodo de eius uirtute pronunciet: qui hominis futurus est filius. Assumā uos de gentibus: & aspergā super uos aquā mundā: & mundabimini ab omnibus im-
 mūditatis uestris: & dabo uobis cor nouū: & spiritū nouum: ab oibus iquit mūdabo uos sordibus. In oibus nihil
 pratermittit. Si sordes emundant: q̄to magis mūditiā non coinquinant: dabo uobis cor nouū & spiritū nouū.
 In Christo enī iēsu neq; circuncisio aliqd̄ ualet: neq; praputiu: sed noua natura: unde cātamus canticū nouum
 & uetere homine deposito: nō ambulamus in uetustate litterarū: sed in nouitate spiritus. Hic est calculus nouus:
 cui nouū nomē scribet: quod nemo scit legere nisi q̄ illud acceperit. Quotquot enī baptizati sumus ī Christo
 iēsu: in morte illius baptizati sumus. Cōsepulti enī sumus p̄ baptismū in morte: ut quomodo surrexit Christus
 a mortuis p̄ gloriā patris: ita & nos ī nouitate uiā ambulemus. Totiens nouitatē legimus: & tā maculosū nomē
 uxoris non potest ulla nouitate deleri. Cōsepulti sumus Christo in baptisate: & resurreximus p̄ fidē opera-
 tionis dei: qui suscitauit eū a mortuis. Cūq; essemus mortui ī delictis & in praputio carnis nostrā: cōiuiuificauit
 nos cū illo: donans oīa delicta: delens quod aduersū nos erat cyrographū decreti: quod erat contrariū nobis: &
 ipsū tulit e medio: affigens illud cruci. Oīa nostra cū Christo mortua sunt uniuersa cyrographi ueteris peccata
 deleta sunt: solū nomē uiuū uxoris. Dies mihi deficient: si cūcta quæ ad potentiā baptismi p̄tinent: de scripturis
 sanctis uoluerō digerere: & natiuitatis secundā: imo in Christo prima ponere sacramēta: Ante q̄ dictādi finē fa-
 ciā (Iam enī intelligo mensurā me excedere epistolæ) uolo superiora capitula: in quibus futuri episcopi uita de-
 scribit: cursim exponere: ut apostolū non ī unius uxoris elogio: sed in oibus quæ præcipit: doctorē gentiū susci-
 piamus. Simul obsecro: ne quis me ī suggillationē istius tēporis sacerdotū scripsisse quæ scripsi existimet: sed ī
 ecclesiæ utilitatē. Ut enī oratores & philosophi describentes qualē uelint esse p̄fectū oratorē & philosophū: nō
 faciunt iniuriā Demostheni & Platoni: sed res ipsas absq; p̄sonis definiunt. Sic in descriptione episcopi & ī eorū
 expositione quæ scripta sunt: quasi speculū sacerdotū proponit. Iā in potestate & ī consciētia singulorū est qua-
 les se ibi aspiciant: ut uel dolere ad deformitatē: uel gaudere ad pulchritudinē possint. Siquis episcopatū delide-
 rat: bonū opus desiderat. Opus: nō dignitatē: non delicias: opus p̄ quod humilitate decrescat: nō intumescat fasti-
 gio. Oportet ergo episcopū irreprehensibilē esse: idipsū quoq; ad Titū: si quis est sine crimine: omnes uirtutes ī
 uno sermone cōprehendit: & pene rē contra naturā exigit. Si enī omne peccatū etiā in ocioso uerbo reprehēsi-
 o ne dignū est: quis est ille qui absq; peccato: id est sine reprehēsiōe uerset in mūdo? Sed futurus pastor ecclesiæ
 talis eligit: ad cuius cōparationē recte grex ceteri nominent. Definiunt rhetores oratorē qui sit uir bonus: di-
 cendi peritus. Ante uita sic lingua irreprehensibilis q̄ritur: ut doctus merito suscipiat: p̄dit enī auctoritatē dicē-
 di: cuius sermo opere destruit. Vnius uxoris uix: de hoc supra diximus. Nūc autē admonemus: ut si unius uxo-
 ris uir etiā ante baptismū quæritur: cetera quoq; quæ præcepta sūt: ante baptismū requiramus. Neq; enī com-
 petit uniuersa post baptismū: & unū hoc mandatū intelligere ante baptismū. Sobriū siue uigilantē *νηφαλιος*
 quippe utrūq; significat: prudentē: ornatū: hospitalē: doctorē. Sacerdotes qui ministrāt in tēplo dei: prohiben-
 tur uinū & liceram bibere: ne in crapula & ebrietate aggrauent corda eorū: & ut sensus officii exhibens deo ui-
 geat semper: & tenuis sit. Quod autē infert prudentē: excludit eos qui sub nomine simplicitatis excusant stulti-
 tiā sacerdotū. Nisi enī cerebrū sanū fuerit: omnia mēbra in uitio erunt. Ornatū quoq; *επι Τόσο* id est intentio
 est prioris uerbi: id est irreprehensibilis qui uitia non habet irreprehensibilis appellatur: qui uirtutibus pollet: or-
 natus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc uerbo iuxta illud Tullii. Caput est artis docere quod facias. Sunt
 enī quidā ignorantes mensurā suā: & tantæ stoliditatis ac uecordiæ: ut & in motu & ī incessu & in habitu & ī ser-
 mone comuni risū se expectantibus tribuant: & quasi intelligentes quid sit ornatus: comunt se uestibus & mun-
 ditatis corporis: & lautioris mensæ epulas parant: cū oīs istiusmodi ornatus & cultus sordibus foedior sit. Quod
 autē doctrina a sacerdotibus expetat: & ueteris præcepta sunt legis: & ad Titū plenius scribitur. Innocēs enī
 & absq; sermone conuersatio: quantū exēplo prodest: tātum silētio nocet. Nam & latratu canū baculoq; pasto-
 ris luporū rabies deterrenda est: non uinolentū: non percussorem: uirtutibus uitia opposuit. Didicimus quales es-
 se debeamus: discamus quales non esse debeant sacerdotes: uinolentia scurrōnū est & cōmessatorū: uenterq; me-
 ro astuās: cito despumat in libidines: in uino luxuria: in luxuria uoluptas: in uoluptate ipudicitia est. Qui lu-
 xuriatur uiuens mortuus est: ergo qui inebriatur & mortuus & sepultus est. Noe ad unius horæ ebrietatem nu-
 dat femora sua: quæ per sexcentum annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam nesciens libidini miscet i-
 cestū: & quem Sodoma non uicerat uina uicerunt. Percussorem autē episcopū ille condēnat: qui dorsum posu-
 it ad flagella: & maledictus non remaledixit: sed modestū. Duobus malis unū opposuit bonum: ut temulentia
 & ira modestia refrenentur: non litigiosum: non auarum: nihil enim impudentius arrogantia rusticorum: qui
 garrulitatem auctoritatem putant: & parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus to-
 nant. Auaritiam in sacerdote uitandam & Samuel docet: nihil coram populo eripuisse se cuiq; probans: & apo-
 stolorum paupertas: qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant: & præter uictum atq; uestitum nihil se
 aliud nec habere: nec uelle gloriabantur. Quam ad Timotheum auaritiam: ad titum turpis lucri cupiditatē a-
 pertissime notat. Domum suam bene regentem: non ut opes augeat: non ut regias paret epulas: non ut calatas
 patinas struat: & phasides aues lentis uaporibus coquat: qui ad ossa perueniant: & superficiē carnis non dissol-
 uant artificii tēperamento. Sed ut quod populo præcepturus est: prius a domesticis exigit: filios habentē subci-
 tos cū omni castitate: ne scilicet imitent filios Heli qui in uestibulo tēpli cū mulieribus dormiebant: & religio-
 nē prædam putantes: quicquid optimū in hostiis erat: in suas delicias conuertebant. Non Neophitum: ne in su-
 perbia elatus in iudicium incidat diaboli. Mirari satis non queo: quæ hominum tanta sit cæcitas: de uxori

Sugallano

Orator uir bonus

Cicero

Saurones
Comissatores.
Noe.
Loth.

Heli filij

bus ante baptismū disputare: & rem in baptisate mortuā: imo cū christo uiuificatā in calūniam trahere: cum tam apertū: euidensq; præceptū nemo custodiat: heri cathecuminus: hodie pontifex: heri in amphiteatro: hodie in ecclesia: uespe in circo: mane in altari: dudū fautor histrionū: nunc uirginū consecrator. Num ignorabat apostolus tergierationes nostras: & argumentorū ineptias nesciebat: qui dixit unius uxoris uir: ipse mādauit irreprehensibilē sobriū prudentē ornatū hospitalē doctore modestū: non uinolentū: non p̄cussorē: non auarū: non neophitū. Ad hæc omnia claudimus oculos: solas uidemus uxores. Quod autē ait ne in superbiā elatus incidat in iudiciū diaboli: quis non exēplo uerū prober? Ignorat momētaneus sacerdos humilitatē & mansuetudinem rusticorū. Ignorat blanditias christianas: nescit se ipsū contēnere: de dignitate transserē ad dignitatē: non ieiunauit: non fleuit: & non mores suos sæpe reprehendit: & assidua meditatione correat: nō substantiā pauperibus erogauit. De cathedra quodāmodo ducitur ad cathedrā: id est de superbiā ad superbiā. Iudiciū autē & ruina diaboli: nulli dubiū quin arrogantia sit. Incidunt in eā qui in puncto horæ: nec dū discipuli iā magistrisunt. Oportet autē eū & testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt: quale principiū: talis & clausula. Qui irreprehensibilis est: nō solū a domesticis: sed ab alienis consono ore laudat. Alieni & extra ecclesiā sunt: iudæi: hæretici: atq; gentiles. Talis ergo sit pontifex christi: ut q̄ religioni detrahunt: uitæ eius detrahere non audeant. At nūc plerorūq; cernimus: uel fauorē populi in aurigæ modū præcio redimere uel tanto oīum hoīum odio uiuere: ut non extorqueant pecunia: quod minime ipetrant gestibus. Hic fili Oceane sollicito timore perquire: hæc magistri ecclesiæ custodire debebant: hos in sacerdotibus eligendis canones obseruare: non iuxta propria odia & priuatas similtates: carpentēq; semp̄ auctore suum inuidiā legē christi interpretari. Vide q̄tum sit testimoniū huius: quē arguunt mariti: cui præter uinculū: cōiugale: & hoc ante baptismū: nihil aliud ab æmulis obiici potest. Qui præcipit non mœcchandū: ipse dixit & non occides. Si nō mœcchamur: sed occidimus: transgressores legis sumus: qui totam legem seruauerit: & offenderit in uno sit omnium reus. Itaq; cū opposuerint nobis uxore ante baptismū: nos ab eis omnia quæ post baptismum præcepta sunt requiramus: prætereunt quod non licet: & obiiciunt quod concessum est.

Hieronymi ad Alipiū & Augustinū episcopos eorū opera atq; auxilio hæresim cælestinā extinctā gratulantis: & excusantis quare contra libros Aniani pseudo diaconi rescribere distulisset. Epistola. L.

Dominis uere sanctis atq; omni affectione ac iure uenerandis Alipio & Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutē. Sanctus Innocentius præbyter qui huius sermonis est portitor: iāno præterito quasi nequaq; in africā reuersurus: mea ad dignationē uestrā scripta non sūpsit. Tamen deo gratias agimus: q̄ ita euenit: ut nostrū silentiū uestris epistolis uiceretis. Mihi eni omnis occasio gratissima est p̄ quam scribo uestræ reuerētix: testē inuocans deū: q̄ si posset fieri assūptis alis columbæ uestris amplexibus implicarer. Sæper quidē pro merito uirtutū uestrarū: sed nunc maxime quia cooperantibus & auctorebus uobis hæresis cælestina iugulata est: quæ ita infecit corda multorū: ut cū superatos dānosq; esse se sentiāt: tamen uenena mentiū non omittant: & quod solū possunt nos oderint: per quos putant se libertatē docēdæ hæreseos perdidisse. Quod autē q̄ritis utrum rescripserim contra libros Aniani pseudo diaconi celedensis: qui copiosissime pascitur: ut alienæ blasphemix uerba friuola subministrat: sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio præbytero suscepisse: non ante multū temporis: & exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctæ & uenerabilis filix uestræ Eustochii ita doluisse: ut prope modū contēnendos putarem. In eodē eni luto hæsitat: & exceptis uerbis tinulis atq; emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multū egimus: ut dū epistolæ meæ respondere cōnatur: apertius se proderet & blasphemias suas oibus patefaceret. Quicquid enim in illa miserabili synodo dispolitana dixisse se denegat: in hoc opere confitetur: nec grande est ineptissimis neniis respondere. Si autem dominus uitam tribuerit: & notarioꝝ habuerimus copiā: paucis lucubrationibus respondebimus: non ut cōuincamus hæresim emortuā: sed ut imperitiā atq; blasphemiam eius nostris temporibus confutemus. Meliusq; hoc faceret sanctitas uestra: ne compellamur contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij communes Albina Piniamus & Melania plurimū uos salutant. Has litterulas de sancta Bethleem sancto præbytero Innocentio dedi præferendas. Neptis uestra Paula miserabiliter præcatur: ut memores eius sitis: & multum uos salutat. Incolumes uos & memores mei domini nostri iesu christi tueatur clāmentia domini uere sancti atq; omnium affectione uenerabiles patres.

Eiusdē ad Augustinū de zelo fidei cōtra hæreticos gratulatoria & de odio & de p̄secutiōe eorū. Epistola. LII.

Domino sancto ac beatissimo papæ Augustino Hieronymus. Omni qdē tēpore beatitudinē tuā eo quo decet honore ueneratus sū: & habitantē in te dilexi dominū saluatorē: & nūc si fieri potest cumulo aliqd addimus & plena cōplemus: ut absq; tui nominis mentione ne unā qdē horā præterire patiamur: qui cōtra flātes uetos ardore fidei p̄stitisti: maluistiq; q̄tū in te fuit solus liberari de sodomis: q̄ cum pereuntibus cōmorari. Scit qd dicā prudētia tua. Macte uirtute i orbe celebraris: catholici te conditorē antiquæ rurū fidei uenerantur: atq; suspiciunt: & quod signū maioris gloriæ est: omnes hæretici detestantur: & me pari persequuntur odio: ut quos gladiis nequeāt uoto interficiant. Incolumē & mei memorē te christi domini clāmentia tueatur domine uenerande & beatissime papa.

Ad eundem de eiusdem hæreticorum perfidia: & ut opinor de origenianis loquitur: quorum hierosolyma p̄ Ioannem episcopum impium dogma deciderat. Epistola. LIII.

Multi utroq; claudicāt pedes: & ne fractis quidem ceruicibus inclinant. habētes effectum erroris pristini: cū prædicandi eandē non habeant libertatē. Sancti fratres qui cū nostra sunt paruitate præcipue sancti

Episcopos q̄ntos

inuidia auctorem carpit sau

Synodus dispolitana

sanctæ ac uenerabiles filia tuæ simpliciter te salutant. Fratres tuos dominū meū, Alipiū & dominū meū Euo / diū ut meo nomine salutes: præcor coronā tuā. Capta Hierusalē tenet a Nabuchodonosor: nec Hieremia uult audire consilia: quin potius ægyptū desiderat ut moriatur in taphnes: & ibi seruitute pereat sempiterna.

h Actenus de hæreticis eorūq; dogmatibus & apologiæ contra eorum calūnias scripta sunt præmissa. Nunc incipit quartus tractatus primæ partis principalis: & primo de origine animæ quæstio præter mittitur: quæ ad fidē pertinet: & ex Origenis errore descendit.

Beati Hieronymi ad Marcellinum & Anapsychiam de origine animæ catholicorum atq; hæreticorum sententias referentis. Epistola. LIII.

d Omnis uere sanctis atq; omni officiorū charitate uenerādis filius Marcellino & Anapsychiæ Hieronymus in christo salutē. Tandē ex Africa uestræ litteras unanimatis accepi: & non me penitet impudentiæ: qua tacētib; uobis epistolas meas frequenter ingessi: ut rescriptū mererer: & uos esse sospites nō aliis nūciantibus: sed uestro potissimū sermōe cognoscerē. Super animæ statu memini uestræ quæstionis: imo maxime ecclesiasticæ quæstionis: Vtrū lapsa de cælo sit ut Pythagoras philosophus: omnesq; Platonici & Origenes putant aia. An a propria dei substantiā: ut Stoici Manichæus & Hispaniæ priscilliāi hæreses suspicant. An in thesauro habeant dei olim cōditæ: ut quidā ecclesiastici stulta persuasione cōfidunt. An quotidie a deo fiant: & mittant in corpora: secundū illud quod in euangelio scriptū est. Pater meus usq; modo operat: & ego operor. An certe ex traduce: ut Tertullianus Apollinaris & maxima pars occidentaliū autumat ut quomodo corpus ex corpore: sic aia nascat ex anima: & simili cū brutis animātib; conditione subsistat. Super quo quid mihi uideatur in opusculis contra Ruffinū scripsisse me noui: aduersus eū libellū: quē sanctæ memoriæ Anastasio episcopo romanæ ecclesiæ edidit: in quo lubrica & subdola: imo stulta cōfessione: dū auditorū simplicitati illudere nitit: suæ fidei: imo perfidiæ illulit quos libros reor sanctū parentē uestrū habere Oceanū: olim enī editi sunt multis Ruffini libris aduersus calūnias respondēt. Certe habes ibi uig. sanctū & eruditū Augustinū episcopū: qui uiua ut aiunt uoce docere te poterit: & suā: imo per se nostrā explicare sententiā: & Ezechielis uolumē olī aggredi uoluit: & sponsonē creberrimā studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictandī exordio: ita animus meus occidentalium prouinciæ: & maxime urbis romanæ uastatione cōfusus est: ut iuxta uulgare prouerbiū: propriū quoq; ignorare uocabulū: diuq; tacui sciens tēpus esse lachrymarū. Hoc autē āno cū tres explicasse libros: subitus ipetus barbarorū: de quibus tuus dicit Virgilius. Lateq; uagantes Barchæi: & sancta scriptura de Ismahel contra faciē oīum fratru suorū habitabit: sic ægypti limitē: palæstinæ: phœnicis: Syriæ percurrit inlar torrentis cuncta secū trahens: ut uix manus eorū misericordia christi potuerimus euadere. Quod si iuxta inelytū oratorē silent iter arma leges: q̄to magis studia scripturarū: quæ & librorū multitudinē & silētiū: ac librariorū sedulitate quodq; propriū est securitate & ocio dictantiū idigent: Duos itaq; libros mihi sanctæ filia meæ Fabiolæ: quorū exēpla si uolueris: ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia q̄ppe tēporis alios describere non potui: quos cū legeris & uestibula uideris: facilis cōiectura erit: qualis ipsa sit futura domus. Sed credo i dei misericordia: qui nos audiuit in difficillimo principio supradicti operis: q̄ ipse adiuuet & in penulimis pphetæ partibus in quibus Gog & Magog bella narrantur: & in extremis in quibus sacratissimi & inexplicabilis tēpli ædificatio: uarietas mensurāq; describitur. Sanctus frater noster Oceanus: cui uos cupitis cōmendari: tātus & talis est: & sic eruditus in lege domini: ut absq; nostro rogatu instruere uos possit: & nostrā super cūctis quæstionibus scripturarū: pro modulo comunis ingenii explicare sententiā. Incolumes uos & proluxa ætate florēt: christus deus noster tueatur omnipotens domini uere sancti.

Beati Augustini hipponiēsi episcopi ad Hieronymū de origine aia: ubi sciscitat ab illo: si illa snia seq̄nda sit: q̄ nascētib; singulis aia de nouo creatæ ifundant: quomodo sit satisfaciendū q̄renti: ubi cōtraxerit aia reatū quo trahat in condēnationē: nisi p sacramentū baptisimi illi gratia christi subuenerit. Epistola. LIIII.

d Eum nostrū qui nos uocauit in suū regnū & gloriā: & rogauit: & rogo: ut hoc quod ad te scribo sanctæ frater Hieronymus: cōsulēs te de his quæ nescio fructuosū esse nobis uelit. Quāq; enī te multo q̄ ego sum ætate maiore: tamen etiā ipse iam senex cōsulo. Sed ad discendū quod opus est: nulla mihi ætas fera uideri potest: quia & si senes magis decet docere q̄ discere: magis tamen discere q̄ quid doceant ignorare. Nihil equidē molestius fero in omnibus angustiis meis: quas patior in difficillimis quæstionibus q̄ in tam longinquo tuæ charitatis absentia: ut uix possim meas dare uel recipere litteras tuas: per interualla non dieq; non mensū sed aliquot annorū: cū si fieri posset: quotidie te presentē habere uellē: cū quo loquerer quicquid uellē. Nec ideo tamen non debui facere quod potui: si nō potui totū quod uolui. Ecce uenit ad me iuuenis religiosus: catholica pace frater: ætate filius: honore cōpresbyter noster Orosius uigil ingenio: paratus eloquio: flagrans studio: utile uas in domo domini esse desiderans: ad refellendas falsas perniciosasq; doctrinas: quæ animos hispanorū multo infelicius q̄ corpora barbaricis gladiis trucidarūt. Nā inde ad nos usq; ad Occani littore properauit: fama excitus: q̄ a me posset de his quæ scire uellet: quicquid uellet audire. Neq; nullū cepit aduentus sui fructū: primo ne de me multum famæ crederet: deinde docui hominē: quod potui: quod autē non potui: unde discere posset admonui: atq; ut ad te iret hortatus sum. Quā in re cōsiliū uel præceptū meū cū libenter & obediēter acciperet: rogauit eū: ut abs te ueniens per nos ad propria remaneret. Quā eius sollicitationē tenēs occasionē mihi credidi a domino esse cōcessā: qua tibi scriberē de his quæ p te scire cupio. Querebā enim quem ad te mitterem: nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi & alacritate obediēdi & exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum iuuenem expertus sum: eū ipsum esse qualē a domino petebā: dubita

re non potui. Accipe igitur quæ mihi peto aperiri: ac differere: nō graueris. **Q**uæstio de anima multos mouet in quibus & me esse confiteor. Nā quid de anima firmissime teneā: non tacebo: deinde subiungam: quid mihi adhuc expediri uelim. Anima hominis immortalis est: secundū quēdam modū suū. Non enim omnimodo sicut peus: de quo dictū est: quia solus habeat immortalitē. Nā de animæ mortibus sãcta scriptura multa cōmémorat. Vnde est illud: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed quod ita moritur alienata a uita dei: ut tamen in natura sua uiuere nō omnino desistat. Ita mortalis ex aliqua causa iuenitur: ut etiā immortalis non sine ratione dicatur. Non est enim pars dei anima. Si enī hoc esset: omnimodo incōmutabilis atq; incorruptibilis esset. **Q**uod si esset: nec deficeret in deterius: nec proficeret in melius: nec aliquid in semetipsa uel iciperet habere quod nō habebat: uel desineret habere quod habebat: quantū ad eius ipsius affectiones pertinet. **Q**uā uero aliter se habeat: non opus est extrinsecus testimonio: quisquis seipsū aduertit: agnoscit. Frustra autē dicitur ab eis: qui aiām dei partē esse uolunt: hanc eius labem ac turpitudinē: quā uidemus in nequissimis hoibus: hanc deniq; ifirmitatē & ægritudinē: quā sentimus in oibus hoibus: non ex ipsa illi esse: sed ex corpore: quid interest unde ægrotet: quæ si esset incōmutabilis: aliquo modo unde libet ægrotare nō posset. Nā quod uere incōmutabile & incorruptibile est: nullius rei accessu cōmutari uel corrūpi potest. Alioquin non achillea tantū: sicut fabulæ ferunt: sed omnis caro esset iuulnerabilis: si nullus ei casus accidisset. Nō est itaq; natura incōmutabilis: quæ aliquo modo: aliqua causa: aliqua parte mutabilis est. Deū autē nefas est nisi uere sūmeq; incōmutabile credere. Nō est igitur anima pars dei. Incorporeā quoq; esse animā & si difficile tardioribus psuaderi potest: mihi tamen psuasum esse fateor. Sed ne uerbi controuersia uel supfluo faciā uel merito patiar: quoniā cū de re constat: nō est opus certare de nomine: si corpus est: omnis substantia uel essentia: uel si quid aptius nūcupat id quod aliquo modo est in seipso corpus est aīa. Itē si eam solā incorporeā placet appellare naturā: quæ sūme incōmutabilis: & ubiq; tota est: corpus est anima: quoniā tale aliquid ipsa nō est. Porro si corpus nō est: nisi quod per loci spatium aliqua longitudine latitudine & altitudine ita sistit uel mouet: ut maiore sui parte maiore locū occupet: & breuiore breuiore: minusq; sit in parte q̄ in toto: nō est corpus aīa. Per totū quippe corpus quod animat: nō locali diffusionē sed quadā uitali itentione porrigit. Nā p omnes eius particulas tota simul adest: nec minor in minoribus est: in maioribus maior: sed alicubi itensius: alicubi remissius: & in oibus tota: & in singulis tota est. Neq; enī aliter q̄ in corpore etiā non toto sentit: tamē tota sentit. Nā cū exiguo puncto in carne uiua aliquid tangit: quis locus ille non solū totius corporis nō sit: sed uix in corpore uideat: aiām tamē totā non latet. Neq; id quod sentit: per corporis cuncta discurrit: sed ibi tantū sentit: ubi sit. Vnde ergo ad totā mox puenit: quod nō in toto sit: nisi quia & ibi tota est: ubi sit. Nec ut tota ibi sit cætera deserit. Viuunt enī & illa ea presente: ubi nihil tale factū est. **Q**uod si fieret: & utrūq; simul fieret: simul utrūq; totā pariter non lateret: pro inde & in oibus simul: & in singulis particulis corporis sui tota simul esse nō posset: si per illas ita diffunderet: ut uidemus corpora diffusa per spatia locorū minoribus suis partibus minora occupare: & amplioribus ampliora. **Q**ua propter si corpus aīa esse dicēda est: nō est certe corpus: quale terrenū est: nec quale humidū: aut aerū: aut æthereū. Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis: & minora in minoribus: & nihil eorū in aliqua sui parte totū adest: sed ut sunt partes locorū: ita occupant partibus corporū. Vnde intelligit aīa: siue corpus siue incorporea dicenda sit propriā quādā habere naturā: omnibus his mudanæ molis elementis excellentiore substantiæ creatā: quæ ueraciter nō possit in aliqua fantasia corporaliū imaginū: quas per carnis sensus percipimus cogitari: sed mente intelligi: uitaq; sentiri. Neq; hoc perinde loquor: ut te quæ tibi nota sunt doceā: sed ut aperiā quid firmissime teneā: ne me quisq; cū ad ea uenero quæ requiro nihil de aīa uel sciētia uel fide tenere arbitretur. Certus etiam sum animam nulla dei culpa: nulla dei necessitate uel sua: sed propria uoluntate in peccatū esse collapsā: nec liberari posse de corpore mortis huius suæ uoluntatis uirtute tanq; sibi ad hoc sufficēte: uel ipsius corporis morte: sed gratia dei per iesū christū dominū nostrū. Nec omnino esse aiām ullā in genere humano: cui nō sit necessarius ad liberationē dei & hominū mediator homo iesus christus. **Q**uæcūq; autē sine gratia mediatoris & sacramēto eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit: & in pœnā futurā: & ultimo iudicio recepturā corpus ad pœnā. Si autē post generationē humanā: quæ facta est ex Adā: regeneretur in christo ad eius pertinens societate: & requiem post mortē corporis habiturā: & corpus ad gloriā recepturā. Hæc sunt quæ de anima firmissime teneo: nunc accipe obsecro quid requirā: & noli me spnere: si te non spnat qui pro nobis dignatus est spni. **Q**uæro ubi anima cōtraxerit reatū: quo retrahatur in condēnationē: etiā infantibus morte præuentis: si ei p sacramētum: quo etiam paruuli baptizant: christi gratia nō subuenerit. Nō enī es ex illis qui modo noua qdā garrire cœperūt: dicētes nullū reatū ex Adā esse tractū: q̄ p baptismū in infante soluāt. **Q**uod te sapere si scire imo nisi te id non sapere scire nequaq; hæc abs te q̄rerem: aut q̄rendū putarē: sed quia tenemus de hac re sententiā tuam continentē catholicæ fundatissimæ fidei: quia & Iouiniani uaniloquia redarguēs adhibuisti testimonium ex libro Iob. Nemo mūdus in conspectu tuo: nec ifans cuius est diei unius uita sup terrā: deinde adiūxit: tenemurq; rei in similitudinē præuaricationis Adæ: & liber tuus in Ionā prophetā satis hæc insignit: dilucideq; declarat: ubi ieiunā paruulos ppter ipsū originale peccatū: merito coactos esse dixisti nō inconueniēter abs te q̄ro: hunc reatū anima ubi cōtraxit. Vnde oporteat eā etiā in illa ætate p sacramētū christianæ gratiæ liberari. Ego qdē ætate aliquot ānos: cū libros quosdā scriberē de libero arbitrio: q̄ in multorū manus exierūt: & habēt a plurimis q̄tuor opiniones de aīa incarnatione. Vtrū ex illa una quæ primo homini data est cætera ppagent: An singulis quibusq; noua etiā modo fiant: An alicubi iā existētes: uel mittant diuinitus: uel sponte labant in corpora: ita putauit esse tractandas: ut quælibet earum uera esset non impediret intentionem meam: qua tunc aduersus eos quantis poteram

Arbilla balthusa

conuenit

ps/serm

De Origine anime

Priscillianiste

Ignorantiam fatetur
Ingenit Augustini

poteram uiribus agebam: qui naturā mali suo principio præditam aduersus deū conantur inducere: id est contra Manichæos. Nā de priscillianistis adhuc nihil audierā: qui non multū ab istis dissimiles blasphemias fabulātur. Ideo quintā opinionē nō addidi: quā in tua epistola inter cæteras cōmemorasti: ne aliquā præterires: ubi de hac quæstione interroganti rescripsisti religiosæ memoriæ uiro: nobisq; i christi charitate gratissimo Marcelli / no q; aīa non sit pars dei. Primo quia non de incarnatione eius sed de natura q̄ritur: cū hoc q̄ritur. Deinde quia hic hoc sentiunt illi cōtra quos agebā: & id maxime agebā: ut creatoris inculpabilē inuolabilēq; naturā a creaturæ uitis & labe secerneret: cū illi a substantia mali: cui propriū principiū: principesq; tribuunt ipsā boni dei substātiā ex parte quæ capta est corruptā & oppressā ad peccandi necessitatē perductā esse cōtendūt. Hoc itaq; excepto hæreticæ opinionis errore ex quatuor reliquis opinionibus: quæ nā sit eligēda scire desidero. Quæcūq; enī eligenda est: absit ut ipugnet hanc fidē: de qua certi sumus: omni aīa etiā paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione peccati: eāq; nullā esse nisi per Iesū christū & hunc crucifixū. Proinde ne longum faciamus: hoc certe sentis: q; singulas animas singulis nascentibus etiā modo deus faciat. Cui sententiæ ne obiciatur q; omnes creaturas sexto die cōfirmauerit deus: & septimo requieuerit adhibes testimoniū ex euāgelio. Pater meus usq; nunc operatur: & ego operor. Sic enim ad Marcellinū scripsistis: in qua epistola etiā mei cōmemorationē beniuolentissime facere dignatus es: quod hic me haberet in Africa: qui ei ipsā facilius explicare possem sententiā. Quod si potuissē: non ille hoc abs te tam longe posito inquireret: si tamen id tibi ex africa scripsit. Nā quando scripserit nescio: tantū scio q; de hoc bene cognouerit cunctationē meā: unde me inconsulto facere uoluit. Quāq; si consuleret etiā magis hortarer: & gratias agerē: q; nobis cōferre oibus posset: nisi tu breuiter rescribere q̄ respondere maluissēs. Credo ne supfluo laborāres ubi ego essem: quē putabas id optime scire quod ille q̄sierat: ecce uolo ut illa sentētia etiā mea sit: sed nondū esse cōfirmo. Misisti ad me discipulos: ut ea doceā: quæ nondū ipse didici. Doce ergo quod doceā: nā ut doceā multi a me flagitant: eisq; me sicut alia multa & hoc ignorare confiteor. Et fortasse quis in os meū uerecundent: tamē apud se dicunt: Tu es magister i israel: & hæc ignoras. Quod quidem dominus ei dixit: qui erat unus illoꝝ: quos delectabat uocari rabbi: unde etiā ad uerq; magistrū nocte uenerat: quia fortassis erubescēbat discere: qui docere cōsueuerat: me autē potius magistrū audire: q̄ uelut magistrū delectat audiri. Recolo enī quid dixerit eis: quos præ cæteris elegit. Vos autē inquit nolite uocari ab hominibus rabbi. Unus enī est magister uester Christus Iesus. Nec alius docuit Moysen per iethro: nec alius Cornelīū etiam per priorē Petrū: nec alius Petrū etiam per posteriorē Paulū. A quocūq; uerq; dicitur. illo donante dicit: qui est ipsa ueritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus: & ea neq; orando neq; legendo neq; cogitando & ratiocinando inuenire potuimus: ut pbemus non solū indoctos quanta charitate doceamus: uerq; a doctis etiā quanta humilitate discamus. Doce ergo quæso quod doceā: doce quod teneam: & dic mihi: si animæ sigillatim in singulis nascentibus fiunt ubi in paruulis peccant: ut indigeant in sacramēto Christi remissione peccati peccantes in Adā: ex quo caro est propagata peccati. Aut si non peccant: qua iusticia creatoris ita peccato obligant alieno: cū exinde propagatis mēbris mortalibus inferunt: ut eas nisi per ecclesiā subuentum fuerit: dānatio consequat: cū in eas potestate non sit: ut eis possit baptismi gratia subueniri. Tot igitur animæ milia: quæ in mortibus paruuloꝝ sine indulgentia christiani sacramenti de corporibus exeūt: qua æquitate dānantur: si nouæ creatæ nullo suo præcedente peccato: sed uoluntate creatoris singulæ singulis nascentibus adhæserunt: quibus eas animandis ille creauit & dedit: qui utiq; nouerat: q; unaquæq; eas: nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura. Quoniā igitur neq; de deo possumus dicere: q; uel cogat aīas peccatrices fieri uel puniat innocentes: neq; negare fas nobis est eas: quæ sine Christi sacramento de corporibus exierint etiā paruuloꝝ non nisi in dānationem trahi: Obsecro te quomodo hæc opinio defenditur: qua credunt animæ non ex illa una primi hominis fieri omnes: sed sicut illa una uniuersa singulis singulæ. Ea uero quæ dicuntur alia contra hanc opinionē facile me puto posse refellere: sicuti est illud quo eam sibi quidam uidentur urgere: quomodo consumauerit deus omnia opera sua sexto die: & septimo requieuerit: si nouas adhuc animas creat. Quibus si dixerimus: q; ex euāgelio in supradicta epistola posuisti. Pater meus usq; modo operatur. Respondent operatur: dictū est institutas administrando: non nouas instituendo naturas: ne scripturæ geneseos contradicatur: ubi aptissime legitur consumasse deū omnia opera sua. Nam q; eū scriptū est requieuit se: utiq; a creādis nouis creaturis intelligendum est: non a gubernandis: quia tunc ea quæ non erant fecit: a quibus faciendis requieuit: quia consumauerat omnia: quæ ante q̄ essent uidit esse faciēda: ut deinceps non ea quæ nō erant: sed ex his quæ iam erant crearet: & faceret quicquid faceret. Ita utrūq; uerq; esse monstratur: & quod dictū est requieuit ab operibus suis: & quod dictū est usq; nunc operatur: quoniā Genesi non potest euāgelium esse contrariū. Verū his qui hoc ideo dicunt: ne credatur modo deus: sicut illam unam: nouas animas quæ non erant: facere: sed ex illa una quæ iam erat: eas creare uel ex fonte aliquo siue thesauro quodā quē tunc fecit: eas mittere facile respondetur: etiā illis sex diebus multa deū creasse ex his naturis quas iam creauerat: sicut ex aquis alites & pisces: ex terra autē arbores: scēnū: aīalia sed quod ea quæ non erant tunc fecerit manifestū est: nulla enī erat auis: nullus piscis: nulla arbor: nullū animal: & bene intelligitur ab his creatis requieuisse quæ non erant: & creata sunt: id est cessasse ne ultra quæ non erant crearent. Sed nūc qd̄ dicit animas nescio quo fonte iam existentes mittere: nec de seipso tanq̄ suas particulas irrorare: nec de una illa originaliter trahere: nec pro delictis ante carnē cōmissis carnis uinculis cōpedire: sed nouas creare singulas singulis suā cuiq; nascēti: nō aliqd̄ facere dicit: qd̄ ante nō fecerit. Iam enim sexto die fecerat hoīem ad imaginem suam: quod utiq; secundū aīam rationalem fecisse intelligit. Hoc & nūc facit: nō instituēdo qd̄ nō erat: sed multiplicādo quod erat. Unde & illud uerq; est: q; a re

Homo ad imaginē dei
creatus sibi ratio.

bus quæ non erant instituendis requieuit: & hoc uerum est: quod non solum gubernatio quæ fecit uerum etiam aliud: non quod nondum: sed quod iam creauerat numerosius creando usque nunc operatur. Vel sic igitur uel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis obiicitur de requie dei ab operibus suis: ne propterea non credamus nunc usque fieri aias nouas: non ex illa una: sed sicut illam unam. Nam quod dicitur quare facit aias eis quos nouit cito morituros: possumus respondere pariterum hinc peccata: uel conuici: uel flagellari: possumus etiam recte illius moderationi reliquere: quæ scimus omnibus temporaliter transuentibus rebus: ubi sunt etiam aialium ortus: & obitus cursu ornatissimum atque ordinatissimum dare: sed nos ista sentire non posse: quæ si sentiremus delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per prophetam: qui hæc diuinitus inspirata didicerat: dictum est de deo qui profert numerose sæculum: unde musica id est scientia sensus uel bene modulandi ad admonitionem magnæ rei etiam mortalibus rationales habentibus aias dei largitate cõcesla est. Vnde si homo faciendi artifex carminis: nouit quas quibus moras uocibus tribuat: ut illud quod canitur decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat & transseat: quanto magis deus cuius sapientia per quam fecit omnia longe omnibus artibus præferenda est: nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia: quæ tanquam syllabæ ac uerba ad particulas sæculi huius pertinent in hoc labentium rebus: tanquam mirabili canticum: uel breuius: uel productius quam modulatio præcognita & præfinita deposcit præterire permittit. Hoc cum etiam de arboris folio dixerit: & de nostrorum numero capillorum: quanto magis de hominis ortu & occasu: cuius uita temporalis breuius productius uel non teditur: quam deus dispositor temporum nouit uniuersitatis moderamini consonare? Id etiam quod aiunt: omne quod in tempore cepit esse: in mortale esse non posse: quia omnia orta occidunt: & aucta senescunt: ut eo modo credi cogant animam humanam: ideo esse in mortale: quod ante omnia tempora sit creatus non mouet fidem nostram. Ut enim alia taceam cepit esse in tempore immortalitatis carnis christi: quæ tamē iam non moritur: & mors ei ultra non dominabitur. Illud uero quod in libro aduersus Ruffinum posuisti quosdam huic sententiæ calumniari quod deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum: Vnde conatur astruere meritis gestæ ante carnem uitæ aias quasi ad ergastula huiusmodi iuxta posse perducere: non me mouet multa cogitationem quibus hæc possit calunia refutari: & quod ipse respondisti non esse uitium semetis in tritico: quod furto dicitur esse sublatum. Sed in eo qui frumenta furatus est nec ideo circum terram non debuisse gremio suo semina cõfouere: quia fator imunda proiiceret ea manu: elegantissima similitudo est. Quæ & ante quam legerem nulla mihi obiectio ista de adulterinis conceptibus in hac questione faciebat angustias generaliter inuenienti multa bona deum facere: etiam de nostris malis nostrisque peccatis. Aialis autem cuiuscumque creatio habeat primum prudentemque consideratorem ineffabilem laudem creatori excitat: quanto magis creatio non cuiuslibet aialis: sed hominis. Si autem causa creandi queritur nulla citius & melius respondetur: nisi quia omnis creatura dei est bona: & quid dignius quam ut bona faciat bonus deus: quæ nemo potest facere nisi deus. Hæc & alia quæ possum sicut possum: dico aduersus eos qui hanc opinionem: qua creduntur aias: sicut illa una singularis fieri labefacta re conantur. Sed cum ad pœnas uentum est paruulorum magnis mihi crede coartor angustias: nec quid respondeam prorsus inuenio. Non solum eas pœnas dico quas habet post hanc uitam illa dånatio quo necesse est trahatur: si de corpore exierint sine christianæ gratiæ sacramento: sed eas ipsas quæ in hac uita dolentibus nobis uersantur ante oculos: quas enumerare si uelim prius tempus quam exempla deficiet. Languescunt ægritudinibus: torquentur doloribus: fame & siti cruciatur: debilitatur membris: priuatur sensibus: uexatur ab imundis spiritibus. Demonstrandum est itaque quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiatur. Non enim dici fas est: aut ista ignorante deo fieri: aut cum non posse resistere facientibus: aut iniuste ista uel facere uel permittere. Nunquid nam sicut illa aialia irrationalia recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus: & si uitiosus sicut apertissime in euangelio uidemus: porcos ad usum desideratum concessos esse demonibus: hæc & de homine recte possumus dicere? Animal est enim: sed rationale: & si mortale. Anima est rationalis in illis membris: quæ tantis afflictionibus pœnas luit. Deus bonus est: deus iustus est: deus omnipotens est: hoc dubitare omnino dementis est. Tanto ergo malorum quæ fiunt in paruulis: causa iusta dicitur. Nepe cum maiores ista patiatur: solemus dicere: Aut sicut in iob merita examinari: aut sicut in Herode peccata puniri: & de quibusdam exemplis quæ deus manifesta esse uoluit: alia quæ obscura sunt: hominem coniectare cõceditur: sed hoc in maioribus. De paruulis autem quid respondeam edisserere: si pœnis tantis nulla in eis sunt punienda peccata. Nam utique nulla est in illis ætate examinanda iusticia. De ingeniorum uero diuersitate quid dicam? Quæ quidem in paruulis latent: sed ab ipsis exordiis naturalibus ductum apparet in grandibus: quorum nonnulli tam tardi & obliuiosi sunt: ut ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint. Quædam uero tanta sunt fatuitas: ut non multum a peccatoribus differant: quos Moriones uulgo uocant. Respondet fortasse corpora hoc faciunt: sed nunquid secundum hanc sententiam: quam defendi uoluimus: anima sibi corpus elegit: & in eligendo cum salteret: terrauit? Aut cum in corpus cogeret intrare necessitate nascendi alia corpora preoccupantibus animarum turbis: ipsa aliud non inuenit: & sicut in spectaculo aliquo locuta: ita carnem non quam uoluit: sed quam ualuit occupauit? Nunquid hic & talia possumus dicere: uel sentire debemus? Doce igitur quid sentire: quid dicere debeamus: ut constet nobis ratio nouarum animarum singulis corporibus sigillatim factarum. Ego quidem non de ingenitis: sed saltem de pœnis paruulorum quæ in hac uita patiuntur: dixi aliquid in libris illis de libero arbitrio: quod quale sit: & cur mihi in ista quam habemus in manibus questione non sufficiat: in timabo: & cum ipsum de tertio libro locum excerptum his litteris inseram. Nam ita se habet. De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur paruuli: quorum per ætatem nulla peccata sunt: si animarum quibus animantur non prius quam ipsi homines esse ceperunt: maior querela & quasi misericors depromi solet cum dicitur quid mali fecerunt: ut ista paterentur? Quasi possit esse innocentiarum meritum antequam quisque nocere aliquid possit. Cum autem boni aliquid operatur deus: in emendatione maiorum cum paruulorum suorum qui eis cari sunt: doloribus ac mortibus flagellantur:

Nota

Inimabiles pœne

Moriones
Fatui
Brui

flagellantur: cur ista non fiant: quod cum transierint pro non factis erunt: in quibus facta sunt: propter quos autem facta sunt: aut meliores erunt: si temporalibus incommodis emendati rectius elegerit uiuere: aut excusationem in futuro iudicii supplicio non habebunt: si uitae huius angoribus ad aeternam uitam desiderium conuerti noluerit. Quis autem nouit quid paruulis: de quorum cruciatibus duritia maior contundit: aut exercetur fides: aut misericordia probatur: quis inquam ergo nouit quid ipsis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet deus: Quoniam quicquid nihil recte fecerint: tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiam infantes illos: qui cum dominus noster Iesus christus necandus ab Herode quaereret: occisi sunt: in honore martyrum receptos commendat ecclesia. Haec tunc dixi: cum hanc ipsam de qua nunc agitur uelle comunire sententiam. Sicut enim paulo ante commemorauit: quicquid illarum de animae incarnatione quatuor opinionum uera esset: inculpatam substantiam creatoris: & a nostrorum peccatorum societate remotissimam nitebar ostendere. Et ideo quaecumque illarum ueritate posset conuinci & repudiari: ad curam intentionis meae: quam tunc habebam: non pertinebat: quod quidem cunctis diligentiori disputatione discussis: quaecumque illarum recte uiceret caeteras: me securissimo fieret: quod etiam secundum omnes id quod agebam: uictum persistere demonstrabam. Nunc uero unam uolo si possum ratione recta eligere ex omnibus: & propterea huius ipsius de qua nunc agimus defensionem: in his quae commemorauit de illo libro uerbis meis attentius intuens: ualida firmamque non uideo: nam uelut firmamentum eius illud est quod ibi dixi. Quis autem nouit quod paruulus de quorum cruciatibus duritia maior contundit: aut exercetur fides: aut misericordia probatur. Quis inquam ergo nouit: quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet deus: Quoniam quicquid nihil recte fecerint: tamen ne peccantes aliquid ista perpessi sunt. Sed hoc non immerito dici uideo de his qui uel pro christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur: uel sacramento christi iam ibuti sunt: quia sine societate iam unius mediatoris liberari a damnatione non possunt: ut possit eis etiam pro illis malis quae hic in diuersis afflictionibus protulerunt compensationem illa praestari. Nunc autem cum ista questio non possit absolui nisi etiam de his respondeat: qui post grauissimos cruciatibus sine sacramento christianae societatis expirant: quae circa eos compensationem cogitata est: quibus in super & damnatio praeparata est: Nam & de baptismo paruulorum in eodem libro non quidem sufficienter: sed quantum illi operi satis esse uidebat utrumque respondit: quod etiam nescientibus & fide suam nondum habentibus prodest: non tamen de damnatione eorum paruulorum qui sine illo ex hac uita emigrant: tunc aliquid dicendum putauit: quia non quod nunc agitur agebatur sed ut omitteremus & contemneremus ea quae breui tempore patiuntur: nec transacta reuocantur: nunquid similiter contemneremus: quod per unum hominem mors: & per unum hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in adam omnes moriuntur: sic & in christo omnes uiuificabuntur. Per hanc enim apostolicam doctrinam diuinam claraque sententiam satis euidenter elucet: neminem ire in mortem nisi per Adam: neminem ire in uitam aeternam: nisi per christum. Hoc est quippe omnes & omnes: quia sicut omnes homines per primam: hoc est per carnalem generationem pertinent ad adam: sic omnes homines ad secundam id est spiritalem regenerationem ueniunt: quicquidque ad christum perueniunt. Ideo ergo dictum est: & hic omnes: & ibi omnes quia sicut omnes qui moriuntur: non nisi in adam moriuntur: ita omnes qui uiuificabuntur: non nisi in christo uiuificabuntur. Ac per hoc quisquis nobis dixerit quoniam in resurrectione mortuorum uiuificari posse: nisi in christo tanquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in christo uiuificabuntur etiam paruuli: qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt: hic profecto & contra apostolicam praedicationem uenit: & totam condemat ecclesiam: ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur: quia sine dubio creditur aliter eos in christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificatur in christo: restat ut in eadem damnatione maneat: de qua dicit apostolus: per unius delictum in omnes homines ad condemnationem: cui delicto obnoxios paruulos nasci: & omnes credit ecclesia: & ipse iam contra Iouinianum disputans: & exponens Ionam prophetam: sicut paulo ante commemorauit: fide ueracissima definiuisti. Credo & in aliis locis opusculorum tuorum: quae uel non legi: uel in praesentia non recordor. Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro: quia neque aia: si nouae sunt singulis singula: uideo esse ullam in illa aetate peccatum: nec a deo dari aliquam credo: quam uidet nullum habere peccatum. An forte dicendum est in paruulo carnem solum esse peccati: Nouam uero illi aiam fieri qua secundum dei praecipua uiuente: in adiutorio gratiae dei: & ipse carni edomitae ac subiectae possit incorruptionis meritum comparari. Sed quia in paruulo aia nondum id agere potest: nisi christi accesserit sacramentum: per hanc gratiam carni eius acquiritur: quod illius moribus nondum potuit. Si autem sine illo sacramento aia paruuli exierit: ipsa quidam in aeterna uita erit: unde eam nullum peccatum potuit separare: caro uero eius non resurget in christo: non percepto aetate mortis illius sacramento. Haec opinionem nunquam audiui: nunquam legi: sed plane audiui & credidi propter quod locutus sum: & quia ueniet hora quod omnes qui in monumentis sunt: audient uocem eius & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitae. Ipsa est de qua dicitur: & per unum hominem resurrectio mortuorum: ipsa est qua in christo omnes uiuificabuntur. Qui autem male egerunt in resurrectionem iudicii. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est: qui prius quam possent agere uel bene uel male sine baptismo corpora exiit sunt. Nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget: quia nec boni aliquid fecerunt: nec mali: nec illorum resurrectura est: qui percepta baptismi gratia in illa aetate defuncti sunt: in qua nihil bene uel male agere potuerunt. Si autem illi iter eos resurgent: id est iter eos qui bene egerunt: iter quos & illi resurrecturi sunt: nisi iter eos qui male egerunt: ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas: siue in resurrectionem uitae: siue in resurrectionem iudicii. Quae sententia prius quam refellatur: ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat: si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt: propter carnem eorum: non propter animas currere. Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum: sed ecclesiae fide firmissimam seruans ad corrigendum eos qui putabant aut octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum non carnem sed aiam dixit esse perdendam: & mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam episcopis censuit. Sed

contra Cypriani aliquā opinionem: ubi quod uidendum fuit: fortasse non uidi: sentiat quisque quodlibet: tantū
contra apostolicā manifestissimā fidē nemo sentiat: qui ex unius delicto omnes homines in condēnationē duci
prædicat: ex qua condēnatione nō liberat nisi gratia dei per Iesū Christū dominum nostrū. In quo uno omnes
uiuificantur: quicūque uiuificant: cōtra ecclesiæ suæ fundatissimū morē: nemo sentiat: ubi ad baptismū si ppter
sola paruulog: corpora curretur: baptizanti afferētur & mortui. Quæ cū ita sint: quæda causa est atq; reddē
da: quare dāentur aīa: quæ nouæ creatur singulis quibusque nascentibus: si præter Christi sacramentū paruu
li moriantur. Dānari enī eas si sic de corpore exierint: & sancta scriptura & sancta testis est ecclesia: unde & illa
de animarū nouarū creatione sentētia si hanc fidē fundatissimā nō oppugnat sit & mea: si oppugnat nō sit & tua.
Nolo mihi dicatur propter hanc sententiā debere accipi quod scriptū est. Qui finxit spiritū hoīs i ipso: & qui
finxit sigillatim corda eorū. Aliquid fortissimū atq; inuictissimū requirendū est: quod nos non cogat deū credere
ullarū animarū sine culpa aliqua dānatorē. Nā uel tantūde ualeat: uel plus est forsūtā creare q̄ fingere: & tamen
scriptū est Cor mundū crea in me deus. Nec ideo putari potest aīa hoc loco optare se fieri prius q̄ aliquid esset.
Sicut ergo iā existens creatur in nouatione iusticiæ sic iam existens fingitur cōformatione doctrinæ: nec illud
illud quod in Ecclesiaste scriptū est: & tunc cōuertet in terrā puluis sicut fuit: & spiritus reuertet ad dominū: q̄
dedit illū: istā cōfirmat sententiā: quā uolumus esse nostrā. Plus enī hic suffragatur eis: qui ex una putāt omnes
esse aīas. Nā sicut conuertit i quiunt puluis in terrā sicut fuit: & tamē caro de qua hoc dictū est: ad hominē nō
reuertitur: ex quo propagata est: sed ad terrā: unde primus homo factus est: Sic & spiritus ex illius unius spiri
tu propagatus: nō tamen ad eum reuertit: sed ad dominū: a quo illi datus est. Verū quia hoc testimoniū ita pro
istis sonat: ut nō omni modo huic opinioni quā defendi uolo uideat esse cōtrariū: admonēdā tantū credidi pru
dentiā tuā: ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nā licet nemo faciat optādo: ut uerū sit qd̄
uerū non est: tamen si fieri posset optare: ut hæc sentētia uera esset: sicut opto: ut si uera est: abs te liquidissime atq;
inuictissime defendat. Hæc autē difficultas etiā illos sequit: qui iā ex habēt alibi aīas & ab initio diuinorū ope
rum præparatas: a deo mitti opinant in corpora. Nā & ab his hoc idē quærit: si aīa inculpatā obediēter ueni
unt quo mittunt: cur in paruulis si nō baptizati uitā istā finierint puniunt? Eadē prorsus in utraq; sentētia dif
ficultas est. Illi sibi uident de hac facilius exire q̄stione: qui aīas alleuerant pro meritis uitæ prioris singulas sin
gulis corporibus implicari. Hoc enī putant esse i Adam: mori i carne scilicet: quæ propagata est ex Adā supplicia
pēdere: a quo reatu i quiunt gratia Christi liberat pusillos cū magnis. Hoc quidē recte: ueraciter: optimeq; qd̄
gratia Christi liberat a reatu peccatorū pusillos cū magnis. Sed in alia superiore uita peccare aīas: & inde præci
pitari in carceres carnos nō credo: nō acquiesco: nō cōsentio. Primo quoniā nescio p quos circuitus fieri id aiūt
isti ut post nescio quāta uolumina sæculorū ite ad istā sarcinā corruptibile carnis & supplicia pendēda redeū
dum sit: qua opinione quid horribilius cogitari possit ignoro. Deinde quis tandē iustus defūctus est: de quo nō
si isti uera dicūt: solliciti esse debeamus: ne i sinu Abrahæ peccās in flāmas illius diuitis deiiciat? Cur enī non &
post hoc corpus peccari possit: si & ante potuit? Postremo longe aliud est i Adā peccasse. Vnde dicit apostolus.
In quo omnes peccauerunt: & aliud est extra Adā nescio ubi peccasse: & ideo in Adā id est in carnē: quæ ex Adā
propagata est: tanq̄ in carcerē trudi: illā uero opinionē q̄ ex una fiant omnes aīas: nec discutere uolo nisi necesse
sit. Atq; utinā ista de qua nunc agimus: si uera est: sic abs te defendat: ut hoc necesse iā nō sit. Quāuis autē desi
derē: rogē: uotis ardentibus exoptē: & expectē: ut per te mihi dominus huius rei auferat ignorantiam: tamen si
quod absit minime meruero: patientiā mihi petā a domino deo nostro: i quē sic credimus: ut aliqua nobis non
apiri etiā a pulsantibus nullo modo aduersus eum murmurare debeamus. Meminerimus ipsis apostolis dictū
Multa habeo uobis dicere: sed non potestis illa portare modo. In his q̄tum ad me attinet etiā hoc deputē. Nec q̄
hoc sciā me idigner indignū: ne hoc ipso etiā cōuincar indignior. Multa enī alia similiter nescio: quæ cōmemora
re uel numerare non possū: & hoc tolerabiliter ignorarē: nisi metuerē ne aliqua istarū opinionū contra illud qd̄
firmissima fide retinemus incautis obrepet mētibus: sed ante q̄ sciam quæ nā earū potius eligenda sit: hoc me nō
temere sentire profiteor eā: quæ uera est nō aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei: qua christi ecclesia:
nec paruulos hoīes recentissime natos a dānatione credit: nisi per gratiā nominis christi: quā in suis sacramētis
commendauit posse liberari.

Dialogus ab incerto auctore: ex uariis scriptis & epistolis sanctorum Augustini atq; Hieronymi excerptus
atq; collectus. In quo de origine animæ: & unde culpam contraxerit disputatur. In cuius præfatione diuersæ ca
tholicorum atq; hæreticorum de ea quæstione sententiæ referuntur.

Epistola. LV.

Vm apud uos cælestis eloquentia purissimi fontis & litterarum omnium fluenta redundant: ac so
lida secundum uerticē sanitas uestra cuncta firmo statu membra contineat: miror stupore mētis at
tonitus: cur stillicidium isulani riui dignemini haurire: nitores corporis i firma medentes. Magis
ergo quæ de græcorum mutauit fontibus sitientibus proferam: atq; latinorum latices limpidi si
mos ad uestri cordis secreta perducam. Origenes igitur qui nullum proprie de anima edidit librum in catalo
go ecclesiasticæ prædicationis animæ faciens mentionem: hæc dicit: de anima uero utrum ex feminis traduce du
catur: ita ut ratio ipsius uel substantia inserta ipsius corporis seminibus habeatur: an uero aliud habeat initium: si
genita est: aut non genita: uel certe si extrinsecus corpori inditur: necne non satis manifesta prædicatione distin
guitur. Item in libro quem de epistola apostoli ad Titum scripsit. Siquis ait rationem humanæ animæ requi
rat: cum de ea neq; ex feminis traduce ducatur: neq; quod honorabilior & antiquior corporum compage sit tra
diderit ecclesiastica regula: propter quod multi nec comprehendere potuerūt aliter sentiri oportere de animæ
ratione:

De Origine animae

ratione: sed & qui aliter sentire uel differere uisi sunt: a nonnullis in suspitione habent: uelut noui aliquid introducen-
 tes. Fateat autem idem ipse Origenes in praefatis opusculis: sed Eusebius Caesariensis: & Pamphilus martyr: Basilus
 quoque & Gregorius: Dichanusque & Rufinus: similiter in suis unius substantiae omnes esse animas: & imortales & ratio-
 nables liberi arbitrii ac uoluntatis: iudicandas quoque esse piis quae in hac uita gesserunt: esse tamen eas sanctas a deo quae
 uniuersa creauit & condidit. Quando autem factae sint omnes simul: aut tunc per singulos nascuntur: quod periculi esse aiunt: al-
 ter e duobus opinari: Athanasius Hilarius & Ambrosius praeparatis iam in uentre mulierum: de formatisque corpori-
 bus: tunc ad praesens creari animas: & inferi deformato iam corpori criminantur. Iam uero illi qui ex traduce animas uenire confir-
 mant: & simul corporali eas semine seminari: siquidem ut quidam ipsorum affirmare solent: non aliud dicunt esse animam quam
 insufflatione spiritus dei: illam scilicet quam in initio facturae mundi deus insufflasse dicitur in Adama: de ipsa dei esse eam sub-
 stantiam profitentes. Quomodo non isti uidebunt quodam modo haec praeter scripturae regulam & rationem pietatis asserere: quod
 substantia dei est quae peccat: Si anima quae de substantia dei est peccat: in super etiam quae & poenis subdenda sit pro peccato.
 Sed & illud se quod per absurdum est icurrere non uident: quia necesse est eam simul cum corpore mori: & esse mortalem: si si-
 mul cum corpore: uel seminata uel formata uel nata est. Tum deinde illi: id est Apollonius: Tertullianus: Popeius:
 Arnobius: Lactantius: atque Apollinaris: qui unam quaedam ex nullis substantiis a deo factam esse dicunt animam: id est illam
 quae prima facta est in Adama: & ex Adama omnium hominum animas existere: & secundum corporalem sine dubio successione tra-
 ducere quoque fieri animas: etiam ipsi quae aliud ostendunt: nisi animas esse mortales. Si enim sicut animalia caetera ex solo semine ori-
 untur: ita etiam de hominibus scimus: ut cum corpore simul in eodem semine etiam anima defendat: quod dicimus de his qui imper-
 fectione adhuc & de uentre absorbi sunt: & qui nonnunquam etiam ante quam masculorum naturalium receptaculi semina sunt susce-
 pta depereunt. In quibus sine dubio inuenitur quod simul etiam ille quae naturali ratione semibus insertae erant anima: extin-
 ctae sint pariter & corruptae: Siue ergo ex insufflatione domini sunt: siue ab una quae prior sancta est: necessarium est si-
 mul ut cum corporibus corrumpantur: sic eadem corporalibus etiam originem sumunt secundum ipsorum rationem. Aut enim nihil om-
 ni ex rationabili: atque immortalis anima participauit illud quod adhuc in uentre correptum est. Et repulsa est illa ratio: quae affir-
 mat: eam in semine traduce simul cum corporibus seminata: aut si participat: necessitas imminet confiteri mortalem
 esse animam quod fides nostra utique non recipit domino declarante de factorum animas & colloquium apud inferos habuisse:
 & Lazari scilicet in beatorum sedibus ouante: & diuitis flagrantem in incendiis. Esse namque animas imortales: non tantum di-
 uini sed & philosophorum pleni sunt libri. Quod taliter esse Theobrotus Ambratiotha in Platonis libro Socra-
 te disputante didicerat: qui homicida sibi esse non timuit: ac se altissimo praecipitauit muro: dum & nullum post mor-
 tem autumat restare iudicium & sine discrimine aliquo merito: omnes animas post corpora aequaliter ferri arbitratur
 ad caelum: quod a deo pro uero tenuerunt: & sic illos omnes saeculi sapientes: una nebula huius erroris inuoluit: ut & ipse
 tam laudabilis ut putat doctor homicidae ipsum se priuati: ne publice occideret: occiderit. Sic quoque Cato lecto in
 nocte ad lucernas Platonis libro qui immortalitatem animae docet: stricto gladio reuelatum manu pectus semel iterumque
 percussit. Redeamus ad illas praeterea sanctorum nobilissimas disputationes: non in academiae nemorosa obscuris te-
 ctas umbraculis: sed caelesti illustratas ex lumine. Beatus itaque Hieronymus tam sanctum Victorinum martyrem: quam
 platonemque catholicos securus: se potius fieri: quam propagari animas: secundum illud quod in euangelio scriptum est: Pater meus
 quotidie operatur: & ego operor credere significauit. Sanctus quoque Augustinus hanc opinionem in octo admodum
 uolumibus uerbis tueri cernit. Sed cum originale peccatum poenaeque paruulorum: qui sine baptisate moriuntur
 declarare nititur: a deo factam in Adama: & ex ipsa omnium hominum animas existere: tam suis argumentis: quam scripturae testimo-
 niis: ut est illud: anima quae ingressa sunt cum Iacob aegyptum: & egressa de femore illius: amplecti propensius conperit.
 Huius assertionibus beatus Gaudiosus episcopus animae & corporum: promptissimus medicus: nostris temporibus
 unus martyr: cum nobiscum colloquium familiariter habuisset per totam orationis suae seriem euidentissimis ap-
 probationibus usus est. At uero sanctus Ambrosius quem iam superius inter uiros apostolicos memorauimus
 inhonestum inquit puto animas cum corporibus generari ut anima nascatur ex anima: quod nec anima ipsi conpetit: aut si cer-
 te singulae caelesti potestate factae sunt: & ex ipsis caeterae natae sunt: potest ex una Adama anima credibile uideri caete-
 ras nasci: sed non conuenit: quia soli deo hoc possibile fuit: ut simplex generaret: nec caeteris concederetur: quod
 tam mysticum est in causa Saluatoris: ut non solum a solis gentilibus uel iudaeis: uerum etiam ab ipsis qui christiana
 nos se dicunt incredibile putetur. Photiniani enim hanc fidem spernunt: non credunt deum generasse. Nam si
 eo tempore igitur quo seminatur corpus & anima: costam sublatam legimus: non tamen animam natam ex ani-
 ma. Sed si costa secum habuit animam: iam non nata est: si detracta in partem. Sed nec hoc scriptum est. Pro-
 pheta enim Zacharias inter caetera: qui plasmam inquit animam hominis in eum. Nec Esaias ab his dissentiens
 ait. Sic dicit dominus deus qui fecit te: & finxit te in utero. Sic ergo in utero fingitur: iam formato corpori tribui-
 tur. Cum enim omnia membra implet corporis: figurata dicitur in corpore: ut sicut aqua cum sit sine effigie: mis-
 sa tamen in uas figurata uideatur: ita & anima cum sit natura incorporea & simplex: formatur in corpore singula
 membra uiuificans: quod quidem Moyses manifestius tradidit dicens: Siquis percusserit mulierem in utero ha-
 bentem & abortiuerit: si formatum fuerit: det animam pro anima. Si autem informatum fuerit: multet pecu-
 nia: ut probaret non inesse animam ante quam formam. Itaque si iam forma corpori datur: non in conceptu corporis
 nascitur cum semine deriuata: nam si cum semine: & anima existit ex anima: multae animae quotidie pereunt: cum
 semen fluxu quodam non profecit natiuitati. Sed si prius respiciamus: uidebimus quid sequi debeamus. Con-
 templemur facturam Adama. In Adam enim exemplum datum est ut ex eo intelligatur: quia iam formatum cor-
 pus accepit animam. Nam potuerat deus animam limo terrae admiscere: & sic formare corpus. Sed ratio infirmatur
 quia primum oportebat domum compaginari: & sic habitorem induci: anima certe quia spiritus est: in sicco habitare

Plato in Somnia. de immortalitate animae

Cato H

nō potēdeo in sāguine fertur. Cū ergo corporis liniamēta cōpacta nō fuerit: ubi erit aīa? An foras uagatur quā-
diu imitatur? Cū rō tradat sic dari eā: ut aīa i corpus nō ociosa uagetur. Sed ex quo detur: dicāt q̄ aliud putāt ex
mare an ex fœmina: Nō cōuenit: q̄ aliud in exēplo ē: pponunt. n. ex uiro cū costa datā & aīam: q̄ multis rōni-
bus infirmari docuimus. Vnde forte uideatur dari ex fœmia maxie ppter Saluatorē: quē scimus sine cōplexu
carnis de spū sancto natū ex fœmina: q̄ si arbitratur plus dāt fœminis. Auctoritatē. n. uiri mutāt in fœminam:
Cū. n. tā corporis q̄ aīa originē ex uiro dicāt: cōuertunt se: ut id q̄ potius est ex muliere dicant. i. aīam: q̄ uero
minus est. masculo. i. corpus. Cum manifestū sit ordinē exēpli a deo traditum imitari nō posse: qui ergo aīas ex
una propagari assēunt: & nō in corpora iuxta exēplū primi hoīs a deo quotidie fieri: anathema sint. AVGV/
STI. Sācte fr Hieronime consulens te de his quæ nescio oro deū ut fructuosum esse nobis uelit: **Q**uanq̄. n. te
multo q̄ ego sim ætate maiorē: tamen etiā ipse iā senex consulo. Sed ad discendū qd̄ opus est: nulla mihi aīas se-
ra uideri pot̄: quia & si senes magis decet docere q̄ discere: magis tamē discere q̄ qd̄ doceāt ignorare. **HIERO.**
Beate papa Augustine in scripturā: si placet cāpo sine nō inuicē dolore laudamus: Noli iḡr ānoꝝ existimare
nos numero: nec sapiam canis reputes: sed canos sapiā scriptura testante: cani hoīs prudētia eius. Noli inq̄ fidē
pensare tēporibus: ne me iccirco meliorē putes: q̄ prior in christi exercitu cœperi militare. AVGV. Accipe iḡr
& quæ mihi peto aperire: atq; differere non graueris. **Q**uæstio de aīa multos mouet: in quibus & me esse confi-
teor: nam quid de aīa firmissime teneā non tacebo. **HIERO.** Metiris nos uirtutibus tuis: & paruos magnus ex-
tollis: ultimāq; partē conuiuī occupas: ut p̄rīfamilia iudicio proueharis. Sed uelle fateor: sed enī p̄fero: ma-
gistrum tenuens: comitem spondebo: petenti datur: pulsanti aperitur: q̄rens inuenit: discamus i terra: quorū no-
bis scīa p̄feneret in cælo. AVGV. Certus etiā sum aīam nulla dei culpa: nulla dei necessitate uel sua: sed pro-
pria uoluntate in p̄ctū esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius: uel suæ uolūtatis uirtute tā
q̄ sibi ad hoc sufficiente: uel ipsius corporis morte: sed gr̄a dei per iesum christum dominū n̄m. **HIERO.** Ani-
ma immortalis: inuisibilis & incorporealis est: secundum gratiorē dico corporis nostri substātiā: dico uel eo cer-
te tpe punietur: & supplicium sentiet: quando pristinū corpus receperit: ut cū quo peccauit: cū ipso puniatur.
AVGV. Dicitur conceptio humana sic procedere: primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinē: seq̄nti-
bus nouem diebus conuertatur in sanguinē: deinde. xii. diebus solidetur: reliquis. xv. formetur usq; ad perfecta
liniamēta oīum membroy: & hinc iam reliquo tempore usq; ad tēpus partus magitudine augeatur. **HIE-
RO.** Sicut nescis uiam spūs & aīa ingredientis in paruulum: & ignoras ossium & uenarū uarietates in uentre
pregnantis: quō ex uili elemēto corpus hoīs in diuersas effigies artusq; uarietur: & de eodem semine aliud mol-
lescat in carnibus: aliud duretur in ossibus: aliud in uenis palpitet: aliud ligetur in neruis: ita dei opera scire non
poteris qui factor est omnium. AVGV. De aīa incarnatione utrū ex illa una quæ primo hoī data est: sic certe
ppagent. An singulis q̄busq; nouæ etiā mō fiant. An alicubi iā exstētes: uel mittant diuinitus: uel sponte labā-
tur in corpora. **Q**uæ nā sit eligenda opinio scire desidero. **HIERO.** Super aīa statu memini uīa q̄stionula:
immo maxime ecclesiasticæ q̄stionis. Vtrū lapsa de cælo sit: ut Pythagoras philosophus oēsq; platonici & Ori-
genes putant: an ppria dei substātia: ut Stoici Manichæus & isāna priscilliani hæresis suspiciant: an in thesau-
ro habeant dei olim cōditæ: ut quidā ecclesiastici stulta psuasione cōfidunt: an quotidie a deo fiant: & mittant in
corpora secundū illud qd̄ in euāgelio scriptū est. Pater meus usq; mō operat̄: & ego operor: an certe ex traduce
ut Tertullianus Apollinaris: & maxima pars occidentaliū autumat: ut quomō corpus ex corpore: sic aīa nascat̄
ex aīa: & simili cū brutis aīantibus conditione subsistat. AVGV. Hoc certe sentis q̄ singulas aīas singulis nascē-
tibus etiā modo deus faciat: cui inīa ne obiciat̄: q̄ omnes creaturas sexto die consumauerit deus: & septimo
requieuerit: adhibes testimonium ex euāgelio: pater meus usq; nunc operat̄. **HIERO.** **Q**uid enim ambigui-
tatis in dicto est: ut diuersæ intelligentiæ tribuatur occasio. Constat: & super hoc nulla contentio est. AVGV.
Doce ergo quæso: quæ doceam: doce qd̄ teneam. Et dic mihi si aīa sigillatim in singulis: hodieq; nascentibus fi-
unt: ubi in paruulis peccent: ut indigeant in sacramento christi remissione peccati peccantes in Adā: ex quo ca-
ro est propagata peccati: aut si non peccant: qua iusticia creatoris ita peccato obligant̄ alieno. Cum exinde p-
pagatis membris mortalibus inferuntur: ut eas nisi per ecclesiam subuentum fuerit: damnatio consequat̄: cum
in eaq; potestate non sit: ut eis possit gr̄a baptismatis subuenire. **HIERO.** Alienati sunt p̄ctōres a uulua: erraue-
runt ab utero: locuti sunt falsa: statim ut nati sunt subiacere peccato: in similitudinē prauaricationis Adæ: q̄
est forma futuri. Illud quoq; quod in uolumine Iob scriptum est: nunquid mundus erit homo coram deo aut in
opibus suis irreprehensibilis uir? Si aduersus famulos suos non credit: & contra angelos suos prauum quid rep-
perit: quanto magis in his qui habitant domos luteas: quibus & nos de eodem luto sumus. Nullus enim absq;
peccato: nec si unius quidem diei fuerit uita eius. Si enim stellæ non sunt mundæ in conspectu dei: quanto ma-
gis uermis & putredo: & hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii. AVGV. Obsecro te quomō hæc
opinio defenditur: qua creduntur animæ non ex illa una primi hominis fieri omnes: sed sicut illa una uni: ita sin-
gulis singulæ. Ea uero quæ dicuntur alia contra hanc opinionem facile me puto posse refellere: sicuti est illud:
quod quidam sibi eam uidentur urgere: quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die: & septimo
die requieuit: si nouas adhuc animas creat. **Q**uibus si dixerimus quod ex euāgelio quod supra posuisti: Pa-
ter meus usq; nunc operatur. respondet operatur: dictum est instituras administrando: non nouas insti-
tuendo. **HIERO.** Hic locus apud imperitos & scripturæ sanctæ meditationem usumq; & scientiam non ha-
bentes: uidetur opinioni tuæ prima fronte blandiri. Ceterę discussus facile soluitur: & cum testimonia scriptura
rum aliis comparaueris testimoniis: ne sibi spiritus sanctus pro qualitate locorum & temporum uideatur esse
contrarius:

Formatio foetus

contrarius: secundū illud quod scriptū est: abyssus abyssum inuocat in uoce catharactarū suarū. Cerno quo tua iē-
 dat assertio: sed de hoc in posterioribus differendū est: ne dū miscemus quæstionibus quæstiones obscurā audiētibus
 intelligentiā relinquamus. AVGV. Verū est quod a rebus quæ nō erāt istituēdis requirit: & hoc uerū est: quod non solū
 gubernādo quæ fecit: uerū etiā aliquid non quod nōdū est: sed quod iam creauerat numerosius creando usque nūc ope-
 rat. Vel sic ergo uel alio quolibet mō eximus ab eo quod nobis obicit de requie dei ab opibus, ne propterea nō cre-
 damus nunc usque fieri aīas nouas: non ex illa una: sed sicut illam unā. Nā quod dicitur: quare facit aīas eis quos nouit ci-
 to morituros: possumus respondere parentū hinc pētā uel cōuinci uel flagellari. HIERO. Super quo quid mi-
 hi uideretur: in opusculis cōtra Ruffinū olim scripsisse me noui: aduersū eum libellū quē factæ memoriæ Ana-
 stasio episcopo romanæ ecclesiæ dedit: in quo lubrica & stulta ac subdola cōfessioe dū auditor: simplicitati illu-
 dere nititur: siue fidei imo p̄fidie illulit. AVGV. Quod i libro aduersū Ruffinū posuisti quosdā huic sinæ ca-
 lūniari: quod deū dare aīas adulterinis cōceptibus uideatur indignū: unde conatur astruere meritis gestæ ante car-
 nem uitæ aīas quasi ad ergastula huiusmodi iuste posse p̄ducī: non me mouet multa cogitantē: quibus hæc pōt
 calūnia refutari. Et quod ipse respondisti: nō esse uitiū sementis in tritico quod furto dicitur esse sublatū: sed in eo qui
 frumēta furatus est. Nec iccirco terrā nō debuisse gremio sua semina cōfouere: quia sator imunda ea proiecerit
 manu: elegantissima similitudo est: quā & ante quod legerem: nullas mihi obiectio ista de adulterinis scētibus i hac
 quæstione faciebat angustias: generaliter intuenti multa bona deū facere etiā de nris malis prauisquē peccatis. Aīa
 autē cuiuscūque creatio si habeat prudētē piūque consideratorē: ineffabile creatori laudē excitat: quō magis crea-
 tio non cuiuslibet aīalis: sed hoīs. Si autē causa creandi queritur: nulla citius & melius respondetur: nisi quia cre-
 atura dei bona est: & quid dignius quā ut bona faciat deus bonus: quæ nemo potest facere deus. Hæc & alia quæ
 possum: & sicut possum dico aduersum eos qui opinionē hanc: quæ creduntur aīa sicut illa una singulis fieri: la-
 be factare conantur. HIERO. Antonius enim orator egregius: cuius laudibus Tullius personat disertos se ait
 uidisse multos: eloquentē adhuc neminē. Noli igitur mihi orator: & nō tuis floribus ludere: per quos solent ipe-
 ritos atque pueros aures decipi. sed simpliciter dic quid sentias. AVGV. Cum ad p̄enas uentum est paruulorū:
 magnis mihi crede coartor angustias: nec quid respondeā prorsus inuenio: nō solū eas p̄enas dico: quas habet
 post hanc uitā illa dānatio: quo necesse est trahantur: si de corpore exierint sine christi uerū gr̄a sacramēto. Sed
 eas ipsas quæ in hac uita dolentibus nobis uersantur ante oculos: quas enumerare si uelim: prius tempus quā exē-
 pla deficient: languescunt ægritudinibus: torquentur doloribus: fame & siti cruciantur: debilitantur membris:
 priuantur sensibus: uexantur ab imundis spiritibus. Demonstrandum est utique quomodo ista sine ulla sua ma-
 la causa iuste patiantur. Non enim dici fas est: aut ista ignorante deo fieri: aut eum non posse resistere facienti-
 bus: aut iniuste ista uel facere uel permittere. HIERO. Diuersis testimoniis scripturarū: eadem in quæstione uteris
 in theatrales præstigijs: qui unum eundēque hominem personarū uarietate mutata in Martem Veneremque per-
 ducunt: ut qui prius rigidus & truculentus inceserat: postea soluatur in molliē foeminarū. AVGV. Dū te ira-
 tum sensero: nihil aliud quā ueniā depræcabor. HIERO. Quæso ut patienter audias: nō enim de aduersario ui-
 ctoria: sed cōtra mendaciū quærimus ueritatē. AVGV. Nunquid nā sicut aīalia irrationabilia recte dicimus in usus
 dari naturis excellentioribus: & si uitiosis: sicut apertissime in euāgelio uidemus: porcos ad usū desideratū con-
 cessos esse dæmonibus. Hoc etiā de hoīe recte possumus dicere: Aīa est. n. sed rōnale: & si mortale: aīa est rōna-
 lis in illis mēbris quæ tātis afflictioibus p̄enas luit: deus bonus: deus iustus: deus omnipotens est: hoc dubitare oī-
 no demētis est: Tantorū ergo malorū: quæ fiūt in paruulis causa iusta dicat. Nēpe cū maiores ista potiant: sole-
 mus dicere: aut sicut in Iob merita examinari: aut sicut in Herode peccata puniri: & quibusdā exemplis quæ deus
 manifesta esse uoluit: alia quæ obscura sunt hominū coniecturæ concedit: sed hoc in maioribus. De paruulis at
 quid respondeamus edisserere: si tantis p̄enis nulla in eis sunt punienda peccata. Nā utique uillas est in illis ætati-
 bus examinanda iusticia. HIERO. Dedit Ecclesiastes primo oīum mentē suā ad sapiām requirendā: & ultra li-
 citū se extēdens uoluit causas rōnesque cognoscere: quare paruuli corripentur a dæmōe. Cur naufragia & iustos
 & impios pariter absorberent: Vtrū & hæc & his similia casu euenirent: an iudicio dei: Et si casu: ubi p̄uidencia
 si iudicio: ubi iusticia dei. AVGV. Doce igitur quid dicere: quid sentire debeamus: ut constet nobis ratio nouarū
 aīarū singulis corporibus sigillatimque factarū. HIERO. Videris mihi obliuiosus esse: & quasi nihil supra dictū
 sit per eandē disputationis reuerti lineas: hoc enim longa dissertione concussus est. AVGV. Dānationis in par-
 uulos causam requiro: quia neque aīarū si nouæ fiunt singulis singulæ uideo esse ullum i hac ætate peccatum: nec
 a deo damnari aliquam credo: quam uidet nullum habere peccatum. An forte dicendum est in paruulo carnē
 solam esse peccati: nouam uero illi animam fieri: qua secundum dei præcepta uiuente in adiutorio gratiæ chri-
 sti: & ipsi carni edomitæ ac subiugatæ possit in corruptionis meritum comparari. HIERO. Demus operam ut
 perniciosissima hæresis de ecclesia auferat: quæ semper simulat p̄nitentiā: ut docendi in ecclesijs habeat fa-
 cultatem: ne si aperta se luce prodiderit: foras expulsa moriatur. AVGV. Querenda causa atque reddenda est:
 quare damnentur animæ: quæ nouæ creantur singulis quibusque nascentibus: si præter christi sacramētum par-
 uuli moriantur: damnari enim eas si sic de corpore exierint: & sancta scriptura & sancta est testis ecclesia. Vnde
 illa de animarum nouarum creatione sententia: si hanc fidem fundatissimam non oppugnat. sit & mea: si oppu-
 gnat non sit & tua: Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi quod scriptum est. Qui finxit spiritum
 hominis in ipso: & qui fingit sigillatim corda eorum: aliquid fortissimum atque inuictissimum requirendum est
 quod nos non cogat deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam uel tantūdem ua-
 let: uel plus est forsitan creare quā fingere: & tamen scriptum est: cor mundum crea in me deus. Nec ideo putari

pōt anima hoc loco optare se fieri prius q̄ aliqd̄ esset. sicut ergo iā existēs creatur in nouatiōe iusticiā: sic iam existēs fingitur cōfirmatiōe doctrinā. Nec illud qd̄ in Ecclesiaste scriptū est: tūc cōuerte in terrā puluis: sicut fuit: & reuertet spūs ad dominū: q̄ dedit illū istā confirmat in iām: quā uolumus esse nostrā. Plus. n. hoc suffragat̄ eis qui ex una putant oēs esse aiās. Nā sicut conuertit̄ inquit puluis in terrā sicut fuit: & tamē caro de qua hoc dictum est ad hoīem nō reuertit̄: ex quo propagata est: sed ad terrā unde primus homo factus est: sic & spūs ex ipsius unius spiritu propagatus: non tamen ad eum reuertitur: sed ad dominum a quo illi datus est: Vex̄ quia hoc testimonium ita pro istis sonat: ut non omnino huic opinioni quam defendi uolo: uideatur esse contrariū: admonendam tantum credidi prudentiam tuam: ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nā licet nemo faciat optando ut uex̄ sit quod uex̄ non est: tamen si fieri posset: optarem ut hæc sententia uera esset. Et sic opto: ut si uera est: abs te liquidissime atq; inuēctissime defendatur. HIERO. Proposuiti testimōia: quæ non de alterius scripturæ loco: sed de propriis libris absoluta sunt. Reuertatur puluis in terram suam unde sup̄tus est: & spiritus reuertatur ad dominum qui dedit illum. Ex quo satis sunt ridendi: qui putant animas cū corporibus fieri: & non a deo sed a corpore parente generari. Cum enim caro reuertatur in terram: & spiritus redeat ad deum qui dedit illum: manifestum est: deum parentem esse aiā: non hoīes. AVGV. Illā uero opinionem q̄ ex una fiant oēs nec discutere uolo nisi necesse sit: atq; utinā ista de qua nūc agimus: si uera est: sic abs te defendatur: ut hoc necesse iam non sit: quis aut̄ desiderem: rogem: uotis ardentibus exoptē: & expectē: ut per te mihi dominus huius rei auferat ignorantiam: tamen si quod absit: minime meruero patientiam mihi petā a domino nostro. HIERO. Iuxta beatum apostolum: unusquisq; in suo sensu abundat: alius quidem sic alius autē sic. Certe quicquid dici potuit: & sublimi ingenio de scripturæ sanctæ hauriri fontibus: a te positum atq; disertum est: Sed quæso reuerentiam tuam parūper patiaris ne me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa differimus. Ceteri æmuli & maxime hæretici: cum diuersas inter nos sentētias uiderint: de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi aut̄ decretum est te amare: suscipere: colere: mirari. tuaq; dicta q̄ si mea defendere. AVGV. Qui animas ex una propagari asserūt: quam deus homini primo dedit: atq; ita eas ex parentibus trahi dicunt: si Tertulliani opinionem sequuntur: profecto eas non spiritus: sed corpora esse contendunt: & corpulentis feminibus exoriri: quo peruersius quid potest dici: HIERO. Quid dicunt prius animas fuisse q̄ natæ sunt: & non corpori secundum exemplum primi hominis a deo quotidie fieri anathema sint. AVGV. Quis negat non unius tantum sed omnis animæ creatorem factoremq; deum: nisi qui eius eloquiis apertissime refragatur: Sine ulla ambiguitate per prophetam dixit: omnem flatum ego feci animas scilicet intelli uolens. HIERO. Dominus in euangelio uidete inquit ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis quia angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Magna dignitas animarū: ut unaquaq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum designatum. Sufficiat nobis memorata crudelitas: & nostra tandem finiatur oratio. Ecce deo fauēte feci quod flagitasti: immo quod potui: rationem animæ iuxta exemplum primi hominis: & uerbum Saluatoris a domino deo quotidie fieri: iamq; formato corpori dari: totumq; cursum eius breuiter licet saltibus potius si dici fas est: q̄ passibus pro festinatione ad finem usq; perduxit: atq; p̄tenuitate ingenio mei per cunctos ecclesiæ magistros: præsertim per duos pinguedinis libros. AVGV. uide licet & Hieronymum assistentes aureo dextra & læuaq; candelabro instar duorum cæli luminarium: cognitio ni ad liquidum tradidi: de q̄ plurimis eorum opusculis: sua eis sollerti uigilantia: & sagaci perquisitione inuestigata restituens dicta: loqui ueluti præsentis alternis uicibus feci. Quid tam rectum: quid tam uerū: quid tam catholicum: quid solē clarius ad instructionem omnium magis utile: uel contra hæreticos certe: qui inimica aduersum nos mente defæuiunt: quid tam irreprehensibile? Vos ergo catholicorū uiros: præcepta tenaciter assequendo: iusti hæredes sed & necessarii inueniemini: qui latiali eloquio pollentes sapientioribus præferamini: & non magis stillantis liquoris: sicut præfatione comprehendit̄ q̄ inundantium fluuiorū ubertate rigati redūdetis fluentis sanctorū.

Incipiūt Epistolæ beati Hieronymi de questionibus ueteris & noui testamenti in unū congestæ.

Secunda pars principalis totius uoluminis: quæ de scripturis sacris christianū hominē erudit.

Epistola bti Damasi urbis romanæ episcopi ad beatū Hieronymū de quinque q̄stionibus p̄positis ad scribendū excitantis: monentis fructū studio: in scribendo consistere: quæ q̄stionum tituli in epistola inferunt.

Dilecto in christo filio Hieronymo presbytero Damasus in domino salutē. Dormientem te sōgo iam tēpore legentem potius q̄ scribentē: quæstionculis ad te missis excitare disposui: non quo & legere non debeas (Hæc. n. ueluti quotidiano cibo alitur & piguescit oratio) sed quo refectionis sit fructus iste si scribas. Itaq; quoniā & heri tabellario ad me remisso: nullas iam te epistolas habere dixisti: exceptis iis quas aliquando in heremo dictaueras: quasq; tota auiditate legi atq; descripsi: & ultro te pollicitus es futuri noctium operibus aliqua si uellem posse dictare. Libenter accipio ab offerrete qd̄ rogare uolueram: si negasses. Neq; uero ullam puro digniorem disputationis nostræ cōfabulationē fore q̄ si de scripturis sermocinemur inter nos: id est ut ego iterrogē: tu respondeas. Quia uita nihil puto in hac luce iucūdius: quo aiā pabulo oīa mella superant. Quā dulcia inquit p̄pheta gutturi meo eloquia tua: super mel ori meo. Nam cū iccirco (ut ait præcipuus orator) homines a bestiis differamus q̄ loqui possumus: qua laude dignus est: qui in ea re ceteros superat: in qua homines bestias antecellunt: Accingere igitur: & mihi quæ subiecta sunt differere: seruans utrūq; modorū: ut nec p̄posita solutionem desiderent: nec epistola breuitatē. Fateor quippe tibi eos quos mihi iam p̄dem Lactantii dederas libros: ideo non libenter

Salustius

libeter lego: quia & plurimae epistolae in eis usque ad mille spatia uersuum tendunt: & raro de nostro dogmata disputant: quo situ & legenti fastidium generet longitudo: & si qua breuia sunt: scholasticis magis sint apta quam nobis: demeritis & regionum situ & philosophis disputantia. Quid sibi uult quod in Genesi scriptum est: omnis qui occiderit Cain: septem uindictas exoluet. Si omnia deus fecit bona ualde, quare Noe de mundis & imundis animalibus praecipit: cum imundum nihil esse bonum possit. Et in nouo testamento post uisionem: quae Petro fuerat ostensa dicenti, Absit domine a me: quoniam commune & imundum nunquam introiit in os meum: Vox de caelo respondit quod deus mundauit: tu ne commune dixeris. Cur deus loquitur ad Abraham: quae quarta progenie filii israel essent de aegypto reuersuri: & postea moyses scribit: Quinta autem progenie exierunt filii israel de terra aegypti. Quod utique nisi exponatur uideatur esse contrarium. Cur Abraham fidei suae signum in circuncisione suscepit. Cur Isaac uir iustus & deo charus: non illi cui uoluit: sed cui noluit deceptus errore benedixit.

Beati Hieronymi responsiua epistola tres tantum ex quibus questionibus propositis differens: & de circuncisione ac discretionem mundorum atque imundorum aialium ad Tertullianum: Nouatianum: Origenemque remittens. LVII.

Tituli quaestionum quae in hac epistola differuntur.

- Quid sibi uult quod in Genesi scriptum est: Omnis qui occiderit Cain: septem uindictas exoluet.
- Quomodo uarietas egressionis filiorum israel dissoluitur: quae Abrahamae quarta progenie repromittitur: & a Moyse quinta progenie facta perhibetur.
- Cur Isaac uir iustus & rectus cui noluit deceptus errore benedixit.

Beatissimo papa Damaso Hieronymus. Postquam epistolam tuam sanctitatis accipere: confestim accito notario: ut exciperet imperari. Quo ad officium praeparato quod eram uoce prompturus: ante mihi cogitatione pingebam. Interi tamen & ego linguam: & ille articulum mouebamus: cum subito hebraeus interuenit deferens non pauca uolumina: quae de Synagoga quasi lecturus acceperat. Et ilico habes inquit quod postulaueras: meque dubium: & quid facerem nescientem: ita festinus exterruit: ut oibus praetermissis ad scribendum transuolarem: quod quidem usque ad praesens facio. Verum quia heri a diacono ad me misso ut tu putas epistolam ut ego sentio: commentarium te expectare dixisti: breuiem responsum ad ea desiderans: quae singula magnorum uoluminum prolixitate indigent. Ταυτα σοι εχεται & tibi confestim discussi: duabus tantum quaestiuiculis praetermissis: non quo non potuerim: & ad illas aliquid respondere: Sed quod ab eloquentissimis uiris Tertulliano nostro scilicet & Nouatiano latino sermone sunt editae: & si noua uoluerimus afferre sit latius disputandum. Certe expecto quid placeat: Vtrum ne epistolari breuitate sententias tibi uelis digerere: aut singulorum libros confici. Nam Origenes in quarto pauli ad Romanos homo de circuncisione magnifice disputauit: & de mundis atque imundis animalibus in Ieuatico plura disseruit: ut si ipse iuenire nihil possem: de eius tamen fontibus mutuarer. Et ut uerius loquar: Didymi de spiritu sancto librum in manibus habeo: quem translatum tibi cupio dedicare: ne me existimes tantummodo dormire: qui lectionem sine stilo sonum putas. Ante latis itaque problematibus quae epistolae tuae subiiceras: quid mihi uideretur annexui: ueniam postulans: & festinationis pariter & morae. Festinationis quia ad unam lucubratiunculam dictare uoluerim multorum opus dieque: Tarditatis: quia alio opere detentus: non statim ad interrogata rescripsi.

Latius sine stilo sonum

PRIMA Quaestio.

Quid sibi uult quod in Genesi scriptum est: Omnis qui occiderit Cain: septem uindictas exoluet. Antequam de quaestione aliquid dicamus: rectum uidetur: ut editiones interpretum singulorum cum ipso hebraico conferentes sermone digeramus: quo facilius scripturae sensus possit intelligi. Vagomerlo adonai lachen chol ohorg cain ciuahadain iucham. Aquila & dixit ei dominus: Propterea omnis qui occiderit Cain: septupliciter ulciscetur. Symmachus: & dixit ei dominus. Non sic: sed omnis qui occiderit Cain: hebdomada siue septimus uindicabitur. Septuaginta & Theodotion & dixit ei dominus: non sic: sed omnis qui occiderit Cain: septem uindictas exoluet. Postquam Cain occiderat fratrem interrogatus a domino: ubi est Abel frater tuus: contumeliose respondit: nescio: nunquid custos fratris mei sum. Quam ob rem maledictione damnatus: ut gemens & tremens uideret super terram: noluit ueniam deprecari: sed peccatis peccata congemians: tantum putauit nefas: cui a domino non posset ignosci. Denique respondit domino. Maior est iniquitas mea: quam ut dimittar: id est plus peccauit: quam ut merear absolui. Ecce eiicis me hodie a facie terrae: & a facie tua abscondar: & ero gemens & tremens super terram: & erit omnis qui inuenerit me occidet me. Eiicior inquit a conspectu tuo: & conscientia sceleris tremebundus: lucem ipsam ferre non sustinens: abscondar ut latitem. Eritque omnis qui inuenerit me occidet me. Dum ex tremore corporis & furiae mentis agitatedum esse intelligit: qui mereatur interfici. Verum deus nolens eum compendio mortis finire cruciatu: nec tradens poenae: quae se ipse damnauerat: ait: non sic: id est non ut existimas morieris: & mortem pro remedio accipies: uerum uiues usque ad septimam generationem: & conscientiae tuae igne torqueberis: ita ut quicumque te occiderit: secundum duplicem intelligentiam aut in septima generatione aut septimo te liberet cruciatu. Non quod ipse qui occiderit Cain septem ultionibus subiiciendus sit: sed quod septem uindictas: quae in Cain tanto tempore cucurrerunt: soluat in interfecto occidens eum qui uitae fuerat derelictus ad poenam. Ut autem quod dicimus manifestius fiat: quotidianae consuetudinis ponamus exemplum. Loquatur inter uerba seruus ad dominum quia incendi domum tuam: & uniuersam substantiam tuam dissipauit: interfice me me: Dominusque respondeat. Non ut uis: morieris: & finies morte supplicia: uerum longo tempore custodieris ad uiram: & tam infeliciter in hac luce uersaberis: ut quicumque te occiderit: beneficium praestet occiso: dum te de tam multis liberet cruciatibus: & secundum lxx. quidem editionem dic sensus nobis uidetur. De eo autem

q; Aquila posuit septēpliciter: & Symmachus hebdomada siue septimus ulciscetur: maior; n̄or; ista sententia est: q; putant in septima generatiōe a Lamech interfectū Cain. Adam quippe genuit Cain: Cain genuit Enoch Enoch genuit Cainan. Cainan genuit Malalehel. Malalehel genuit Mathusalē. Mathusalem genuit Lamech: qui septimus ab Adam non sponte ut in quodā hebræo uolumine scribit̄: interfecit Cain: ut ipse postea confitetur: quia uir occidi in uulnere meo: & iuuenē in liuore meo: Quoniā septies uindicabit̄ de Cain: De Lamech autē septuagies septies. Hoc quidē de Cain: q; in septima generatione a Lamech interfectus sit: & iuxta aliam editionem p̄cnā luis sceleribus dederit: q; tot generationibus gemens & tremens uiueret super terram: nihil obfuri arbitror remansisse. Nunc illud quod non interrogaueras: dum aliud agimus irrepsit quæ sint. lxxvii. uindictæ: quæ in Lamech exolueudæ sunt. Aiunt ab Adam usq; ad Christum generationes. lxxvii. Lege Lucam euangelistam: & inuenies ita esse ut dicimus. Sicut ergo septima generatione Cain peccatum est dissolutum: non enim uindicabit deus bis in id ipsū: & qui semel recepit mala in uita sua: non eosdem cruciatus patiet̄ in morte: quos est passus in uita: ita & Lamech peccatum. i. totius mundi atq; sanguinis qui effusus est: christi soluet̄ aduentu: qui tollit mundi peccata: qui lauit amictum suum in sanguine uix & torcular calcauit solus: qui de eodem ad cælum rubicundus ascendens: & clamantibus angelis miraculum præbuit. Eleuate portas principes uestras: & introibit rex gloriæ &c. Referebat mihi quidam hebræus in apocryphis eor; libris. lxxvii. animas ex Lamech progenie reperiri: quæ diluuiō deletæ sint: & in hoc numero de Lamech factam esse uindictam: q; genus ipsius usq; ad cathaclysmum perseuerauerit. Alii de septem uindictis Cain uaria suspicant̄. Primum eius asserunt fuisse peccatum: quod non recte diuiserit. Secundum q; inuiderit fratri suo. Tertium q; dolose egerit dicens transeamus in cāpum. Quartū q; interfecerit. Quintū q; procaciter negauerit: nescio. nūquid cultos fratris mei sū: sextū q; se ipsū dānauerit: dicens. maior culpa tua est q; ut dimittar. Septimū quia nec dānatus egerit penitentiā secūdu Niniuitas: & Ezechia regem Iuda: qui imminente morte ueniā lachrymis meruerūt: ut qui dānati fuerāt nō perirent: sed agentes penitentiā impetrarēt misericordiā dei. Nam tradūt illum a clamētissimo deo: ideo usq; ad septem generatiōes fuisse datū: ut saltem malis ipsis & longæ uitæ mœre cōpulsus penitentiā ageret: ut mereretur absolui. Nonnulli septenarium numerum plenum & perfectum interpretantur: de multis scripturæ locis testimonia contrahentes: & hunc esse sensum quem supra perstrinximus. Quod qui interfecerit Cain ab ingenti eum afflictione: & omnia supplicia transeunte liberarit p̄cna. Sunt autem qui & de uangelio interrogationem Petri replicent. Domine quotiens peccabit in me frater meus: & dimittam ei usq; septies. Dicit ei Iesus. Non dico tibi septies: sed usq; septuagies septies. Et putant mortem atq; peccatum in septima progenie sabbatizasse: quando Enoch raptus est: & nō inueniebatur: quia transtulit illum deus. De septuaginta autem & septem illam expositionem sequuntur in aduentu christi: mortis atq; peccati aculeum esse contractum: Ponam & aliam opinionem: ne quid uidear prætergressus. Quidam septimum annum remissionis: & qui quagiesimum Iubilæi: & quadringentesimum nonagesimum: quod uolunt intelligi septuagies septies: multis modis interpretantur: asserentes ob hanc causam quinquagesimi & quingentesimi numeri factate in euangelio positum de bitorem: & quinquagesimum psalmum penitentia: qui septem conficitur septimanis: & in principiū ordo adis erumpit. Verum ne longius sermo procedat: hucusq; super hoc locutum esse sufficiat. Quia & ex his quæ resperimus ingentē tibi disputationis siluā poteris imple conficere: Sciens Origenē. xii. & xiii. in Genesim librum de hac tantum quæstione dictasse.

Secunda Quæstio.

Cur deus loquitur ad Abraham: q; quarta p̄genie filii israel essent de ægypto reuersuri: & postea Moyses scribit. Quia autē progenie ascēderūt filii israel de terra ægypti. Quod utiq; nisi exponat̄ uideat̄ esse cōtrariū. Hoc uero p̄blema cū legissē corpi meo tacitus astuare: & euestigio Genesim Exodū percurrens: reperi loca in qbus scripta sūt: quæ uident̄ facere q̄stionē. Ac primo existimabā spiritalibus spiritalia cōparādo: dissolubilia esse: sicuti & multa sunt alia. Nā & Mathusalē. xiiii. ānis post diluuiū uixisse scribit̄: nec tamē archā ingressus est cū Noe. Et cū ipse deus locutus sit ad Abraham: Sciēdo scies q; peregrinū erit semē tuū in terra non sua: & in seruitutē redigēt eos & affligēt: & humiliabit eos ānis quadringentis: Postea Moyses scribit in Exodo: & factū est post quadringētos & triginta ānos exiuit oīs potētia domini de terra ægypti. Agar quoq; Ismaelē q̄si lactentē & terreg; portat in humeris cū. xviii. ferme & amplius reperiāt̄ annor;: & ridiculū sic tam grandē iuuenem matris credisse ceruicibus. Roboam uero filius Salomonis. xli. ætatis suæ āno regni sūpsit exordium: & regnauit in hierusalē ānis. xvi. cū utiq; pater eius duodecimo āno regnare incipiens: annis. xl. regnauerit: & xi. filiiū generare nequerit. Dū hæc & multa istiusmodi meo sollicitus uoluerē: aperuit mihi ostium qui habet clauē Dauid: & introduxit me in cubiculū suū: posuitq; me in foraminē petra: ut post spiritū sauientem: post terræ meæ motū: post incēdiū ignorātiæ quo urebar: uox ad me aure lenioris accederet: diceretq;: inueni quem queris: uita mea: tenebo eū & nō dimittā. Etenim cū uideat̄ scriptura inter se esse cōtraria utrūq; uerū est cū diuersum sit. Egressi sunt quarta generatiōe filii israel de terra ægypti: replica genealogiā Leui. Leui genuit Caath. Caath genuit Amrā. Amrā genuit Aaron. Aaron genuit Eleazar. Eleazar genuit Finees. Caath cum patre suo Leui ingressus est ægyptū. Rursū Eleazar patre Aaron egressus est de ægypto. A Caath usq; ad Eleazar cōputātur generationes quatuor: licet quidā uelint ab Amrā usq; ad Finees: ut nos in Eleazarum fecimus peruenire. Si uero uolueris disparē numer; ostēdere: quō secūdu Exodjū quinta generatiōe egressi sūt filii israel de terra ægypti Tribus tibi Iudæ & ordo numeretur. Iuda genuit Phares. Phares genuit Esrom. Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason. Naason genuit Salmō. Phares cū patre suo Iuda ingressus est ægyptum.

Cathaclysmus

Mathusalem

prum. Naason princeps tribus Iuda in deserto describitur: cuius filius. Salmon terram repromissionis intravit. computata a Phares usq; ad Naason: & inuenies generationes quinq;. Tametsi nonnulli ut in tribu Levi ostendimus: in Esrom initium faciant. & ad Salmon usq; perueniant. Puto problema dissolutum. Quod si displicet ad compendium ueniam: & dicam in hebræo non esse diuersum: Aquila namq; qui non contentiosus ut quidam putant: sed studiosus uerbum interpretatus ad uerbum in eo loco ubi septuaginta posuerunt: quinta autem generatione ascēderūt filii israel de terra ægypti: ita trāstulit: καί ἐνοπιλή σαμὲνοι ἀνεβησαν ὅτι οἱ ἰσραήλα τὸς τῆ γῆς αἰ γυπτοῦ. i. & armati ascēderunt filii israel de terra ægypti: licet pro eo q; nos armati diximus: secundum græci sermonis ambiguitatem instructi siue muniti: propter supellectilē qua ægyptios spoliauerunt possit intelligi. existimanti curiositatem esse finitam: maior querendi ardor exoritur: & ad similitudinem Hieremix dissoluo undiq;: & ferre non possum: Quare septuagēsimam quintam generationem: & Aquila transtulit armatos uolumen hebræum replico: quod paulus penolē iuxta quosdam uocat: & ipsos characteres sollicitius attendens: scriptum reperio: uahamucī. ahlu. bene. Israel. meeres: mizraim: In reliqua parte interpretatiōes non discordant: omnis pugna de uerbo est uahamucī: quod eisdem litteris scribitur. Heth mem sin iod mem: utrūq; nam quinq; an munitos sonet: Et quidem quinq; hoc sermone dici plurali numero negare non possumus. Verum quinq; plurali numero: non quinta ut illi interpretati sunt: singulari. Sed nec generatio inuenitur adiuncta: quæ lingua hebræa dor dicitur: ut si esset quinta generatione: sermōe legeretur illoꝝ amesa dor. Nūc autem amesin id est quinq;: immo quinti tantum scripti sunt: & fit quasi sensus: quinti autem ascēderunt filii israel de terra ægypti: quod quia minus uidebatur intelligi: adiuncta generatio est. Aquilam uero & in cæteris: & in hoc maxime loco proprie transtulisse: omnis Iudæa & synagogarū conclamant uniuersa subfellia: q; uidelicet idem sermo: & eisdem litteris scriptis diuersas apud eos uoces & intelligentias habeat. Ex quibus exempli causa unum ponimus ut quod dicimus perspicuum fiat: pastores & amatores eisdem litteris scribuntur: res an iod mem. Sed pastores roim: amatores leguntur reim. Vnde euenit ut ubi Hierusalem in prophetis cum amatoribus suis fornicationis scelere arguitur: ibi in nostris codicibus pro amatoribus pastorū nomen sit immutatum: Scio hæc molesta esse lectori: sed de hebræis disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere: nec ex flumine Tulliano eloquentiæ ducendus est riuulus. Nec aures Quintiliani flosculis: & scholari declaratione mulcendæ pedestris: & quotidianæ similis: & nulla lucubratione redolens: oratio necessaria est: quæ rem explicet: sensum edisserat: obscura manifestet: non quæ uerborū compositione frondescat. Sint alii disertis: laudentur: ut uolunt: & inflatis buccis spumantia uerba trutinent: mihi sufficit sic loqui: ut intelligar & ut de scripturis loquens & disputans scripturas imiter simplicitatē.

Septuaginta

Dei generatio

Tertia Quæstio.

QUARE Isaac uir iustus & deo charus non illi cui uoluit: sed cui noluit: deceptus errore benedixit? Differo paulisper typos: & ea quæ a maioribus nostris super hoc loco sunt interpretata: prætereo: nō quo opinionem eorum non a quiescam: sed quo tu hoc tantum quæras: Quare uir iustus aliud ignorauerit: & contra suam fecerit uoluntatem: ad quod districta responsio est: nullum hominem excepto eo qui ob nostram salutem carnem est dignatus induere: plenam habuisse scientiam: & certissimam ueritatem. Deniq; Paulus ex parte cognoscit: & ex parte prophetat: & nunc per speculum uidet in enygmate: & secundum q; oportet orare: nescire nos dicit. Quia cum uenerit quod perfectum est: tunc quod ex parte est destructur. Samuel propheta connumeratus Moyli in sacerdotibus dei: ad ungendum regem missus: cum maximum filiorū Iesse uidisset Heliab: ait. Ecce coram domino Christus eius. Et dixit domiuus ad Samuel noli respicere faciem eius neq; staturam: quoniam reprobauit eum: quia non quomodo uidet deus: homo uidet. Homo enim uidet in facie deus autem inspicit cor. Et per singulos filios septem ignoras usq; ad Dauid nescisse describitur. Heliæus quoq; qui duplici glorificatus est spiritu: cuius ossa uitam ex animo cadaueri reddiderunt: cum Sunamitis ad eum uenisset in montē & ad pedes eius flebiliter corruisset: Giezi prohibente ne faceret: ait dimitte eam: quia anima eius in amaritudine est: & dominus abscondit a me: & non nunciauit mihi: plura sunt q; ut exemplis debeamus docere sanctos uiros & deo caros ea tantummodo scisse: quæ eius a domino reuelata sunt. Ignorata uero quæ eis reuelata non fuerint: & ad singulas uisiones Zachariam atq; Daniele interrogare angelum: & suppliciter deprecari: ut exponat sibi quæ sint illa quæ uideant. Vnde non mirū est & Isaac in suam maxime utilitatem nescisse quid faceret: Cum magis eo tempore erraret: quo filium sanguinariæ deditum uoluptati: & eum qui postea fratrem si posset occideret: prætermissis illo qui innocenter habitaret domi: uellet afferre: & suam magis uoluntatem facere q; dei. Ego puto diuine dispensationis fuisse: ut oculis cæcetur: & cum ipse diceret: uox quidem uox Iacob est: manus autem manus Esau: tamen non intelligeret minorem esse filium: qui ad benedictionem fratris præreptor astiterat. Quoniā autē polliciti sumus: & de eo in figura quid significaret adiungere. Hippolyti martyris uerba posuimus: a quo & Victorinus noster nō plurimū discrepat: nō q; oia plenius executus sit: sed quo possit occasio nem præbere lectori ad intelligentiā latiore. Isaac portat imaginē dei patris. Rebecca spiritus sancti. Esau populi prioris & diaboli. Iacob ecclesiæ siue Christi. Senuisse Isaac: cōsumationē orbis ostēdit oculis caligasse: fidem perisse de mundo: & religionis lumē ante eū neglectū esse significat. Quod filius maior uocat: acceptio legis ē iudæorū. Quod escas eius atq; capturā diligit pater: hoies sunt ab errore saluati: quos p doctrinā iustus quisq; uenatur. Sermo dei benedictionis est repromissio: & spes regni futuri: in quo cū Christo sancti sunt regnaturi: & uerū sabbatū celebraturi. Rebecca plena spiritu sancto & sciens quid audisset: ante q; pareret: quia maior seruiet minori: magis autē forma spiritus sancti: quæ futura nouerat in Christo: in Iacob ante meditatur: loquitur

1. h. p. p. p. p. p.

Rebecca p. p. p.

ad filiū minorē: Vade ad gregē: & accipe mihi inde duos hædos: præfiguratur carneū Saluatoris aduentū: in quo eos uel maxime liberaret qui peccatis tenebāt obnoxii: siquidē i oibus scripturis hædi pro peccatoribus accipiuntur. Quod duos iubet afferre: duosq; populorū significatur assumptio: q; teneros & bonos: dociles & innocētes animæ: stola uel uestimentū Esau: fides hebræorū & scripturæ: quibus gentiliū indutus est populus: pelles quæ eius brachiis circumdatæ sunt: peccata utriusq; sūt plæbis: quæ Christus in extensione manuū cruci secum pariter affixit. Quod Isaac quærit ab Jacob cur tam cito uenerit: admirat̄ celerē credentiū fidē. Quod cibi delectabiles offerunt: hostia placens deo: salus est peccatorū. Post esum sequit̄ benedictio: & eius odore perfuitur uirtutem resurrectionis & regni aperta uoce pronunciat: quomō etiā adorent eū fratres sui: & seruiant ei credentes ex israel. Quia igitur iniquitas est inimica iusticiæ: Esau in discordiā concitat̄: & necem fraudulēter excogitat dicens in corde suo. Appropinquat dies passionis patris mei: ut interficiam Jacob fratrem meū. Diabolus fratricidas iudæos in Cain ante præmeditans: in Esau manifestissime confitetur: tempus quoq; interfectionis ostendens. Appropinquent inquit dies passionis patris mei: ut interficiam Jacob fratrem meum. Quapropter Rebecca: idest patientia nunciavit uiro fratris insidias: qui uocato Jacob præcepit ei: ut Mesopotamiā pergeret: & inde arriperet uxorem de genere Laban syri fratris matris suæ. Quomō itaq; fratris dolos fugiens Mesopotamiā tendit Jacob: Ita & Christus iudæorū incredulitate compulsus proficiscitur in galilæam: inde sibi ex gentibus sponsam sumpturus ecclesiam. Hæc supradictus uir. Nos autem dicimus non uenisse dominum nisi ad oues perditas domus israel: nec uoluisse accipere panem filiorum & dare canibus: & benedictionem primā iudæorū populo detulisse: quibus sunt credita eloquia dei: & repromissio & legis latio & confectio testamenti. Verum quia illi credere noluerunt: ad Jacob minorem populū benedictionem esse translata: Neq; tamen maiorē filiū penitus fuisse despectū. quia cū subintrauerit plenitudo gentiū: tūc ois israel saluus fiet.

¶ Beati Hieronymi presbyteri ad Damascū papā: ubi explanat uisionē Esaiæ: qui uidit dominū sedentē sup solū excelsū: eadē nō ut ueteres de deo patre sed de filii unigeniti gloria interpretantis. **Epiſtola. LVIII.**

¶ Factū est anno quo mortuus est Ozias rex: uidi dominū sedentē sup thronū excelsū & eleuatū &c. Ante q̄ de uisione dicamus præctādū uidet: quis sit Ozias. quot ānis regnauerit. qui ei in cæteris gentibus sunt coeui. Et de plōna quidem sicut in regnorū & præteritorū libris legimus: fuit uir iustus: & fecit rectū in cūspectu domini: ædificans tēplū: & aquæ ductū fabricans: offerrens uasa: & p hoc merito aduersarios superans: quodq; maximū pietatis iudiciū est: habens multos in suo iperio prophetas: Hic q̄ diu uixit Zacharias sacerdos: cognomento intelligens: placuit deo: & cū omni ueneratione delubrū eius ingressus est. Postq̄ uero Zacharias obiit: uolens per se offerre donaria: sacerdotalē ordinē non tam pie q̄ audacter inuasit: & reclamantibus leuitis & sacerdotibus cæteris: nonne tu es Ozias rex & non sacerdos: audire noluit: statimq; lepra perfusus in fronte est: iuxta prophetā uocem dicentis: imple domine facies eorū ignominia. Quā corporis partem sacerdos auri lamina ptegebat: quā in Ezechiel dominus iubet Thau litteræ ipressione signari: de qua Dauid exultauit dicens: signatū est sup nos lumen uultus tui domine. In qua Allophylus: prolix fundæ lapidis ictu interiit. Regnauit autē Ozias annis quinquaginta duobus: quo tempore apud Latinos Amulius: apud Athenienses Agamestor undecimus iperabāt. Post cuius mortē Esaias propheta hanc uisionē: quā explanare nitimur: uidit: idest eo anno quo Romulus romani iperii cōditor natus est: sicut manifestum esse poterit iis: qui uoluerint legere temporū librū: quem nos in latinā linguā ex græco sermone trāstulimus. Sequitur & factū est i anno quo mortuus est Ozias rex. Vidi dominū sedentē sup thronū excelsū & eleuatū. Præmissa historia spiritualis sequit̄ intellectus cuius causa historia ipsa replicata est. Viuētē leproso rege: & quātum dat̄ intelligi: quātū in se est sacerdotium dissipante: Esaias uisionē uidere non potuit: q̄ diu ille regnum tenuit in iudæa: propheta oculos non leuauit ad cælū. Non ei sunt referata cælestia: non apparuit dominus Sabaoth: nec in mysterio fidei ter sanctū nomen auditum est. Quando uero ille mortuus est: uniuerſa quæ sublequens sermo monstrauit: aperto sese lumine prodiderunt. Tale quiddā & in Exodo scriptū est dum Pharaō uixit: populus israel ex luti & lateris palearūq; opere præſsus non suspirauit ad dominū: dum ille regnauit: nemo quæsiuit deum patrem Abrahā Isaac & Jacob. Quando uero ille mortuus est: suspirauerūt filii israel: & ut scriptura dicit: & ascendit clamor eorū ad dominum: cum utiq; iuxta hystoriam: tunc magis gaudere debuerūt: & ante suspirare dum uiueret Pharaō. Ezechiel quoq; prophetante Phaltias filius Bānaia occubuit: & post pesti mi ducis interitum cecidi inquit super faciem meam: & clamaui uoce magna & dixi. Heu mihi. heu mihi adonai domine: in consumationem tu facis reliquas israel! Si ergo intelligas in Ozia & Pharaone & Phaltia & cæteris istiusmodi contrarias fortitudines: uidebis quomodo illis uiuentibus nullus nostrum uideat aut suspiret: & in pœnitentiam corruat. Non regnet ait apostolus peccatum in mortali uestro corpore. Regnante peccato peccato ægyptiis extruimus ciuitates: in cinere uersamur & sordibus: pro frumento palcas: pro solida petra luti opera sectamur. Sequitur uidi dominum sedentem super thronum excelsū & eleuatū. Vidit & Daniel sedentem dominum: sed non super thronum excelsū & eleuatū. Pollicetur & alibi uox diuina dicens: ueniā: & sedebō: & iudicabo populū in ualle Iosaphat: quod interpretatur domini iudicium. Qui peccator est & mei similis: uidet dominum sedentem in ualle Iosaphat: non in colle: non in monte: sed in ualle & in ualle iudicii. Qui uero iustus & Esaiæ similis: uidet illum sedentem super thronum excelsū & eleuatū. Ut autem & aliud inferam: quando cum mente pertracto regnare thronis dominationibus angelis: cæterisq; uirtutibus: uideo excelsū thronum eius. Quando autem considero quomodo genus dispenſet humanum: & pro nostra salute sæpe descēdere dicat̄ ad terras: uideo humilē & proximū terræ thronū eius. Sequitur uidi dominū

*Ozias rex
Annus
Agamator*

Iosaphat

sedentem super thronum excelsum & eleuatum: & plena domus a maiestate eius: & seraphin stabant in circuitu eius. Quidam ante me tam graeci quam latini hunc locum exponentes dominum super thronum sedentem: deum patrem & duo seraphin: qui ex eadem substantia praedicant dominum nostrum Iesum Christum & spiritum sanctum interpretati sunt. Quos ego auctoritati quibus sint eruditissimi: non assentio. Multo siquidem melius est: uera rustice quam falsa diserte proferre. maxime cum Ioannes euangelista in hac eadem uisione non deum patrem: sed Christum scribat esse conspectum. Nam cum de incredulitate diceret iudeos: statim causas incredulitatis exposuit dicens. Et ideo non poterant credere in eum quia dixit Esaias: aure audietis & non intelligetis: & cernentes aspicietis: & non uidebitis. Hoc autem dixit: quando uidit gloriam unigeniti: & testificatus est de eo. In praesenti uolumine Esaias ab eo qui sedet in throno iubet: ut dicat: Aure audietis: & non intelligetis. Qui autem haec iubet: ut euangelista intelligit: Christus est. unde nunc colligit non posse Seraphin Christum intelligi: cum Christus sit ipse qui sedeat. Et licet in actibus apostolorum aduersus iudeos inter se dissidentes Paulus dicat: bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros dicens. Vade ad populum istum: & dic. Aure audietis: & non intelligetis: & uidentes uidebitis: & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius: & auribus suis grauiter audierunt: & oculos suos clauferunt: ne quando uideant oculis: & auribus audiant: & corde intelligant: & conuertantur ad me: & sanent illos: mihi tamen personarum diuersitas non facit questionem: cum sciam & Christum spiritum sanctum unius esse substantiae: nec alia spiritus uerba esse quam filii: nec aliud filium iussisse quam spiritum sanctum. Sequitur & plena domus a maiestate eius. Domus dei quae sursum est: gloria plena conspicitur: haec uero quae deorsum est: nescio an plena sit gloria: nisi forte secundum sensum psalmistae dicentis: Domini est terra & plenitudo eius: nos quoque dicamus: eos esse in terra: plenos gloria qui possint dicere: nos omnes ex plenitudine eius accipimus. Istam domum sapientes mulieres aedificant & insipientes dissipant manibus. De ista & Esaias loquitur: & erit in nouissimis diebus praeparatus mons domus domini in summis montibus: & eleuabitur super colles. Haec est domus: de qua & alibi supradictus Paulus sacra uoce testatur: & Moyses quidem fidelis in tota domo eius: quasi famulus in testimonium eorum quae dicenda erant. Christus autem ut filius super domum eius: cuius domus sumus nos: si tamen principium substantiae eius usque ad finem firmiter teneamus. De hac & ad Timotheum loquitur: haec autem scribo: ut scias quemadmodum oporteat te conuersari in domo dei quae est ecclesia. Sequitur: & Seraphin stabant in circuitu eius: sex alae uni: & sex alae alteri: & duabus quidem uelabant faciem: & duabus uelabant pedes: & duabus uolabant: & clamabant alter ad alterum: & dicebant. Sanctus: sanctus: sanctus: dominus deus sabaoth: plena est uniuersa terra gloria eius. Volumus scire quae sint seraphin stantia in circuitu dei: quae sex alae unius: & simul adiuncte. xii. quomodo duabus uelent faciem: & duabus pedes: & duabus uolent: cum superius in circuitu dei stare dicantur: aut quomodo stent in circuitu: cum duo sint: & alibi uolent: quid sit illud: quod alter ad alterum clamitent: & ter sancti nomen ingeminent: uel quomodo superius domus plena gloria: & nunc terra esse dicatur: quae cum non minimum puluerem moueant. & prima statim fronte difficultatem interpretationis obiciant: in commune dominum depraecemur: ut mihi quoque de altari carbo mittatur: ut omni peccatorum sorde deterfa: primum possim dei sacramenta conspiciere: dehinc enarrare quae uidero. Seraphin sicut in interpretatione nominum hebraeorum inuenimus: ardor aut incendium aut principium oris eorum interpretantur. Quae uisum quid sit hoc incendium. Saluator ait: ignem ueni mittere in terram: & quem uolo ut ardeat: duobus discipulis quibus in itinere dominus scripturas aperuerat: a Moysse & omnibus prophetis incipiens: postquam reserati sunt oculi eorum cognoscentes eum dixerunt ad alterutrum: nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in uia: & aperiret nobis scripturas: Et in Deuteronomio deus ipse ignis scribitur esse consumens: Et in Ezechiele quoque a renibus usque ad pedes uidetur esse igneus: & eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum: probatum terrae: purgatum septuplum: Et multa alia: quae si de omnibus scriptis uoluerim replicare plangium est. ergo quaerimus ubi sit hoc incendium salutare nulli dubium: quin in sacris uoluminibus: ex quoque lectione uniuersa hominum uitia purgantur. De eo uero quod sequitur: principium oris eorum: quomodo possit ad scripturas referri: uereor ne si dicere coeperimus non tam interpretari quam uim scripturis inferre uideamur. Initium oris & communis eloquii & hoc omne uerbum quod loquimur: hebraeam linguam ex qua uetus testamentum scriptum est: uniuersa antiquitas tradidit. Postquam uero in fabricatione turris per offensam dei linguae diuersitas uel uarietas attributa est: tunc sermonis uarietas in omnes dispersa est nationes: Igitur & incendium & initium oris in duobus aduertitur testamentis: quae circa deum stare non mirum est: cum per ea dominus ipse discatur. Sex alae uni: & sex alae alteri Victorinus noster in .xii. apostolos interpretatus est. Nos possumus & .xii. lapides altaris quos ferrum non tetigit: & .xii. gemmas ex quibus sacerdotis insigne diadema constructum est accipere: quos & Ezechiel memorat: & Apocalypsis non taceat: quoque quid uerum sit: deus uiderit: quid uerisimile in sequentibus exponemus. Sequitur & duabus quidem uelabant faciem: & duabus uelabant pedes: & duabus uolabant. Uelabant faciem non suam: sed dei. Quis enim eius potest scire principium: qui antequam istum conderet mundum: in rebus fuerit aeternitate: Quando thronos: dominationes: potestates angelos totumque mysterium caeleste condiderat: Sequitur & duabus uelabant pedes non suos: sed dei: extremum quippe eius scire quis potest: Quod post consumationem saeculi sit futurum: Quod postquam genus hominum fuerit iudicatum: quae sequatur uita: An rursus alia sit futura terra: & post transitionem alia rursus elementa: uel alius mundus solusque condendus sit: priora annuncians te mihi & in nouissimo quae futura sunt: & dicam: quia dii estis: ut ait Esaias: significans neminem posse quid ante mundum fuerit: & quid post mundum futurum sit enarrare. Et duabus uolabant. Media tantum cognoscimus: quae ex scripturarum nobis lectione panduntur. Quando mundus factus sit: quando plasmatus homo: quando diluuium: quando lex da-

ta sit. ut ex uno homine uniuersa terrarum spatia completa sint. & i extremo tēpore dei filius pro nostra salute
sūpserit carnē. Cetera uero quæ diximus: ista duo seraphin in facie pedibusq; texerunt: & clamabāt alter ad al-
ter. pulchre positū est alter ad alter. **Q** uicquid. n. in ueteri legimus testamēto: hoc idē in euāgelio reperimus:
& quod in euāgelio fuerit lectitatū: hoc ex ueteris testamēti auctoritate deducit: nihil in eis dissonum: nihil di-
uersū ē. Et dicebāt s̄ctus s̄ctus s̄ctus domus deus sabaoth: i ambobus testamētis trinitas prædicat. **Q** uod
autē sabaoth & Saluator n̄r esse dicat: accipe ex eplū in uigesimo tertio psalmo. Virtutes quæ domino mistra-
bant: ad cælestes alias fortitudines clamabāt ut pādant ianuā domino reuertenti. Tollite portas principes uas
sue ut aquila interpretat. Attollite portæ capita uas: & introibit rex gloriæ. Rurū ille quē indutū carne cōspī-
ciunt: nouo mysterio stupefacti interrogant. **Q** uis est iste rex gloriæ? Accipiuntq; responsū: dominus uirtu-
tum ipse est rex gloriæ. **Q** uod in hebræo scribit: dominus sabaoth: Sciēdūq; quia ubicūq; .lxx. interpretes do-
minū uirtutū & dominū oipotētē expresserint: in hebræo sit positū dominus sabaoth qd interpretat. Aqla do-
minus militiæ: dominus quoq; ipse hic quatuor litteræ est: qd pprie in deo ponit: iod he iod he. i. duabus &
duabus. i. a. quæ duplicata ineffabile illud & gloriolū dei nomē efficiūt: plena est uniuersa terra gloria eius. Hoc
adhuc seraphin dī de aduētū domini saluatoris: quomō in oēm terrā prædicatio illius porrigat: & apostolorū
sonus mundi limites penetret. Sequit: & eleuatū est suplimiare a uoce qua clamabāt. Legimus in ueteri testa-
mēto q; semp dominus Moysi: & Aarō ad ostium tabernaculi sit locutus: quasi ante euāgelium necdum eos in
sancta sanctorū induxerit: sicut dei ecclesia postea introducta est dicens: introduxit me rex i cubiculū suū. **Q** uā-
do ergo dominus noster descendit ad terras supliminare illud. i. quasi quoddā obstaculū: per qd intrare cupiētū
bus gētibus nō permittebat: sublatū est: & uniuersus hic mundus fumo ipletus est. i. gloria dei. Vbi autē in lati-
no eleuatū legimus in græco sublatū ponit: sed qd uerbi ambiguitas utroq; mō interpretari pōt: n̄r eleuatū est i-
terpretati sūt: p ablato: & domus ipleta est fumo: deus ut supra diximus ignis est: & hic cū in Syna monte descē-
disset ad Moysē: ad aduētū eius uidebātur lāpades discurrentes: & plenus oīs mons fumo: unde in psalmis di-
cit: qui tangit montes & fumigant. Ex igne ergo quoniā totā substantiā cape non possumus: leuior qdā in uni-
uersū mundū: & ut ita dicā rarior fumi natura disspigitur: q̄ nos capientes dicamus: ex parte cognoscimus: & ex
parte pphetamus: & nunc uidemus p speculum in enygmate. Et Seraphin stabant in circuitu eius: sex alæ uni:
& sex alæ alteri. **Q**uidā græcorū in scripturis apprime eruditus: Seraphin uirtutes quasdam in cælis esse expo-
sui: quæ ante tribunal dei exēntes laudent eū: & in diuersa ministeria mittantur: maximeq; ad eos qui purga-
tione indigent: & ob pristina peccata aliqua ex parte supplicii purgari merentur. **Q** uod autē sublatū est inqt
supliminare: & domus ipleta est fumo: signū est templi iudaici destruendi: & incendēdæ uniuersæ hierusalem:
quā uidemus nunc destructam. Nonnulli uero in superioribus consentientes: in extrema parte dissentiūt. Nā
supliminare sublatū illo tēpore prædicant: quādo uelū tēpli scissum est: & uniuersa domus israel erroris nube
confusa: quando Iosephus refert sacerdotes ex aditis templi uirtutum cælesti audisse uocem. Trāscamus ex his
sedibus. Est uir quidam a quo ego plura didicisse me gaudeo: & qui hebræum sermonē ita elimauerit: ut inter
scribas eorū Chaldæus æstimeretur. is longe alia uia ingressus est. Ait enim nullum prophetarū extra Esaiam ui-
xisse Seraphin circa deum stantia: & ipsa ne quidam Seraphin alibi lectitari. Dehinc consumationis & captiui-
tatis hierusalem: quæ sub Nabuchodonosor facta est: signum esse præmissum. Ab Ozia quippe sub quo
prophetare orsus est usq; ad Sedechiam qui extremus regnauit: & qui cæcus in babylonem ductus est: fuisse re-
ges. xi. & xii. Gedoliam: quem conæituerat rex babylonis super terram: quem interfecit Ismael filius Nathana-
el inter medias ep̄las: reliquiarū patriæ parricida & has esse. xii. alas: e quibus quatuor faciem tuam uelēt: sicut
in nonnullis exemplaribus inuenitur: quatuor uolent: quatuor pedes cōtegant. Ex his quippe. xii. regibus qua-
tuor tantum iustos fuisse: Oziam: Ioathā: Ezechiam: & Iosīā: qui sublimes per singulas captiuitates audeant glo-
rificare deum: dicentes. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. reliquos uero propter peccata sua ue-
lare faciem: & alios qui in captiuitatem ducti sunt: pedum uelare uestigia. Superliminare uero sublatum: & do-
mum impletam fumo sicut supra diximus: uersionem hierusalem & incēdium templi exposuit. Et quia semel
eius ceppi referre sententiam: etiam ea quæ necdum a me sunt tacta contingamus. Forcipē de qua altaris carbo
comprehensus est: & labia purgata: propriam Esaiæ asseruit passionem: qui sub Manasse interfectus est rege:
& tunc uero purgatus labiis dixit ad dominum. Ecce ego: mitte me. & dixit: o miser ego: quoniam compūctus
sum: donec Ozias uiuit. non intelligis o Esaias esse te miser: non compungeris: non moueris: sed quādo ille mor-
tuus est: tunc animaduertis non mūda habere te labia: tunc indignum te esse cognoscis uisione dei. Vtinam autē
& ego compungar: & post compunctionem dei prædicatione dignus efficiar. quia cum sim homo: & non mū-
da labia habeam: & in medio quoq; populi immunda labia habentis habitem. Esaias ut iustus tātum in sermo-
ne peccauerat: deo sola labia habebat immunda: non conscientiam. Ego uero quia & oculis uideo ad concupi-
scendum: & manu scandalizor & pedes: & oīum membrorū parte delinquo: habeo oīa immunda. & quia semel
spiritu baptizatus rursū tunicam pollui: secundi baptismatis Christi purgatione: id est ignis indigeo: non sūt
ut quidam putant in scripturis uerba simplicia: plurimum in his absconditum est. Aliud līa: aliud mysticus ser-
mo significat. Ecce domus i euāgelio cingit linteos: peluē ad lauādū pedes discipulorū præparat: serui fungit
ministerio: esto ut doceat humilitatē: ut nobis inuicē ministremus: nō abnuo: nō recuso. **Q**uid est qd Petro re-
cusanti dicit: nisi lauro pedes tuos non habebis partē meū: Et ille respondit: domine non solum pedes: sed &
manus & caput. Ascensus ergo dominus ad cælum: quia apostoli ut homines terræ insistentes adhuc habe-
bant peccatorū sordibus pedes pollutos: uelut eos a delictis penitus liberare: ut eis possit prophetalis sermo con-
gruere

Sabaoth
Tetragrammaton

lintheum
peluis

uult

gruere

grueret: quod speciosi pedes euangelizantium pacem & imitari ualeant ecclesie uerba dicentis: laui pedes meos: quomodo inquinabo illos? Ut etiam si quis post resurrectionem domini: postea his adhaerit puluis: in impia cum excutiant ciuitatem: in testimonium laboris quod eo usque pro omnium salute contenderint: facti iudaeis & iudaei: gentibus ut gentiles: ut etiam propria uestigia aliqua ex parte polluerint. Igitur ut ad propositum reuertamur: sicuti apostoli purgatione indigebant pedibus: sic quia Esaias tantum in sermone peccauerat: labia habebat imunda: & quantum ego arbitror: quia Oziam in templum irruentem non corripuerat: nec iuxta Heliae exemplum libera uoce ipsum designarat: labia habebat imunda. In medio quoque populi imunda labia habentis habitum. Esaias qui compunctus est: & se miserum contestatur: purgatione dignus efficitur: populus uero non solum non agens poenitentiam: sed nesciens quidem quia labia habebat imunda: purgationis remedium non meretur. Prouidendum igitur sub hoc exemplo non solum ut ipsi simus iusti: sed nec cum peccatoribus moremur: quia & hoc in peccati ac miseriae parte ducit propheta. Sequitur: & regem dominum sabaoth ego uidi. Aiunt iudaei Esaiam a maioribus suis iccirco interemptum: quia cum Moyses posteriora dei uiderit: hic dominum sabaoth oculis carnalibus uidisse se scribat: super hoc deo dicente: nemo faciem meam uidebit: & uiuet. Quos interrogemus quomodo se deus in lege aliis prophetis in uisione & sermone dicat ostendit: Moysi uero facie ad faciem colloquitur: & quomodo steterit illa sententia: nemo faciem meam uidebit & uiuet: cum facie ad faciem se ad Moysen locutum esse fateatur. Respondebunt utique iuxta possibilitatem humanam deum uisum: non ut est: sed ut uoluit se uideri. Quibus & nos dicimus eodem modo ab Esaiam esse uisum: restante summa: ut Moyses deum aut uiderit aut non uiderit. Si uidit: uidit ergo & Esaias: qui uidisse se dicens ipse est interfectus a uobis: quia deus uideri potest. Si non uidit: interficite & Moysen cum Esaiam: quia eiusdem mendacii reus est: dicens se uidisse cum qui uideri non potest. Quae cumque in expositione eius loci super Moysen habuerint intellectum: etiam nos ad Esaiam temperabimus uisionem. Sequitur & missum est ad me unum de seraphim: & manu sua habebat carbonem: quem forcipe supererat de altari: & tetigit os meum & dixit. Ecce tetigit hic labia tua: & abstulit iniquitates tuas: & peccata tua purgauit. Secundum omnes editiones quas supra exposuimus: siue duo testamenta intelligere uolueris: siue aliquas apparitrices in caelestibus uirtutes: siue in signum captiuitatis futurae: umbram quaedam ueritatis futurae praefigurata: nunc accipe seraphim. Nos quia primam sententiam sequimur: euangelicum testamentum missum asserimus ad prophetam: quod habens in se utraque mandata: id est & sua & ueteris testamenti ignitum sermonem dei duplici praefiguratione accipit: & tactis labiis quicquid fuerit ignorantiae: hoc siquidem nos labia interpretamur imunda purgationis suae pepulit ueritate. Hanc forcipem Iacob in schala conspicit: hic est gladius bis acutus: haec duo minuta quae mulier mittit in dona dei: hic stater duos denarios habens qui in ore piscis repertus: pro domino & Petro redditur: hac qui duplici unionis retinet uirtute: carbo comprehensus mittitur ad prophetam: quem & in. cxix. psalmo cum propheta deum rogaret dicens: domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa: & post interrogationem spiritus sancti: quid dicit tibi: aut quid apponat tibi ad linguam dolosam? Dictum est: sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis: scimus prophetam esse concessum. Vere quippe desolatorius carbo: qui linguam puram faciat a peccato: sermo diuinus est: de quo & in Esaiam dicitur: habes carbonem ignis: sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Sequitur: & audiui uocem domini dicentis: quem mitte. Et quis ibit ad populum istum? Et dixi: ecce ego: mitte me. Et ait: uade & dic populo huic. Aure audietis: & non intelligetis. Interrogatis sunt uerba domini: non iubentis quem debeat mittere: & quis iturus sit ad populum. Cui facilis propheta respondit: ecce ego: mitte me. Et post pollicitationem iubetur: ut dicat: uade & dic populo huic: aure audietis & non intelligetis: & cernentes aspicietis & non uidebitis: & caetera quae ipsius prophetiae sermo contexit. Audiui ego in hoc loco non paruam hebraei mei disputationem: cuius pauca ponam ut sensum hominis aduertat. Aiebat de Moysen & Esaiam: quis melius fecerit requiramus. Utrumque Moyses: qui cum a deo mitteretur ad populum ait: praecor domine non sum dignus: & rursum prouide alium quem mittas. An Esaias: qui cum non fuisset electus ultro se obrulit dicens: ecce ego: mitte me: nec ignoro dicebat periculosum esse de sanctorum meritis disputare: & aliquid uel minus uel plus differere uelle de eo: quem dominus coronauit: sed quia ipse dixit: quaerite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis: etiam nos non ut de aliquo detrahamus: sed ut scripturae sensum scientes: ad eius nos dirigamus exempla: debemus inquirere: quod potest facere quaestionem. Qui Moysi inquit assertor est: humilitatem: eius praedicat ac mansuetudinem: quod se indignum iudicans ministerio dei maior effectus sit. Esaias uero quia ultro se obrulit: incipiens prophetare a maledictis coepit: aure audietis: & non intelligetis: &c. Ob quod inde multa mala perpessus: & ab omni populo profano habitus: cum itaque ei uox diuina dixisset clama: sciens quid superiori facilitate seipsum offerens pertulisset: non ait ecce ego: mitte me. sed interrogauit quid illud esset: quod clamare deberet. Et dixi. Quid clamabo? Cui simile est illud in Hieremia. Accipe calicem uini meri huius de manu mea: & potionabis omnes gentes ad quas ego te mittam: & bibent: & uoment: & insanient: & cadent a facie gladii: quem mittam in medio eorum. Quod cum audisset propheta: non renuit non secundum exemplum Moysi dixit: praecor domine non sum dignus & prouide alium quem mittas: sed amator populi sui: & putans quia ex potu calicis inimicae gentes interficerentur: & reuerent: calicem meri libenter accepit: non intelligens in omnibus gentibus etiam Hierusalem comprehendere. Denique inter caeteras nationes & accipi ait calicem de manu domini & potionauit omnes gentes ad quas misit me dominus: & Hierusalem & ciuitates iuda: & reges eius & principes eius ad ponendas eas in desolationem: & in inuium & sibilationem: pro qua prophetia licet in plerisque codicibus ordo sit peruersus: quid in alio loco dicat ausculta. Seduxisti me domine & seductus sum: tenuisti me & posuisti: factus sum in derisum: tota die exiui in subsannationem. Et e contrario qui assertor est Esaiam dicebat: illa profert: prophetam non tam suo merito quam misericordia dei confisum: postquam a Seraphim audiebat:

rittece tetigit hic labia tua: & abstulit iniquitates tuas: & peccata tua purgauit: ocio noluisse torpere & ultro in ministeriū dei quasi a peccatis liber: zelo se obtulisse fidei. Moyses uero quia saecularibus eruditus fuerat discipulis: & interfecto aegypto conscientia eius aliqua ex parte sorduerat: unde & uox ad eū de rubo facta sit dicēs: ne accesseris huc: solue calciamēta de pedibus tuis: locus enī in quo stas: terra sancta est: & scierit sibi aduersus magos aduersus Pharaonē pessimū regē futurū esse certamē: se excusasse dicentē: praecor domine nō sū dignus pro quo in hebræo legit: nō habeo labia circūcisa. lxx. interpretibus potius quod dixi uerbū de uerbo exprimētibus. Ex quo manifeste possit itelligi Esaiā recte post circūcisa labia in dei se obtulisse ministeriū: & Moysē adhuc circūcisis labiis tā grande ministeriū recusasse. Aure audietis & nō intelligetis: & cernentes aspiciētis & nō uidebitis: totus hic locus sicut Saluator dicit i euāgelio: ad id p̄inet tēpus: quo ipse est dignatus descēdere ad terras: & signa iudæis nō intelligentibus perpetravit. Et quoniam usq; ad finem capituli explanatio multiplex sequitur: & excipientis iam explicuimus ceteras: huc usq; dictasse sufficiat: quia & oratio quæ nō proprie manus stilo expolitur: cum per se inculta est: tum multo molestior fit: si tædium sui prolixitate congeminet: & oculos dolore cruciati auribus tantum studeamus & lingua.

Eiisdē ad eundē Damasū papā de Seraphin & calculo: ubi exponit qd sequit̄ i eodē diuersos interpretes Esaiā. vi. c. Et missū est ad me unū de seraphin: & in manu eius calculus: & tetigit os meū: & reliqua de eodem.

Septuaginta: & missū est ad me unū de seraphin. Aquila & Theodotion: & uolauit ad me unū de seraphin. Quotidie ad nos mittit̄ seraphin: quodidie i gemiscentiū atq; dicentiū: O miser ego quoniam cōpunctus sū: ora purgant̄: & cū a peccatis fuerint liberari: praeparant se ministerio dei. Quod autē ceteri interpretes quod promissū esse uolare dixerint: itelligit uelocē diuini sermonis aduentū super eos: qui digni societate illius iudicant̄. In genere quoq; diuersitas est. Septuaginta Aquila & Theodotiō: seraphin neutro genere transtulerūt. Symmachus masculino. Nec putandū lexū esse i uirtutibus dei: cū etiā ipse spiritus sanctus secundū proprietates linguæ hebrææ scēmineo genere proferat̄ ruha: græcæ neutro τὸ πνεῦμα: latine masculino genere spiritus. Ex quo intelligēdum est q̄do de superioribus disputat̄: & masculinū aliquid seu scēminū ponit̄: non tam sexū significari: q̄ idioma sonare linguæ. Siquidē ipse deus uisibilis & icorruptibilis oibus penē linguis proferit̄ genere masculino: cū in eum nō cadat sexus. Illoꝝ quoq; pius licet attamē coarguēdus error est: qui i orationibus & oblationibus suis audent dicere: qui sedes super cherubin & seraphin. Nā & super cherubin sedere deū scriptū est: ut ibi: qui sedes super cherubi ostēdere. Super seraphin uero sedere deū: nulla scriptura cōmemorat: & nec ipsa quidē seraphin circa deū stantia excepto presenti loco i scripturis sanctis oibus iuenimus. Septuaginta & in manu habebat carbonē: quē forcipe acceperat de altari: & tetigit os meū. Theodotion: & in manu eius calculus in forcipe: quē acceperat de altari: & tetigit os meū. Symmachus: & i manu eius calculus in forcipibus: quē tulerat de altari: & detulit ad os meū. Quantū ad historiā p̄inet: uidet̄ deus sedere in tēplo hierusalē: & ante eū de altari secundū. lxx. ad Esaiā carbo deferrī: de altari uero siue icensi siue holocaustoꝝ. Quantū autē ad mysticos itellectus ille ei ignis mittit̄: quē Hieremias ferre non poterat. Quis cū animæ nostræ archana penetrarit: ita nos dissoluit: ita a ueteri hoīe in nouū excoquit: ut in illā uocē possumus erūpere: uiuio autē iam nō ego: sed gratia dei quæ in me est: forcipes quoq; secundū interpretes ceteros: licet i sacerdotali semper supellectile fuerint: diuersas gratias debemus accipere: quibus multifarie & multis modis olim deus patribus nostris locutus est i prophetis: q̄ i hebræo pro carbone calculus legit̄: ceteris quoq; sup hoc cōsonantibus uidet̄ mihi sermo diuinus calculi appellatione signari. Sicut enī calculus genus est lapidis durissimi & rotundi & omni puritate leuissimi: ita sermo dei: qui neq; hæreticoꝝ oīum aduersarioꝝ potest contradictionibus cedere calculus dicit̄. De hoc calculo Sephora suū filiū circūcidit: & Iesus populū purgat a uitiis: & in Apocalypsi dominus pollicet̄ uincētibus: ut accipiāt calculū: & scribat̄ sup eū nomen nouū. Vident̄ autē mihi & lxx. in eo q; antea transtulerunt: idē sensisse quod ceteri ἀνὸρξ̄ quippe quē nos carbunculū interpretamur: genus lapidis fulgidi atq; nitentis: quē etiā in. xii. lapidibus iuenimus. Siue igit̄ calculū siue carbunculū lapidē accipimus in calculo diuini sermonis ueritas & rigor: in carbūculo lucens doctrina & manifesta monstrat̄. Eloga enī domini eloquia casta: argentū igne probatū terræ: purgatū septuplū. Et alibi: mandatū domini lucidū illuminans oculos. Quod autē ait in manu habebat carbonē: manū itelligamus operationē: ut ibi in manu linguæ mors & uita: & i psalmo: cadent i manu gladii. Aut certe uere manus apparuit: ut per similitudinē humanæ formæ dū manus cernit̄ porrigentis: & propheta nō timeat: iuxta quod & ipsū deū & angelos se in humanas uidi mus mutasse formas: ut metus uidentibus demeret̄. Septuaginta: & dixit ecce tetigit hic labia tua: & aufert iniquitates tuas: & peccata tua purgat. Aquila: ecce tetigit hic labia tua: & recedet iniquitas tua: & peccatū tuū propitiabit̄. Ceteri interpretes in Aquile uerba cōsentiunt. Primū necesse est ut labia nostra tangerent̄: deinde cū tacta fuerint: fuget̄ iniquitas: & cū iniquitas fuerit effugata propiciet̄ dominus: quia apud ipsū est propiciatio & secundū apostolū. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Purgatis autē peccatis nostris audiemus uocē domini dicentis: quē mittā: Et respōdebimus: ecce ego: mitte me. Septuaginta: & audiui uocē domini dicētis: quem mittā: & quis ibit ad populū istū? Aquila Theodotion & Symmachus: & audiui uocē dicentis: quem mittā: Et quis ibit nobis? De cōparatione Esaiæ & Moysi quomodo alius ministeriū recusarit: alius ultro se offerens dura perpeffus sit in alio loco disputauimus: sed ne uideremur aliquid præterisse eorum: quasi iudæi deuteron uocant uel deutrosis: & in quibus uniuersam scientiam ponunt: nunc breuiter illud attingamus: quare in hebræo sit positum: & quis ibit nobis? Sicut enim in genesi dicitur: faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram: ita & hoc puto dictum & quis ibit nobis? Nobis autem quibus aliis existimandum est: nisi patri & filio

*Seraphim neutro & masculini
Spiritus apud diuina
idionata in inferiori
mō quā rēpō*

*Calculus
αὐτοῦ*

idionata

filio & spiritui sancto: Quibus uadit quicūq; eorū obsequiē uolūtatē. Et i eo quidē q; unius loq̄ntis p̄sona p̄ponit diuinitatis est unitas. In eo uero q; dicit nobis: p̄sonarū diuersitas indicat. Legimus i canticis canticorū uocē sponsi dicētis ad sponsā: surge ueni proxima mea: sponsa mea: colūba mea: quia ecce hyems transiit: pluuia abiit sibi. Quādo enī aia in cogitatione trāquillitatē sentit: q̄do supra petrā fundata est: & fides eius alta radice fixa est: uniuersi tētationū fluctus sibi p̄transeūt: & ei nō p̄transeūt: qui tentat. Notandū autē quomodo ad id qd̄ dominus dixerat: quē mittā: & q; ibit nobis: Propheta ex parte respōderit: ecce ego: mitte me: & de seq̄nti tacuerit: intelligens nullū hoīem dignū esse qui deo p̄geret: & omne iter suū eius faceret esse qui mitteret: quā humilitatē dominus aduertens: q; se seq̄ndi putaret idignū: ip̄erauit seq̄ntia dicens. Vade. Septuagita: & dixit ego sum: mitte me. Agla & Theodotion: ecce ad sū: mitte me. Symmachus: ecce mitte me: deus qui uocat ea quæ nō sūt quasi sint: & qui dixit: ego sū: qui sū. Et alibi: qui est misit me: quoscūq; uocauerit: statim facit subsistere: quod satis claret exēplis in uiuente Matthæo euāgelista: & in Lazaro q̄triduo iā mortuo: qui statim ut sūt uocati a domino: & ille sepulchrū auaritiæ reliquit: & ille suetæ mortis. Quoniā oīa quæ absq; eo sūt: nō sūt. Vnde propheta purgatus a uitiis ausus est dicere: ecce ego sū: licet in latinis codicibus p̄pter interpretū uarietatē sum nō sit appositū. Quidā obseruandū putāt: ad quos p̄phetās mittētis aut missi sermo dicat: quod est græcæ apostolus. Et hāc esse differentiā uolūt: ut quicūq; mittant: & p̄pheta sint: pariter & apostoli: ad quos uero mittentis sermo non ponit: tantū prophetæ sint: quod ego superflūū puto. Et quia semel ad tractatum istius uocabuli ueni mus: sciendū Syleā collegam Pauli lingua hebræa apostolū dici: qui cū eo nonnullas epistolas scribit. Et uitiōse Siluanus legitur pro sylea: cum siluanum in apostolorū actibus non legamus.

*Aplūs dnm
p̄pheta
Sylea Collega pauli*

Micronymus ad Euagriū presbyterū de Melchisedech reprehendens eos qui putabant illū uel angelū fuisse uel spiritū: scilicet docens illū secundū ueteres interpretes hominē & regē fuisse: qui typū sacerdotii gesserit saluatoris: & secundū hebræos Sem fuisse primogenitus Noe: exponens etiam quod eo scribitur genesis decimo sexto: apud apostolum ad hebræos. vii. c.

Epistola. LIX.

Misti uolumē mihi αὐτοῦ μου αὐτοῦ τοῦ ἰδὲστ sine titulo: & nescio utrum tu de titulo nomen subtraxeris: an ille qui scripsit: ut periculum fugeret disputandi: auctorem noluerit confiteri: quod cum legissem: intellexi famosissimam q̄stionem super pontifice melchisedech: illuc plurimis argumentis esse perductam: ut docere conatus sit: eum qui benedixerit tanto patriarchæ diuiniore naturæ fuisse: nec de hominibus æstimandū. Et ad extremū ausus est dicere spiritū sanctum occurrisse Abraham: & ipsū eē qui sub hominis figura uisus sit. Quomodo autē spiritus factus panem uinūq; protulerit: & decimas prædæ quas Abraham uictis quatuor regibus reportaret: acceperit: omnino tangere noluit: petisq; ut quid mihi uel de scriptore uel de q̄stione uideatur respondeā. Fateor uolui dissimulare sententiā: nec me periculoso miscere tractatui: in quo quodcūq; dixissem: reprehenses habiturus fore. Sed rursum cū epistolā legerē: & inuenissem extrema pagella miris me obtestationibus adiuratū ne spernerē peccatorē: reuolui ueterū libros: ut uiderē quid singuli dicerent: & tibi quasi de multorū consilio responderē: statiq; in fronte genesios primā homeliæ Origēnis repperi scriptā de Melchisedech: in qua multiplici sermone disputans illuc deuolutus est: ut eū angelū diceret. Isdēq; pene argumentis quibus scriptor tuus de spiritu sancto: ille de supernis uirtutibus est locutus: etransiui ad Didymū sectatorē eius: & uidi hoīem pedibus in magistri iste sententiā: uerti me ad Hippolytum Herenāū Eusebiū Casarien. & Emisenū Apollinarē quoq; & nostrū Eustachiū: qui primus antiochenæ ecclesiæ episcopus contra Arriū clarissima tuba bellicū canticū cecinit: & deprehendi horū oīm opintones diuersis agumentationibus ac diuerticulis ad unū compitū peruenisse: ut dicerēt Melchisedech hoīem fuisse ac chananeū: regem urbis Hierosolymæ quæ primū salem: postea hiebus: ad extremū hierusalē appellata sit: nec mirū esse si sacerdos dei altissimi describat absq; circumcisione & legalibus cerimoniis & genere Aarō: cum Abel quoq; & Enoch & Noe placuerint deo: & uictimas obtulerint: & i Job uolumine legimus: q; ipse & oblator munerū fuerit: & sacerdos: & quotidie pro filiis suis hostias imolarit: & aiunt ipsū quoq; Job nō fuisse de genere Leui: sed de stirpe Esau: licet aliud hebræi autument. Quomodo autē Noe inebriatus i domo sua & nudatus atq; derisus a meridiano filio typū saluatoris præbuit: & Chan populi iudæorū: Sāpson quoq; amator meretricis & pauperis Dalidæ multo plures hostium mortuus q̄ uiuus occiderit: ut Christi exprimeret passionem: omnesq; pene sancti & patriarchæ & prophetæ in aliqua re figurā expresserint saluatoris. Sic & Melchisedech eo q; chananeus fuerit: & non de genere iudæorum in typum præcessisse sacerdotis filii dei: de quo dicitur in centesimo nono psalmo. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur: q; solus & rex fuerit & sacerdos: & ante circumcisionem functus sacerdotio: ut non gentes ex iudæis: sed iudæi a gentibus sacerdotium acceperint: neq; unctus oleo sacerdotali ut Moysi præcepta constituerunt: sed oleo exultationis & fidei puritate: neq; carnis & sanguinis uictimas immolauerit: & brutorum animalium exta: idest quicquid super escam est susceperit: sed pane & uino simplici puroq; sacrificio Christus dedicauerit sacramentum: & multa alia quæ epistolæ breuitas non recipit. Præterea plenius esse tractatum in epistola ad hebræos: quam omnes græci recipiunt: & nonnulli latinorum: q; iste Melchisedech: idest rex iustus rex fuerit Salem: idest rex pacis sine patre: sine matre. Et quomodo hoc intelligendum sit: uno statim uerbo explicare possumus agenealogicos: idest sine genealogia: non q; absq; patre & matre fuerit: cum christus quoq; secundū utrāq; naturam patrē habuerit & matrē: se q; subito introducat in genesis occurrisse Abraham a cæde hostiū reuertenti: & nec ante nec postea eius nomen feratur ad ad scriptum. Affirmat autē apostolus q; Aaron sacerdotiū. i. populi iudæorū: & principium habuerit & finē. Melchisedech autē. i. Christi & ecclesiæ & i præteritū & i future.

fugalla

*pedib; in sinu
Eustachius tuba darsifi
ma cont Arrius.*

Tubula sampson trauit

*Melchisedech
Salem
Agenealogicos*

De uera circuncisione

fabricare potui: & cū alteri mei operi prępararę: paucos dies qui superant in Matthęi expositione consūpsit: tā
 taq; auditate studia omiſſa repetui: ut qđ exercitatiōe ligarę p̄fuit: nocuerit corporis ualitudini. Argumētū.
C Arnalē circūcisiōnē ad spiritalē itelligentiā referēs: primū edocet ī abdita corporis parte esse pręcep
 tā: ad significandū spiritalē circūcisiōnē uitiorę & bonā opationē hoibus exēplo Saluatoris esse cęlā
 dā: qui & cūctis actibus gloriā refugit: & humanā carnē obūbrata maiestate suscepit: quā impie Mani
 chęus Arriusq; blasphemāt. Deinde ostendit mystice institutā in carne pręputii: & quod p̄cessit ī signo seu figu
 ra eius quod gerendū erat in mente nō illa fuisse salute: qđ exemplū Iob incircūcisi demonstrat: percurrēs p̄ uete
 ris ac noui testamenti partes: qui nō tam carnē q̄ carnis et uitiorę cōcupiscentias circūciderint.

Beati Hieronymi presbyteri ad Terentiam de uera circuncisione. Epistola. LX.

Superiore epistola quam ex me cōsultatio uestra deprōpsit: quāq; ad tuū & sororis tuę nomen mi
 si: rationē circūcisiōnis rapidā transcurri: quoniā procinctus itineris mei ī quo confecta est: nō solū
 ei limā nitoris ueq; etiā p̄fectionē operis iudicis: licet me & illa terreant: quę limant. Quod si nō
 placent īpolita: formidat animus cogitare quid iudicii mereantur informia: qđ ego illam non iudi
 cum subsellia: sed ad fauentium mihi coronam transmisi. Deniq; mea sententia non prodisset: nisi fuisset p̄ uos
 de secreto uerecundię uelut manu quadā charitatis educta: sed quoniā iam illam meliorē facere non possum:
 placuit mihi: ut semel emissum repetens apud te uerbū re tractarem: cuius conuersatio circūcisiōnis est interpre
 ratio: & uita totius legis enarratio. Ex eo siquidem lex uidet̄ obscura: quoniā raro in quo conspiciat̄ existat: dei
 enī uerbum uita est: & nos aliud uiuendo q̄ uita est: uerbū dei facimus obscurę. Quod si ea uita quę solum ui
 ta est uiueremus: narratione legis eius opus nō erat: quā facilius erat uidere q̄ loqui: qđoquidē non in sermone
 est regnum dei: sed in uirtute. Nobis ergo ex abūdanti licet apud te differētare: quod didicimus in te tibi prode
 re: quod nobis uita tua pręstitit ne esset obscurę. Sed quid nouū loquimur: si aut tu quod locuturi sumus: hoc
 uiuis: aut si apud te quod in te didicimus: hoc loquimur: cum & memor eorę quę meminit: monita nō q̄rat: &
 doctus nō ea quę iā callet iquirat. Tu qđem filia dilectissima circūcisiōne uiuis: mihi tamē propositū est illud
 tecū loqui: quare non ī digito: non in aure: aliaue corporis parte fiat circūcisiō iudæorę: quę utiq; sine ratione
 esse diceret̄: si a deo iuenta non esset. Nihil enī sine ratione fit per deū: nihil casibus ut gentes loquunt̄ fortuitis
 nihil deniq; fortunę in illo temeritati licet. Ipsi enī cęci sunt: qui illā putant habere aliquid potestatis. Deus au
 tē qui ipse ratio est: ut nihil nō plena ratione formauit: ita nihil ab homine fieri sine ratione mandauit. Ratione
 digessit: ut terra hęc esset super quā reliqua mouerent̄ īmobilis: ut aquę uenę altioribus montibus cōderent̄
 tur: a quibus orta flumina dum per multa spatia decurrunt lata: potandi usū per omnē tractū cursus sui aian
 tibus exhiberent: ut ipsū mare aquis influentibus nō ex crescat: sed ut uelut uenter quidā laticū aquas sitire uide
 at: ne uel fontibus in æternū manātibus: uel fluminibus sine fine currētib; uel pluuiis assidue uentibus: per
 petuo terra diluuiō tegeret̄: ut cęlū pręter plenitudinē illā lucis ī sole nocturnis etiā syderibus radiaret: ne qđ
 corpus igneū luminibus haberemus. Si ergo hęc transitoria ut ipse ait cęlū & terra transibūt: sic sapiētia descri
 psi: ut aliter ea nō potuisse esse credamus: quid hoies ipsos pro quibus hęc: nunc ita excogitauit: ordinauit: instituit:
 it: sine ratione forte uiuere pmisit: quorę adoptio est filiorę & gloria & testamentū: & legis latio & obsequiū & p̄
 missā. Ex quibus etiā est Christus secundū carnē: qui est benedictus in sæcula. Amen. Absit ergo ut a quibus etiā
 filiū secundū hoīem uoluit oriri: eis nō plena ratione cōderet̄ testamentū. Sed quoniā tā euidenter constat oīa
 ordinata per deū plena esse rationis ut assertore nō egeant: uideamus unde digressi sumus: quę causa est ut eā
 partē corporis quę secretior & occultior est: aut eam quę a gręcis φουσι Sa nobis dicit̄ natura ad circūciden
 dū dominus elegerit: qui utiq; ob signū quo uolebat famulos suos in Abrahę semine cęseri: id potuisset eligere
 quod in propatulo positū ab omnibus cerneret̄: & alio nomine uocaret̄: ubi nec ī signo obscuritas: nec cōfusio
 esset in nomine. sed utraq; hęc imago rationē habuit geminę ueritatis: quā dum loquar: ipende patientiā: ut qđ
 circūcisiōnē illā in uita tuā nō esse credebas: nunc uita tuā in illa circūcisiōne conspicias. Ac primū de se
 cretiori parte corporis: quid figurabat aduerte. Illud sine dubio quod postmodū dominus monstrauit: ne iusti
 ciam nostrā coram hoibus faceremus: sed ī occulto corā eo solo: cui soli nihil occultū est: & quę solū remunera
 torem bonorę nouimus esse factorę. Nā hic nostra circūcisiō nō uidetur: quoniā stultitię uelaminę uelut ue
 ste tegit̄ mundiali. Nec sane a nobis magnopere desiderandū est: ut cōtēplationi oīum circūcisiō aperte subia
 ceat: ne merces operis penes eos sit: quos uolumus hanc uidere: dicente domino. Amen dico uobis: receperunt
 mercedē suam: sed ita modeste: ita uerecunde habenda est: & uelanda iuxta eam ī imaginē quam abundantiori
 honore uestimus: ut nō uidentes eā uideant: sed querentes rimantesq; intus nos iuxta apostolum quos seducto
 res putant: ueraces esse fateantur: quos nihil habere credebant: omnia possidere cognoscant: quos mori iudica
 bant: uiuere in æternū testent̄. Hęc est gloria circūcisiōnis occultę: hęc partis uerecundię illis ad uiuendū: no
 bis in nostro corpore nō uerendę: hoc testimoniū gloriosū: cum conuersi amare cupiunt: quos odisse gaudebāt.
 Vnde non ī carne palam: sed in occulto cordis iudæi esse debemus: nō littera sed spiritu: populus ex deo non ex
 hominibus acquiri: ut uereamur audire a domino: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est
 a me: iuxta illum qui quod pertinebat ad labia: magistrum bonum de bono quesiturus appellat: cui uetus lex:
 id est carnalis circūcisiō uelut posita recitatur: quam se compleſse testatus: ubi quod ad circūcisiōnem cordis
 pertinebat audiuit: uende omnia: & sequere me. Tristis abscessit: miser prorsus: qui sequi noluit: quem bonum
 ignorare non potuit. Interitus ergo illud est signandum pręfiguratum: quod in inuisibili mente nostra ab il
 lo inuisibili nostro deo uidetur: ut non eum a quo inuocetur audiret: sed eum a quo crederetur attenderet.

Regnum dei in uita non in sermone

Quibus

Vestis mundialis

Signum

Accipimus honores
ab hominibus

Oculi enim domini super iustos: si ad iusticiam corde credat. Veg autem nos credere toto corde metimur: si ab hominibus accipimus honorem. Accipimus enim ab hominibus: si elemosynas nostras tuba populo predicatura praecedat: quas nec per officium ministrandi dexteram cum sinistra communicare concessum est. Accipimus ab hominibus honorem: si ieiunia nostra & abstinentiam ciborum populi oculis fractior mentis infirmitatis commendat incessus: & fauorem vulgi tristi uultu aduocatus pallor acquirat: si non caput ad imaginem festiuitatis injungitur. Sed si soli deo ieiunia commendantes possumus dicere: uoluntarie sacrificamus tibi domine. Vides filia nepe quod uiuis: & conuersationem tuam secretam illius circuncisionis agnoscis: populi oculis iudicanda in conuiuio uocatorum: sensu autem euangelistae locianda Matthaeo. Sed ad ueram ipsam uitam aliquando ueniamus: id est ad dominum nostrum Iesum Christum: uideamus an tale aliquid docuit & fecit: quoniam quod factum est in illo uita erat: si & ipse circuncisionem ueluti in occulta parte corporis operatus: noluit ab hominibus & ea quae faciebat: & ipse quis esset agnosci. Ac primum post caelestem illam doctrinam de monte descendens: populorum se admirantium stipatus agminibus: leprosi homines sordes emaculans: pro salutis tantae beneficio non laudem: non celebritatem comuni hominum ore desiderat: sed sibi soli quod est esse conscius: quod maiore non indiget testimonio. Iubet illum nemini narrare suam uirtutem: secretum quoque diuinae maiestatis quod mysterium incarnationis occubuit: ab eo qui sanatus fuerat uult sileri: ne gloriam quasi homo querere uideret: quam alio more & mystica ratione suscepit. Nam ut se ostendat sacerdoti & munus deo offerat imperauit: & hoc munus quod praecipit Moyses in testimonium illis: ut dum tacet quod quasi filius hominis imperauit: legis potius mandata: quam Moysi deus ipse dedit efficiat: & dum hominem quem in carne uiderat laudare prohibet: deum se uerum uidet inuere: dum non quasi homo predicandus est: cui ut deo sunt curationum uota soluenda: nec in plateis uilibus carnaliter celebrandus: qui spiritualiter sit adorandus in templo: ac si dum secundum hominem nihil requirit: secundum deum addit huic similia: ut ueritas locupletiori testimonio fulciret. **Quaerit a discipulis suis quis habeat in populo egregius: illi nominant prophetas. Quid ipsi sentiant sollicitus exculpit. Cui beatus Petrus. Tu es inquit Christus filius dei uiui: exclamat dominus. beatum: cui non caro istud reuelasset & sanguis: sed pater eius qui esset in caelis.** Tunc & Petrus uocat a petra: postquam angularis illam petram primus agnouit. Iubet tamen post multas donatas Petro benedictiones potentiaque uirtutis: ne quis discipulorum diceret quod ipse esset Christus. Mira ratio: non uult praedicari: quod gaudet intelligi: agnosci amat: & odit ostendi: sic mysterium obiectae circuncisionis exercens. Nam mauult se inuentum esse quam proditum: ut uirtus sua illum non fauor manifestaret alienus: quod in hoc praecipito & aliud intelligentiae genus occurrat. Vetat dominus hoc unde Petrum laudauerat praedicare: offendendus utique: si contra uoluntatem eius quod Petrus senserat faterentur: quoniam si facultatem loquendi se tribuere uoluisset: excusatio proditori praedestinata uidebatur. Poteratque dicere: permisisti nobis discipulis tuis: ut te omnibus panderemus: nec imputandum mihi est: si alio ad te aliquis animo uenit: quam ego te tuus laudator ostendi. Sed quoniam quicquid prohibetur illicitum est: a nullo se uoluit digne celebrari: dum a Iuda proderetur indigne. Iubet ergo discipulis: ne cui dicant quod ipse est Christus. Tendit sententia interdictalis in Iudam: & prauiusum iugulat proditorem: ipso uerbo praecipiti maiestatem signans: quae erat designanda praecipito. Refert euangelista his uerbis. Tunc imperauit discipulis suis: ut nemini dicerent quod ipse esset Christus. Et Iudas proditor his: qui cum ipso uenerant: ait: ipse est tenete eum. In uerbum prohibitionis declinatio obsecundationis incurrit: & ne obiectu ad excusationem esse posset obliuio: infelix memoria in sacrilegum uolueda suggestit: dum ipse proditur de sermone quo cauet: sic utriusque ratio non aequanda subsistit. Nam & dominus ostendit sic se prodendum esse: dum prodit: sed ignosce quod in alium tramitem disputationis census dei uerbo copiosior excessit: licet te amplius consisteret suppressa quam prodita: & magis de his rebus silere tibi quam dici copiosius irasceris: qui domini iudicia pro auro & preciosis lapidibus concupiscis: in quibus mel tibi fauorem compensas: & desideriorum non cares etiam plenitudine & si satureris. Ac proinde factum adhuc exemplum ab ipso domino repetamus: ut iuxta legem in ore duorum uel trium testium omne uerbum consistat: & quem prodi se diximus noluisse: etiam si uideri uoluisset doceamus: ut non ab aliis se modo honorari pateretur: uerum etiam ipse sibi in quantum fieri poterat: debitam detraheret dignitatem. Lazari amici sui mortem non audit: & nunciat: faciebat hoc de deitate: quid mirum? Ut cum loca liter perspiceretur in homine ex diuinitate nusquam abesse crederetur. Festinat in Bethania: submissitantibus pene discipulis pietas factura miraculum: defuncti sorores occurrerunt tetro habitu: ore lachrymoso: crine confisso: quas bono animo iubet esse: si credant Lazarum uiuere: si illae non sunt dubitaturae confirmat: uidet etiam multitudinem Marthae & Mariae: quae ad solatium comes conuenerat. Infremuit inquit euangelista spiritu: & turbatus est: & ait. Vbi enim eum posuistis: quid est hoc: quae confusionis causa: quae formidinis? Quid aut erubescit: cum & uirtus sit habitura miraculum: & deitas non sit subiecta terrori? Quae sepulchri tam inconsulta requisitio? Ut omnino credas de turbato confusoque profectam. Ille deus noster qui discipulis constanter dixerat de absente: Lazarus mortuus est: qui sororibus eius confidenter promiserat de mortuo resurrecturus est: sub noua nescio qua confusione sepulchrum quaerit: quasi hoc solum qui omnia & nosset: & praestare poterat: ignoraret: non planum hoc est: nam alius intellectus occultatur: i dictis promissisque superioribus satis de diuinitate publicarat. Aderat turba Iudaeorum: tantis semper non amica miraculis. In planum deus: si non aliquid secundum hominem uideretur ignorare processerat. Turbatus est inquit: id est fetulenta carnis diuinitas Iudaeorum oculis non prodenda miscetur: & ad ignorantiam humanam deitas uelanda reuocatur. Sic turbatur: & fons cum excitatus quasi a liquore limus: puritatem liquidum densat elementum: & duarum rerum una confusio discrimine proprietatum dum separatur excluditur. Ait namque: ubi eum posuistis? Et hic turbatus Iudaeis deitatem caelat in homine & splendori diuinitatis in tantae operationis coruscatione ignorantiam mortalitatis obducit: ut cum possit in suscitando

Petrus a petra

occidit

Sermon

57

des

fuscitando Lazaro deus adorari: homo in sepulchri eius ignoratione uilescat. Sic dū a cæcis uidet: & a uidenti
 bus nō uidetur: sic dū de lapidibus suscitatur filios Abraham: filios pditionis in lapidē offensionis ipingit: illud my
 sterio occulto operationis exequit: ut eū infirmi ac debiles ad poscendā opē salutis nullo monstrāte cognoscāt
 & psecutores uel inimici quem tenere debeant: nisi perdat ignorēt. Hic est ille liber intus & foris scriptus: hic se
 cretus & publicus: hic apertus & optus: hic paginis superioribus uidendus: interioribus nō uidendus: quia incō
 prehensibilis. Intus siquidē scriptus est cū propheta dicat: generationē eius quis enarrabit: Foris scriptus est cū
 euangelista ait: liber generationis Iesu christi filii David: filii Abraham. Intus scribit cū deus dicit. Eructauit cor
 meū uerbū bonū. Foris scribit cū uaticinat. Ecce uirgo concipiet & pariet filiū: & uocabis nomē eius Emanuel.
 Intus scribit per Ioannē. In principio erat uerbū: & uerbū erat apud deū: & deus erat uerbū. Foris scribit p Mat
 thæū. Christi autē generatio sic erat. Cū esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Intus scribit inuenta est i ure
 ro habens de spiritu sancto. Quid unq; habens uerbū domini: uerbū carnē factū sub lege. Foris scribit cū apo
 apostoli interrogati: quis esse dominus: alii dicerent Heliā: alii Hieremiā: alii autē unū ex prophetis responderūt.
 Intus scribitur cū Petrus exclamat. Tu es Christus filius dei uiui. Vnde & ipse dominus: nō reuelauit tibi. Petre
 inquit istud caro & sanguis: sed pater meus qui i cælis est. Cuius caro & sanguis: Nunqd nā Petri ipsius caro &
 sanguis obstabant: quin filius de disceret? Nō inq; sed ipsius domini caro & sanguis: i quibus dū cernitur: quod
 erat dei filius: nō credebatur esse quod erat. Impossibile enī hoibus uidebat deum credere: cū hoīem uiderent:
 & tantā illā maiestātē in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis: quā ipse non capit mundus: in corpusculo
 despectæ etiā imaginis inclusā. Ait ergo: nō hæc caro mea tibi & sanguis: me esse dei filiū prodiderūt. Nam ista
 nō patiunt me hoc credi. Deniq; & propheta dixerat. Et homo est: & quis cognoscet eū? Euidenter ergo illi se
 cundū oculū iudicantes: me aut Heliā prophetā: aut aliqū unū ex prophetis loquunt: quoniā hoīem esse ha
 bitu carnis agnoscūt: sed tibi reuelauit pater meus qui in cælis est. Q uado reuelauit? Q uo tpe deus cum Petro
 locutus est? Reuelauit inquit pater meus qui in cælis est. hoc est dicere: opibus credidisti: quæ loquūtur filium
 dei. Sed. n. foris scriptus est liber iste: cū dominus esuriit. Intus scribit: cū quinq; panibus multa hoīum milia sa
 turauit: Foris scribitur: cū affigitur cruci. Intus scribitur: cū paradysum latroni pmittit in cruce. Foris scribit: cū
 spiritū moriēs secundū rationē humanæ carnis emittit. Intus scribitur: cū in passiōe sol fugit: dies absconditur: ter
 ra concutit. Foris scribitur: cū sepelitur. Intus scribitur: cū tertia die sepulchri limibus emotis erūpit in lucē. Fo
 ris scribitur: cū apostolis clauorum & lanceæ uulneribus ostēsis. escam etiam postulat. Intus scribitur: ut inter
 eosdem apostolos clausis ostiis qui intrare uisus nō fuisset apparet. Sed miro modo cū interior scriptura libri ma
 gis obscura sit: amplius hoīum mentes turbat exterior: & uidētes illa quæ p hoīem uideri nō possunt: ista quæ
 possunt p hoīem uideri: noua ratione nō cernunt. Nā manichæi quod uideri nō potest: credentes: id quod pot
 uideri nō credunt. Cū beatus Ioānes inuisibile & uisibile deum & hoīem breui quasi caractere signauerit. Sic
 enī ait. Q uod fuit ab initio fratres quod audiuimus: ecce libri illius iteriorē partē. Q uod sequit: & uidimus
 oculis nostris: & manus nostræ palpauerūt de uerbo uitæ. Ecce libri pars exterior: quæ oculis a manibus subie
 cta hoīum: & uideri & tractari potest. Hanc partē libri Manichæus ignorat: uidens opa quæ fiunt & uidens fa
 cientē. Potest quidē dicere iste: tu es filius dei uiui: sed nō potest dicere: dominus est sabbati filius hoīs: & mira
 pueritate quod uident: negātes: quod nō uidēt confitent. Inuisibile in uirtutibus recognoscunt: uisibile in hoīe
 quod facillimū esse debuit: nō agnoscunt. O cæcitas. O ignorātia ueritatis: & omni ratione dānanda præsumptio.
 Isti sunt qui deo ipsi se præferūt: sic credendo i carne cōstituti: spiritualiter se uiuere profitent: quod deū non cre
 dunt potuisse. Minor enī sine dubio ab istis deus est: si quod isti possunt: ille nō potuit. Nā isti possunt in carne
 cōstituti alienā capere naturā. Cur ille in carne positus: suā seruare nō possit? Videlicet ut semp deus sit: ne cor
 ruptelæ admixtus incipiat esse corruptus: Mira disputatio: deū destruit cū honorat. Maioris enī uirtutis est ob
 tinere i terrena substātia deitatē: q̄ deum spiritualiter i deitate durare. Q uid ergo mirabor i deo: nisi q̄ cū homo
 esse dignatus sit: in hoīe q̄ deus esset: aperuit? Nō quod ipse destitit esse: quod fuerat: sed q̄ carnē fecit esse: quod
 deus est: q̄ in excusationē materiæ uitiosā: aīa sit ipse sine excusatione: q̄ dū pro nobis peccatū factū esset: pecca
 tor esse nō potuit. Sed hic Manichæus. Arrianus iteq; superiorē partē libri utraq; circūplexus manu: illā iterio
 rem paginā sic referare formidat: quasi sacrilegiū facturū sit: si deus in carne ueniens non amiserit deitatē. Vi
 deniq; dominū in nauicula dormientē: non uidet uentis & fluctibus imperantē: cui deitatē se tribuere sine simi
 litudine paterna mentitur. Deus enī esse nisi patri: id est deo similis sit: non potest: simile autem esse nec illū qui
 foris scriptus est: de interioribus aliquid perdidisse. Illos quotidianus sermo instruere debuisset: quo filius patri
 bus suis similis: ita cupimus approbare: ut dicamus: de ore eius exiit: ergo omnis filius: q̄libet secundū carnalē
 generationē alter generetur: tamen si forte patri per omnia similis sit: dicetur ab ore eius profectus. Q uis inui
 det domini uerbū de corde patris eructatū: nec aliū de in spiritu q̄ ore prolatū etiā iuxta comunē oīum sensuū
 patri simile iudicare? Q uod ubi fideliter senserimus te: & ea quæ foris scripta sūt: & ea quæ intus diuinitus an
 notantur credere: unū librū dicere poterimus: in quo legē totā scriptā uidentes: non philosophorū argumēta se
 ctemur: ut ueritatē opinationis colligamus: sed formā uitæ ante oculos cōstituamus: & eā ipsam tractabile mire
 mur: in qua quicquid obscurū esse poterit: effundetur. Q uā manichæi nō uidentes i carne: Arriani nō intelligē
 tes in spiritu: unius libri paginæ confederatā dissecuere iuncturā: & mediatorē duorū consertis manibus hæ
 reticorū furore ruperunt. Sed quid miri: si hos nimirū sibi i singulis paginis sapiētes: ac de mūdiali philosophia
 uenientes: tanta operi apertiq; libri cōcathenationis subtilitas præteriuit? Cū eū nec iudæi qui ipsius erant: cum
 in sua uenisset agnouerunt? Q uo dum de cælo signum postulant: quasi cælestia non essent quæ in salute uel

debilium uel mortuorum cælesti uirtute faciebat: obæcati infidelitate sua: uidentia: etiã non uidere meruerunt. Ira-
tusq; est dominus: cur in ipso deitatis contēneretur operatio. Illud de iudiciis sapientiæ suæ procurauit: ut & for-
ma serui duplicabilis haberetur: & quibus nõ per uirtutē suã diuinitas radiaisset: his omnimodis positus contē-
ptui: irruenda in ipso iuxta sæculū uideretur humanitas: & cū dominū suū in spiritu israel nõ receperit: cur uel
fratrē suū in carne Iuda reciperet & cognosceret? Neq; enī æquū erat: ut qui maiora subruerent: & qui sacrilegi-
um ut uolebã æstimari cõmitterent ignorãtes: nõ homicidiū facerent sciētes. Deniq; & Ionæ signū promittit in
fidis: & miser quidē populus in uno eodēq; hoīe dei contēptor sui occideret: & quē iuxta legē suã nõ agnouisset
ut deū: hunc extra legē suã gētiliter dānaret ut reū. Hæc itaq; ignobilia passionis uelut uelata sicut loq̄bantur:
passione promeruit: cū deitatis naturã mortalitatis ueste circūdat. Dū apud erubescētes agnitione eius ipse cõ-
funditur: dū q; homo de deo sit nõ credunt: dū ipsū deniq; in se hoīem idēspicabiliore cæteris formã ut patiat
inclinat: dū apud discipulos dei uerbū non habēs: inuenitur. Vnde sicut dominus celi & terræ: cuius nomē super
omne nomē est: formã serui accipiēs: non rapinã se dei arbitratus æqualē: in hoīem se despectū uelata studiose
diuinitate proiecit: neq; uideri in se uoluit: quod nõ poterat: nõ agnosci quid hoīes obseruare sub specie secreta
circūcisionis expediet: quos præter naturã exemplo humiliavit & præcepto dicēs. Cõsultius utiq; facient: si etiã
cū omnia fecerint dicāt. Serui inutiles facti sumus: quod imperatū est fecimus: quoniã fiducia præsumptionis cla-
tis: ut unus a dextris: & a sinistris alius in regno eius sedeant postulantibus: ipse dominus illis responderit: qui il-
los amare amplius credebatur: nescitis quid petatis: quibus & statim formido passionis ab eo opponit: qui iuxta
carnē humiliat elatos. Quã ubi intrepide poposcerunt: recte quidē dicit illis: sedere ad dexterã aut ad sinistra
non est meū dare uobis. Nūquid nã hic se potētiã indignū esse professus est? Aut aliquid sibi licere nõ testat:
qui ait: pater neminē iudicat: sed omne iudiciū dedit filio? Nõ est ait meū dare uobis: id est sic petentibus super-
bi: insolenter: elate: de carnis tumore: nõ spiritus lenitate. Nã ego qui resisto nūc uobis: humilibus dare gratiã cõ-
sueui. Ita dominus dū humilitatē & uerbo & actu uere audientes docet: cur in secreta parte corporis præfigura-
tionem ueræ circūcisionis habere uoluerit ostēdit. Dixi de occulto circūcisionis: quæ putauit esse dicēda. Super-
est ut de ipsa circūcisione tractemus: quæ figura sit. Cur nõ oculo circūcidamur & manu: dicēte domino. Nã
si oculus tuus scandalizat te: erue eū: & si manus tua scandalizat te: abscinde eã ait: quæ tãta ibi præfiguratio est
ubi per unã partē corporis totus omnino homo circūcisus esse credat: & cū hoc nos post Christū circūcida-
mur in corde? Veniamus ad regenerationis nostræ sacramēta cælestia: ut circūcisionē spirituale in spiritali natiui-
tate q̄ramus: & in ipsis fidei nostræ cunabulis: quo tēpore circūcisio celebratur: primos uagitus sacratæ repeta-
mus infantia: & abrenunciationē illã qua præputiis denudamur ante oculos collocemus: quoniã sicut qui car-
naliter nascebant in mūdo: carnaliter circūcidebant in lege. Ita qui nūc ad cælorū regna generantur ex uerbo:
per uerbū circūciduntur a mūdo. Sic nãq; dicimus abrenūciare nos mundo & p̄p̄is eius: quoniã quicquid est in
mundo cõcupiscentia carnis est: & cõcupiscentia oculorū est: & abnutio sæculi quæ nõ est a patre: illa ergo pro-
missio & circūcisio est: quã nõ patimur ut serui: sed exhibemus ut liberi. Nec postq̄ nati fuerimus celebramus:
sed ut renascentur offerimus: omniq; in procinctu baptismatis idumento nudati: sola sanctorū oculis cõtritione ue-
stimur: nec ad speciē naturã nostrã: arsurã filiorū ueste uelamus: quia in euāgelio arbor foliis exuberans: cū in ea
fructus nõ esset repertus exaruit: sed cūcta carnis repudiata natura: sexus imemores: nil ueremur: nec cū primo
illo terreno hoīe: Adã ubi es: deū fugientes audimus. Præputia itaq; Adã transgressoris acquireret: p̄ subiectio-
nē cælestis obedientiæ respuentes naturã circūcidimus uitiorū: & per unã corporalis mēbri formã omnes exer-
centes in præputiū sensus p̄sequimur: ac trūcamus: nõ enim naturã: sed naturæ supflua refecamus: scientes quo-
niã quicquid amplius est: a malo est: sic domini dignatione cõsequimur: ut nos qui secundū carnē præputium
dicimur: id est uelut ignorãtia quadã naturaliter obtecti: tamen reuelata facie gloriã domini speculemur cū illi
qui secundū carnē circūcisio dicunt: tamē ne in legē introspectant: obtētis præ facie obæcentur aulæis. Eua-
cuata est itaq; circūcisionis figura corporeæ: & in uerbo nominis eius rota trãscendit: q̄do etiã sic præputiū circū-
cisio reputat: quod tūc euenit: si aut post uerbū domini naturæ huius corruptæ acquiescimus blãdimētis: & de-
nuo scēntia sequimur uitiorū. Aut etiã nõ incircūcisi in carne eã ipsã naturã cū suis p̄sequentes: uerbū domini
dū nõ custodimus: obterimus. Porro hæc an ita se habeant: & fidei patrē: & circūcisionis iterrogemus auctorem
quoniã ab ipso utraq; hæc: & quæ ad mentē: & quæ ad corpus p̄tinent: p̄cesserunt ipse nobis respōdebit ex ge-
stis: utrū ne illū de iudaica circūcisione: an uero de nostra hac quã dicimus cõmendari: ac primū audita domi-
no. Exi de terra tua & de cognatione tua: sub hoc uerbo iuxta carnē in præputio cõstitutus: a parētibus se circū-
cidit: & pariã naturãq; oēm qua p̄ affectū tenebat: abrūpens uerbū domini sequit̄ p̄grinus. Hinc deinde ex cõ-
iuge sterili & annosa: id est & cõtra uitium naturæ: & cõtra cõditionē deficientis ætatis posteritatis p̄mittit multū-
tudo: nõ cõsiderat corpus suū emortuū cū iã fere centū esset añorū & emortuã uulua Saræ cõiugis: cui desinens
iustificationē credēdo p̄meret. Prius ergo q̄ in carne circūcidat: eligit. Prius enī scriptū est. Credidit Abraham
deo: & reputatū ē illi ad iusticiã. Iubet igit̄ deus. Circūcides oē masculinū uirū: & circūcides mini carne præputi
uiri. Addidit & significatiã huius rei: ne cēt obscura. Ait enī. Et erit in signū testamētū inter me & uos: signū ad ocu-
los p̄tinet: uidelicet ut eorū esset agnitio: q̄ nõ putarēt eū mūdiale naturã p̄ uerbū domini respuisse: ac siq̄ esset il-
li: q̄ Abrahæ fidē uirtutē opationis ignorarēt: p̄ signū uelut p̄ imaginē aliq̄ cõparatiōe depictã qd uerū cēt agno-
scerēt. Deinde & p̄pheta infideli populo: q̄ deū ex eo q̄ uideri nõ potest nollet credere: signū uisibile p̄mittit dicen-
do. Dabit uobis deus uester ipse signū. Ecce uirgo in utero cõcipiet: & pariet filiū: & uocabitur nomen eius Ema-
nuel. Et ipsi iudæi cū dominū iã in carne cõspicerēt: & fidē eius uirtutibus denegarēt: signū postulant de cælo:
nempe

nempe ut crederent: si uiderent. Deus ergo pro tempore: cum Abrahamæ posteritas paribus si posset uestigiis ingredi in fidem electionis suæ: notam in signo hoc uoluit esse non iusticiam: ut qui mundialē naturā aīæ respiciet: ei circumcisio carnalis appareret in corpore: ac uelut per hoc quod uidetur: posset intelligi. Sic multa quæ a prophetis populo denūciabantur ab ipsis prius a quibus præconabantur: effecta sunt. Nudos in captiuitatē filios Israel esse ducēdos: per prophetā iratus dominus minabatur: certe dictū iam ad partiū oīum intelligentiā poterat intrare. Vadit tamen nudus ipse propheta p̄ populos: & in se quod aliis uaticinabatur ostēdit. Videt uulgus: non audit. Et in Esaiæ corpore: quæ sibi erāt uentura cognoscūt. Fit signū de uate: & in libro adhuc populo amaritudinē sentit propheta captiui. Sic Abrahamā designat in carne: quod exercebat in mēte: & per nomen mēbri uelut uirtutem circūcisionis intelligit: non per hoc signū exprimens carnis: sed signū fidei: deniq; post illā carnis circūcisionem suæ: si erat plenitudo iusticiæ: quare maiora adhuc in Abrahamā fidei experimenta querebat. Cur in patrio postmodū tentatur affectu: si iam in illa circūcisione benedictionis sūma tenebatur. Sed quoniā non illa uirtus sed signū iubebatur esse uirtutis: quiritur a singulari uiro: Vt uē ne qui iam & patriæ & cognationi renūciasset: & circūcidi se passus esset: nū parceret & filio. Quē ubi ad uictimā non tristis exhibuit: pro digna pignoris impietate sit carnali pietate sublimior. Lucratur orbitatē: dum parricidiū meditat: & cū unico non parcat in terris: stellas pro filiis annumerare iubetur in cælis: carnalisq; despector naturæ in natura syderū collocatur: & humani cōtēptor seminis: pater uocatur astroꝝ. Sic fidelis non filio: sed præcepto: dum mandatū domini religionem ducit esse non crimē: dum offerre filiū deo sacrificiū iudicat esse non parricidiū: pene meruit præuidere: quod deus ad tētationem probādæ mentis parricidiū uoluit offerri: sed noluit implere. Ab hac ueritate forma iudaicæ circūcisionis amissa est: hæc nominis erat figura non mēbri: sic naturā nostrā deus uoluit denudari: ut non in nobis aut cupiditas arderet: aut ambitio sudaret: aut affectus carnis præminere: sed ab omnibus præputiis dei amor & præsentū contēptus exueret. Dixit quidā satyrus gentiū poeta. *Probitas laudat & alget.* Testimoniū hoc uerū est: nullus eā stipat populus: nulla multitudo ambit: homo nullus amplectit: & in mūdo isto uelut in nouerca li domo horret: etiā necessariis deopta quādiu non ueste suæ habuit dignitatis. Age si uidetur: totū tramitem ueritatis per patriarchas: gesta uelut p̄ uia uestigia decurramus: ut circūcisionē quæ sanctificat demōstremus. Transeo Isaac peregrinantē: quod ipsū in circūcisionis forma consistit. Rebeccāq; propter phylistinorū insidias sororem de uxore dicentē. Quod atq; quod magni sacramēti sit: tibi existimandū relinquo. Taceo Iacob per duas annorum hebdomadas matres. xii. tribuū seruitute mercantē. Omitto eius filios: quos p̄ patriā benedictionē & sanctitatē naturalis quædā necessitas continebat. Ad Iob ueniā: in aliā generationis lineā de Isaac germina iam prolapsū: nec inter. xii. Iacob filios hæreditatū: per Esau genitū primitiuarū benedictionis extorret primogeniti dignitatibus expoliatū: inter Edon principes qui deo placerent iuentū. Hic tamen an circūcisionē naturalē æquanimiter possit ferre tentat. Fit pauper ex diuite. Sed hoc etiā sæculi hoīes contēnere nouerūt. Tot orbitatibus uulneratur: quot successibus gloriabat. Exclamat forti uoce: nudus censu: nudus & filiis: nudū se exisse de utero matris suæ: nudū etiam iturū sub terris: dominū dedisse: dominū abstulisse. O uirū naturā sæculi respicientē: non se lachrymis: non se gemitibus: non se etiā tenebris tradidisse: sed potius detrimēto meritoꝝ dolor uictor: & si genus affectu sit fortior cū infirmat: & in ualle lachrymarū turri occupat gloriarū. Vbi es insolens nimium carnis iudæa: Confer cū hoc uiro pedē: contēde: & gloria attollere maiore supba uirtutibus: latusq; tuū benedictis nobiliū patriarcharū circūcinge nominibus: ut te iustificationū uetus illa uirtus & auore splendor appareat. Iob te ad uersū procedit in mediū: sanguinis auctor es non erubescens: nec p̄ Esau in concessā benedictionis forte trāsfusione mentitus: nā illa nec prodesse nouimus: nec obesse dicēte domino. Anima patris & aīa filii mea est. Aīa quæ peccauerit ipsa moriet. Ac p̄inde ei spes est: quod in his uincat te oibus: & p̄cedit plus sibi de uirtute uēdicans propria: quo minus ex gloria pmittit aliena. Deniq; expoliatus bonis oibus nil requirit. Tu ægyptū in heremo post māna delitiosa suspiras. Illū ab spe in deo posita tot malorū tentamēta non auocant: te ad eā spem bonorū oīum blādimēta non prouocant. Ille manū domini sentiens benedicit in uulnere. Tu uirtutibus de Pharaonis iugo exuta: non subiaces. Huic illi & pro circūcisis ueniā postulare cōcedit: tibi uelut incircūcisæ Amorreus pater & mater igeritur esse Ethea: ut manifeste liquat: & illū per uirtutes operū non per obseruantiam circūcisionis benedictionē sibi restaurasse: quā proauus amisit: & te per iactantiā circūcisionis uirtutes negligentē eā benedictionē quam Iacob sola subtilitate acquisierat: pdidisse. Quid enī sibi iudeorū arrogātia non usurpet. Iob ista qui deo placuit: quomodo gentis non est mex: Et circūcisus forte: quoniā de Esau circūcisio hucusq; generat. Nec manus leues in hoc non circūcisio fuerat: prædicata: sed uirtus: nec an sine præputio uixerit: sit quærendum: sed quod nihil labiis suis peccauerit sit tenendum. Ad alienigenas ad quos prouocat: ueniamus: quoniam nullam nobis arborem exemplorum ager diuinorum omni ligno feracium plantariorū: nec in eo germina de uimine: sed de fruge censentur. Ostendamus in israel gloriā peregrinam: & benedictionis germen in ligno fluxisse non suo dicimus Ruth: quo magis confundant in scemina. Promittitur p̄ prophetas de radice Iesse uirga pro nostra salute proditura: nunquā flos cōdescenderet: qui uel solus utiq; pleni agri odore flagraret præ cōfortibus: nisi eū odore unguentorū super omnia aromata lætitiæ oleo pater unxisset. Hic tamen Iesse aīā non israeliticā habuit: sed Moabitā. Cui tantū peregrinæ cōceditur: quantū nulla de patriarcharū germine pro meretur: ut suo utero destinatæ benedictionis semē accipiat: & israeli non israelita parturiat dignitatem: cornuq; populū suū: alterius populū benedictionibus aliena sustollat. Vnde istud oro promeruit. Credo quia dicit locri suæ. populus tuus populus meus est: & deus tuus deus meus est. O uirtutem uiris etiam præferendam: Abrahamæ fidem incircūcisæ gentis mulier imitatur: quam uirilīs circūcisio dereliquit: & per aliena uestigia meritum iustificationis ingreditur: a quibus

Iuuenal. Satyrus poe.

maior cæca hæreditas deuiauit. Dominos suos Moabita contēnit: cū Israel contēnit̄ alienos. Illā in unū deū suo
rum iam oblita cōiurat: & tu post multitudinē fornicaris idolorū: hinc eligit̄ a domino: hinc fit israelita mēte nō
genere: fide nō sanguine: uirtute nō tribu: hinc usq; adeo benedicīt: ut prophetarū tuorū mater uocet̄ & regum:
licet prorsus dicere clarius regnū cælorū uim pati: & a uim facientibus inuadi: diripi: possideri. Nec iustificatio
nē gētis esse: sed uitæ: q̄do nō circūcisi per frugē probitatis aulā sanctificationis introeunt: & circūcisi in eadē
aula geniti: per pudēda gestorū sceptrū sanctificationis amittunt. Sed rursū ad benedictū uelut. xii. tribuū san-
guinē: redeamus ut in eo iā tunc præcedēs ecclesiastici mysterii ueritatis umbra probeſ. Longum est singulorū
formas enumerare sanctorū: eorūq; gesta tuis filia dilectissima enarrare uirtutibus: quid sit q; Ioseph de domo
ægyptii regis ueste proiecta nudus aufugerit. Quid sit: q; hic populus mare transierit: & Pharaonis non transit
exercitus: & species labētis naturæ sub hoīum persona mutat. Quid est: q; ipsū mare euadētibus ægyptum Ia-
cob filiis occurrat. Tibi hæc cūcta examināda & iuxta tuā uitā & iuxta ecclesiæ mysteria derelinquo: ut in his
ueritate circūcisionis archana: quā in Aaron aspicias: uacuatā formā signi iudaicō nō mireris. Igitur quoniā stri-
cti uniuersa dicēda sunt: ne ī longū sermo procedat: seges mihi ois israelitæ gentis est iuadenda: & ī ea ipsius cir-
cūcisionis uentilādus effectus. Iesus naue populos hæreditaturus ī terris: prius illa oia uelut diuinæ plebis cir-
cūcidere iubet̄ ex aīa: quasi uero nō tota heremus per uarias peccaminū plagas circūcisæ gētis ossibus albicareſ.
Quid ergo iubebat hoc fieri: quod peccati meritū nō sanabat? Dicit dominus: fac tibi cultellos petrinos nimis
acutos. Quid est: q; tātopere cauet: ne habeant̄ obtusi? Nimis ait acutos: ut uidelicet nō qui particulā aliquam
corpuscūli sui sensu doloris abscondāt: sed multa lima atq; usu cotis assiduo tenui acie mortiferos: sensus mentis
subtiliter discriminēt. Circūcidit ergo ni fallor in illis ægypti desideriu: murmuratiōne: contumaciā: idolorum
fornicatiōne: consuetudinē peccādi: pro quibus irā domini eorū sensere maiores. Et illis etiā sine dubio circū-
cidit: metum positō ante faciē præliorū. Nā iam ante q̄ terras promissas sibi: Iesu illas specularē uidissent: gi-
gātes ibi esse fortissimos q̄rebantur: cū quibus manus cōserere formidarēt. Circūcidit & oculos: ne alienigenarū
coniugia cōtra licitū cōcupiscant: aliudq; in illis regionibus uelint possidere q̄ terras. Nō enim si nō circūcidan-
tur: sed si hæc negligant: per irā domini moriunt̄: quoniā illud signū est benedicti: nō meritum benedicēdi: sed
pleni sunt omnes libri: plena exemplorū uetustas: q; nō præſeptione nescio cuius mēbris: sed naturæ nostræ cir-
cūcisione dominus delectat̄: in qua secū etiam ille maior oīum prophetarū Ioānes circūcidat̄: non uestiē mol-
libus nō exquisitis ad gulam dapibus saginat̄: sed in hoc mūdo pene sine mundo est: cūcta desideriorū deferēs
curā mundialē: fetosa duræ uis horridant tegmina nō decorant: humifero esu: melleo tenuiter sudore saturatur
quæ alia circūcisio præstantior debet̄ iquiri? Deniq; hic nō agnum illū: quem ī umbra ueritatis soliti erāt iu-
dæi habere pro pascha: per quē mundi peccata nō poterant aboleri: sed illū uerū agnum: cuius omnis esset mor-
talitas cruore saluanda: relictis. xc. & nouē ouibus gestari pastoris ueri humeris primus agnouit: dicendo: ecce
agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Illud etiā in eo mirandū est: heremū elegit: domini prædicaturus aduen-
tum: nō in templis nō loquit̄ in plateis multitudinē profecturus horrescit: & cur uox est clamātis: si declinat̄ au-
ditor? Opus est utiq; multitudo doctōri. Et quæ erit in heremo multitudo? Sine dubio nulla. Et quid faciet p-
pheta: qui uox est & uox clamātis. Elegit ni fallor locū: ubi eū nullus audiat: sed ad quē populos de naturæ cor-
ruptæ cōuersatione reducat: ut ī propheta nouā uitā uidentes diuinā mirari discant: seq; oibus uitis circūcisos
esse patiant̄. Locus ergo ipse forma doctrinæ est: & ipsa prædicatio solitudo est uirtutū. Operat̄ habitatio: dū
urbū frequētiā sollicitus relinqt auditor: & heremū a cōtagione mundi uelut a theatro hoc uoluptatū auulsus
ingredit̄. Prohibet deniq; ne Abrahā patre glorient̄: uidelicet q; eius uestigia nō sequant̄. Certe si ad circūcisio-
nē illam iudaicā ueniamus: circūcidamur: ut Abrahā fuit circūcisus. Si ad sanguinē: cur filii Abrahæ nō dican-
tur esse qui filii sunt: sed fidei pater nō potest esse nisi credentiū: & filii nō de signo circūcisionis: sed de operis si-
militudine recognoscant̄. His ergo cū inhiebant̄: ne se Abrahā parente iactitarent: illud ostendebat̄: nō quia
signū fidei illius: sed quia signū patriū non haberent. Tunc aut̄ rite filii Abrahæ sunt dicēdi: si ad formā patris
non faciēs: sed uita respōdeant. Si ad uerbū domini nec patria diligat̄: & filius possit occidi: cū ipse etiā totus ho-
mo illa qui pro nobis mortuus est: pari iubeat charitate cōmori. Si Symeon senex: nūc dimittis ait domine ser-
uū tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuū: Forma est utiq; q; qui Christū uidet: iā sit sæculo mo-
riturus: & hæc est circūcisio nō adhuc sub tabernaculo significationis adūbrata: sed præfiguratione ueritatis
occultat: etiā in lucē facis imagine expoliata procedens: quā Abrahā prior mysteriorū pene oīum iniitiator ostē-
derat: cū post uerbum domini locum sibi a filiis Heth: non ubi uiueret: sed ubi moreretur acquirat. Magi quoq;
adorato domino: ne cui genti ut docuimus: præputiū corporale fraudi esset ad gloriā: uis se affectibus circū-
cidere cum thesauris suis: id est secretis mentium patefactis: animorū motus mactauere pro munere: eosq; mor-
bos per quos aliquid aut cupimus aut metuimus aut dolemus: uelut ante pietatis arā & misericordiæ altare fo-
derunt: ut uel in auro auaritia: uel in thure idolatria: uel ī myrrha fieret domino subiecta mortalitas: a quo eius
utiq; erat captiua ducenda captiuitas: & in hanc petram & sacræ pecuniæ cupiditas: & profana errorum su-
perstitio: & amara mortalitatis conditio uelut illisæ morerentur. Iam pridem Babyloni psalmista præcinnen-
te: beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Sub his ergo magorum & nominibus & oblationibus
omnimode ille diuinorum interpollator exiuit: quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
Quis enim iam aut aurum sibi audeat possidere: si domini est: aut idolis thura concremare: si Christi sint: aut
mortuum nisi mortuus sepelire: si myrrha iam uiui est? Deniq; & a diabolo uelut trium alea tessarum do-
minus ipse tentatur. Nā & continentia ī fame: & religio in adorādo: & uita in præcipitio periclitatur. Sed facile
cūcta

Io. Baptista

Interpollator.

Alea trium tessarum.

De uera Circumcisione

cūcta supauit: q̄a p̄f & rex bonorū oīum thesaurorū: & sacerdos repositorū ante sacula mysteriorū: & resurrectio
destinatus fuit mortuorū. Magi tamē ex illo uetera uitae reliquā re uestigia: nouū iter ingressi: uacui sarcinis nō
uacui benedictiōe cātauerūt. Reuertere aīa mea in requiē tuā: q̄a domus benefecit tibi: nec ille ad quē domus
īgressus est: nō oī d̄f p̄ap̄utio circūcisus uitiorū. nā & dimidiū ex substantia sua dat egenis: & sicui qd̄ fraudā
uit: reddit in q̄druplū: Ille utiq; qui dominū nō poterat uidere: dū diues esset: nisi postq̄ de terra in qua cor ipsi
us uidebat̄ esse: cū thesauro sycomorū qua dominus esset trāsiturus ascendit. Tūc uelut de cognata necessitate
a crucifigēdo cōspectus in arbore cognoscit̄: & filius d̄f Abrahā. Cur d̄f: Si erat: testimōio nō egebat. Sed quo
niā nō oēs erant filii Abrahā: qui esse credebant̄: hic de ope agnoscit̄ filius: nō de gente: & uirtute: nō de sanguī
ne. Hāc circūcisioēs sūt notāe de circūcisiois effectu. Iā ne uides filia: iā ne cōsideras totā circūcisioē per ope
formā: uelut per quādā mēbroꝝ liniamēta deductā: & per actū diuersitatē q̄si colorū uarietate depictā: in u
nū tamē iustificatiōis apicē uirtutū gradibus ipletā: Cernis aliū p̄riam relinquentē: nec de parricidio dubitā
tem aliū tanti census naufragiū nō curantē: nec in orbitatibus lachrymātē: imo qui in putredine corporis sui de
p̄ctō potius coniugis q̄ suo uulnere suspirantē. Illā populos suos deosq; deserentē: nec in alienā gentē inopē ui
rilis auxilii metuentē. Hūc repromissionis ingressū terras: cultellosq; aīorū nō in ense ponentē: sed de caute faciē
tem: ut ex se hēat petrinus: qd̄ ferreus acquirit aliūde. Aliū in solitudine uīā domini p̄parātem: & rectas semī
tas in heremo facientē. Aliū porro dimitti de saeculo deprācantē: & pacē domini malle q̄ mūdi: hos uero suis af
fectibus spoliatos in auro thure & myrrha cōuersationū itinere mutato: qui p̄ Herodē uenerāt: p̄ angelū redeū
tes. Istū etiā nunc aceruos fraudū curā scenoris remouentē: & Abrahā filiū non naturā beneficio. sed gestorū
suffragio nuncupatū: ut euidenter appareret oēm mundi naturā per singulorū opationes fuisse dimissam. Sed
quoniā nuptialis cōiuii sine pene uinū: qd̄ per patriarchas ministrabat̄: expendimus: & nouū cepimus aqua
rum cōuersiōe libare: de nouis quoq; utribus aliq̄ p̄feramus: ut quale sit qd̄ receperūt: de eo qd̄ ipsi redolēt: asti
memus. Feruet quidem uniformiter per oīum apostolorū mentes: plenis musto p̄ctoribus: & mensurā corpo
ream mundatio spiritalis excedens: ebrietatem non cālat gloriosam. Nobis tamen ab illo est incipiēdum a quo
hauriendi sitis est inchoata ut ex desiderii magnitudine: sacra infusionis plenitudinem doceamus ex uino sitim
parilem sociorū: non auara diuinā sobrietatis propinatione propinatam: Ecce in clytam sodalitatē. Augustū
caput Petrus extulit: noui signifer testamenti: & in creatione primitiuus. Alius quod sine dubitatione loquor:
Abraham: nescio an maior. Certe quod s̄t̄io: non secundus. Illi generatio larga promittitur: huic generatio pa
scenda cōmittit̄. Ab illo iustificāda p̄cedūt: in hoc iustificata fundantur: ita qd̄ sperat: hic accipit. Illi dicitur: fa
ciam te in gentem magnā: huic dicitur: faciam te piscatorem hoīum. Illi dicitur: in semine tuo benedicentur pa
tria gentium: huic dicitur: iudicabis duodecim tribus Israel. Illi dicitur in stellis erit nomen tuum: huic dicitur:
tibi dabo clauēs regni cālorū. Ac per hoc: ille fecunditate seminis benedicti ipletur: hic ante semen ipsum euan
gelizaturus assistitur. Abrahā pro filiis claritas monstratur astroꝝ: sed Petro traduntur regna cālorū: uidelicet
ut in eo sine petro nec filii Abrahā possint itrare. Hic ergo: nō quo circūcisus sit iuxta gentē suā apud dominū
gloriatur: sed dicit. Ecce nos reliquimus oīa: & secuti sumus te: quid erit nobis? Quae sunt ista oīa apud eū: qui
p̄ter instm̄ artis piscatoriae nihil hēbat̄. Oīa inquit: utiq; quae ad concupiscentias mundus ingerit: quae p̄
putia possunt dici: si congregantur ad lenocinia peccati: quae uehementius p̄cedenda succrescunt: si quo cum
prouentu mentite foelicitatis adulantur: interiorēq; illā mentis n̄ae naturam circunuestire nituntur: ut maio
ribus tenebris ipsam etiam quod nobis pro lumine datum est: tenebrescat. Omnia inquit apostolus reliquimus
& secuti sumus te. In fidem ueteris exempli nepotum uirtus tam sera: q̄ mira: per discipulum primogenitum no
uā iustificatiōis aspirat: & obsolescentibus iam pene imaginibus ueritatis Abraham reformatur in Petro: oīa
reliquisse testatur: non in alto fluctuat: artis cura non geritur: nec locus agra sine domino uisitur. Omnis sin
gularis uiri affectus in Christo est: hunc sequitur substantiae contemptor: studii negligens affinitatis oblitus: &
id quod Abrahā ut faceret ioperatum est: hic iam fecisse non cālat. uidelicet ut simili circūcisioe: sicut uirtu
tis hāres est: fiat hāres & gloriae. Omnia inquit reliquimus: & secuti sumus te: quid erit nobis? Hoc est dicere:
totis uitae prioris uitiis defecatis: in forma utris in pruiua iacentis: dum te sequor exarui: nihilq; in hoc mundo
p̄ter te: quo impleri cuperem: elegi: cuius non frustra huiusmodi siccitas sancti spiritus ubertate pensatur: p
quam ebrietatem nouae gratiae in se apostolus ipse dum linguis infidelium infamatur: agnouit. Sed & ceteri a
postoli eiusdem musti spumauere feruore: & unius botrionis superfluenti maduere uindemia: qui tamen in o
dorem eius nectaris ad beati Petri similitudinem cucurrerunt. Aspice illos geminum sydus in terris: nec incassū
tonitru filios nuncupatos: cybam: linum p̄remq; d̄ferentes: nec uictus sollicitudine dubitantes: nec officii usi
bus inhaerentes: nec p̄tātē p̄nā reuerentes: sumptu: negotio: affectione castratos. Quid aliud utiq; q̄ natura se
culi circumsos ueste: fluctu arida: manu aere sicca: corde pietate non molli: nudo etiam de nauali parata uestigio.
Credo ad eā formā: iā tunc & Moyse ut pedū solueret uincula: p̄ceptū est: q̄ speciosi pedes euangelizantium.
pacē: Et iō nō sūt uelāda quae pulchra sūt in cōspectu domi. nec mortuis uestiēda quae uita diligit. Hūc rursus
respicit de theloneo publicanū q̄stum dānātē: cōsuetudinē respuētē: & nomē actus fidei noīe: ut ab oibus oīno
nō pars corporis: sed natura p̄fus iniquae cōsuetudinis circūcisā mōstret. Totū dicere nouae uocatiōis examē:
nisi in similibus cōuenirēt: & eādē uirtutē h̄ret diuersitas p̄sonarū: naturāq; mūdialem multitudo licet hoīum:
uno tamē cōtēptu reꝝ uelut falce succideret. Et quoniā satis abūdeq; exēpla & ueterē p̄tulimus: & nouorū mētif
q; cur sū ne uelut caeca nocte ad ignoratiā scopulos deueniret: s̄ctorū imagibus q̄si p̄ sermonē cāli notādis sy
deribus instruximus: nūc ex obscuro noctis egressi nō solū diē & solē: sed ipsius solis & luminis lumē: sub quo er

Omnia reliquimus petrus

Matheus publicanus

Enimvero

rari non potest contempleremur. Illorum namque quaerit ipsa multitudo iudicium: & in copia formarum necesse est ut eveniat. Subinde similitudo flammarum & saepe nautis consule attonitis pro pavoris: ut lucifer vespere & vesper luciferum metiat. Solis sine societate parili sola est claritudo miranda: cum dubia etiam sub nubilo a similitudine sit uendicata si paruit. Ac pro hoc etiam non dominus quoniam carne supersit: & homo esse dignatus est: aliquid tale fecerit regramus: ut uelut solis sub nubilo ita sub specie corporali etiam id quod radiaverit admiremur aliquidque potius opprobiamus: quam ipsum aliunde supersisse credamus. Quae autem alium pro fide humana diuinamque in hoc saeculi pelago nunquam sine metu naufragii nauigantes. ad dirigendum ueritatis sequamur: quam illum qui disclusa penitus parilitate sui solus etiam cum pro nobis in nostra carne obsecrat amemus est? Qui nec in homine potest caelari: dum mortalitatis naturam substantia diuinitatis exuperat. qui non elementum: sed uirtus elementorum est: in quo tenemus initium & consumationem & medietatem hominum: per quem solum solis & anni cursus sunt: & stellarum expositiones: mensium quoque mutationes: quoniam in ipso uetera transferuntur: & facta sunt omnia noua. Et cum magorum iter eius stella duxerit. quid mirum erit: si nos quoque gestorum eius claritas uelut ipso thesauro uniuerso fulgoris instruxerit? Atque utinam ad certam dationem tanti splendoris & luminis nostrorum oculorum auertat infirmitas. ut ille se subtraheret: & negaret inquis: non: sed palam omnibus caelestis splendor apparet. Mox ad eum sequax mens amica uoluntate conuertat: in solo inueniet plenitudinem: quam guttatim per singulos colligebat. Octauo die circumciditur: & Ioseph hereditate: & matre utique quasi homo qui promissus fuerat ipsi Abraham: cum de circumcisione doceret: dicente domino. Et erit testamentum meum in carne uestra in testamento aeterno. Dei testamentum in nostra carne esse: domino in nostra carne dignante: quod dubitat. Illudque testamentum aeternum uideri quod citharis & psalteriis psalleret: cuius rei quam plura est disputatio & necessaria uidetur esse transcurso: ne per ramorum copiam robur ipsum propositae materiae derelinquens incaustigata erret effusio: praesertim cum mihi difficilius sit naturam eius implere quam querere: & satis superfluum incurrentibus brachis laborare: quam ipsam materiam gracile non sustentet ingenium: & necessarium penes sicut & disputationibus aliquibus circumcidamur dum de circumcisione tractamus: quando nobis ad excusandam etiam ipentiam nostram opportunitate materiae ipsius praestet auctoritas. Igitur ad propositum redeuntes interrogemus ipsum hominem suum: nam de domino loquebamur. Ipse qui erat in homine circumcisio: cum iam secundum legem circumcisus haberet clamaret: ut euangelista testatur. Vulpes foueas habent: & uolucres caeli nidos ubi requiescant. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Rogo hic ubi sub Cyrino caesus inuestigatio: ubi edictum Caesaris: ubi necessitas profiteri: ubi Ioseph ipsa professio. Noua ratio illic habet nihil: quod descriptor inueniat: & uere. Nulla namque dominum saeculo mancipata delectat: nec sibi usurpat quicquid uel Caesari uel mundo uoluit esse captiuum: docens nullum duobus dominis posse seruire: Circumcidit ergo hereditate Ioseph & Maria: nihilque sibi de mundialibus uendicat subtributo: qui utique eis dixerat. Nescitis quia oportet me in patris meis esse: scilicet in templo non in saeculo: in sacrificiorum mysterio non in malignantium consilio: in patris utique spiritualibus: nam patrem in carnalibus non habebat. Denique de eo templo & oves abegit & boues: & melas numulariorum: euerit: sic templum etiam ipsum quod figura est corporis sui: carnali concupiscentia circumcidit: ut intelligeret homo haec sibi in sua mente esse faciendam: nec sane suis parcat effectibus: nam cum gladium quo alios circumcidebat docendo: si quis amauerit patrem & matrem supra me: non est me dignus: sua conuertit in uiscera: & sub ipsa facit: quod credentibus est facturum: cum dicit. Quae est mater mea & qui sunt fratres mei? O mysterium: matrem Mariam sibi dominus abiurat: cum extra uerbi esset audientiam constituta: eo potissimum tempore quo uerbum predicaret a uerbo: & ipsum se ministrandum discipulis ministraret: quod aptius postmodum in illa unguenti effusione patefecit: dicendo. Me autem non semper habebitis. Irascit ergo cum eum magistrum uitae docenda non eligat: qui eam matrem per uirginem parturienti elegit: & cur ad eum quae extranei etiam tam facile interpellare possent mater nollet intrare: nam fratres necdum credebant in ipso. Quis hic erit rogo: qui excusationem praeferat aut gratiae aut amoris: si & Mariam merito nulla uincit: & Christum dominum nostrum neimo superat pietate? Illa namque mater negatur a filio ut uera illa circumcisio doceat: quoniam magister & parens uitae debuit uiuere: quod docebar esse uiuendum. Hic est ille gladius scemoralis: quo leuitae suos propinquos & proximos occiderunt: quo etiam dominus ipse a patre iubetur accingi: quae omnes capiunt qui seipsum castrauerunt propter regnum caelorum: quem gladium dominus mittit in terras: ut filium separaret a patre filiam a matre sua: nux a focu sua: hoc gladio etiam beatus Paulus ecclesiam circumcidit dicens: Reliquum est: ut qui habent uxores: tanquam non habentes sint: & qui emunt: tanquam non possidentes sint: & qui utuntur hoc mundo: tanquam non utantur: hic totus iustitiae uirtus: hic ratio est circumcisio omni carne. i. parentum: fratrum: cognationum: affinitatum: nullum amplius amare quam dominum: ut ad crucis imaginem dei uerbo: non ad aliquos mundi actus: moneamur affixi matrem commendare discipulo. Res loquitur ipsa. cur pars corporis per quam iudeus se autumat iustificari despectioni adiudicata uideatur. adeo ut difficilius fuerit modum adhibuisse sermoni: quam argumenta requisisse: & hanc ueram esse circumcisionem: si abrenunciantes mundo: ex quo iuxta carnem nostra natura est: & parentibus: & quae fidei scandalum faciunt circumcisio: oculo etiam & manu: nudi & soli debiles etiam si fieri potest dominum sectemur. Cantantes uere: quoniam pater meus & mater mea derelinquarunt me: ut a domino mereamur assumi: & corporea denudati natura spiritualium indumentis actuum gloriosius uestiamur scientes quoniam quod de carne nascitur: caro est: & quod de spiritu: spiritus est: dicente apostolo. Et si cognouimus Christum secundum carnem: uere iam nunc non nouimus in quo nobis mundus crucifixus est: & nos mundo: ut praepitiis quae sunt in superficie conuersionis abscissis: nudum illud & solum nostrae generationis secretum: quod superfluis tegebatur appareat. Si enim foenum quod hodie est & cras in clibanum mittit: deus sic uestit: quanto magis nos: si fide modicos non esse prauidet: Cultello itaque petri corporis nostri circumcidenda est natura. Petra autem Christus est: cuius cultellus amor est: quo crescente in nobis: saeculi desideria decrescunt. Quae qui amauerit: dicit patrem non noui te: naturamque circumdens suam: nec ut patrem

Numulariorum mense

114

711

De iudicio salomonis
in sectione finali

Profecti de Halus castrametati sunt in Raphidim: & non erat ibi aqua populo. Undecima mansio est quae uolenter interpretata in libro hebraicorum nouum reperit: uidit os sufficiens eis: aut certe uisio oris fortium: siue iuxta proprietatem linguarum syrae remissio manuum. Haec & in Exodo legitur: post perfectionem de heremo syn: queritur in ea populus ob ardorem sitis: fons de petra Oreberupit & pluit: & quae tetauerunt deum locus Raphidi: tetationis quoque in melle fortitus est nomen. Moyses ascendit in montem. Iesus contra Amalech militat: ad crucis signum superat inimicus. remissis orationibus hostis uictor isequitur. Sed & Moyses super lapidem dictum a Zacharia quae septem habebat oculos: & in Samuelis uoluntate appellatur abnefer: id est lapis adiutorii: & utraque manus eius Aarō & Viri: id motanus lucidusque sustinet. Deuictio aduersario superuenit Iethro: adducit Sephorā & utrumque filium: dat consilium. Ixx. seniores: & in typum ecclesiae degentibus congregatae legis iminutio euangelio suggerente completur. Pulchre autem dissolutio ac sanitas fortium raphidi dicitur: uel propter dissipatum Amalech: uel propter sanatum israel. Sin autem remissio nomen manuum iuxta syros raphidim sonat: dicemus propter offensam populi: quae contra dominum murmuraret: istud loco nomen impositum. Haec tagimus potius quam exponimus: breuiter idicasse contentum: post fermentum halus & massam ecclesiae soleant multiplicia daemonum aduersum nos tentamenta confulgere.

.XI. Mansio.

Trofecti de Raphidi: castra posuerunt in solitudine Synai. Duodecima mansio est. Statim tibi ueniat in mentem apostolorum numerus: una de pluribus: sed maior omnibus non separat in ordine: & praecellit in merito. Ad hunc locum. xlvii. die pueniunt scriptura dicente. Mense tertio egressionis filiorum israel de aegypto in die hac transierunt in solitudine Synai: perfectique de Raphidim: uenerunt in desertum Synai: & castrametati sunt in heremo: sed itaque ibi israel e regione motis: & Moyses ascendit ad deum: uocauitque eum dominus dicens & reliqua. Et rursum: uade inquit ad populum & sanctifica eos hodie & cras: & laueta uestimenta sua: sintque parati in die tertium: quia tertia die descendit dominus in montem quo summate & fulgore & tonitruo: caligine: uoce: tuba: mortalium corda terrentibus. Moyses loquebatur & dominus respondebat ei: supputemus numerum: & inueniemus quinquagesimo die egressiois israel ex aegypto in uertice motis Synai lege data: unde & petecostes celebrat solenitas: & postea euangelii sacramenta in spiritus sancti descensione complentur: ut sicut priori populo quinquagesimo die uero iubilaeo & uero anno remissionis & ueris quinquaginta & quingentis denariis: qui debitoribus dimittuntur lex data est. In apostolos quoque & qui cum eis erant in. cxx. mosaicae aetatis numero constitutis descenderit spiritus sanctus: & diuisis linguis credentium totus euangelicae praedicatione mundus expletus sit. Longum est si replicare ueli: quid in lege praecceptum est: quomodo fabricatum tabernaculum: quae uarietas hostiarum: quae ualorum diuersitas: quae idumera pontificis: quae sacerdotum & leuitarum: testimoniarum: quid egerint: quomodo populus numeratus sit: hoc tantum dicam: quod media pars Exodi: & totus Leuiticus liber: & numerosque praeccepta non modica: & per singulas tribus populi distributio: & oblationes praeceptum in hac mansione descriptae sint: multorumque uoluminum disputatio huic loco uix sufficere possit. Interpretatur autem Synai rubri: non unus ut supra in solitudine Syn: sed plures: ut ibi principum sit: hic perfectio: ibi solitarius numerus: hic multiplex: aliud est enim unum aliud omnes gratias possidere.

.XII. Mansio.

Trofecti de solitudine Synai: castrametati sunt in sepulchris concupiscentiae. Tertiadecima mansio: cuius nomen ex interpretatione editum est apud hebraeos appellatur. Est autem sensus ille de euangelio quod Iesus baptizatus statim a spiritu ductus est in desertum: & tentabat a diabolo. Itaque & israel post familiare cum domino sermonem postquam montem Synai comoratus est anno uno & diebus quatuor: mira dispensatione castrorum: egressus est in solitudine Pharam: quae interpretatur onager aut feritas: ibique succubuit malae bestiae fastidians caelestem panem: & aegyptiorum carnes desiderans: quando multos subito uorauit incendiū: & intercedente Moysse humum uorax flamma consumpsit. Tunc accipiunt coturnices: & usque ad nauseam ac uomitum deuorant: eligunt. lxx. presbyteri: uadunt ad ostium tabernaculi. Duo remanent Haldad & medad: non imperii negligentes: sed humilitate submissi: dum se honore arbitrantur indignos: unde & absentes prophetant. Saturatoque populo dum adhuc escam essent in ore eorum: ira dei ascendit super eos: & occidit pingues eorum: & electos israel praepediuit: ne ad malum uelociter current: unde & appellatus est locus sepulchra concupiscentiae: siue ut in. lxx. legimus: memoria desiderii. Ex qua nos omnes docemur qui sapientiam dimisimus saecularem: & aegyptias ollas contempnimus: non debere murmurare contra caelestem scripturam panem: nec uirulentias aegyptiorum querere: quae sunt poetarum carmina: sed simplicem mannae cibum querere: alioquin si rursus eas uoluerimus appetere: uorabimus usque ad nauseam: & statim domini igne torquebimur: desideriumque nostrum uertetur in tumulos: ut simus sepulchra dealbata.

.XIII. Mansio.

Halus

Pharam

Sepulchra concupiscentiae

Poetarum Carmina

quæ foris apparēt hoibus speciosa: itus aut plena sunt ossibus mortuorū & omni spurcitia. XIII. Mansio.

Profecti de sepulchris concupiscentiæ: castrametati sunt in Aseroth. Quinta decima mansio est in solitudine Pharā: quæ in atria uertitur. In hac Aaron & Maria propter Aethiopiā: contra Moysen murmurant: & in typū zeli aduersus ecclesiā de gentibus congregatā populus iudæorū lepræ sorde perfunditur: nec redit ad tabernaculū & pristinā recipit sanitatē: donec statutū plenitudinis gentiū tēpus impleat. Et hic prudens lector attēdet: post consumatā in duodecimo numero uirtutē israel qui supbiuit: & in sepulchris concupiscentiæ carnes ægyptias desiderauit. Rursū iacit aliud fundamentū: & atria: id est uestibulū uirtutū ingredi tur: ostendēs nobis & eos qui stant: posse cadere: & qui ceciderūt posse resurgere: positus est enī iesus in ruinā & resur rectionē mortuorū multorū. Et ipse loquit̄ p̄ prophetā: nūquid qui cadit: nō resurget? XV. Mansio.

Profecti de Aseroth: castrametati sunt in Rethyna: pro qua supra in hoc eodē libro legimus. Postquā profectus est populus de Aseroth: castrametati sunt in solitudine Pharā. Hoc est autem quita decima mansio. Et notandum quod reliquæ mansiones. xviii. quarum nūc breuiter catalogus describitur a Rethyna usq; ad Syōgaber: id est usq; ad. xxxii. mansionem: sub Pharam solitudinis nomine continentur: in quibus uniuersa quæ scripta sunt diuersis temporibus gesta sentimus: quæ quia non sunt per mansiones singulas distributa: a nobis quoq; in comune dicentur: ut postea ueniamus ad reliqua. Rethyna transfertur sonitus: aut iuniperus quā plariq; Archenton apud græcos: aliud genus arboris significare contendant. Juniperum autem & primus graduum psalmus iuxta ueritatem hebraicā sonat: ubi scriptum est. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosā: Et propheta respondet: sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. Ferūt autem lignum hoc ignem multo tempore conseruare: ita ut si prunæ ex eius cinere fuerint aperte usq; ad annum perueniant. Ex quo dicimus post sepulchra concupiscentiæ & uestibula transire nos ad lignum: quod multo tē pore calorē tenet: ut simus feruentes spiritu: & claro sonitu atq; in altum exaltata uoce euāgelium domini præ dicemus. Ab hac itaq; mansionē usq; ad. xxxii. istiusmodi continentur historia. Duodecim exploratores mittū tur ad terrā sanctā. Bo trus refert̄ in ligno: & christi breuiter passio demonstrat̄. Murmurat populus iudæorū: gigantū impetum reformidans. Pugnat contra Amalech Cananā uolente deo: & uictus intelligit quæ debe at in terra sancta exercere sacrificia. Dathā & Abirō & filii Chore cōsurgunt contra Moysē & Aarō: & terræ uo ragine glutunt̄. Inter mortuos & uiuentes pontifex medius: turibulo armatus ingreditur: & currens ira dei sacerdotis uoce prohibet̄. Virga Aaron & florē profert̄ & folia: & in æternā memoriā uiuens siccitas cōsecratur. Nec dum templū seruabant editui: nec dū sacerdotes & leuitæ obtulere sacrificia: & partes eorū mysticus sermo describit. Vitula ruffa in holocausto concremat̄: & cinis eius piacularis aspsio est: quorū omniū figuræ propri os libros flagitant: & melius reor tacere quā pauca dicere. XVI. Mansio.

Profecti de Rethyna: castrametati sūt in Rēmophares. Sextadecima mansio est: quæ interpretat̄ græ co sermōe latine malipunci diuisio: quod alii malū granatū uocāt. Cuius arboris fructus in scrip turis dupliciter accipit̄: aut in ecclesiæ gremio: quæ omnē turbā credentiū suo cortice tegit: aut in uarie tate & consonantia uirtutū: iuxta illud quod scriptū est. Multitudinis aut credentiū cor erat unū: & aīa una: sicq; di uisi sunt singuli gradus: ut omnes eadē cōpage teneantur. XVII. Mansio.

Profecti de Rēmophares: castrametati sunt in Lebuā. Septimadecima mansio est: quā in laterē pos sumus uertere: licet quidā Lebbona transferētes male candorē interpretati sunt. Legimus ægyptios la teres in Exodo: quos populus faciens ingemuit. Legimus in Malachia latere pro quibus idumæa destructis po litos lapides reponere nitit̄. Et laterē in Ezechiel: in quo oblectat̄ Hierusalē pictura describitur. Ex quibus dixi mus in itinere istius uitæ: & de alio in aliud transitu: nunc nos crescere: nunc decrescere: & post ordinem eccle siasticum sæpe ad laterum opera transmigrare. XVIII. Mansio.

Profecti de Lebuā: castrametati sunt in Reffa. Decima octaua mansio in frenos uertitur: si enī post profectum rursū ad luti opera descendimus: infrenandi sumus & rursū uagi atq; præcipites scrip turarum retinaculis dirigendi. Hoc uerbum quantum memoria suggerit: nusq; alibi in scripturis san ctis apud hebræos inuenisse me noui: absq; libro apocrypho qui a græcis miæro genesis: id est parua genesis ap pellatur. Ibi in ædificatione turris pro stadio ponitur: in quo exercentur pugiles & athletæ: & cursorum ueloc itas reprobatur. Dicit & psalmista: in freno & chamo maxillas eorum constringe: qui non approximāt ad te. Et apostolus: nescitis qui in stadio curritis: omnes quidem currunt: sed unus accipit palmam: sic currite ut cōpre hendatis. XIX. Mansio.

Profecti de Reffa: castrametati sūt in Caaltha. Nonadecima mansio interpretat̄ ecclesia uagi currētium gressus frenis ad ecclesiā retrahunt̄: & fores quæ ante reliqrāt: rursū intrare festināt. XX. Mansio.

Profecti de Caaltha: castrametati sunt in mōte Sapher. Vicesima mansio interpretat̄ pulchritudo: & in monte decoris est constituta: de qua & quartidecimi psalmi principiū sonat. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo. Vide quid profint frenas: a uitiis retrahunt̄: & trodūcunt ad uirtutū choros: & in christo monte pulcherrimo habitare faciunt. Iste iuxta Danielē lapis excisus de monte creuit in montē magnum: & impleuit omnē terram. Iste iuxta Ezechielem uulnerauit principē Tyri. Ad istum in Esaia & Michea populi confluunt dicentes: uenite ascendamus in montem domini: & ad domum dei Iacob: & docebit nos uias suas: & ambulabimus in semitis eius. XXI. Mansio.

Profecti de mōte Sapher: castrametati sūt in Harada. Vicesima septima mansio uertit̄ in miraculū. Quā pulcher ordo profectū: quæ egregia textura credētū: Post opus lateris infrenamur: post frenos in ec clesiam

Rethyna

Juniper lignū diu ignem fouet

Malum puniceum
Malum granatum

clesiā introducimur: post habitationē ecclesiæ ad christū montē ascendimus: in quo positi stupemus atq; miramur: ut noster in laudibus eius sermo superetur inuenientiū in eo: quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec i-

Cor hominis ascenderunt. .XXII. Mansio.
I profecti de Harada: castrametati sunt in Maceloth. Vicesima secunda mansio in cætu uertitur. In hac enī cōsistit multitudo credentiū. Ecclesia primitiuorū uirtutum oīum consonātia. Tūc uere possumus dicere: Ecce q̄ bonum: & q̄ iocundum habitare fratres in unum. Et dominus habitare facit unius moris in domo. .XXIII. Mansio.

I profecti de Maceloth: castrametati sunt in Thaath. Vicesima tertia mansio. Potest & subterintelligi sed melius pauorem interpretabimur: uenisti ad ecclesiam: ascendisti ad mōtem pulcherrimum: stupore & miraculo christi magnitudinē confiteris. Vides ibi multos uirtutis tuæ socios. Noli altū sapere sed time: dominus enim superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. Et qui se exaltat: uideat: ne cadat. Potentes potenter tormenta patientur. Timor uirtutum custos est: securitas ad lapsū facilis. Vnde & in quodam psalmo postq̄ saluatus dixerat: dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Jungit timorem qui custos est beatitudinis: & infert: uirgia tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt: & est sensus: dū tormenta formido: seruaui gratiam quam acceperam. .XXIII. Mansio.

I profecti de Thaath: castrametati sunt in Thare. Vicesima quarta mansio: quā nōnulli uertunt i malitiā uel pasturā: nec errarent: si per ain litterā scriberetur. Nunc uero cū aspiratio duplex in extrema sit syllaba: erroris causa manifesta est: hoc eodē uocabulo & eisdē litteris scriptū inuenio patrē Abraham: qui in supradicto apocrypho geneleos uolumine: ab actis coruis qui hoīum frumētā uastabant: ab actoris uel depulsoris sortitus est nomē. Ita & nos imitemur Thare: & uolucres cæli quæ iuxta uisā satum triticū deuorare festinant: solliciti prohibeamus. Nā & Abraham patriarcha in typo israelis & hostiæ diuisa mēbra sacrificii a uolucris non sinit deuorari: & contēpto oculū effodiunt corui de cōuallibus: uerūq; Moyse & Helias ducit athiopissā: & a coruis pascit. Si habueris pauorē: sollicitus eris: si sollicitus fueris: leo in caulas ouīū tuarū itroire non poterit: quod uel ad præpositos ecclesiarum uel ad custodiam refert animæ tuæ: ad quam leo diabolus per diuersa uitiorum foramina ingredi nititur. .XXV. Mansio.

I profecti de thare: castrametati sūt in Methca. Vicesima quinta mansio uertit in dōlcedinē. Ascendisti in excelsū: admiratus es uirtutū choros: timuisti ruinā: abegisti insidiatores. Dulcis te protinus fructus laboris insequit: & in morē litterarū radicū amaritudinē pomorū suauitas cōpensabit: & dices: q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. Sponsūq; tibi audias cōcinnentē: mel distillant labia tua soror mea spoufa. Quid enī suauius disciplina? Quid eruditione melius? Gustate & uidete: quoniā suauis est dominus. Vnde & Sampson qui abegerat a fructibus suis aues: & uulpes quæ exterminant uineas colligauerat: leonēq; interfecerat rugientē: fauam inuenit in ore mortui. .XXVI. Mansio.

I profecti de Methca: castrametati sunt i Asinona. Vicesima sexta mansio in lingua nostra festinationē sonat. Iuxta illud quod in psalmo scribit. Veniēt legati ex ægypto. Pro legatis in hebræo festinātes legimus: ut postq̄ dulces fructus laboris messuerimus: non simus quiete contenti & ocio: sed rursū ad ulteriora perperantes obliuiscamur præteritorum: & in futura nos extendamus. .XXVII. Mansio.

I profecti de Asinona: castrametati sunt in Maseroth. Vicesima septima mansio uincula siue disciplinas sonat: ut festino gradu pergamus ad magistros: & eorū teramus limina & præcepta uirtutum: ac mysteria scripturarum uincula putemus æterna. Iuxta illud quod in Esaia dicitur: & Sabayn uiri sublimis ad te transibunt: & tui erunt: post te ambulabunt uincti manibus. Et Paulus uinctus iesu christi: duplicia sunt in scripturis uincula: quæ q̄ diu rupit Sampson uicit inimicos. Et de meretrice legimus uinculum in manibus eius. Et ex persona domini dicentis. Dirumpamus uincula eorum: & proiciamus a nobis iugum ipsorum: & alibi laqueus contritus est: & nos liberati sumus. Christi autem uincula uoluntaria sunt: & uertuntur in amplexus. Quiq; iis fuerit colligatus: dicet sinistra eius sub capite meo: & dextera eius cōplectetur me. .XXVIII. Mansio.

I profecti de Maseroth: castrametati sunt in Boneicam. Vicesima octaua mansio transfertur in filios necessitatis seu stridoris: si ab uno incipias numero: & paulatim addens ad septimum usq; peruenias: uicelimo octauus efficitur numerus: q̄ sunt isti filii necessitatis psalmis ipse nos doceat. Afferte domino filii dei: afferte domino filios arietū. Quæ est tanta necessitas quæ nolentibus imponatur? Cum diuinis scripturis fueris eruditus: & leges earū ac testimonia uincula scietis ueritatis contendens cū aduersariis: ligabis eos: & uictos duces in captiuitatē: & de hostibus quondā atq; captiuis liberos dei facies: ut repente dicas cum Syon: ego sterilis & non pariens transmigrata: & captiua: & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti ubi erāt: miraris Esaia. Eiusdē psalmi sacramenta cognosce. Vox domini in uirtute: uox domini in magnificentia: uox domini cōfringentis cedros ut postq̄ aduersarios fregerit & concusserit desertos prius gentium populos: præparentur cerui in montibus: & sit dilectus sicut filius unicornium: in temploq; eius omnes dicēt gloriam. Porro q̄ uertimus filios stridoris: ad illum sensum refert: q̄ timore supplicii & eius loci ubi est fletus & stridor dentium: deserētes diaboli uincula christo domino credentium turba colla submittat. .XXIX. Mansio.

I profecti de Boneicā: castrametati sūt i mōte Gadgad. Vicesima nona mansio interpretat nūcius siue expe-
ditio: & accitio: uel certe qd' nos melius arbitramur catacope. i. cōcisio: haud aliter possumus magistri discipulorū atq; credentiū eos facerē filios necessitatis: nisi præceptores eorū interfecerimus. Crudeles sumus in oc-
.cxi.

erisione eorum: non parcat manus nostra armum aut extremum auriculae de ore leonis extrahere. Maledictus qui facit opus domini negligenter: & qui prohibet gladium suum a sanguine. Unde & David in matutino inquit interficiebam omnes peccatores terrae. De nuncio autem & accinctione haec breuiter possumus dicere: quod filiis necessitatis grandes ad uirtutem stimulos suggeramus: cum eis nunciauerimus praemia futurorum: & accinctos inire bella nulla docuerimus. Hoc trium quicquid magister fecerit: in monte consistit. .XXX. Mansio.

T profecti de monte Gadgad: castrametati sunt in Iethabatha. Tricesima mansio bonitas interpretatur: ut cum peruenerimus ad perfectum uisus in sacerdotalem gradum & in aetatem plenitudinis christi: qua & Ezechiel erat iuxta fluuium cobar: possumus cum David in tricesimo psalmo canere. In te domine speraui: non confundar in aeternum. Pastor enim bonus ponit animam pro ouibus suis. .XXXI. Mansio.

T profecti de Iethabatha: castrametati sunt in Hebrona. Tricesima prima mansio interpretatur id est transitus siue transitio ad hanc uenit uerus Hebraeus: id est nepateta siue transitor: qui dicere potest: transiens uidebo uisionem hanc magnam. De qua & psalmista canit: & non dixerunt qui praeteribant benedictio domini super uos. Praeterit enim figura huius mundi: & propterea sancti cupiunt ad meliora transire: nec praesenti statu contenti ingemiscunt quotidie. Haec recordatus sum: & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque in domum dei. Multum est: si de omnibus scripturis super uerbo transitionis uelim exempla coniungere. .XXXII. Mansio.

T profecti de Hebrona: castrametati sunt in Afiungaber. Tricesima secunda mansio transfertur in ligna uiri siue dolationes hominis: quod significantius graece dicitur scribiturque per a in littera non ut graeci & latini errant per gimmel: unde in solitudine multitudo lignorum: nisi quod seduli & diligentis magistri disciplina monstrat cadentis ligna in formia: & dolantis: facientisque uasa diuersa: quae in domo magna necessaria sunt: possunt lignationes uiri saltuum & oium arborum genera ac per hoc credentium multitudinem figurare: dicente David: Inuenimus eam in campis siluae. Hucusque solitudo Pharae decem & octo continet mansiones: quae descriptae in catalogo in superiori itinere non ponuntur. .XXXIII. Mansio.

T profecti de Afiungaber: castrametati sunt in deserto Syn: hoc est cades. Quae ueritatem cur octaua mansio nunc tricesima tertia esse dicatur. Sed sciendum quod prior per sameth litteram scribitur: interpretaturque rubus siue odium. haec autem per sade: & uertitur in mandatum. Illudque quod iungit cades: non ut plerique existimant sancta dicitur: sed mutata siue translata. Legimus in Genesi iuxta hebraicam ueritatem: ubi iudas meretricem putans Thamar dona transmisit: & sequester numquam interrogabat: ubi est cades: hoc est scortum: cuius habitus a caeteris foeminis imutatus est. In multis quoque locis hoc idem reperimus. Syn autem sancta interpretatur: & κατὰ αὐτὴν τριπτόσιν est intelligendum: quomodo parca dicuntur ab eo quod minime parcant: & bellum quod nequaquam bellum sit: & lucus quod minime lucet. In hac mansione moritur Maria & sepelitur: & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offendunt dominum: & prohibent transire iordanem: nisi si nunciis ad Edom transitus petere nec impetratur. Quis timeret post tantos profectus murmur populi: & offensam magistrorum: & uiam transitus denegatos? Videtur mihi in Maria propheta mortua: in Moysse & Aaron legi & sacerdotio iudeorum finis impositus: quod nec ipsi ad terram repromissionis transire ualeant: nec credentem populum ad solitudinem huius mundi educere. Et nota quod post mortem prophetiae & aquas contradictionis idumaeum carneum atque terrenum transire non possint: & cum multis precibus & conatu uiam non impetrent: sed egrediantur Edom aduersus eos in populo multo & in manu forti. Interpretatio quoque nominis morti & offensae & negato transitui conueuit. Vbi enim mandatum: ubi & peccatum: ubi peccatum: ubi offensa: ubi offensa: ubi mors. Haec est mansio de qua psalmista canit. Commouebit dominus desertum Cades. .XXXIII. Mansio.

T profecti de cades: castrametati sunt in monte: in extremo terrae Edom. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Or iuxta praecipitum domini: & mortuus est ibi anno quadagesimo egressionis israel de terra aegypti mense quinto prima die mensis. Eratque ibi Aaron centum viginti annorum: quando mortuus est in monte Or. Et audiuit Cananeus rex Arad: qui habitabat ad austrum in terra Canaan: quod uenissent filii israel. Tricesima quarta mansio est: quam plerique interpretantur lumem: nec erraret si per aleph litteram scriberetur. Alii pelle: & ipsi uerum dicerent: si esset a in positum: nonnulli foramen: quod posset accipi: si eth haberet elementum. Cum autem legatur per he: magis mons intelligitur: & legi potest: ascendit Aaron in montis montem: id est uerticem eius. Ex quo ad aduerteremus non in monte simpliciter: sed in monte motis pontificem mortuum: ut dignus locus meritis illius monstraretur. Moritur autem eo anno: quo nouus populus repromissionis terram intraturus erat in extremis finibus terrae idumaeorum. Et quae in monte sacerdotum Eleazaro filio derelinquitur: lexque eos qui eam impleuerunt perducatur ad summum: tamen ipsa sublimitas non est transiuentia iordanis: sed in extremis terrenorum operum finibus & plangit cum populus. xxx. diebus. Aaron plangitur: Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos: in euangelio ad paradysum transmigratio. Audit quoque Cananeus quod uenisset israel: & in loco exploratorum: ubi quodam offendisse populum nouerant in eunt proelium: & captiuum ducunt israel. Rursusque in eodem loco pugnatur: & tunc uictor uincitur: uicti superant: appellaturque nomen horma: id est anathema. Eadem dicere mihi non est pigrum: legentibus necessarium: quod semper humanus status in huius saeculi uiam fluctuet: & alius in ualle: alius in campis: alius moriatur in monte: nec in monte simpliciter: sed in montis monte: id est in excelsa uertice. Cumque nos dei auxilio destitutos hostis inuaserit duxeritque captiuos: non desperemus salutem: sed iterum armemur ad proelium: potest fieri ut uincamus: ubi uicti fuimus: & in eodem loco triumphemus: ubi fuimus ante captiui. .XXXV. MANSIO. ET. XXXVI.

e T profecti

Hebrona

Syn
Bellum
Lucus

Aaron. cxxx. annorum

Horma

I profecti de monte Or: castrametati sunt in Selmona: profectiq; de Selmona uenerunt in Phinon: Hæc
 duæ mansiones tricesima quinta: & tricesima sexta in ordine historiarum non inueniuntur: sed scriptum est
 pro eis: gressi sunt de monte Or: per uiam maris rubri: & circuierunt terram Edom. Ex quo ostenditur in sinibus atq;
 circuitu terræ Edom eas positas: nec secundum morem legitur. Et profecti de monte Or: castrametati sunt in Selmo
 na: siue in Phinon: sed post ambitum terræ idumæ: uenit ad extremum: & ait profecti filii israel castrametati sunt
 in Oboth: Nec dixit profecti sunt de illo & illo loco: quia duas mansiones silentio pretermiserat: quas cum in suppu
 tatione tacuerit: reddit in summa: Prima mansio Selmona interpretatur imaginucula. Secunda Phinon: diminutiue
 os ab ore: ergo non ab osse intellige: In his Aaron mortuo: & murmurant contra deum & Moysen: manna fastidiunt: a
 serpentibus uulnerantur: & in typum saluatoris qui uerum antiquumq; serpentem in patibulo triumphauit: diaboli
 uenena superantur: unde & imaginucula ueræ expressæq; imaginis filii dei passionem eius intuens conseruatur
 & quod corde creditore pronunciat: legens illud apostoli: corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit
 ad salutem. Simulq; nota quod utraq; mansio hyporopiticos appellatur: quia ex parte uidemus: & ex parte pph
 etamus: & nunc per speculum uidemus in enygmate.

Selmona
Populi manna fastidiunt

I profecti de Phinon: castrametati sunt in Eboth. xxxvii. mansio uertitur in Magos siue Phytões: uel
 secundum uerba Helui lagenas grandes quæ cum musto plenæ fuerint absq; spiramine ilico dirupun
 tur. Pugnauerunt magi contra Moysen & Aaron: & a muliere quæ erat in Endor: & habebat iuxta sep
 tuaginta interpretes spiritum Phytone: iuxta hebræos Magum regis israelis illudatur. Multæ sunt præstigiæ
 & innumerabiles laquei quibus animæ capiuntur humanæ: sed nos dicamus in domino confidentes laqueus con
 tritus est: & nos liberati sumus: & si ambulauero in medio umbræ mortis: non timebo mala quoniam tu mecum
 es. Cadent a latere nostro mille: & decem milia a dextris nostris: non timebimus ab incurso & dæmonio meri
 dianio: sed obturabimus aures nostras: ne audiamus uoces incantantium: & Sirenarum carmina negligamus. post
 imaginem dei quæ in cordis ratione monstratur: & confessionem fidei quæ ore profertur: consurgunt serpentes:
 & artes maleficæ ad bella nos prouocant. Sed nos qui habemus præciosissimum thesaurum in uasis fictilibus
 quæ frangi possunt: ita ut quædam uix testa remanserit: in qua hauriri possit aquæ pusillum: omni custodia cir
 cundemus cor nostrum.

Phyton
Laqueus animarum multus

Carmina Sirenarum

I profecti de Eboth: castrametati sunt in Ieabarim in sinibus Moab. xxxviii. mansio aceruos lapidum
 transeuntium sonat. Sunt sancti lapides qui uoluuntur super terram leues: politis: & rotunditate sua ro
 tarum cursibus similes. Sunt & alii quos propheta iubet tolli de uia: ne ambulantium in ea offendant
 pedes. Qui sunt isti ambulantes: utiq; uiatores: & prætereuntes qui per istud sæculum ad alias mansiones tran
 sire festinant. Quod autem dicitur in sinibus Moab: & supra scriptum est in solitudine quæ respicit Moab: con
 tra solis ortum: ostendit iuxta Iram: quod hucusq; in sinibus terræ idumæ: fuerint: & nunc ueniant ad terminos
 Moab: de alia prouincia ad aliam transeuntes. Non enim semper uni uirtuti danda est opera: sed sicut scriptum
 est: ibunt de uirtute in uirtute: de alia transeundum est ad aliam. quia hærent sibi & inter se nexæ sunt: ut qui
 una caruerit: omnibus careat: & tamen transire de alia ad aliam: eorum est proprie: qui solis iusticiæ ortum consi
 derant.

.XXXIX. MANSIO.

I profecti de Ieabarim: siue ut in secundo loco apud hebræos habes Hybim: castrametati sunt in Dibon
 gad. Tricesimanona mansio interpretatur fortiter intellecta tentatio. Pro hac in ordine historiarum aliter scriptum
 reppi. Postquam castrametati sunt in Ieabarim in sinibus Moab contra ortum solis: legitur inde profecti sunt &
 diuertent ad torrentem Zared. Et de hoc loco proficiscens: castrametati sunt trans Arnon: quæ est in solitudine finium
 Amoretium: eo quod Arnon in terminis Moabitum & Amorreorum: & post hæc uenerunt ad puteum: ubi cecinit israel car
 men hoc. Ascende puteum quem foderunt principes: & aperuerunt duces populorum in datore legum & in baculo eius: & de
 solitudine in Marthana: & de Marthana ad torrentes dei: & de torrentibus dei ad excelsa: & de excelsis ad uallem
 quæ est in regione Moab in uertice phasga: qui prospicit contra desertum. Hæc loca in sinibus Amorreorum quidam i
 terpretantes. putant non mansiones esse sed transitus: nec præiudicari debere catalogo mansionum extraordinaria expo
 sitione. Alii autem spiritualibus spiritualia comparantes: nolunt regiones significare: sed per locorum nomina uirtutum profectus
 esse: quod post magos & congregationem lapidum frequenter ueniamus ad torrentem Zared: quod interpretatur aliena descen
 sio: & in descensione positi transeamus ad Arnon: quod maledictionem sonat: quæ est postea in sinibus amorreorum:
 qui uel amari hostes sunt: uel multa loquuntur inflati. Sin autem transierimus terminos Moab: qui de incessu generatus
 est: & recessit a uero præstiti nobis occurrit puteus: quem nemo de plæbe fodit: nullus ignobilis: sed principes &
 duces: qui iura dant populis: & canentes carnem in aqua putei: & in dei muneribus gratulantes prophetant: quod transitu
 ri sint: & ad quæ uenturi loca: quod scilicet de deserto ueniant in Marthana: quod interpretatur donum: & de Marthana
 ad Nahaniel: quod dicitur ad torrentem dei: & de nahaniel ad Bamoth: quæ interpretatur excelsa siue adueniens mors: quando
 conformes efficiuntur mortis Christi. & de Bamoth occurrit nobis uallis humilitatis: quæ tamē posita est in uertice mon
 tis phasga: qui interpretatur dolatus: quod nihil habeat informe & rude: sed artificis sit politus manu: qui mons respi
 ciat solitudinem: quæ hebraicè dicitur ilinun. Quando enim fuerimus in uirtutum culmie constituti: tunc totius mundi rui
 nas & omnium peccatorum respicimus uastitatem: pene oblitus sumus corrente oratione dicere: quare Dibogad interpretetur
 fortiter intellecta tentatio. Post Dibogad geritur bellum contra Seon regem amorreorum & Og regem Basan: & disci
 mus quod cum uenerimus summum: & de fonte principum regumq; biberimus ascendentes ad montem phasga: non debeat
 mus eleuari in superbiam: sed propositam nobis e contrario solitudinem nouerimus. Ante contritionem enim e
 leuatur cor uiri: & ante gloriam humiliatur.

Zared torrentis
Arnon
Amoreorum

phasga
Ilinun = solitudo

.XL. MANSIO.

Profecti de Dibogad: castrametati sunt in Almō de Blathami. Quadragesima mansio uertit in cōtēptū plagarū siue obprobriū. Et p̄ hāc discimus oīa dulcia & illecebras uoluptatū in saculo cōtēnendas: nec iebriari nos debere uino mūdū: quo ē luxuria. mel nō offertur ī sacrificiis dei: & cāra q̄ dulcia cōtinet: nō lucet ī tabernaculo: sed oleū purissimū: qd̄ de oliuā p̄fertur amaritudie. Mel. n. distillat d̄ labiis mulieris meretricis: de quo puto iuxta mysticos itellectus gustasse Ionathā: & forte deprehēsu uix populi p̄cibus libera tū: qd̄ aut̄ obprobria cōtēnēda sint: & si falsa obiiciātur: b̄itudinē pariūt: saluator plēissime docet. XLI. Mansio.

Profecti de Almō: castrametati sunt ī mōibus Abari cōtra faciē Nabo. Quadragesima prima mansio uertitur in mōtes trāseūtiū: & ē cōtra faciē mōtis Nabo ubi morit̄ & sepelitur Moyses: terra repromissiois aīe cōspecta. Nabo interpretat̄ cōclusio: in q̄ finit̄ lex: & nō iuenit̄ eius memoria. Porro gr̄a euāgelii abiq; ullo fine tēditur. In oēm terrā exiuit sonus eius: & in fines orbis terrā uerba ipsius. Simulq; cōsidera: q̄ habitatio trāseūtiū in montibus sita sit: & adhuc p̄fectu indigeat. post mōtes. n. plurimos ad cāpestria Moab & iordanis fluenta descendimus: qui interpretatur descensio. Nihil. n. ut crebro diximus: tā periculosum est q̄ gloriā cupiditas & iactantia: & animus conscientia uirtutum tumens. XLII. MANSIO.

Profecti de montibus Abarim: castrametati sunt in campestribus Moab sup̄ iordanē iuxta Iericho: ibiq; fixerunt tentoria ab humo solitudinis usq; ad bēlati in planiciā Moab. In q̄dragesima secunda mansione quā & extrema mansio est: cursim quē sint gesta narremus. Residens in ea populus a diuino Balaā: quē mercede conduxerat Balach filius Sephor: dei iussione benedicitur: & maledictio mutatur ī laudes: audit uocē domini ex prophano ore consonantē. Orietur stella ex Jacob: & consurgit hō de israel: & percuciet principes Moab: & uastabit cunctos filios Seth: & erit Edom hāreditas eius: fornicatur cū filiabus Madian & Fines filius Eleazar zelatus est zelū domini & scortū madianitidē pugione transigit: unde & accepit p̄miū ī aternā memoriā armū uictimā. Numerat̄ rur̄ sū populus: ut interfecit̄ pessimis nouus populus dei cēleat̄. Interpellant quinq; filia: Sephaad: & ex iudicio domini hāreditatē accipiūt inter fr̄es suos: nec femineus a possessione dei sexus excluditur. Iesus Moysi in montē succēdit: & discit a lege quā spiritualiter ferre debeat in ecclesia. Primū quid p̄ singulos dies: deinde qd̄ sabbato: qd̄ in calēdo: qd̄ in pascha: qd̄ in p̄tecoste: qd̄ in neomenia mensis. vii. qd̄ in ieiunio eiusdem mēsis die. x. qd̄ in scenophegia quādo figunt̄ tabernacula. xv. die sup̄radicti mensis. Vxorū & filiarū uota absq; auctoritate patrū & uiroꝝ cassa mēoranē. Bellū cōtra madianitas: & mors diuini Balaā: & p̄dā diuisio: & oblatio ex ea in tabernaculo dei. Primus Rubē & Gad: & dimidia tribus Manassā ultra iordanē in hāremo possessionē accipiunt: plurima. n. hēbant iumenta: & necdū ad id uenerant ut possent hitare cū tēplo. Docet̄ populus ut in terra s̄cta idola destruat: & nullus de priori hitatore seruetur. Describitur olim cupita prouincia: & duarū semis tribuū hāreditas separatur. Numerantur tribuum p̄cipes: qui terram cunctā debeant introire. Quadragesima ad duas urbes cū suburbanis suis usq; ad mille passus p̄ circuitū Leuitae accipiunt: tot numero quot & istae sunt mansiones. Et addūtur fugitiuorū sex aliarū ciuitates: tres intra iordanē ut sint simul. xlvi. Qui fugiuorū suscipi: qui interfici debeant: & usq; ad mortem pontificis maximi referuari: succēdit deuteronomii secunda lex: meditatorū euāgelii: ibiq; breuiter dicimus: quā inter pharam & tophel & Labā & Aferoth: & loca aurea abiecto Iuda infelicissimo. xi. diebus uia de choreb: p̄ uia montis Scō usq; ad cades Barne Moyses populo sit locutus: & extremū canat canticum in quo apertissime synagoga proiicitur: & ecclesia domino copulatur. Impinguatus est: & incrassatus ac dilatatus: & recalcitrauit dilectus: & obliuiscit̄ dei saluatoris sui. Et iterū generatio pessima: filii inruditi: ipsi ad aemulationem me prouocauerunt in eo qui nō erat deus. Irritauerunt me in sculptilibus suis: & ego zelare eos faciam nationes: & contra gentem stultam irritabo eos. Benedicuntur filii Israel. Et rur̄ in Symeone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montem Nabo: in uerticem Phasga qui est contra iericho: & ostendit dominus oēm terram Galaad usq; Dā & nephtalim & Effraim & Manassē: & uniuersam terram iudā usq; ad mare magnum contra austrum & regionem cāpestrē Ierichontis ciuitatis palmarū usq; Segor. Quis pōt tanta nosse mysteria? Quis in extremis legis & huius uitae finibus constitutus intelligit: semper sibi esse pugnandum? Et tunc plenam uictoriam dari si fuerit in campestribus: si in Abelsattym: quod interpretatur luctus spinarū: fleuerit antiqua peccata: & spinas quā suffocauerunt sementa uerbi dei. Et de quibus propheta dicit: uersatus sum in miseria: dum mihi configitur spina. Et tunc p̄paratus deficiente manna sub duce Iesu iordanem transeat: & circumciscus cultro euāgelii: primum comedat de cālesti pane: & occurrant ei principes exercitus dei: ut uerum pascha nequaq; in aegypto: sed in finibus terrā sanctae comedat. O profundum diuitiarum sapientiae & scientiae dei: q̄ in scrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uia illius? Quis sapiens & intelligit hāc? Intelligens & cognoscat ea? Quia recta uia domini: & iusti ambulabunt in eis. prauaricatores autem corruent in illis.

Beati Hieronymi presbyteri de diuersis generibus leprarum ostendens illarum subtilem descriptionem ad peccatum magis animae q̄ morbum corporis pertinere. Epistola. LXVIII.
Mirabile diuinā dispositionis examē. Quae exhiberi sibi deus ac deferri uoluit magno consilio & sollerti scia sacratiore mādauit. Diuersa. n. hoium moribus genera naturarū: diuersis statuit p̄ceptis suis gubernari. Alius. n. imagiariū legis opus q̄ sub ueritatis colore depixit. Alius corpus ipsius ueritatis declarauit. Quos. n. obuolutos adhuc mudi caligie: ad cōprehēdenda ea q̄ germana erāt: ac solida p̄pedit eis obseruatiō ordinē suspēso subnili quodāmō examie susurravit: quos aut̄ deprehēdere posse absolutū p̄dicatiōis carnē agnouit: eis deus p̄fectā harmoniā solidae uocis itonuit. Inde ē q̄ figuris & enigmatibus lex prisca depingit: quoniā dū infirma iudaxorū acies hebetat: & cādīdū scia claritatis uigorē inspiciendae lumen

Sep̄tia Moyses

De Madiantide scorto

nō habet: necesse est: ut in uariis figuris figurarum color adhibeat. Nā illis & uirtutū præmia supposita specie promittunt: & peccatorum nota iurunt in corpore. Iis. n. confirmant alii: quibus alii transferunt in corpore. Præfata lectio exigit huiusmodi ferre sermonem: quod diuersa lepræ genera deprehēdenda in diuersis materiis designauit. Alia. n. lepra in parietibus demōstrat. Alia humano notat in corpore: alia in uasculis: alia in ueste: alia designat in stamine. Deinde quod in huiusmodi uulneris loco crebra barba pellicula deputatur. quod. n. dicat. Tot sunt genera quot colores. Alia pallida: alia tetra: alia rubicūda. Deinde si lepra hoies quod est istius naturæ uitio polluāt: quod hi faciūt: quod grauioribus morbis corporis prægrauatur. Sed age iam uideamus genera lepræ: ut medelæ cas agnoscere atque probare possimus: si fuerit inquit lepra alba uel rubicūda: siue tetra uel pallida: uel si flores ait hoc est toto corpore decurrēs. Nā est detestabilis lepra: quod oīno mundari nō possit: est & quod facile hēat mūdationē. alia quoque aduēticia: alia inata deprehēdit. Quæ oīa nisi spiritaliter sētiatur: rōnē intelligētia simplicis nō admittūt. Nā diuina sapiā legis suæ pfundū in huius extrema sæculi regiōe: quod si tēplū suo noīe consecratū: intra ciuitatis alterius mœnia collocauit. Cuius constructio atque opus quod quis magnificū uideatur interioris tamē hoīs aditus miratur ornāmēta uitiorum: sed interioris sciæ aditus referare nō possūt. Quare orāda est diuina dignatio: ut pulsantibus nobis intelligētia pateat ingressus. Iubetur igitur diuersa lepræ genera sacerdos tēpli diligētē inspiciere: atque eas hitus uel colores pleniorē cōsideratione deprehēdere. A coloribus. n. lepra refert posse agnosci: quos tamē ad peccatū magis aiā quā ad morbū corporis manifestū est pertinere. Diuersi etenim colores diuersas ai indicāt maculas. Cū igitur pallida lepra cōspicitur: languēs & ægra fides aiā denotat. Cū autē rubicūda deprehēditur: mēs furore atque iracūdia inflāmata & homicidii cruore respā cognoscitur. Cū uero alba: tūc hæreticorum fuscata & male mōda cōscia cōdēnatur. Sed alia lepra in capite: alia oriri phibetur in barba. Sūt. n. hæretici qui deū p̄rem uidētur tantūmodo blasphemare: ut Manichæus: quod nō solū eū factorē denegat mūdi: uerū malorum p̄fitetur eē auctore. Hi sūt qui leprā in capite portare uidētur: caput. n. inquit apostolus uiri Christus est: Quæ uero lepra in barba portatur: hi sūt qui blasphemare uidētur in filiū. Christū. n. p̄fectū in aduētū pristino p̄fecti uiri æuū agentē: quod si triceniariæ ætatis utilitas decorauit Sed & si tetra inquit & liuida fuerit: quod est aliud quod liuoris maculis execranda. Si autē ait nigra fuerit lepra: fumo utique idola latriæ & sacrificiorum nidoribus notata. Si autē inquit flores lepra fuerit: & cooperit oēm florē maculationis a capite usque ad pedes: uisus sacerdotis diuicabitur. uidebit. n. sacerdos: & ecce lepra cooperit oēm partē corporis & mūdabit illū sacerdos a maculatione: quoniam albū mutabitur. In hac lepra quā quod si albā & florentē designat: diuersa crimina uarie deprehēdit: quia cū mūdialis uitæ uoluptas quod si cādida & florens existimatur: tū graue uitiorum cōtagium grassatur in corpore. Nā aut auaritiæ aut libidinis macula p̄patefcūt. Sed hanc leprā cito dicit posse mundari. Auaritiæ. n. crimine facile carere potest: qui cōuersus ad dominū ea quæ possederit indigentium alimonie ministrauerit: ita ut dominus in euāgelio ait. Verū date elemosynā: & ecce oīa uobis mūda sunt. Libidinē quoque celesiter mūdare poterit: si ieiuniis frequētissimis & abstinentia corpus retinuerit: sed his oībus medelā p̄ sacerdotē præcepit dominus adhiberi. Dicit. n. esse leprā quæ sacrificiorum oblationibus emūdetur. Aliā uero quā aquæ facilius abluant: necnō & quæ extra castra posita mundetur. Esse quoque leprā asserit: quæ mundari oīno nō possit. Horum igitur secundū figurā grauiorū peccatorum crimina cōgregatur. Alia sūt quæ ante baptismū uidētur esse cōmissa: quæ tamē p̄ grām baptismi diluuntur. Alia uero quæ post lauatiōem baptismatis p̄petratur: quæ siue grauiora siue minora peccata sint: uisus tamen sacerdotis emūdat. Quod uodcūque. n. modicū delicti fuerit potest a sacerdote oīno relaxari. Quæ autē grauiora sunt: disciplina debent ecclesiastica regulā & orōne purgari. Quæ uero insanabilia sunt: deo iudici referuntur. Et inde est quod in hoc loco ait: unūquēque secundum quod habet propter curatiōnem sacrificium offerre debere. i. unūquisque secundum quod se deliquisse cognoscit: siue per carnalem concupiscentiam: seu p̄ idolatriā: seu p̄ iurio: seu mendacio: quasi leprā se uitio intelligit maculatū. put potuerit deo sacrificare non desistat: sed dicit genus esse lepræ: quod oīno mundari nō possit: & ideo huiusmodi hō extra castra iubet expelli. Hoc est sane crimen quod admittitur in spiritum sanctum blasphemie scilicet sicut ipse dominus in euāgelio ait: qui peccauerit in spiritu sancto: non remittetur ei: neque hic: neque in futuro. Adiecit autē scriptura diuina lepram esse in uasculis: lepram in parietibus: lepram in uestibus: lepram in stamine: sed quō in his rebus lepram esse possit: penitus ignoro: quæ quia uita caret: etiam sensu carere necesse est: sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse referatur: hæreticorum perfidiam notari. Quod enim non polluitur ubi adulteræ doctrinæ blasphemia prædicatur. Ideo hanc lepram sacerdos iubetur a parietibus emundare: ut catholicæ ueritatis doctrina maculosa hæreticorum uerba depellat. Cum autem lepra in uasculis dicitur esse: propria corporis delicta monstrantur: Vasa autē hoīum corporibus comparat apostolus. habentes inquit thesauri: hunc in uasis fictilibus. In stamine autem lepram habens paratum se in omnibus deo præbeat: ut mercedem ab ipso cōsequi mereatur: & in die iudicii securus inuenietur: si nulla dei offensa in eo reperiatur.

Lepram grā

Pallida lepra
Rubicunda
Alba

Tetra et liuida lepra
Nigra
Florens

Secundus tractatus secundæ partis principalis.

Incipiunt epistolæ atque tractatus beati Hieronymi super quæstionibus noui testamenti.

Beati Hieronymi ad Damasū papā de filio prodigo p̄ illū secūdū lram peccatorē pœnitentē: secūdū mysticū sensū gētilē abdicatis illecebris erroribusque ad dei cultū cōuersū: p̄ maiore aut filiū iuidētem uel iudæos uel reli

B quos factos interpretantis: in quibus licet iustis ostēdit esse posse liuorē. Epistola. LXIX.
 Eaturus tuæ interrogatio disputatio fuit: & sic quod si uia ē dedisse quod sitis. Sapiēter quippe interroganti sapiā reputabit. Ais quod si iste in euāgelio p̄: quod duobus filiis substātiā diuidit: Quod ui duo filii: Quod ui maior: Quod ui uel minor: Quod uo mior acceptā substātiā cū meretricibus dissipat: Fame facta a principe regiois præponit porcis: Siliquas comedit: Ad p̄rem redit: Accipit anulū & stolā: Et imolatur ei uitulus sagi-

Cons. fœderum Hieronymi
super uisum libelli.

natus: Quis sit maior frater: Et quomodo de agro ueniens susceptionem fratris iudeat: & cetera quae in euangelio plenius explicatur. Addis insuper multos diuersa in hac lectione dixisse: & frem maiorē iudaeum: minorē aestimasse gentilem populum: Sed quomodo iudaico populo possit aptari: ecce tot annis seruiui tibi: & nunquam mandatum tuum praeteriui: & nunquam dedisti mihi haedum: ut cum amicis meis epularer. Et illud. Fili tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt. Si autem ais de iusto & peccatore uoluerimus esse parabolam: iuste non poterit conuenire: ut de salute alterius & fratris maxime contristet. Si enim inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum: & imitantur eum: qui sunt ex parte eius: nunquam personae iustitiam imanis inuidia poterit coaptari: ut foris steterit: & clamētissimo patri rigidus obstiterit: solusque liuore cruciatus laticiae domus interesse noluerit. Itaque sicut in ceteris parabolis quae non sunt a Salvatore disertae: quae ob causam dictae sunt: solemus inquirere: ita & in hac facere debemus: quare dominus in istiusmodi uerba prorupit: & ob quam interrogationem responsionis similitudo parata sit. Scribae & pharisaei multabant dicentes. Quare hic peccatores recipit: & uiscit cum eis: Superior quippe sermo praemisit. Erant autem accedentes ad eum omnes publicani & peccatores uolentes audire eum. Itaque hinc ois inuidia: cur quos legis praecipua dānarēt: eorum confabulationem atque conuiuium domus non uideret. Et haec Lucas. Ceterum Matthaeus ita loquitur: cum autem discubaret in domo. Ecce multi peccatores & publicani ueniētes recubebant cum Iesu: & cum discipulis eius: quod uidentes pharisaei dicebant discipulis eius: quare cum peccatoribus & publicanis manducat magister. *uiscit*
Qui audies dixit: non necesse habet sani medicum: sed male habentes. Eūtes autem discite quod sit: misericordiam uolo: & non sacrificium. Non ueni uocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Marcus quoque in eadem uerba colētit. Igitur ut diximus: ois ex lege quae nascitur: lex quoque iustitiae tenax clamētiam non habet: sed quicumque adulter: homicida: fraudator: & ut breuiter dicam: mortali crimine tenebat: nulla uenia penitentiae laxabat a crimine: oculum pro oculo: detē prodete: aiam paria iubebatur exoluere. Omnes itaque declinauerunt simul inutiles facti erant: non erat qui faceret bonum: nam erat usque ad unum. Vbi autem abundauit peccatum: superabundauit gratia. Et misit deus filium suum factum ex muliere: qui de structo medio pariete: fecit utrumque unum: & austeritatem legis euangelii gratia temperauit. Vnde & Paulus ad ecclesias scribens: gratia uobis inquit: & pax a deo patre nostro: & domino Iesu christo: gratia quae non ex merito retributa: sed ex donante concessa est. Pax uero quae reconciliati deo sumus habentes: propitiatorē dominum nostrum Iesum christum: qui donauit nobis delicta nostra: & deleuit quod erat cyrographum mortis contra nos affigens illud cruci: & principatus: & potestates fecit ostentui: triumphans eas in ligno: quod autem maior potest esse clamētia: quam ut filius dei hominis filius nasceretur: decem mensium fastidia sustineret: partus expectaret aduentum: inuolueret panem: subiiceret parietibus: pro singulis adoleret aetates: & post contumelias uocum alapas & flagella: crucis quoque pro nobis fieret maledictum: ut nos a maledicto legis absolueret: Patri factus obediens usque ad mortem: & id opere compleret: quod ante ex persona mediatoris fuerat depræcatus dicens: pater uolo ut quomodo ego & tu unum sumus: ita isti in nos unum sint. Ergo quia ad hoc uenerat: ut quod erat impossibile legit: quia nemo ex ea iustificabat: ineffabili misericordia uinceret: publicanos & peccatores ad penitentiam prouocabat. Conuiuium quoque eorum expetens: ut in conuiuio doceretur: sicut manifestum esse poterit ei: qui euangelia sollicita mente pegerit. Quomodo & cibus eius & potus & deambulatio & uniuersa quae gessit in corpore: salutem hominum procurauit. Hoc uidentes scribae & pharisaei aduersus legem eum facere dicebant: ecce homo uorax: & uini potator: amicus publicanorum & peccatorum. Nam ante reprehederant: quare curaret in sabbatis. Dominus ergo ut hanc eorum accusationem clamētiam ratione superaret: tres parabolae proposuit ex quibus una est. Xcix. ouium in montibus relictarum: & unius perditae: quae pastoris humeris est relictā. Alia dragma: quae mulier accēto lumine requisit: & inuenta ea uicinas ad laticiam conuocauit dicēs. congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam perdidit. Tertia uero duorum filiorum: de qua ut disputare pauca iussisti. Et de oue quidem ac dragma licet ad unum pertineat intellectum: non est istius temporis disputatio: hoc tantum dixisse sufficiat: ob hoc has parabolae esse propositas: ut quomodo ibi inuentione pecoris & dragmae laticia est angelorum: & circa manentium uicinarum: sic in publicanorum peccatorumque penitentia debere esse laticiam: quibus non sit necessaria penitentia: unde uehementer admiror Tertullianum in eo libro quem de pudicitia aduersum penitentiam scripsit: & sententiam ueterem noua opinione dissoluit: hoc uoluisse sentire: quod publicani & peccatores qui cum domino uiscerentur: ethnici fuerint dicente scriptura: non erit uectigal pedens ex israel. Quasi uero & Matthaeus non ex circumcisiōe fuerit publicanus: & ille qui cum pharisaeo in templo orans oculos ad caelum non audebat erigere: non ex israel fuerit publicanus. An non Lucas memorat: & ois populus audiens & publicani iustificauerunt deum baptizati baptismo Ioannis: Aut cuius credibile possit uideri ethnicum templum ingressum: aut dominum cum ethnicis habuisse conuiuium: cum id maxime cauere: ne legem solueretur: & primum uenerit ad oues perditas domus israel. Chananarum quoque depræcati pro filiarum salute responderunt: non oportet tollere panem filiorum: & dare eum canibus. Et alibi discipulis praecipit: In uiam gentium ne abieritis: & in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. Ex quibus oibus edocemur in publicanis non tantum gentium quae generaliter omnium peccatorum. id est qui erant & de gentibus & de iudaeis accipi posse personas. Ille autem qui iuxta insanas blasphemias suas id dogmatis defendebat: quod christianos nollet recipere penitentes: frustra argumentatus est publicanos iudaeos non fuisse: ut in persona eorum gentium tantum populus possit intelligi. Itaque ne legem faciam: ipsa euangelii uerba proponam: & in modum commentarii quod mihi uideatur: ad singula quaeque subnectam. Homo quidam habebat duos filios: hominem decem dici multis testimoniis approbatur: ut ibi duorum hominum testimonium uerum est. Ego de me testimonium dico: & qui misit me pater. In alia parabola pastor: in alia paterfamilias nuncupatur. In alia uinea locat: in alia inuocat ad nuptias: & diuersis similitudinibus rem significat eandem: ut iudaeorum reprobet superbiam: & in cōe omnium peccatorum siue gentium siue israelitarum penitentiam probet. Quod autem ait duos filios: oēs pene scripturae de duorum uocatione populorum plenae sunt sacris. Et dixit illi adolescentior. Pater da mihi portionem substantiae: quae mihi contingit. Substantia dei est oēs quod diuimus: sapimus: cogitamus: in uerba prorupimus. Hoc deus aequaliter uniuersis & in cōe largitus est: euangelista dicente. Erat lux uera quae illuminat omnem hominem ueniētem in hunc mundum.

*Tertullianus de pudicitia
 scripsit*

*In ap. exponere parabolam
 Homo pro deo pome.*

8

dum. Iste est dexter oculus: qui a scadalis obseruandus est: hæc lucerna corporis: hoc talentē qđ nō est i sudario col
 ligādū. i. delicate ocioseq; tractādū: nec in terra defodiēdū: terrenis scilicet cogitatiōibus obscurādū. Qui diui
 sit eis substātiā: significātus in græco legit̃ καὶ Διείλεν αὐ τοῖς τὸν βίον. i. dedit eis libere arbitriū: dedit men
 tis ppriæ libertatē: & ut uiueret unusq; nō ex iperio dei: sed obsequio suo. i. nō ex necessitate: sed ex uolūtate: ut
 uirtus hñet locū: ut a cæteris aiantibus distaremus: dū ad exēplū dei pmissū est nobis facere qđ uelimus: unde
 & in pctōres æquū iudiciū & in sctōs aut iustos iustū premiū retribuit: & nō post multos dies collectis oibus a
 dolescētior filius peregre pfectus est in regionē lōginquā. Si deus cælū tenet palmo: & terrā pugillo. Et Hiere
 mias dicit deus appropinquās: & nō deus de lōginquo: p̃ David quoq; quia nullus absq; eo locus sit: prædicat̃:
 quō filius peregre proficiē: & a p̃re discedit: Sciēdū igit̃: nō locoꝝ spatii: sed affectu: aut eē nos cū deo: aut ab
 eo discedere. Quō. n. ad discipulos loquitur: ecce ego uobiscū sū oibus diebus usq; ad cōsumationē sæculi: ita ad
 eos qui sui iactātiā præferūt: & eē cū domino nō merētur: dicit discedite a me: nō noui uos qui opamini iniqua
 tē. Recessit ergo iunior filius cū uniuersa substātiā a p̃re: & peregre pfectus ē. Et Cain egressus a facie domini hñ
 tauit in terrā Naith qđ interpretat̃ fluctuatio. Quicūq; a deo recedit: statim sæculi fluctibus q̃rit̃: & mouētur pe
 des eius. Nā postq̃ moti sūt hoies ab oriēte & a uero lumine recesserūt: tūc aduersus deū impietatis suæ ædificauit
 re turri: tūc dogmatū supbias cōfixerūt: uolētes curiositate nō licita in ipsius cæli alta penetrare: & uocatus ē lo
 cus ille Babel. i. cōfusio: & ibi dissipauit substātiā suā uiuēs luxuriose: luxuria inimica deo: inimica uirtutibus p
 dit oēm substātiā p̃ris: & ad præles uoluptate deliniens futurā nō sinit cogitare paupertatē. Cūq; cōsūpsisset oia:
 facta est fames ualida p̃ regionē illā. Accepit a p̃re facultates: ut inuisibilia eius p̃ ea q̃ erāt uisibilia cognosceret:
 & ex pulchritudine creaturay cōsequēter intelligeret creatorē. Qui ueritatē in iusticia detinens: & pro deo ido
 la colens: naturæ bona uniuersa cōsūpsit: & cōsūptis oibus cœpit egere uirtutibus: derelicto fonte uirtutum: fa
 cta est fames ualida p̃ regionē illā. Ois locus quē p̃re incolimus absterge: famis penuriā & egestas est. Famis autē
 με τὰ πόρικως λιμου χυρὸν. i. ualide. Hæc est regio de qua dī p̃ p̃phetā. Qui hitatis in regiōe umbræ mor
 tis. Lux fulgebit sup uos. At cōtra est alia regio quā possessuri sumus mūdo corde atq; uiuētes: quā factus desi
 derat dicens: credo uidere bona domini in terra uiuētū. Et ipse cœpit egere: & abiit: & cōiunxit se uni de princi
 pibus regionis illius: deserto nutrino quid ad primā uocē bona ei fuerat cūcta largitus: iunxit se principi huius
 mundi. i. diabolo rectori tenebray. Quē nūc inimicū hoiem: nunc iudicē iniquitatis: nunc draconē: nunc sathā:
 nunc malleū: nunc perdicē: nunc belial: nunc rugiētē leonē: nunc leuiathan: nunc theninim: beemoch: & mul
 tis aliis uocabulis scriptura cōmemorat. Quod aut ait uni de principibus plures esse intelligendū est: qui p̃ istū
 uolunt aerē: & diuersoy fraude uitioꝝ genus hoium suæ subiciant seruituti. Qui misit illū in agro suo ut pa
 sceret porcos. Porcus aial imundum est: qđ ceno & sordibus delectatur. Talis est dæmonum multitudo: quæ p̃
 idola manufacta cruore pecudum: & uictimis pascitur. Et nouissimæ saginatore quadam hostia ipsius hois
 morte saturatur. Misit ergo eum in possessionē suā. i. suū efficit esse famulū ut pasceret porcos: imolans ei aiam
 suā: & cupiebat implere uentrē suum de siliquis porcog;: & nemo illi dabat. Id qđ in Ezechiele cum interpreta
 tione dī ad israelē: & factum est in te puer sum ultra mulieres ante fornicationē tuā: & post te non sunt fornicat
 æ in eo q; dedisti mercedes: & mercedes tibi nō sunt datæ: uidemus in filio minore cōpletum. Substantiā suā in
 regione principis pdidit: & post perditas facultates missus ad porcos egestate contabuit. Dæmonum cibus est e
 brietas: luxuria: fornicatio: & uniuersa uitia: hæc blanda sunt & lasciuia: & sensus uoluptate demulcent: statiq; ut
 apparuerint ad usum sui prouocant. Quibus ideo luxuriosus adolescens non poterat saturari: quia semp uolu
 ptas famē sui habet: & transacta non satiat: & sathanas cum aliquem sua arte deceperit: & proprium ei imposue
 rit iugum: ultra ad uitioꝝ abundantia non procurat: sciens esse iam mortuum: licuti multos idolatras uidemus
 panis miseria & egestate confectos. Ii sunt in quibus propheticus sermo cōpletur: omnibus meretricibus dant̃
 mercedes. Tu autem dedisti mercedem omnibus amatoribus tuis: & non accepisti mercedes. Possumus autem
 & aliter siliquis interpretari: dæmonum cibus est carmina poetas: & secularis sapiā: rhetoricog; pompa uerboꝝ:
 hæc sua oēs suauitate delectant: & dum aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt: aiam quoq; pe
 netrant & pectoris interna deuincunt. Vex ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta: nihil aliud nisi
 inanem sonum & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt: nulla ibi saturitas ueritatis: nulla iusticiæ refe
 ctio reperitur. Studiosi eay in fame uerū & uirtutum penuria perseverant: Huius sapiæ typus & in Deuterono
 mio sub mulieris captiue figura describitur: de qua diuina uox præcipit: ut si israelites eam habere uoluerint:
 uxorem: Caluitium ei faciat: ungues præsecet: & pilos auferat: & cum munda fuerit effecta: tunc transeat in pi
 etoris amplexus. Hæc si secundum litteram intelligimus: nonne ridicula sunt: Itaq; & nos hoc facere solemus
 quando philosophos legimus: quando in manus nostras libri ueniunt sapiæ sæcularis: siquid in eis utile reperi
 mus: ad nostrū dogma conuertimus: siquid uero superfluum de idolis: de amore: de cura sæcularium reg; hæc
 radimus. His Caluitium inducimus. hæc in unguum more ferro acutissimo defecamus. Vnde & apostolus
 prohibet: ne in idolio quis recumbat dicens: uidete autem ne hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis: Si
 enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem: nonne conscia eius cū sit infirma: ædificabi
 tur ad manducandum idolotheia: & peribit qui infirmus est in tua scia frater: propter quem Christus mortuus
 est: Nōne tibi uideē sub aliis uerbis dicere: ne legas philosophos: oratores: poetas: nec in eoy lectiōe requiescas.
 Nec nobis blādiamur: si in eis quæ sūt scripta nō credimus: cum aliog; conscia uulneretur: & putemur probare
 quæ dum nō legimus reprobamus. Alioquin q̃le erit: ut exstimemus apostolum eius qui uelcebat in idolio
 consciā reprobasse: & cum dixisse perfectum: quē sciret de idolotheis manducare: Absit ut de ore christiano

Nota

Trinitas

Babel
Luxuria

puro

Forma dyaboli uari

Porcus

Dæmonibus obiectus

Voluptas transacta nō satiat

Poetas carmina plures

Secularis sapiā

Supplum radimus

Idolotheia

dis. xxxvii. c. sacerdotum.

sonet: Iupiter omnipotēs: & me hercule: & me castor: & cætera magis porteta q̄ numina. At nunc etiã sacerdos dei
omnibus euãgeliis & prophetis uidemus comedias legere: amatoria bucolicoꝝ uersuũ uerba canere: tenere. Vir
giliũ: & id qđ i pueris necessitatis ē: crimē in se facere uolūtatis. Cauedũ igit̄: ne captiuã uelimus habere uxore:
ne in idolio recubamus: aut si certe fuerimus eius amore decepti: mūdēmus eã: & purgemus oēm sordiuũ errorē:
nec scãdalũ patiat̄ frater: pro quo christus mortuus ē: cū i ore christiãĩ carmĩa i idoloꝝ laude cõposita audierit
psonare. In se aut̄ cõuersus dixit: q̄ti mercenariĩ i domo patris mei abudãt pãibus: ego aut̄ hic fame peor̄. Mercē
narios secundũ aliũ intellectũ eos aĩaduertimus ex iudãis: q̄ ob p̄sẽtia tãũ: legis p̄cepta: custodiũt. Ii iusti
sunt & misericordes: nō ob ipsã iusticiã & ob ipsũ misericordiã bonũ: sed ut a deo terrenã fœlicitatis & lōgã ui
tã p̄miũ cõsequãtur: q̄ aut̄ ista desiderat: merito cõpellit̄ ad obsequiũ p̄ceptorũ: ne eorũ p̄uaricatione q̄
iussa sũt: careat cõcupitis: porro ubi metus ē nō ē dilectio: p̄fecta q̄ppe dilectio foras mittit timorē. Nã q̄ diligit:
nō ideo i perata custodit: q̄ aut̄ timore p̄cenaꝝ aut̄ p̄miũ auiditate cõpellit̄: sed q̄ hoc ipsũ qđ a deo iubet̄ ē
optimũ. Sẽsus itaq; iste ē. Quãti ex iudãis ob p̄sẽtia tãũ bona a dei obseq̄o nō recedũt: & ego egestate confi
cior̄. Surgēs ibo ad p̄rem meũ. Pulchre ait surgēs: p̄e q̄ppe absẽte nō steterat: p̄ctõꝝ iacere: iustorũ stare est. Ad
Moysẽ d̄i: tu uero hic sta mecũ: & i cẽtesimo tricesimo tertio psalmo: ecce nũc benedicite dominũ oēs serui domi
ni: q̄ statis i domo domini. Ad benedictionẽ domini stãtes p̄pheta i domo domini cohortat̄: & dicã illi: p̄ pec
caui i cælũ & corã te: iã nō sũ dignus uocari filius tuus: peccauerat in cælũ q̄ hierusalẽ cælestẽ reliq̄rat matrẽ. Pec
cauerat corã p̄e: q̄ cõditore deserto fuerat ligna ueneratus: nō erat dignus uocari filius dei: q̄ seruus esse malue
rat idoloꝝ. Ois. n. q̄ facit peccatũ: seruus ē p̄cti: & ex diabolo p̄e natus ē. Fac me sicut unũ d̄ mercenariis: fac me
i quit sicut unũ ex iudãis: q̄ te ob p̄sẽtiũ tãũ reꝝ p̄missã uenerãtur. Recipe filiũ p̄cinitẽtẽ: q̄ mercenariis tuis
peccãtibus sãpissime peccisti: & uenit usq; ad patrẽ suũ: Venimus ad patrẽ: q̄do a porcoꝝ recedimus passioẽ: se
cũdũ illud: statĩ ut cõuersus igemueris: saluus eris. Cũq; adhuc lōge eẽt: uidit eũ p̄ eius: & misericordiã motus
est. Ante q̄ dignis opibus & uera p̄niã ad patrẽ rediret antiquũ: deus apud quẽ cũcta futura iã facta sũt: & q̄ est
oĩum p̄scius futuroꝝ: ad eiusdẽ p̄currẽt aduẽtũ: & p̄ uerbũ suũ qđ carnẽ sũpsit ex uirgine: reditũ filii sui iuni
oris anticipat: & p̄currẽs icubuit sup collũ ipsius. Ante uenit ad terrã: q̄ ille domũ cõfessioĩs intraret. Incubuit
sup collũ ipsius. i. corpus sũpsit humanũ: & sicut i loãnes sup pectus recubuit: q̄ secretoꝝ eius effectus ē p̄iceps:
ita & iugũ suũ leue. i. mandatoꝝ suoꝝ: facilia p̄cepta ex grã magis q̄ ex merito sup iuniorẽ filiũ collocauit. Et
osculatus est eũ: iuxta illud qđ in cãtico cãticoꝝ ecclesia de spõsi p̄stolatu: aduẽtu depræcãs: osculet̄ me oscu
lo oris sui. Nolo mihi dicẽs p̄ Moysẽ nolo p̄ p̄phetas: loq̄tur: ipse meũ corpus assumat: ipse me osculet̄ in carne:
ut & illud quoq; qđ in Esaia scriptũ est huic inia coaptemus. Si q̄ris q̄re: & ad me hira in saltu. Et ibi q̄ppe flens
ecclesia clamare iubet̄ ex seyr: q̄ seyr pilosus & hispidus interpretatur: ut & antiquũ gẽtiliũ significet horrorẽ. Il
la pari similitudie respõdẽte nigra sũ sed formosa filia hierusalẽ. Dixit aut̄ illi filius: p̄ peccauĩ in cælũ & corã te
iã nō sũ dignus uocari filius tuus: dicit se nō esse dignũ filiũ nũcupari: & tamẽ ex naturã uoce ex illa substantia
quã illi p̄ fuerat aliquãdo largitus: in nomẽ trepidus ueritatis erũpit: p̄ inquit̄ peccauĩ in cælũ: frustra igitur
quidã argumẽtatur nomẽ p̄is in sãctis tantũmõ cõuenire: cū etiã deũ patrẽ uocet: qui se filii noie cõstetur i di
gnum: nisi forte iõ patrẽ audet uocare: quia plena mẽte cõuersus ē. Dixit aut̄ p̄ ad pueros suos: celerius p̄ferre
stolã priorẽ: & iduite eũ stolã quã Adã peccãdo pdiderat. Stola q̄ in alia pabola idumẽtum d̄ nuptiale. i. uelẽ
spũs sãcti: quã qui nō hũerit: nō p̄t̄ regis interesse cõuiuio. Et date anulũ in manu illius signaculũ similitudis
Christi: secundũ illud: i quẽ credẽtes signati estis: spũ repromissioĩs sãctõ. Et ad principẽ d̄ Tyri: qui similitudi
nẽ cõditoris amiserat. Tu es signaculum similitudis & corona decoris: in delitiis paradisi dei natus es. Esaias quo
q; de hoc signaculo loquitur: tũc manifesti erunt qui signãtur. Hoc signaculũ i manu datur. quãdo opa iusticiã
scriptura significat: ut ibi factũ ē uerbũ domini in manu Achãĩ p̄phetã: & ad hierusalẽ: ornaui te inquit̄ orna
mẽto: & iposui tibi armillas circa manus tuas. Rursũ ad eũ qui indutus ē podere: alius locus signaculi demonstra
tur: p̄trãsi p̄ mediã hierusalẽ: & da signaculũ in frõtibus uiroꝝ gemẽtium & dolẽtium in oĩbus iniquitatibus q̄
fiunt in medio eorũ. Quare ut postea possẽt dicere: signatum ē sup nos lumẽ uultus tui domine: & calciãmẽtũ
in pedibus eius. Spõsi quippe pdiderat dignitatẽ: & nudis pedibus pascha celebrare nō poterat. Hęc sunt calcia
menta: de quibus dominus ait: & calciãui te iacinto: & calciãmenta in pedibus eius: necubi coluber insidians
plantã ingrediẽtis inuaderet: & sup scorpiones & serpẽtes securius ambularet: ut p̄pararetur ad euãgelium
pacis: iam nō gradiens secundum carnẽ sed secundum spũm: & dictum ei propheticum conueniret: q̄ specio
si pedes euãgelizantium pacẽ: euãgelizantium bona. Et afferte uitulũ saginatum: & occidite: & manduce
mus: & epulemur: quoniã hic filius meus mortuus fuerat: & reuixit: pierat: & inuentus est. Vitulus saginatus:
qui ad p̄niã immolatur salutem: ipse saluator est: cuius quotidie carne pascimur: ciuore potamur. Fidelis meũ
lector intelligis: quia eius pinguedine saturati in ructum laudis eius erumpimus dicentes. Eructauit cor meum
uerbum bonum: dico ego opera mea regi: licet quidam superstitione magis q̄ uere: nō considerãtes textum psal
mi ex patris p̄sona arbitrentur hoc intelligi. Quod autem ait epulemur: quoniã hic filius meus mortuus fue
rat & reuixit: pierat: inuentus est: ad eundem parabolã superioris p̄tinet sensum: in qua d̄i: sic dico uobis: quia
gaudium erit coram angelis dei sup uno p̄ctõre p̄niã agente. Et ceperunt epulari: hoc cõuiuium quotidie ce
lebratur: quotidie pater filium recipit. Semp̄ Christus credentibus imolatur. Erat autẽ filius illius senior in a
gro. Hucusq; de p̄sona filii iunioris disputatum ē: quẽ secundũ p̄sẽtẽ parabolã: in publicanis & p̄ctõribus q̄
a domo ad p̄niã puocabant̄: debemus accipere: secundũ mysticos aut̄ intellectus de futura quoq; uocatiõẽ gẽti
um p̄phetari. Nũc ad seniorẽ filium sermo transgredit̄: quem multi simpliciter ad oĩum sãctõꝝ p̄sonã: multi
pprie

Seyr

Stola

Armillæ
Poderus

*Melior
Symphonia*

pprie ad iudæos referunt: & de factis quidem non difficilis interpretatio est: in eo quod dicitur: nunquam mandatum tuum preterivi: licet illud uideat oblitere: quod reuersio fratri iudeat. In iudæos autem cum liuor in fratre salute conueniat: hoc repugnat: quod nunquam se dicat eius preterisse mandatum: de quibus quod nobis uideat: suis in locis conabimur explanare. Erat autem filius illius senior in agro: in terris opibus labore deludens: longe a gratia sancti spiritus: & a consilio patris extorris: hic est qui ait: agrum emi: & necesse habeo exire & uidere illum: rogo te habere me excusatum. Hic qui iuga bouum emit quocumque: & legis onere depressus: terrenorum se suum uoluptate profuit: hic qui uxore ducta ire ad nuptias non potest: & effectus caro nequaquam unum potest esse cum spiritu. In huius persona est illius parabola operarii congruunt: in qua prima tertia sexta nona hora. i. uocationibus uariis mittuntur ad uineam: & indignatur sibi undecima hora operarios coarctari: & cum ueniret & appropinquaret domui: audiuit symphoniam & chorum. Illud quod in quodam psalmo subscribitur per melech: huic se sui conuenit. Si quidem melech chorus in unum concinnatus dicitur. Male autem quodam de latinis symphoniam putat esse genus organi: cum concors in dei laudibus concetus ex hoc uocabulo significet. Symphonia quippe consonantia exprimitur in latino. Et uocauit unum de pueris: & interrogauit quidnam esset haec: & nuuc interrogat israel: quare deus in gentium assumptione laetetur: & amulatione cruciatus prius scire non potest uoluntate. Qui ait illi quoniam frater tuus uenit: & occidit patrem tuum uitulum saginatum: quoniam icolumen illum recepit. causa laticiae: quod pari in dei laudes toto orbe uoce concinnatur. salus est gentium: salus est peccatorum. laetantur angeli: omnis in gaudium creatura consentit: & de solo dicitur israel. Iratus autem noluit intrare: irascitur se absente fratrem esse susceptum: irascitur cum uiuere: quem putabat extinctum: & nunc foris stat israel: & nunc discipulis euangelia in ecclesia audientibus: mater eius & fratres foris stat quaterentes eum. Egressus autem patris illius cepit rogare eum: quod benignus & clamens pater rogat filium: ut laticiae domus princeps fiat. Rogat autem pater per apostolos: rogat per euangelia praedicatores. Et quibus Paulus ait: praecamur pro christo: reconciliamini deo. Et alibi: uobis oportebat primum annunciare uerbum dei: sed quare repulisti illud & indignos uos iudicasti aeternae uitae: ecce conuertimur ad gentes. Ipse autem respondens ait patri suo ecce tot annis seruo tibi. Pater suppliciter ad concordiam depracatur: ille iusticiam quam in lege est consequens: dei iusticiae non subicitur. Porro quod maior iusticia dei: quam ignoscere peccantibus: filium suscipere redeuntis. Ecce tot annis seruo tibi: & nunquam mandatum tuum preterivi: quasi hoc ipsum non sit preterire mandatum: saluti alterius iudicare: ante deum se iactare iusticiae: cum nemo coram eo mundus sit. Quis enim laetabitur castum se habere cor: nec si unius quodam die fuerit: Dauid confitetur in iniquitatibus conceptus sum: & in delictis conceptus me mater mea. Et in alio loco: si iniquitatem attedis domine: quis sustinebit. Et hic dicit nunquam se preterisse mandatum toties ob idolatriam captiuitatibus traditus: Ecce tot annis seruo tibi: & nunquam mandatum tuum preterivi. Hoc est quod Paulus apostolus loquitur: quod ergo dicemus: quia gentes qui non sectabantur iusticiam: comprehenderunt iusticiam: iusticiam quam ex fide est. Israel uero sectando legem iusticiae: ad legem iusticiae non peruenit. Quare: quia non ex fide: sed quasi ex opibus legis: potest ergo & ex eius persona dici: quod iuxta eundem apostolum iusticia quam ex lege est: sine reprehensione uerlatus sit: licet mihi uideatur magis se iactare iudæus: quam uera dicere ad exemplum illius pharisaei dicentis: deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum raptores: iniusti: adulteri: sicut & hic publicanus. Oro te nonne tibi uideat ea quae ille de publicano dixerat: dicere iste de fratre. Hic est qui comedit omnem substantiam suam: uiuens cum meretricibus. Ad id autem quod ait: mandatum tuum nunquam preterivi: patris sermo non congruit: non enim confirmauerat uera esse quae dixerat filius: sed irascens alia ratione contempsit. filii tu semper mecum es. Nunquam ait: bene quodam die dicis: & fecisti cuncta quae iusserat. Sed mecum es: semper mecum es lege qua stringeris: mecum es dum mihi & in captiuitatibus erudiris: mecum es non quia praeccepta mea contempseris: sed quod te in longam regionem abire non passus sum: mecum es ad extremum secundum illud quod locutus sum ad Dauid. Si dereliquerint filii eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint: si iusticias meas profanauerint: & mandata mea non custodierint: uisitabo in uirga iniquitates eorum: & in flagellis iniusticias eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eis: quo testimonio & id in quo filius senior gloriatur: falsum esse conuincit dum in dei iudiciis non ambulat: & eius mandata non facit. Et quomodo ista non faciens cum patre semper fuisse docetur: dum peccatis uisitur in uirga & uisitatio misericordiam non negatur. Nec mirandum patri cum aulum fuisse metiri: qui fratri potuit inuidere: maxime cum in die iudicii quidam impudentius mentiatur dicentes. Nonne in nocte tuo comedimus & bibimus: & uirtutes multas fecimus: daemonia eiecimus. Quid uero sit: & omnia mea tua sunt: suo loco congruentius explicabitur. Et nunquam dedisti mihi haedum: ut cum amicis meis epularer. Tantus inquit israel sanguis effusus est: tot hominum caesa sunt milia: & nullus eorum nostrae extitit salutis redemptor. Ipse Iosias qui placuit in conspectu tuo: & nuper Machabaei: qui pro tua hereditate pugnant contra fas sanctitatis hostium gladiis interempti sunt: & nullus cruor nobis reddidit libertatem. Ecce adhuc romano imperio subiaceamus: non propheta: non sacerdos: non iustus quisquam immolatus est nobis. Et pro luxurioso filio. i. pro gentibus: pro peccatoribus totius creaturae creatoris gloriosus sanguis effusus est. Cunctis merentibus minora non dederis: immeritis maiora tribuisti. Nunquam dedisti mihi haedum: ut cum amicis meis epularer: Erras israel dic potius ut tecum epularer: aut potest esse tibi aliqua iocunditas: nisi patre tecum celebrante conuiuium. Saltem exemplo docere praesenti. Reuerso filio iunioris ore & pater laetatur: & pueri. Manducemus ait: & epulemur: non manducate & epulamini. At tu ea mente qua inuides fratri: qua a patris recedis aspectu: & semper in agro es: nunc quoque uis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi haedum: nunquam pater deteriora dat munera: habes uitulum saginatum immolatum: ingredi: manduca cum fratre. Quid haedum quaeris cui agnus est missus: Et ne similes te nescire quod missus est: Iohannes tibi eum in heremo demonstrauit. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi: Et pater quidem quasi clamens & penitentiam tribuens te hortatur ad uitulum: non immolans haedum quem stare scit ad sinistram. Tu uero in fine saeculi ipse tibi es haedum immolaturus Antichristum: & cum amicis tuis spiritibus immundis eius carne saturandus: expleto uaticinio. Tu confregisti caput draconis magni: dedisti eum escam populis aethiopum. Cum autem filius tuus hic qui deuorauit omnem substantiam suam uiuens cum meretricibus uenit: occidisti ei uitulum

saginatum. Confiteatur & nunc israel saginatum uicium fuisse quod caesus est: intelligunt uenisse Christum: sed torquent inuidia: & nolunt scire non perire saluari: Ipse autem dixit illi: fili tu semper mecum es: & mea omnia tua sunt: filium uocat: licet intra re nolent: Quod autem dei omnia iudaeorum sunt: nunquam angeli: throni: dominationes: cetera quoque uirtutes: Omnia ergo intelligamus legem prophetas eloquia diuina. Haec ei dedit: ut in lege eius meditaretur die ac nocte: secundum illum canonem quem saepe exposuimus scripturas. Omnia non ad totum referenda esse: sed ad partem maximam: ut ibi: omnes declinauerunt simul inuitiles facti sunt & alibi: omnes qui uenerunt ante me fures fuerunt & latrones. Et Paulus ad Corinthios. omnibus inquit omnia factus sum: ut omnes lucrificarem. Et ad philippenses: omnes. n. qui sua sunt quoniam: non ea quae sunt Iesu christi. Quamquam nihil unquam illi negasse credendum sit: quem ad suum uicium hortatur hederum. Epulari nos oportet & gaudere: quoniam hic frater tuus mortuus fuerat: & reuixit: pierat: & inuentus est. Confidamus igitur & nos uiuere posse per penitentiam: quae fueramus mortui per delicta. Et hic quidem ipse filius reuertitur: In superioribus uero in oue scilicet & in dragma: quod errauerat: affertur & quod pierat: inuenitur: & simili tres parabola sine claudunt: dum in ista ponitur pierat: & inuentus est: ut intelligamus diuersis similitudinibus de eadem peccatorum: susceptioe signatur. Et quidem in ethnici persona dicta sunt & iudaei. Videamus autem quomodo super scripto generaliter & peccatore parabola ista possit intelligi: & de ceteris quoniam iusto conueniat: non ambigitur. Illud est in quo legem scrupulus commouet: cur iustus saluti peccatoris iudeat: & tantum iracundia repleat: ut nec frater misericordia: nec prius precibus: nec totius domus iocunditatis superet. Ad quod breuiter respondimus. Omnem mundi istius iusticia ad dei comparationem non est iusticia. Quod non ex peccatis Hierusalem. Sodoma iustificatur: non quod ipsa sit iusta: sed quod maioribus delictis fiat minor delicta: ita & hominem uniuersa iusticia non est deo collata iusticia. Denique Paulus qui dixerat: quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: in alio loco confitetur & clamat. O profundum diuinitatis: sapientiae dei: quae inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles uiae eius: Et alibi ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus: & nunc per speculum uidemus in euymate: Et ad romanos: miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Ex quibus omnibus edocemur: dei solus perfectus esse iusticia: qui solus suum oriri facit super iustos & iniustos: dat pluuiam ferocinam: & matutinam merentibus pariter & non merentibus qui de uicis angulis & plateis inuitat ad nuptias: & deitum quosdam iam quasi securos expellit foras. Et ouem quae ad exemplum filii penitentis ipsa redire non poterat: uel nolebat: quirit: & inuenit: & inuentam suis humeris reportat: multum. n. errando laborauerat. Ut autem doceamur in sanctos quoque cadere posse inuidiam: & soli deo puram elementiam derelinqui: filiorum Zebedei consideramus exemplum pro quibus cum mater mota pietatis affectu nimis grandia postulasset reliqui decem discipuli indignati sunt. Et Iesus aduocans eos dixit. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt: potestate exercent in eis. Non ita erit inter uos: sed quicumque uoluerit inter uos maior esse: sit uester minister: & quicumque uerum uoluerit inter uos esse primus: sit uester seruus. Quod filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare & dare aiam suam redemptionem pro multis. Nulli periculosum: nulli uideatur esse blasphemum: quod & in apostolos inuidiae malum diximus potuisse subrepere: cum etiam de angelis hoc dictum putemus. Sydera quippe non sunt munda in conspectu eius: & contra angelos suos puerulum quid intellexit. Et in psalmis dicit: non iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens. Non ait non iustificabitur omnis homo: sed omnis uiuens. i. non euangelista. non apostolus: non propheta: Ad maiora conscendo: non angeli: non throni: non dominationes: non potestates: cetera quoque uirtutes. Solus deus est in quo peccatum non cadit. Cetera cum sint liberi arbitrii: iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem dei factus est: in utraque parte possunt suam flectere uoluntatem. Quod si hac sententia non adducis: saltem illius auctoritate parabola commouere: in qua per totum diem operarii mittuntur ad uineam: & in prima hora uocantur Adae: Abael: Seth: In terra Noe: in sexta Abraham: in nona Moyses: in undecima gentium populus: cui dicitur. Quid hic statis tota die otiosi? Et illi responderunt: nemo nos conduxit. Quod autem extrema hora natus sit Saluatoris aduentus: testis est Ioannes apostolus dicens: Fratres nouissima hora est: sicut audistis quia antichristus uenit: nunc antichristi multi facti sunt: propter quod cognoscimus: quia nouissima hora est. Si haec displicet interpretatio: sequimur quocumque duxerit: ita tamen eos qui uocati sunt primi: iustos esse fatearis: quod cum obtinuerit: illud inferat & quomodo iusti murmurauerunt aduersum patrem familias dicens: hi nouissimi uenerunt: & una hora fecerunt: & aequales illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei & aestus. Videtur quidem iuste dicere: non aequalis debere esse mercedem eius: quia prima hora ad noctem usque sudauerat: & eius quae una hora sit in labore uersatus. Sed ipsa iusticia habet in se liuorem: cum alterius inuideat felicitati. Denique & dominus oculum in eis arguit inuidiam dicens: amice an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Unde & ab apostolo solus iustus solus dicitur immortalis: non quod angeli iniusti sint & mortales: sed quod ipse sit immortalis & iustus: cui collata uniuersa iusticia iniqtas inuenitur. Ut autem in hac eadem parabola quam nunc perproposuimus: iniusticia intelligas conductorum: attende paulisper: qui prima hora conductus est: plus meretur ab eo qui hora tertia missus est ad uineam: rursum hora tertiae operarius sexta hora operarius antecedit: & sexta hora nona hora uocatur operarius. Quod igitur nouissimo omnes inuidet: & eadem in se iusticia non requirit: Tu qui hora nona conductus es: cur inuides ei qui. xi. hora est missus in uineam? Quodcumque responderis: quis diuersum asserueris laborum: ut & premium maius in diuerso labore merearis: eadem apud sextum sententia subiacebis. Et tu qui hora sexta conductus es: non nouissimo inuides: cur tecum denarium. i. aequalem consequatur salutem: licet salutis pro labore diuersa sit gloria eadem de te poterit tertius dicere: & de tertio rursum primus: uerum ipsi inter se ob non aequalem laborem & uocationis spatia diuersa aequalis premium libenter accipiunt. In nouissimo tantum operarius. i. in gentium salute discordant: & domino iniuria faciunt: & sub omnibus parabolis arguuntur inuidia. Non ambigo quin iculta tibi nostrae paruitatis uideatur oratio: sed saepe causatus sum expoliri non posse sermonem: nisi quem propria manus limauerit. Itaque Ignosce dolentibus oculis. i. ignosce dictanti maxime cum in ecclesiasticis rebus non quaeratur uerba sed sensus. i. panibus sit uita sustentanda non siliquis.

Beati

*Omnia sepe no ad 10
ni sed ad prim refera*

in aplos inuidie malu subreper

Operarius

Beati Hieronymi presbyteri ad Hedibiam epistola explicans. xii. quaestiones. .LXX. Prologus.

Ignota uultu fidei mihi ardore notissima es: & de extremis Galliae finibus in bethleemico rure latitantem ad respondendum prouocas de sanctarum quaestiuiculis scripturarum: per hominem dei filium meum Apodemium commentariolum dirigens: quasi uero non hēas in tua prouincia discretos uiros & in lege dei pfectos: nisi forte experimentū magis nr̄i q̄ doctrinā flagitas: & uis scire quid de his quae ab aliis audisti: nos quoq; sentiamus. Maiores tui Paterius atq; Delphirius: quoz; alter q̄ ego nascerer rhetoricam romae docuit: alter iā me adolescentulo oēs Gallias p̄sa uersūq; suo illustrauit ingenio: iā dormientes & taciti me iure reprehendunt q; audeam ad stirpem generis sui quippiam missitare: licet concedam eis eloquentiae magnitudinem: & doctrinam saecularium litterarum: merito subtraham sciētiam legis dei: quā nemo accipere potest: nisi ei data fuerit a patre luminum: qui illuminat oēm hominem uenientem in hunc mundum: & stat medius credentium: qui in nomine eius fuerint congregati. Vnde libere profiteor: nec dictum superbe per timeo: me scribere tibi non in doctis humanae sapiētiae uerbis quam deus destructurus est: sed in uerbis fidei spiritualibus: spiritualia comparantem: ut abyssus ueteris testamenti inuocet abyssum euangelicam: in uoce cataractarum. i. prophetarum & apostolorum suorum: & ueritas domini perueniat usq; ad nubes: quibus mandatū est: ne super incredulum israel imbrem pluerent: sed ut rigarent: arua gentilium: & torrentem spinarum: ac mare mortuum dulcorarent. Ora igitur ut uerus Helisaeus steriles in me & mortuas aquas uiuificet: & apostolorum sale quibus dixerat: uos estis sal terrae: meum munusculum condiat: quia omne sacrificium: quod absq; sale est: domino non offertur. Nec fulgorae saecularis eloquentiae delecteris: quem uidit Iesus quasi fulgur cadētem de caelo: sed potius eum respice qui non habet decorem: nec faciem: homo in plagis positus: & sciens ferre infirmitatem: & quicquid ad proposita respondero: scias me non confidentia respondiisse sermonis: sed eius fide: qui pollicitus est. Aperi os tuum: & ego implebo illud.

ante //

Catana

Prima quaestionis solutio: quomodo quis possit esse perfectus: & quomodo uiuere debeat uidua sine liberis derelicta. LXXI.

Interrogas: quomodo perfectus esse quis possit: & quomodo uiuere debeat uidua: quae sine liberis derelicta est: hoc idem in euangelio legis doctor interrogat. Magister quid facies: uitam aeternam possidebo? Cui respondit dominus: mandata nosti: Dicit ille. Quae? Iesus autem dixit non homicidium facies: non adulterium: non furtum: non falsum dices testimonium. Honora patrem & matrem: & diliges proximum tuum sicut teipsum. & illo dicente: haec oia feci: dominus itulit. Vnum tibi deest. Si uis esse perfectus: uade & uende oia quae habes: & da pauperibus: & ueni sequere me. Itaq; & ego tibi domini nostri respōdebo sermonibus. Si uis esse perfectus & tollere crucem tuam: & sequi dominum saluatorem: & imitari Petrum dicentem: ecce nos dimisimus oia & secuti sumus te: uade & uende oia quae habes: & da pauperibus: & sequere saluatorem. Non dixit da filiis: da fratribus: da propinquis: quos etiam si haberes: iure iis dominus praferretur: sed da pauperibus: imo da christo: qui in pauperibus pascitur. Qui cum diues esset pro nobis pauper factus ē: qui loquitur in xxxviii. psalmo. Ego autem mendicus & pauper: & dominus sollicitus est pro me. Statimq; xl. psalmi de eo exordium est. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Intelligentia opus est: ut post intelligentiae beatitudinem sciatur quid sit egenus & pauper. Non utiq; ille qui mendicitate & squallore coopertus est: & tamen non recedit a uitiis: sed de quibus apostolus loquitur. Tantū ut pauperes memores essemus: ob quorum refrigeria laborabant Paulus & Barnabas in ecclesiis gentium: ut collectae fierent per primam sabbati: & hanc ipsam oblationem non per alios: sed per se deferre festinant iis qui suas pro christo amittere substantias: q; persecutiones passi sunt: qui dixerunt patri suo: & matri: uxoribus: & liberis non nouimus uos. Hi impleuerunt uoluntatem patris: & audierunt dicentem dominum saluatorem. Mater mea & fratres mei hi sunt: qui faciunt uoluntatem patris mei. Et hoc dicimus: non quo in pauperes in quo in pauperes iudaeos: siue gentiles: & omnino cuiuslibet gentis sint pauperes: prohibeamus faciendam elemosynam: sed quo christianos & credentes pauperes incredulis praferamus. Et inter ipsos christianos sit multa diuersitas: utrum peccator au sanctis sit. Vnde & apostolus passiuam in omnes misericordiam probans: infert. Maxime in domesticos fidei. Domesticus fidei est: q; eadem tibi religione coniungitur: qnē a consortio fraternitatis peccata non separant. Quod si de inimicis quoq; nobis praecipitur: ut si esurierint demus eis cibum: si sitierint demus eis potum: q; haec facientes congerimus carbones super caput eoz; quanto magis de his qui non sunt inimici: & qui christiani sunt: atq; sancti. Neq; uero hoc quod dicitur: hoc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius: in malam partem accipiendum est: sed in bonam. Quando enim inimicis nostris praebemus beneficia: malitiam eoz; nostra bonitate superamus: & mollimus duritiam: ratūq; aium ad mollitiem & beniuolentiam flectimus: atq; ita congregamus carbones super capita eoz; de quibus scriptum est. Sagittae potētis acutae cum carbonibus desolatoriis. Ut quō de altari a seraphin carbo sublatus prophetae labia purgauit: ita & inimicorū nr̄oz; peccata purgent: & uindictam in bono malū: & benedicamus maledicētibus: & imitemur patrē: qui solē suū oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Igitur & tu qui paucos habes filios: plurimos fac tibi amicos: de iniquo māmōna: qui te recipiant in aeterna tabernacula: Pulchre dixit de iniquo. Oēs enim diuitiae de iniquitate descendunt & nisi alter pdiderit: alter nō pōt inuenire. Vnde & illa uulgata Inia mihi uidef esse uerissimā. Diues autē iniquus aut iniq; haeres. Quod cū legis doctor audisset: & ferre nō posset: q; habebat diuitias multas: cōuersus domus ad discipulos suos ait. Quā difficile q; diuites sūt intrare possūt i regna caeloꝝ: non dixit impossibile: sed difficile: licet exēplū posuerit impossibilitatis: facilius est camelū p̄ foramē acus transire: q̄ diuitē intrare in regnū dei. Hoc

passiua misericordia deo
Domestici fidei.

Diues Iniquus etc.

aūt non tā difficile est: q̄ ipossibile. Nunq̄. n. fieri p̄t ut camelus trāseat p̄ foramē acus. Nunq̄ igit̄ diues intrare poterit regna cælor̄. Sed camelus tortuosus & curuus est: & graui sarcina prægrauat̄. Et nos ergo quando prauas ingredimur semitas: & rectā uia dimittimus: & oneramus mūdi diuitiis: siue p̄dere delictor̄ regnū dei ingredi nō ualemus. Quod si deponamus grauissimā sarcinā: & assumamus nobis pēnas colūbæ: uolabimus & requiescemus: & dicet̄ de nobis. Si dormiatis inter medios clericos pēnæ colūbæ deargētata: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dorsū nostrū qd̄ primū informe erat: & graui sarcina præmebat̄: habeat nitorē auri: quod interpretat̄ in sensu: & alas deargentatas: quæ intelligunt̄ eloquia scripturar̄: regnum dei intrare poterimus. Dicunt apostoli se oīa quæ fuerāt dimisisse: & mercedē pro hac uirtute audacter exposcūt. Quibus respondit dominus. Oīs qui relinquit domū aut fratres aut sorores aut patrē aut matrē aut uxore aut filios aut agros p̄pter nomen meū: centuplū accipiet: & uitā æternā possidebit. O quāta beatitudo pro paruis magna recipere: æterna pro breuibus: pro morituris semp̄ uiuētia: & habere dominū debitorē. Si qua autē uidua habet liberos: & maxime si nobilis familiæ est: egentes filios nō dimittat: sed ex æqualitate: ut meminerit primū aiæ suæ: & ipsā putet esse de filiis: & partiat̄ potius cū liberis q̄ oīa filiis derelinquat. Immo Christū liberor̄ suor̄ faciat cohæredem. Respōdebis: difficile est: durū est: & cōtra naturā. Sed dominū audies tibi respōdentem. Qui p̄t capere capiat. Et si uis esse p̄fecta: non tibi iugum necessitatis iponit: sed p̄tati tuæ libere concedit arbitrium. Vis esse p̄fecta: & in primo stare fastigio dignitatis: fac quod fecerunt apostoli: uende oīa quæ habes: & da pauperibus: & sequere saluatorem: & nudam solāq; crucem nuda sequaris & sola. Non uis esse p̄fecta: sed & secundum uis gradū tenere uirtutis: dimitte omnia quæcunq; habes: da filiis: da propinquis: nemo te reprehendit: sē inferiora secteris: dūmodo illam scias tibi iure prælatam: quæ elegerit prima. Dicis: hoc apostolorum est & uirorum: mulierem autem nobilem non posse omnia uendere: quæ multis adiuuentis uitæ eius indigeat. Audi igitur apostolum commōnentem. Non ut aliis refrigerium: uobis autem tribulatio: sed ex æqualitate: uestra abundantia illorum sustentet inopiam: ut & illorum abundantia uestræ inopiæ sit supplementum. Vnde inquit dominus. Qui habet duas tunicas: det alteram non habenti. Quid si scythiæ frigora sint: & alpina niues: quæ non duabus & tribus tunicis: sed uix pecudum pellibus repelluntur? Quicquid ergo corpori nostro sufficere potest: & humanæ succurrere imbecillitati: quos nudos natura profudit: hæc una appellanda est tunica: & quicquid in præsentibus alimentis necessarium est: hoc unius dici uictus appellatur. Vnde præceptum est. Ne cogitatis de crastino: hoc est de futuro tempore. Et apostolus habentes inquit uictum & uestitum: his contēti simus. Si plus habes: q̄ tibi ad uictum uestitumq; necessarium est: illud eroga: & in illo debitoricem esse te noueris. Ananias & Saphyra apostoli meruere sententiam: quia sua timide referuarunt. Ergo ne inquires puniendus est: qui sua nō dederit. Minime puniti sunt quia mentiri uoluerunt spiritui sancto: & referuantes necessaria uictui suo: quasi perfecte sæculo renunciantes: unam gloriam sectabantur. Alioquin licet libere uel dare uel non dare. Quamq; ei qui cupiat esse perfectus: præsens paupertas futuris diuitiis compensanda sit. Quomodo autem uidua uiuere debeat: breui sermone apostolus comprehendit dicens. Vidua quæ in delitiis est uiuens: mortua est: & nos in duobus libellis: quos ad Furiam & Saluinam scripsimus: plenius dictum putamus.

Quomodo accipiendum sit illud saluatoris apud Matthæum: Dicam autem uobis non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum quo bibam illud nouum uobiscum in regno patris mei. LXXII.

Hoc loco quidam mille annorum fabulam struunt: in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendunt: & bibiturum uinum quod ex illo tempore usq; ad consumationem mundi non biberit. Nos autem audiamus panem quem fregit dominus: deditq; discipulis: esse corpus domini saluatoris ipso dicente ad eos. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum: & calicem illum esse: de quo iterum locutus est. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iste est calix de quo in propheta legimus. Calicem salutaris accipiam & nomen domini inuocabo. Et alibi. Calix tuus inebrians q̄ præclarus est. Si enim panis qui de cælo descendit: corpus est domini: & uinum qd̄ discipulis dedit: sanguis illius est noui testamēti: qui effusus est in remissionem peccatorum: Iudaicas fabulas repellamus: & ascendamus cum domino cœnaculum magnum: stratum atq; munda datum: & accipiamus ab eo sursum calicem noui testamēti. Ibiq; cum eo pascha celebrantes inebriemur ab eo uino sobrietatis. Non enim est regnum dei cibus & potus: sed iusticia & gaudium: & pax in spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem uerum: sed dominus Iesus ipse conuiuia & conuiuium: ipse comedens & qui comeditur: illius bibimus sanguinem: & sine ipso potare non possumus: & quotidie in sacrificiis eius de genimine uitis ueræ: & uinæ Soreth quæ interpretatur electa: rubentia musta calcamus: & nouum ex iis uinum bibimus in regno patris: nequaquā in uetustate literæ: sed in nouitate spiritus cantantes canticum nouum: quod nemo potest cantare nisi in regno ecclesiæ: quod regnum patris est. Hunc panem & Iacob patriarcha comedere cupiebat dicens. Si fuerit dominus deus mecum & dederit mihi panem ad uescendum: & uestimentum ad operiendum. Quotquot enim in christo baptizamur: Christum induimus: & panem comedimus angelorum: & audimus dominum prædicantem. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit: & impleam opus eius. Faciamus igitur uoluntatē eius: qui misit nos: & impleamus opus eius: & Christus nobiscum bibet in regno ecclesiæ sanguinem suum.

Quæ causa sit: ut in resurrectione domini & apparitione euangelistæ diuersa narrauerint. LXXIII.

In quibus primū quæris: cur Matthæus dixerit: uespere sabbati illucescente in una sabbati dominū surrexisse: & Marcus mane resurrectionē eius factam esse cōmement: ita scribēs. Cum autē resurrexisset una

Vinea Soreth

770111

munda

una sabbati: mane apparuit Mariæ magdalena: de qua eiecerat septē dæmonia: & illa abiēs nūciauit iis q̄ cū eo fuerāt: lugētibus & flentibus. Illiq; audiētes q; uiueret: & q; uidisset eū crediderūt. Huius q̄stionis duplex solutio est. Aut enī nō recipimus Marci testimoniū: qd' in raris fertur euāgeliiis: Oibus græciæ libris pene hoc capitulū in fine nō habētibus: præserti cū diuersa atq; cōtraria euāgelistis cæteris narrare uideat: aut hoc respōdendū: qd' uterq; uerq; dixerit. Matthæus q̄do dominus surrexerit uespe sabbati. Marcus autē q̄do eū uiderit Maria magdalena: id est mane prima sabbati. Ita enī distinguendū est. Cū autē resurrexisset: & parūper spiritu coartato: iferendū: prima sabbati mane apparuit Mariæ magdalena: id est ut q; uespere sabbati: iuxta Matthæū resurrexerat: mane prima sabbati: iuxta Marcū apparuerit Mariæ magdalena: quod quidem & Ioannes euangelista significat mane: cum alterius diei uisum esse demonstrans.

Quomodo iuxta Matthæū uespere sabbati Maria magdalena uidit dominum resurgētē: & Ioannes euangelista refert eam mane una sabbati iuxta sepulchrum flere. .LXXIII.

Qui enim delentur de libro uiuentium: & cum iustis non scribuntur: anathema fiunt a domino. Simulq; cerne apostolum quantæ charitatis in christo sit: ut pro illo cupiat mori: & solus perire: dummodo omne in illum credat hominum genus: perire autem non in perpetuum: sed p̄sētia. Qui enim perdidit animam suam pro christo: saluam eam facit. Vnde & de quadragesimo & tertio psalmo assumit exemplum: Quoniam propter te mortificamur tota die: reputati sumus ut oues occisionis: uult ergo apostolus perire carne: ut alii saluentur in spiritu: suum sanguinem fundere: ut multorum anime conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem sonet: multis ueteris instrumenti testimoniis pro bari potest. Et ne leuem putemus esse tristitiam & modicam causam doloris: iungit & dicit. Pro fratribus meis & propinquis iuxta carnē. Quando propinquos appellat & fratres iuxta carnem in spiritu a se ostendit alienos. Quorum est inquit adoptio quæ significantius gr̄æ dicitur: uel de quibus quōdā dominus loquebatur. Filius primogenitus meus israel: & filios genui & exaltaui. Nunc dicit filii alieni mentiti sunt mihi: & quorū gloria ut de cunctis gentibus eligeretur in peculia rem populū dei: & quorū testamēta: unū in s̄ra alterū in sp̄itu: ut qui prius in carne seruiuerunt cerimonis legis aboli: postea seruirent in spiritu mandatis ea angelū sempiterni: Et legis latio ad utrūq; responderet: noui & ueteris testamēti: & cultus: id est uera religio & promissiones: ut quicquid repromissum est patribus compleretur in filiis. Et quod omnibus maius est: ex omnibus quibus christus de Maria genitus uirgine: ut sciremus: quis iste sit christus: causas doloris sui uno sermone comprehendit: qui est super oīa deus benedictus in sēcūla amen. Ut iste tantus ac talis ab eis non reciperetur: de quorū stirpe generatus est. Et nihilominus laudat iudicii ueritatem: ne sententia dei in propinquos & fratres displicere uideatur: & uel aūstera esse uel nimia: In quibus igitur tanta fuerunt bona: dolet eorū nunc tanta mala sint.

nuditas

Anathema occisio

Quid uelit intelligi qd idē apostolus scribit ad colocēses. Nemo uos superet uolēs i humilitate mentis & reli-
giōe angelorū quæ uidit ambulās frustra inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput: ex quo totū corpus p̄ ne-
xū & cōiunctiōis sūministratū: & cōiunctū crescit in augmētū dei & reliqua. .XCIII.

Illud qd crebro diximus: & si imperitus sermone: nō tamen scia nequaquā Paulū de humilitate: sed de
cōsciā ueritate dixisse: etiā nūc approbamus. Profūdus. n. & recōditos sensus lingua nō explicat. Et
cū ipse sentiat qd loquat̄: in alienas aures puro nō pōt trāsterre sermone. Q uē cū in uernacula lin-
gua habeat disertissimū: q̄ppe ut hebræū ex hebræis: & cruditus ad pedes Gamalielis uiri in lege doctissimi: sei-
psū interpretari cupiēs: inuoluit. Si aut̄ in græca lingua hoc ei accidit quā nutritus in Tharso Ciliciæ a parua
ætate ibiberat: qd de latinis dicēdū est: q̄ uerbū de uerbo exprimere conātes: obscuriores faciunt eius s̄nias: & ue-
luti herbis crescētibus frugū strāgulāt ubertatē. Conabimur itaq; παρὰ φρόσ̄ Τικῶς sensus eis euoluere: & tri-
tam simplicitatem eloquii suo ordini reddere atq; iuncturæ: ut simplici stamine uerborū fila decurrant: puroq;
subtegmie apostolici sermonis textura subcrescat. Nemo uos superet: nemo aduersū uos brauium accipiat: hoc
enim græce dicitur κατὰ πρόθετον. Q uando quis in certamine positus iniquitate agonizet: uel insidiis ma-
gistro: βραβίον. & palmā sibi debitā pdit. Multaq; sunt uerba q̄bus iuxta morē urbis & puincia suæ familia-
rius apostolus utitur. Ex q̄bus exēpli grā pauca ponēda sūt. Mihi aut̄ parū est iudicari ab humana die: hoc est
ἀπὸ ἀνθρώπων ἡμεῶς & humanū dico: hoc est ἀνθρώπινον λέγω οὐκ ἄτενα γκῆσα υμᾶς hoc est non
grauaui uos: ut nūc dicitur μηδὲ ὑμᾶς κατὰ πρόθετον. i. nullus brauium accipiat aduersum uos. Q uibus
& aliis multis uerbis usq; hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur in apostolo: si utatur eius linguæ cōsuetudi-
ne: in qua natus est: & nutritus: cū Virgilius alter Homerus apud nos priæ suæ sequens consuetudinē sceleratū
frigus appelleret. Nemo ergo uos superet ac deuincat: uolens in humilitate s̄ræ sequi & angelorū religionē atq; cul-
turā: ut nō seruiatis spiritali intelligētia: sed exēplaribus futuro: quæ nec ipse uidet: qui uos supare desiderat
siue uidit: utrūq; n. habet̄ in græco. Præserti cū tumens ambulet: & incedat inflatus: mēt̄isq; supbiā gestu corpo-
ris præferat. Hoc. n. significat εὐμα τῶν σφραγῶν. Frustra cū inflatur & tumet sensu carnis suæ: carnaliter cū
cōtā intelligēs: & traditionū iudaicæ deliramēta perquirēs: & nō tenēs caput oīum scripturā: illū de quo scri-
ptū est. Caput uiri christus est. Caput aut̄ ac principiū totius corporis eorūq; qui credunt & oīs intelligētia spi-
ritalis: ex capite corpus ecclesiæ p̄ suas cōpages atq; iuncturas uitalē doctrinā cælestis accipit sucū: ut oīa paula-
tim membra uegetent̄: & p̄ occultos uenarū meatus fundatur defæcatus sanguis ciborū: & ministretur atq; suc-
crescat: imo teneat̄ tēperātia corporis: ut de fonte capitis rigati artus crescat in perfectionē dei: & impleatur salua-
toris oīo. Pater uolo ut sicut ego & tu unū simus: sic & isti in nobis unū sint: ut postq̄ nos christus tradiderit pa-
tri: sit deus oīa in oībus. Tale qd & in uerbis & in sensibus & in genere locutiōis obscurissimā scribit ad Ephesi-
os. Veritatē aut̄ loquētes i charitate: crescāmus in illo p̄ oīa: qui est caput christus: ex quo totū corpus cōpactū
& cōnexū p̄ oīm iuncturā subministratiōis: secundū operationē in mensurā uniuscuiusq; mēbri augmētū cor-
poris facit in ædificationē sui in charitate: super quo in cōmentariis eiusdē epistolæ plenius diximus. Loquimur
aut̄ uniuersa contra eos qui credētes ex iudæis in dominū saluatorē: iudaicas cerimonias seruare cupiebant: sup
qua & in actibus apostolorū non parua q̄stio concitata est. Vnde & supra Paulus ait de his qui magistros legis
esse se iactant. Nemo uos iudicet in cibo & potu: q̄ alia munda s̄tialia imunda: aut in parte diei festi: ut alios di-
es festos putent: alios non festos. Nobis enim qui christum credimus resurgentem iugis & æterna festiuitas est.
Aut in parte neomeniæ hoc est calendarū: & mensis noui: quando decrescens luna finitur: & noctis umbra tegi-
tur. Christianorū enim lumen æternum est: & semp̄ solis iusticiæ radiis illustratur. Aut in parte sabbatorū ut nō
faciant seruire opus: & onera non portent: quia nos sumus christi libertate donati: & onera peccatorū portare de-
sinimus. Hæc inquit oīa umbra sunt futuro: & imagines uenturæ felicitatis: ut in quibus iudæi hæsitant iuxta
s̄ram: & tenentur in terra: nos iuxta spiritū transeamus ad christū: qui ad distinctionē umbrarū nunc corpus ap-
pellatur. Q uomō enim in corpore ueritas est: & in corpore umbra mendaciū: sic in spiritali intelligentia mūdus
oīs & cibus & potus & tota festiuitas & perpetuæ calendæ & æterna requies expectanda est: Q uerimus quid
dicere uoluerit in humilitate & religione angelorū: aut quem sensum habeat. Ex quo dominus locutus est ad di-
scipulos: surgite: abeamus hinc: & relinquetur uobis domus ur̄a deserta: & locus iu quo dominus spiritaliter cru-
cifixus est: ægyptus uocatur & sodoma: oīs iudaicarum obseruationum cultura destructa est: & quascūq; offe-
runt uictimas non deo offerunt: sed angelis refugis & spiritibus immundis. Nec mirum si hoc post passionem
domini faciant: cum per Amos quoq; prophetam dicatur ad eos. Nunquid hostias & uictimas obtulistis mihi
.xl. annis in deserto domus israel: & assumpsistis tabernaculum moloc: & sydus dei rēpha: figuras quas feci-
stis ut adoretis eas. Q uod plenius in concione iudaica Stephanus martyr exponens & reuolucus historiam ue-
terem sic locutus est: & uitulū fecerunt in diebus illis: & obtulerunt hostias idolo: & lætabantur in opibus
manuum suarū. Conuersus autem deus est: & tradidit eos ut colerent militiam cæli: sicut scriptum est in libro p̄-
phetarum. Militia autem cæli non tantum sol appellatur & luna & astra rutilantia: sed omnis angelica multi-
tudo eorūq; exercitus: qui hebraice appellatur sabaoth: idest uirtutum siue exercituum. Vnde & i euāgelio iux-
ta Lucam legimus. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium deum & dicentium.
Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Facit enim deus angelos suos spiritus. & mi-
nistros suos ignem urentem: & ut sciamus semper eos qui colebant idola licet in tempore hostias uiderentur of-
ferre: non deo eas obtulisse: sed angelis per Ezechiel plenius discimus. Dedi eis iustificationes & præcepta nō bo-
na. Non enim sanguinem hircorū aut tauro: quærit deus: sed sacrificium domini spiritus contribulatus: cor cō-
tritum

*Paulus eruditus ad pedes
Gamalielis*

Cilices.

Scalenti frigus

Homonia

Sabaoth

tribulatus: cor contritū & humiliatū deus non spreuit & propterea qui uitulū fecerunt i oreb: & coluerūt sy dus rempha: de quo in propheta Amos plenius disseruimus: adorauerunt figuras quas ipsi fecerūt: & tradit eos: ut seruirent militiae caeli: quae nūc ab apostolo dicitur religio angelorū. Pro humilitate i græco τῶν εἰσὸς ὑμῶν legitur: id est humilitas mentis siue sensus. Vere enim humilis sensus & miserāda suspitio deum credere hircorū atq; tauroꝝ sāguine delectari & nidore thimiamatis: quē sāpe homīes declinamus. Quod autē sequit̄: Si mortui estis cum christo ab elementis mūdi: quid adhuc tanq̄ uiuētes in mūdo decernitis: ne tetigeritis: neq; gusta ueritis: neq; contrectaueritis quae sūt omnia i interitū ipso usu secundū precepta & doctrinas hominū: quae sūt rationem quidē habentia sapientiae: in supstitiōe & humilitate: & nō ad parcendū corpori: nō in honore aliquo ad saturitatē carnis: hūc nobis habere sēsū uidef. Curramus p̄ singula & obscuritatem sensuū atq; uerborū christo referante pandamus. Si baptizati estis in christo: & cum christo in baptisate consepulti: mortui autē ab elementis mundi: pro eo qd̄ est elementis: cur mecū non dicitis. Mihi autē absit gloriari nisi i cruce domini nostri Iesu christi: p̄ quē mihi mundus crucifixus est: & ego mundo: Nec audistis dominū dicentē ad patrē de mūdo nō sunt: sicut & ego nō sum de mundo: & mūdos odit eos: quoniā nō sunt de mundo: sicut & ego nō sum de mūdo: sed ecōtrario q̄ si uiuentes in mundo decernitis. Ne tetigeritis corpus hoīs mortui: nec uestimentū: & scabellum: in quo sederit mulier mēstruata: Neq; gustaueritis carnē suillā: & lepore: & sepiarū & loliliginū: murenā: & anguillā: & uniuersorū pisciū: qui squāmas & pēnullas nō habent: quae oīa in corruptione & interitu sunt ipso usu & stercore digerunt: esca. n. uentri: & uenter escis: & oē qd̄ intrat per os: nō coiquinat hominē: sed ea quae de nobis exeunt. Secundū praecepta inquit: & doctrinas hoīum secundū illud qd̄ Esaias loquitur. Populus hic labiis me honorat: cor uero eius longe est a me. Frustra autē colunt me docentes doctrinas hoīum: & praecepta. Vnde & dominus corripit pharisaeos dicens. Irritum fecistis mandatū dei: ut traditiones uas statueretis: Deus enim dixit honora patrē & matrē: & qui maledixerit patri uel mri morte moriet̄. Vos autē dicitis: quicūq; dixerit patri uel matri: munus quodcūq; est ex metibi proderit: & nō honorificauit patrē suum: aut matrē: & reliq;. Quibus infert. Et irritum fecistis mādatum dei: propter traditionē uestram. Quanta traditiones pharisaeorū sint: quas hodie Δεὺ Τερόμους uocāt: & quā aniles fabulae: reuoluerē nequeo. Neq; n. libri patitur magnitudo. Et plaraq; tā turpia sunt: ut erubescā dicere. Dicā tamen unā in ignominia gentis inimicā. Praepositos habent synagogis sapiētissimos quosq; scēdo operi delegatos: ut sanguinē uirginis siue mēstruatae: mūdū uel imūdū: si oculis discernere nō potuerint: gustatu probent. Propterea quibus iussum est: ut diebus sabbatorū sedeat unus quisq; in domo sua: & non egrediatur: neq; ambulet de loco in quo habitat: si quādo eos iuxta lram cōperimus artare: ut nō iaceant: non ambulent: non stent: sed tantū sedeant: si uelint praecepta seruare: solent respondere & dicere: Barrachibas: & Symeon: & Helles: magistri nostri tradiderunt nobis: ut duo milia pedes ambulemus i sabbato & caetera. Istiusmodi doctrinas hoīum praeferentes doctrinae dei. Non quo dicamus sedendū semper esse in sabbato: & de loco in quo quis fuerit occupatus: penitus non recedendum: sed id quod impossibile legis est: in quo infirmatur per carnem: spiritali obseruatione cōplendum sit. Sequitur: quae sunt quidem rationem habentia sapientiae: hoc loco quidem cōiunctio superflua est quod plarisq; locis propter imperitiā artis grāmaticae apostolum fecisse reperimus. Neq; enim sequitur uel alia coniuñctio: quae solet ei praepositioni: ubi quidem positum fuerit respondere. Videntur igitur obseruationes iudaicā apud imperitos: & uilem plābiculam imaginem habere rationis: humanāq; sapientiae. Vnde & doctores eorū σόφοι. hoc est sapientes uocantur. Et si quando certis diebus traditiones suas exponunt: discipulis suis solent dicere οἱ σοφοὶ Διδάσκοντες: id est sapientes docent traditiones. Pro superstitione in græco ἐθελοτροπισκεία. iam positum est: hoc est falsa religio: & pro humilitate τῶν εἰσὸς ὑμῶν: quae magis uirtutem solet sonare q̄ uitium: sed hic τῶν εἰσὸς ὑμῶν sic est intelligendum q̄ humilia sentiat: atq; terrena: ὀφθαλμοῖς εἰν autem σώματος cuius nomen latinus sermo non explicat: apud nos dicitur: ad non parcendum corpori. Non parcunt iudaei corporibus suis in assumptione ciborū cōtemnentes interdum quae habent: & quarentes quae non habent. Ex qua necessitate: debilitates interdū & morbos contrahunt: nec honorant semetipsos cum oīa munda sint mundis: nihilq; possit esse pollutum: quod cū gratiarum actione percipitur: & iccirco a domino sit creatum: ut saturitate & adimplerione carnis: humanos artus uegetet: atq; sustentet. Elementa autē a quibus consepulti: immo mortui sumus: lex Moysi: & omne uetus testamentum intelligendum est: quibus quasi ab elementis & religionis exordiis deum discimus. Quomodo enim elementa appellantur litterae: per quas syllabas ac uerba coniungimus: & ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoq; musica habet elementa sua. Et geometrica ab elementis incipit lineas: & dialectica atq; medicina habent εἰς ἀλώγους suas: sic elementis ueteris testamenti: ut ad euangelicā plenitudinem ueniat: sancti uiri eruditur infantia. Vnde. ex viii. psalmus & oēs alii qui litteris praenotantur: per ethicam nos ducunt ad theologiam: & ab elementis occidentis litterae: quae destruitur: transire faciunt ad spiritum uiuificantem. Qui ergo mundo & elementis eius mortui sumus: non debemus ea seruare quae mundi sunt: quia in altero initium: in altero perfectio est.

Dolor thimiamatis.

*Mli monstruata
Caro suilla*

genua gens pharisaeorum

Sophi

Quae est elementa h.

Quid sit quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit: Nisi discessio uenerit primum: & reuelatus fuerit homo peccati: & reliqua. .XCIII.

In prima ad Thessalonicenses dixerat: De tēporibus autē & momentis fratres non necesse habetis ut scribā uobis. Ipsi. n. diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte: ita ueniet. Cum enī dixerint pax & securitas: tūc repētinus illis stabit interitus sicut dolor in utero habētis: & nō effugient.

Supra enim ad eos scripserat: hoc uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus: qui residui sumus: in q̄ iiii .cliiii.

aduentu domini non praeueniemus eos: qui dormierunt: quonia ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de caelo: & mortui qui in christo sunt: resurgent primi: deinde nos qui uiuimus: qui residui sumus simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera: & sic semper cum domino erimus: Itaque consolamini inuicem in uerbis istis. Quod audientes macedones non intellexerunt: quos secum uiuentes apostolus uocet: & qui dicantur residui: qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam domino: sed arbitrati sunt: dum adhuc essent in corpore: ante quam gustarent mortem: christum in sua maiestate futurum. Quod apostolus audiens rogat eos: & adiurat per aduentum domini nostri Iesu christi: ut non cito moueantur: neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tanquam ab eo scriptam: quasi instet dies domini. Duos autem esse aduentus domini saluatoris: & omnia prophetae docent uolumina: & euangeliorum: fidesque primum in humilitate uenerit: & postea sit uenturus in gloria: ipso domino protestante quae ante consummationem mundi uentura sint: & quomodo uenturus antichristus: quando loquitur ad apostolos. Cum uideritis abominationem desolationis: quae dicta est a Daniele propheta stante in loco sancto: qui legit intelligat: tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes: & qui in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua. Et tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic christus aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo christi & pseudo prophetae: & dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errorem inducantur si fieri poterit: etiam electi. Ecce praedixi uobis: Si ergo dixerint uobis Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente: & patet usque in occidentem: ita erit aduentus filii hominis. Ac deinde tunc apparebit signum filii hominis in caelo: & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa & maiestate: & mittet angelos suos cum tuba & uoce magna: & congregabit electos eius a quatuor uentis a summo caelo usque ad terminos eorum. & uisumque de antichristo loquitur ad iudaeos. Ego ueni in nomine patris mei: & non credidistis mihi: si alius ueniet in nomine suo: illum suscipietis: Igitur Thessalonicensium aios: uel occasio non intellectae epistolae: uel ficta reuelatio: quae per sonum deceperat dormientes: uel aliquorum coniectura Esaias & Danielis euangeliorumque uerba de antichristo pronuntiata in illud tempus interpretantium mouerat: atque turbauerat: ut in maiestate sua tunc christum sperarent esse uenturum: Cui errori medetur apostolus: & exponit quae ante aduentum christi debeant praestolari: ut cum illa facta uiderint: tunc sciant antichristum: id est hominem peccati & filium perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: & qui in templo dei sedeat esse uenturum. Nisi inquit uenerit discessio primum: quod graece dicitur ἀποστασία ut omnes gentes quae romano imperio subiacent: recedant ab eis: & reuelatus fuerit homo peccati: id est ostensus: quem omnia prophetae uerba praenuntiant: homo peccati: in quo fons omnium peccatorum est: & filius perditionis: id est diaboli. Ipse est uniuersorum perditio: qui aduersatur christo: & ideo uocatur antichristus: & extollitur super omne quod dicitur deus: ut cunctarum gentium deos siue probatam omnem & ueram religionem suo calcet pede & in templo dei uel hierosolymis ut quidam putant: aut certe in ecclesia ut uerius arbitramur: sederit ostendens se esse tanquam ipse sit christus & filius dei. Nisi inquit fuerit romanum imperium ante desolatum: & antichristus praecesserit: christus non ueniet: qui ideo ita uenturus est: ut antichristum destruat. Meministis autem quae haec ipsa quae nunc scribo per epistolam: cum apud uos essem praesenti sermone narrabam: & dicebam uobis christum non esse uenturum: nisi praecessisset antichristus. Et nunc quid detineat: scitis: ut reueletur in suo tempore. hoc est quae causa sit: ut antichristus in praesentiarum non ueniat: optime nostis. Nec uult aperte dicere romanum imperium destruendum: quod ipsi qui imperant: aeternum putant. Unde secundum Apocalypsim Ioannis in fronte purpuratae meretricis scriptum est: nomen blasphemiae: id est romae aeternae. Si enim aperte audacterque dixisset Non uenit antichristus: nisi prius romanum deleatur imperium: iusta causa persecutionis in orientem tunc ecclesiam consurgere uidebatur. Quodque sequitur: iam enim mysterium operatur iniquitatis tantum: ut qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus: hunc habet sensum. Multis malis atque peccatis: quibus Nero impurissimus Caesarum: mundum praemittit: antichristi parturitur aduentus: & quod ille operaturus est: postea in isto ex parte completur. Tantum ut romanum imperium: quod nunc uniuersas gentes tenet: recedat: & de medio fiat: & tunc antichristus ueniet fons iniquitatis: quem dominus Iesus interficit spiritu sui: diuina uidelicet potestate: & suae maiestatis imperio. Cuius iussisse: fecisse est: non in exercitus multitudine: non in robore militum: non in angelorum auxilio: sed statim ut ille aduenerit interficietur antichristus. Et quomodo tenebrae solis fugantur aduentu: sic illustratione aduentus sui: eum dominus destruet atque delebit. Cuius opera sathanae sunt opera. Et sicut in christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter: ita & in antichristo omnes erunt fortitudines: & signa & prodigia: sed uniuersa mendacia. Quomodo enim signis dei: quae operabatur per Moysen magi suis resistere mendaciis: & uirga Moysi deuorauit uirgas eorum: ita mendacium antichristi Christi ueritas deuorabit. Seducuntur autem eius mendacio: qui perditioni sunt praeparati. Et quia tanta quaestio poterat commoueri: cur enim concessit deus omnem eum habere uirtutem: signa atque prodigia: per quae seducantur: si fieri potest: etiam electi dei: Solutio praenit quaestionem: & quod opponi poterat: ante quam opponatur: absoluit. Faciet inquit omnia non sua uirtute: sed concessione dei: propter iudaeos ait: ut qui noluerunt charitatem recipere ueritatis: hoc est christum: quia dei diffusa est in corda credentium. Et ipse dicit. Ego sum ueritas: de quo in psalmis scriptum est: Veritas de terra orta est. Qui ergo charitatem & ueritatem non receperunt: ut Saluatore suscepto salui fierent: mittet illis deus non operatorem: sed ipsam operationem: id est fontem erroris: ut credant mendacio: quia mendax est ipse: & pater eius. Et siquidem antichristus de uirgine natus esset: & primus uenisset in mundum: poterant iudaei habere excusationem: & dicere: quod putauerit ueritatem: & ideo commendacium pro ueritate susceperunt. Nunc autem ideo iudicandi sunt: imo procul dubio condemnandi: quia christi ueritate

αποστασία

Antichristus filius perditionis

Nero Impurissimus

ueritate contempta postea mendacium: id est antichristum suscepturi sunt.

Beati Damasi papae ad Hieronymum de interpretatione osanna siscitanis.

Epistola. XCV.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus episcopus in domino salutem. Comentarum cum legerem graeco latinoque sermone in euangelio: interpretatione a nostris: id est Orthodoxis uiris olim ac nuper scripta quae de eo quod legitur Osanna filio David: non solum diuersa: sed etiam contraria sibi met proferunt. Studium ergo dilectionis tuae deprecor: ut ardeni illo strenuitatis ingenio: abscessis opinionibus ambiguitatibusque scrupulosis quid se habeat apud hebraeos: uiuo sensu scribas: ut de hoc sicut de multis tibi curae nostrae in Christo iesu gratias referant.

Beati Hieronymi ad Damasum responsua Osanna secundum hebraicam ueritatem interpretatis. Epistola. XCVI.

Uti super hoc sermone diuersa finxerunt: quibus noster Hilarius in commentariis Matthaei ita posuit.

Osanna hebraico sermone significat redemptio domus David. Primum redemptio lingua hebraea ephod interpretatur. Deinde domus beth. David uero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. Alii opinati sunt Osanna gloria dici. Porro gloria caboth appellatur. Nonnulli gratia: cum gratia thoda: siue anna nuncupet. Restat ergo ut omissis opinionum riuulis: ad ipsum fontem: unde ab euangelistis scriptum est recurramus. Nam quomodo illud neque in graecis neque in latinis codicibus possumus inuenire: ut compleretur id quod dictum est per prophetas. Quonia Nazareus uocabitur. Et illud. Ex aegypto uocaui filium meum: ita & nunc ex hebraeis codicibus ueritas exprimenda est. Unde in hanc uocem uulgus & maxime consona inter se paruulorum turba prorupit: dicente Matthaeo. Turbae autem quae precedebant: & quae sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio David. Benedictus qui uenit in nomine domini. Marcus uero ita posuit: clamabant dicentes osanna benedictus qui uenit in nomine domini: benedictum quod uenit in nomine domini regnum patris nostri David osanna in excelsis. Ioannes quoque pari uoce consentit. Et clamabant Osanna benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. Solus Lucas uerbum osanna non posuit: in reliqua interpretatione parte consentiens. Benedictus qui uenit rex in nomine domini: pax in terra: & gloria in excelsis. Igitur ut diximus ipsa hebraea uerba ponenda sunt: & omnium interpretum opinio dirigenda: quo facilius quod super hoc sentiendum sit: ex retractione cunctorum ipse sibi lector quid sequatur inueniat. In ceterisimo. xvii. psalmo ubi nos legimus. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare: benedictus qui uenit in nomine domini: In hebraeo legitur Anna adonai osanna: Anna adonai asisna baruch abbasaden adonai. Quod Aquila Symmachus Theodotus & quinta editio: ne quid in latino mutare uideamur: ita exprimit: ο κυριε ο domine: σ οσ ον δα η saluum fac: ο κυριε: ο domine ευ δ οσ ον δ η id est bene prosperare: ευ λογημενο S benedictus: ο ερχομενο S qui uenit ευ ονομα τ η κυριου in nomine domini. Sola sexta editio cum interpretibus. lxx. ita congruit: ut ubi ceteri posuerunt ω δ η: illi scripserint ω. Et quia osanna quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus osanna: saluificaui siue saluum fac exprimat: omnium interpretatione signatum est. Nunc illud in cura est: quod sine adiectione saluandi solus anna sermo significet. Sciendumque quia in hoc loco ter dicatur anna: & primum quidem ac secundum eisdem litteris scribitur aleph non hethertium uero heth non he. Symmachus igitur quod in ceterisimo. xvii. psalmo cum omnium interpretatione consenserat: ut nobis manifestiore tribueret intellectum. In ceterisimo. xv. psalmo ubi dicitur: O domine libera aiam meam: ita interpretatus est: obsecro domine libera aiam meam. Vbi autem. lxx. ω: & ille obsecro transtulerunt. Aqila & ceteris editionibus ω δ η interpretantibus in hebraeo scribitur anna: uerum ita ut in principio aleph habeat non heth. Ex quo aduertimus si ex aleph scribat anna: significari obsecro. Si autem ex heth esse coniunctionem: siue interiectionem: quae apud graecos ponitur

Oanna
Ephod
Beth
Caboth
Thoda
Anna

5

Cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed quonia

haec minutiae & istiusmodi disputationis archana propter barbarie linguae pariter ac litterarum legentium molestiam tribuunt: ad explanandum compendium uenio: ut dicam ea quae de. cxxvii. psalmo: qui manifeste de christo prophetat: & in synagogis iudeorum creberrime legebat. Unde & populus notior erat: hos uersus esse assumptos: quod ille qui repromittebat de genere David uenerit saluaturus israel: dicente David. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Haec est dies quam fecit dominus: exultemus & laetemur in ea. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. Benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis. Unde & in euangelistarum scriptura commemoratur: pharisaeos & scribas super hoc indignatione commotos: quod uiderent populum psalmi prophetiam super christo intelligere completam: & clamantes pueros osanna filio David: & dixisse eis: audis quid isti loquuntur? Et iesu respondisse eis. Numquam legistis: quia ex ore infantium & lactentium profecisti laudem: ceterisimum septimum decimum octauum psalmi assertionem firmam. Et de eo quidem quod facile exprimi poterat. Benedictus qui uenit in nomine domini: omnium euangelistarum scriptura consentit. De uerbo uero osanna quia graecum non poterat transferre sermonem: sicut in alleluia & in amen: & in plerisque factum uidemus: ipsum hebraicum posuerunt: dicentes osanna. Lucas igitur qui inter omnes euangelistas graeci sermonis eruditissimus fuit: quippe ut medicus: & qui euangelium graecis scripserit: quia se uidit proprietatem sermonis transferre non posse: melius arbitratus est tacere: quam id ponere: quod legenti faceret questionem. Ad summam sicuti nos in linguam latinam habemus interiectiones quasdam: ut insultando dicamus uah: & in admirando pape: & in dolendo hei: & quando silentium uolumus imperare: strictis dentibus spiritum coarctamus & cogimus: tantum sibilum in sonando scilicet. Ita & hebraei inter reliquas proprietates linguae suae habent interiectionem: ut quando uolunt dominum deprecari: ponant uerbum petentis affectu: & dicant. Anna domine: quod. lxx. dixerunt: o domine: osi: ergo saluifica interpretatur. Anna interiectio deprecantis est: si ex duobus his uelis compositum uerbum facere: dices osanna: siue ut nos loquimur osanna media uocali littera elisa: sicuti facere solemus in uersibus Virgilii: quod Me ne incepto desistere uicta: Scandimus: nince: p fode. Aleph namque littera prima uerbi sequentis extremam uerbi prioris:

Lucas graeci sermonis orator
euangelium graecum scripsit

051.

ioth: inueniens exclusit. Quapropter ut ad questionis originem reuertamur: ubi nos legimus in latino. O domine saluum me fac: o domine bene cōplace: benedictus q̄ uenit in nomīn domini: iuxta hebræū sensū legere possumus obsecro domine: saluum fac: obsecro domine: prosperare. Benedictus q̄ uenit in noīe domini. Saluum autē fac dicit: ut subaudiamus populū tuū israel: siue generaliter mundū. Deniq; Matthæus q̄ euāgeliiū hebræo sermone cōscripsit. Ita posuit osāna barrama: id est osanna in excelsis: q̄ saluatore nascēte: salus in cælū usq;: id est etiā ad excelsa p̄ uenerit: pace facta nō solū in terra: sed & in cælo: ut iā dici aliq̄do cessaret: inebriatus est gladius meus in cælo. Hæc iterim iuxta mediocritatē sensus mei: breuiter strictiq; dictaui. Cæterę sciat beatitudo tua in istiusmodi disputationibus molestiā in legendo nō debere surripere q̄a facile & nos potuimus aliqd̄ emētiri: q̄ ex una uoce solueret questionē: sicuti & cæteros fecisse mōstrauimus: sed magis cōdecet ob ueritatē laborare paulisp̄. Et peregrino autem rem accōmodare sermoni: q̄ de aliena lingua fictam falsam uel referre sententiam.

Hieronymus Amando presbytero de diuersis questionibus quæ prima est quid significet illud euāgeliiū secundum Matthæum. Nolite solliciti esse de crastino: sufficit enim diei malitia sua. .XCVII.

Breuis epistola longas nō ualet explanare questiones: & in arctū multa concludens stringere uerbis: quod sensibus dilatātū est. Interrogas quid significet illud in euāgelio iuxta Matthæū. Nolite solliciti esse de crastino. Sufficit enī diei malitia sua. Crastinū in scripturis sanctis: futurę tempus significat: sicut & Iacob in genesi loquit̄. Exaudiet me cras iusticia mea: & ubi altare extruitur a duabus tribubus Rubē: & Gad: & dimidia tribu Manasse: & a cuncto israhel: ad eas legatio mittitur: cū Phinees pontifici respondissent: Idcirco se altare fecisse: ne cras filiis suis: colendi deū possessio denegaret̄. Et multa istiusmodi in ueteri reperies instrumento. Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit: concessit de presentibus propter humanę uitę fragilitatē. Quod autē adiicit: sufficit diei malitia sua: hoc modo intellige: sufficit nobis de presentibus huius sæculi cogitare angustiis. Quid necesse est sensū ad incerta & futura extendere: quæ aut consequi non possumus: aut forsitan cito inuenti perdamus? κακία enim quā latinus uertit in malitiā: apud græcos duo significat: & malitiā & afflictionem: quam κακός-iv græci dicunt: & hoc magis pro malitiā transferri debuit. Quod si contentione quis ducitur nolens κακίαν afflictionem sonare: & angustias: sed malitiā: illo sensu explanandū est: quo mundus in maligno: hoc est in malo positus sit. Et in dominica oratione dicamus. Libera nos a malo: ut sufficit nobis contra malitiā huius sæculi præsens habere certament. In secundo quæsti loco: de beati apostoli Pauli prima ad Corinthios epistola: in qua loquitur. Omne peccatū quod fecerit homo: extra corpus est. Qui autē fornicat̄: in corpus suū peccat. Legamus ergo paululū superius: & sic ad hæc uerba ueniamus: ne de extremis partibus: & ut ita dicā: cauda capituli totā sententiā nosse cupiamus. Corpus inquit nō fornicatiōi sed domino: & dominū suscitauit: & nos cū illo suscitabit per uirtutē suam. Ne scitis quia corpora uestra mēbra Christi sūt: tollens ergo mēbra Christi: faciam mēbra meretricis? Ablit: an ne scitis: quia qui coniungit se meretrici: unū corpus est? Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autē coniungit se domino: unus spiritus est. Fugite fornicationē: omne peccatum quodcūq; fecerit homo: extra corpus est: qui autē fornicatur: in corpus suū peccat. Et reliqua: sanctus apostolus contra luxuriā disputans: & in superioribus dicens: esca uentri: & uenter escis. Deus autē & hunc & illā destruet: consequenter uenit ad fornicationē. Etenim luxuria mater libidinis est: uentresq; distentū cibo: & uini potationibus irrigatū: uoluptas genitaliū sequit̄: atq; ut alibi dictum est: pro mēbroꝝ ordine: ordo uitioꝝ est. Omne itaq; peccatū: uerbi gratia: furtū: homicidiū: rapina: periuriū: & cætera his similia: post factū poenitudinē habent: & licet inuitet lucrū: tamen mordet conscientia: uoluptas sola ac libido etiā in ipso tēpore poenitendi: præteritos stimulos patitur: & titillationē carnis & incentiua peccati: ut per hæc quæ corrigi cupimus cogitantes: rursum: sit materia delinquendi: aliter cætera peccata forinsecus sunt. Quicquid enim egerimus: in alios agimus: fornicatio non solū conscientiā fornicantis: sed & corpus maculat. Ac secundū sententiā domini: in qua ait. Propter hoc relinquet homo patrem & matrē: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una: etiā ipse cū meretrice unū corpus efficit: & peccat in corpus suum: dum templū Christi facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter: ne ullā græcorū sententiā prætereire uideamur. Aliud est peccare per corpus: aliud in corpore: furtū homicidiū & cætera absq; fornicatione peccata per manus administramus extrinsecus: fornicatio sola in corpore nostro exercetur a nobis: non per corpus in alios & per præpositio ministeriū habet in se aut passionē: sunt qui ita edisserant q̄ secundū scripturā uxor uiri corpus sit: & quicūq; fuerit fornicatus peccet in corpus suū: hoc est in uxore: dum eā sua fornicatione cōmaculat & facit eam non peccantem sua cōmixtione peccare. Tertia id est extrema propositio tua fuit de eadem apostoli epistola: ubi de resurrectione disputans: uenit ad eundē locum: in quo scriptū est. Oportet enim eū regnare: donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius: nouissima autē & inimica destruetur mors: cum autem dixerit quia omnia subiecta sunt ei: haud dubium quin præter eū qui subiecit ei omnia: cū uero subiecta ei fuerint omnia: tunc ipse filius subiicietur ei: qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus: & miror te hoc a me quere uoluisse cū sanctus Hilarius pictanen. episcopus undecimū librū contra Arrianos hac questione & solutione cōpleuerit. Tamen pauca saltē dicamus. Omne in hoc scandalum est: quare filius patri subiectus esse dicatur: quid est turpius: siue inferius patri subiici: quod sæpe pietatis est: & in psalmo scribitur. Nonne deo subiecta erit anima mea: an crucifigi & maledictum crucis fieri? Maledictus enim omnis qui pendet in ligno: qui ergo pro nobis maledictus factus est ut nos de maledictione liberaret: miraris si pro nobis subiectus sit: ut nos patri faciat esse subiectos? Dicens in euāgelio: Nemo uadit ad patrem nisi per me: & cum exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me. Christus in his

qui

Matthæus scripsit euāgelium hebræo.

κακία

Venter distentus

qui fideles sunt subiectus est patri: quia omnes credentes imo omne hoium genus corporis ipsius mebra repu-
 tantur. In his aut qui increduli sunt: id est iudæis & ethnicis & hæreticis insubiectus esse dicit: quia pars mem-
 broꝝ eius non est subiecta fidei. In fine aut mundi cū omnia mebra regnantē uiderint Christū: id est corpus su-
 um: etiā ipsa subiectent Christo id est corpori suo: ut omne Christi corpus subiectat deo & patri: & ut sit deus
 oia in oibus: nō ait ut sit pater oia in oibus: sed ut sit deus: qd' p̄p̄riū nomē est trinitatis: & tā ad patrē q̄ ad filiū
 & spiritū sanctū referrī potest: ut humanitas subiectat diuinitati: humanitatē in hoc loco dicimus nō mansuetu-
 dinē & clāmentia: quā græci φιλανθρωπείαν uocant: sed omne hoium genus. Porro qd' ait: ut sit oia in oibus
 hoc sensu accipiendū est: dominus atq; saluator noster nunc oia nō est est in oibus: sed pars ī singulis: uerbi gra-
 tia in Salomone sapiētia: in Dauid bonitas: in Iob patiētia: in Daniele cognitio futuroꝝ: in Petro fides: in Phine-
 es & Paulo zelus: in Ioāne uirginitas: in cæteris cætera. Cū autē res oium finis aduenerit: tunc oia in oibus erit:
 ut singuli sanctoꝝ oēs uirtutes habeāt: ut sit Christus totus in cūctis. Repperi iunctā epistolæ & cōmētariolo
 tuo breuē chartulā: in qua hæc idita ferebant. **Q**uerēdū ab eo: id est a me: utrū mulier relicto uiro adultero &
 sodomita: & alio p̄ uim accepto possit absq; penitētia cōmunicare ecclesiæ: uiuēte adhuc eo: quē prius reliq̄rat.
Quod legēs illius uersiculi recordatus sū: ad excusandas iustificaciones ī peccatis. Oēs enī hoies uitis nostris fa-
 uemus: & qd' propria facimus uolūtate: ad naturæ referimus necessitatē. **Q**uomodo si dicat adolescēs. Vim pa-
 tior: corporis me ad libidinē ardor īpellit: ipsa organa membroy genitaliū: & cōpositio corporis fœmineō: q̄ris
 amplexus. Et rurū homicida in egestate inq̄t: erā indigebā cibo: tegmē corporis non habebā: ideo alienū san-
 guinē fudi: ne ipse fame & frigore morerer: respōdeō itaq; sorori quæ a nobis super suo statu q̄rit: nō nostras sed
 apostoli sentētiās: an ignoratis fratres: sciētibus enī legē loquor: quoniā lex dominat hoī q̄to tēpore uiuit. Mu-
 lier enī quæ sub uiro est: uiuēte uiro astricta est legi. **Q**uod si mortuus fuerit uir eius: liberata est a lege uiri: er-
 go uiuēte uiro adultera erit: si duxerit alterē uirg. Et ī alio loco. Mulier ligata est: q̄to tēpore uiuit uir eius. Si aut
 dormierit uir eius liberata est: cui uult nubat: tantū in domino. Oēs igit̄ cautiones apostolus amputās: aptissi-
 me diffiniuit uiuēte uiro adulterā esse mulierē: si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris uolētiā: matris p̄-
 suasionē: patris auctoritatē: propinquoꝝ cateruā: seruoꝝ insidias: atq; contēptū parentū: dāna rei familiaris q̄-
 diu uiuit uir licet adulter: licet sodomita: licet flagitiis oibus cooptus: & ab uxore p̄pter hæc scelera derelictus:
 maritus eius reputat: cui alterē uirg. accipe non licet. Nec apostolus hæc propria auctoritate decernit: sed Chri-
 sto in se loquente: uerba secutus est: qui ait in euangelio. **Q**ui dimittit uxorē suā excepta causa fornicationis:
 facit eā mœcham: & qui dimissā accepit adulter est. Animaduerte quid dicat: qui dimissā acceperit adulter est:
 siue ipsa dimiserit uirg.: siue a uiro dimissa sit: adulter est: qui eā acceperit. Vnde & apostoli grauē coniugii fardi-
 nam intelligentes: si ita est inquit: non expedit homini uxorē accipere: ad quos dominus: qui potest iquit ca-
 pere capiat: statiq; sub exēplo eunuchoy trium uirginitatis infert beatitudinē: quæ nulla carnis lege retinetur:
 neq; satis animaduerrere potuit: quid sit quod uoluit dicere: alio uiro p̄ uim accepto: qd' est p̄ uim accepto. Con-
 gregata uidelicet multitudine: nolentē rapuit: & q̄re postea nō raptorē rapta dimisit: Legat libros Moyfi & iue-
 niet desponsatā uiro: si ī ciuitate fuerit oppressa: & nō clamauerit: puniri quasi adulterā. Si aut in agro oppressa
 sit: innoxia esse a scelere & uiolentū legibus subiācere. Ergo & ista soror quæ ut dicit uim passa est: ut altero iun-
 geretur: si uult corpus Christi accipere: & nō adultera reputari agat penitentiā: ita dūtaxat ut secundo uiro qui
 nō appellat uir: sed adulter a tēpore penitentiæ nō copulet: qd' si ei dux. uidet: & semel dilectū nō potest dere-
 linq̄re: nec præferre dominū uoluptati: audiat apostolū conclamantē. Nō poteris calicē domini bibere: & cali-
 cē dæmonioꝝ: nō poteris mēsa domini communicare: & mēsa dæmonioꝝ. Et ī alio loco. **Q**uæ comunicatio lu-
 ci ac tenebris. **Q**ui cōsensus Christo & belial: Rē nouā loquor: imo nō nouā sed ueterē: quæ ueteris testamēti
 auctoritate firmat. Si reliq̄rit secundū uirg.: & recōciliari uoluerit priori: nō potest: scriptū est enī in Deuterono-
 mio. Si accepit homo uxorē: & habuerit eā: & nō inuenerit gratiā in cōspectu eius p̄pter aliquam sceditatē: scri-
 bet libellū repudii: & dabit ī manu eius: & dimittet eā de domo sua. Cūq; egressa alterē maritum duxerit: & ille
 quoq; oderit eā: dederitq; ei libellū repudii: & dimiserit de domo sua: uel certe mortuus fuerit: nō poterit prior
 maritus recipere eā in uxorē: quia polluta est: & abominabilis facta est corā domino. Nec peccare facias terrā tu-
 am: quā dominus deus tuus tradidit tibi possidendā. Vnde obsecro te: ut cōsoleris eā: imo puoces ad salutē:
 putridæ carnes ferro idigent: & cauterio: nec est medicinæ culpa: sed uulneris: cū crudelitate clāmentis: non par-
 cit medicus: ut parcat: scilicet: ut misereatur.

Philantropia

[Handwritten flourish]

**Beati Hieronymi ad Marcellā de quinq; q̄stioibus noui testamēti: quæ priā est. Quæ sūt illa q̄ nec oculus ui-
 dit: nec auris audiuit: nec ī cor hoīs ascenderūt: q̄ præparauit deus diligētibus se. Epistola. XCVIII.**

M Agnis nos prouocas q̄stionibus: & torpens ocio ingeniu dum interrogas: doces: prima tua sciscita-
 tio fuit: quæ sūt illa q̄ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec ī cor hominis ascenderunt: quæ præ-
 parauit deus iis: qui diligunt eū. Et quomodo rursus idē apostolus iferat: nobis autem reuelauit de-
 us p̄ spiritum suū: & si reuelatū apostolo itelligere debeamus: quod & ille aliis reuelauerit. Ad quæ
 breuis responsio est non debere nos quæ rere: quid sit illud: quod nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec ī cor ho-
 minis ascendit. Si enim ignoratur quomodo sciri potest: **Q**uod promittitur in futuro: non cernit ī præsentī.
 Spes enī quæ uidet: non est spes: sed iā certa possessio: quomodo si uelit quispiā dicere: ostende mihi: qd' inuisi-
 bile est: loq̄re quod audiri nō potest: expone qd' cogitatio nō cōprehendit hūana. Ergo hoc sensu apostolus di-
 xisse credēdus est: qd' carnalibus oculis: & aure carnali: & cogitatione mortali non possunt spiritalia cōprehen-
 di. Et si enī noueramus quondā Iesū secundum carnē: sed nunc iam non nouimus eū: & in Ioannis epistola scri-
 .clvi.

prima Questio

bitur. Charissimi nunc filii dei sumus: & necdū manifestum est: qd' futuri sumus. Scimus enim quoniā cū ap-
 paruerit similes ei erimus: quia uidebimus eum sicuti est. quodq; reuelatū sibi & sanctis p̄ spiritū esse testatur
 non statim sequitur: ut ipse aliis reuelauerit. Alioquin audiuit & in paradiso uerba ineffabilia: quæ aliis narrare
 nō poterat: aut si narrauit: nequaquā ineffabilia sunt. Secunda questio fuit in qua dicit legisse te per trāsitum in
 opusculis meis: q; agni qui stant a dextris: & hædi qui stāt sinistris: christiani sint: atq; gentiles: & nō potius bo-
 ni: & mali: nō memini me hoc aliq̄do dixisse: & si dixisse nō esse i errore p̄tinax. Quātū autē dictū subito occur-
 rit: in secundo uolumine contra Iouinianū sup hoc capitulo disputasse me noui: & nō solum super hoc: sed de eo
 qd' in eadē quæstione cadit: ubi pisces mali a bonis piscibus separabuntur. Quod ergo ibi plene dictū est: nūc
 omissū uidetur. Tertio interrogaueras quod dicit apostolus in aduentu saluatoris: rapi quosdā uiuentes
 obuiā in nubibus: ita ut nō præueniant ab his q; in Christo dormierunt: uisq; nosse: utrū sic occurrant in corpo-
 ribus: & nō ante moriant: cū & dominus noster mortuus sit: & Enoch atq; Helias secundū apocalypsim Ioānis
 morituri esse dicant: ne scilicet ullus sit qui nō gustauerit mortē. Hoc ex ipsius loci cōtinentia sciri potest: q; san-
 cti qui i aduentu saluatoris fuerint deprehensi i corpore: in eisdē corporibus occurrant ei: ita tamē ut ingloriū
 & corruptiū & mortale gloria & incorruptione & immortalitate mutet: ut qualia corpora surrectura sint: in talē
 substantiā etiā uiuorū corpora transformēt. Vnde dicit in alio loco apostolus: propter quod nolimus expo-
 liari sed superuestiri: ut absorbeat mortale hoc a uita: ne scilicet corpus ab aīa deferat: sed anima habitāte i cor-
 pore fiat inclūtū quod ante ingloriū fuit. De Enoch autē & Helia quos uenturos apocalypsis refert & esse mori-
 tuos nō est istius tēporis disputatio: cū oīs ille liber aut spiritaliter intelligēdus sit: ut nos æstimamus: aut si car-
 nale interpretationē sequimur: iudaicis fabulis acquiescendū sit: ut rurū adificet hierusalē: & hostiæ offeran-
 tur in tēplo: & spiritali cultu iminuto carnales obtineant cerimonias. Quartū est quod q̄sisti: quomodo i Ioā-
 nis euāgelio post resurrectionē dicatur ad Mariā magdalē. Noli me tangere: nondū enī ascendi ad patrem
 meū: & rurū in Matthæo scriptū sit: q; ad uestigia saluatoris mulieres corruerint: cū utiq; nō sit idipsū tangere
 post resurrectionē pedes eius: & nō tāgere. Maria magdalena ipsa est: a qua septē dāmonia expulsi: ut ubi abū-
 dauerat peccatū: superabundaret gratia: quæ quia dominū hortulanū putabat: & q̄ si cū hoīe loquebatur: & q̄-
 rebat uiuentē cū mortuis: recte audiuit. Noli me tangere: & est sensus: nō mereris meis hære uestigis: nec ado-
 rare quasi dominū: nec eius tenere pedes: quē non æstimas surrexisse. Tibi enī necdū ascendi ad patrē meū. Cæ-
 teræ uero mulieres quæ pedes tangūt: dominū confitentur: & merent̄ eius hære uestigis: quē ad patrē ascē-
 disse cōfidunt: q̄q; etiā si eadē mulier in diuersis euāgelis & tenuisse pedes & non tenuisse refertur: facilis solu-
 tio sit: cū potuerit corrigi primū quasi incredula: & postea non repellī: quasi eā quæ errorē confessione mutaue-
 rat. Quod & de latronibus intelligi potest: cū alius euangelista utrūq; blasphemasse: alius narret alterq; esse cōfes-
 sum. Extrema schedula continebat utrū post resurrectionē. xl. diebus cū discipulis conuersatus sit: & nunq̄ ali-
 bi fuerit: ab latenter ad cælū ascenderit: atq; descenderit: & nihilominus apostolus suā penitentiā non negarit.
 Si dominū dei filiū consideres: de quo sermo est: & illū esse qui loquitur. Nōne cælū & terrā ego repleo dicit do-
 minus: & de quo alius propheta testatur: Cælū mihi thronus est: terra autē scabellū pedum meorū. Et rurū alibi
 qui tenet cælū palmo: & terram pugillo: de quo Dauid canit. Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiam
 Si ascendero in cælū tu ibi es: si descendero ad infernū ades: & si habitauero i extremis maris: etenim ibi manus
 tua deducet me: & continebit me dextera tua: profecto non ambiges etiā ante resurrectionē sic i dominico cor-
 pore habitasse deū uerbū: ut in patre esset: & cæli circulū clauderet: atq; in omnibus infusus esset: & circūfusus:
 id est ut cuncta penetraret interior: & contineret exterior. Stultum est igitur illius potentiam unius corpusculi
 parua te finiri: quem non capit cælū: & tamen qui ubiq; erat: etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe
 natura & dei sermo in partes secari non potest: nec locis diuidi: sed cū ubiq; sit: totus ubiq; est: erat igitur uno eo-
 dēq; tempore & cum apostolis. xl. diebus & cum angelis: & in patre & in extremis maris finibus erat. In omni-
 bus locis uersabatur: cum Thoma in india: cum Petro romæ: cum Paulo in illyrico: cum Tito in creta: cum An-
 drea in achaia: cum singulis apostolis & apostolicis uiris in singulis cunctisq; regionibus. Quod autē dicitur
 quosdam deserere uel non deserere: non naturæ illius terminus ponitur: sed eorum merita describuntur: apud
 quos esse uel non esse dignatur.

Argumentum sequentis epistolæ.

Epistola beati Hieronymi ad Marcellam de blasfemia in spiritum sanctū de eo quod in euangelio scri-
 bitur. Quicumq; dixerit uerbū contra filiū remittet̄ ei. Qui autē dixerit contra spiritū sanctū non re-
 mittetur ei neq; in hoc sæculo neq; in futuro: ubi dānat Nouatianus sententiā qui ea uerba referebat ad
 eos qui Christum in tormentis negauissent: quorum inexpiable censebat esse peccatum.

Ad Marcellam de blasfemia in spiritum sanctum irremissibili.

Epistola. XCIX.

Breuis est quæstiuncula quam misisti: & aperta responsio est. Si enim de eo quod in euangelio scri-
 bitur. Quicumq; enim dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit cō-
 tra spiritum sanctum: non remittetur ei: neq; in hoc sæculo: neq; in futuro. Nouatianus affirmat:
 non posse peccare in spiritū sanctū: nisi eū qui christianus sit: & postea negauerit: manifestū est iu-
 daeos qui eo blasphemabant: peccato blasphemix non teneri: quippe qui ipii coloni: interfectis prophetis: de nece
 domini cogitabant: & in tantū erant pditi: ut ad saluandos eos: se dei filius uenisse responderit. Vnde de toto ip-
 sius scripturæ ordine conuincendi sunt: non iis irremissibile esse dictā blasfemiā: qui tormentis cōpulsī: & uariis
 euiscerati cruciatibus dominum denegassent. Sed iis qui cum in uirtutibus uideant opera dei calumnientur &
 clamitent

Secunda Questio

Tertia Questio

Quarta Questio

Quinta Questio

Nouatianus errat

Belzebul demon

clamitent dæmonis esse uirtutē: & oīa signa quæ facta sunt: nō ad diuinā magnificentiā sed ad diabolu p̄tinere unde & saluator noster toto respōsionis suæ hoc agit argumēto: ut doceat: nō posse sathanā eiici a sathana: & regnū eius inter se nō esse diuisū. Cum enī diaboli studiū sit: dei lædere creaturā: quomodo eiisdē poterit esse uoluntatis sanare sāguentes. Et seipsū de obsessis fugare corporibus: Probet itaq; Nouatianus aliquē de iis qui sacrificare cōpulsī sunt: ante tribunal iudicis respondiisse oīa quæ in euāgelio scripta sunt: nō a filio dei: sed a belzebul principe dæmonoz esse p̄fecta: & tunc poterit approbare irremissibile in sp̄ritū sanctū esse blasfemiā. Ut autē & acutius aliquid interrogemus: respondeat quid sit contra filiū hoīs dicere uerbū: & in sp̄ritū sanctū blasfemare. Ego qp̄pe assero iuxta sensū illius: eos qui Christū in p̄secutione negauerint: cōtra filiū hoīs dixisse: & nō in sp̄ritū sanctū blasfemasse. Qui enī interrogat: an christianus sit: & christianū se nō esse responderit: utiq; negādo Christū: hoc est filiū hoīs: sp̄ritui sancto nō fecit iniuriā. Si autē Christū negando: negauit & sp̄ritū: edisserat hæreticus: quomodo nō peccet i sp̄ritū: qui filiū hoīs denegauerit. Aut si sp̄ritū sanctū hoc loco intelligendū patrē putat: p̄ris nulla est a negatore mētio facta: cū negaret Petrus apostolus eo tpe quo ancillæ interrogatōe p̄territus dominū negauit & i filiū hoīs: aut in sp̄ritū sanctū uidet̄ cōmississe peccatū. Si id qd̄ ait nescio hoīem: rēdicule uoluerit iterpretari: nō christū eū negasse sed hoīem: mēdacē faciet saluatorē: qui se hoc est filiū dei negandū esse p̄dixerat. Si autē negauit filiū dei: unde & amare fleuit: & trinā negationē: trina postea cōfessione deleuit: manifestū est peccatū i sp̄ritū sanctū: ideo nō posse dimitti: q̄ habeat blasfemiā: ut cū uideas i uirtutibus deū: belzebul calūnieris i factis. Doceat igit̄ aliquē negatorē belzebul uocasse Christū: & uultro referā gradū: negatorē nō posse ueniā cōsequi post ruinā. Quia aliud est tormētis credere & se christianū negare: Aliud Christū diabolu dicere: sicut tibi ipsa scriptura: atq; cōtextus lecta attētius poterūt demonstrare. Fuerat quidē proluxus differendū. Sed quoniā amicis & q̄ ad nostrū hospitū conuenerūt: præsentiā nostrā negare nō possumus: & ut tibi statim non responderē: admodū uisū est arrogantis: latā disputationē breui sermone cōprehendimus: ut nō tam epistolā: q̄ cōmentariolū dictarem.

Epistola Cromatii & Heliodori episcopoz ad beatū Hieronymū librum de ortu uirginis Mariæ: qui a beato Matthæo euangelista editus dicebatur: transferri postulantium. Epistola. C.

Dilectissimo fratri Hieronymo p̄resbytero Cromatius & Heliodorus episcopi salutē in domino. Ortū Mariæ reginæ uirginis simul & natiuitatē atq; infantia domini nostri Iesu christi in apocryphis inuenimus libris: in quibus multa cōtraria nostræ fidei cōsiderantes scripta recusanda credimus uniuersa: ne per occasionē Christi læticiā antichristo traderemus. Ista igit̄ nobis cōsiderantibus extiterunt uiri dei Armenius & Virinus: qui dicerent sanctitatē tuā beatissimi Matthæi euangelistæ manu scriptum uolumē hebraicū inuenisse. In quo & uirginis matris & saluatoris infantia esset scripta: & iccirco tuā charitatē p̄ ipsum dominū nostrū Iesum Christū expetimus: quatenus & illud ex hebræo latinis auribus tradas non tantū ad percipiendū quæ sunt Christi insignia: q̄tum ad hæreticorū astutiā excludendā: qui ut doctrinā malā instituerent: bonā christi natiuitatē suo mendacio miscuerunt: sicut post dulcedinē uitæ: mortis amaritudinē occulta rent. Erit ergo purissimæ pietatis: uel ut rogantes fratres exaudias: uel episcopos exigentes charitatis debitum quod idoneum credideris recipere facias. Vale in domino: & ora pro nobis.

Beati Hieronymi ad prædictos episcopos de eadem re responsua. Epistola. CI.

Dominis sanctis & beatissimis Cromatio & Heliodoro episcopis Hieronymus exiguus christi seruus in domino salutē. Qui terrā auri conscia fodis: non ilico arripit quicquid fossa profuderit la cerata: sed prius q̄ fulgens pondus uibrantis iactus ferri suspendat: iterum uertendis suspēdendisq; cespitibus imoratur: & spiritualiter qui nodū lucris auget arduū opus iniungit: cū hoc fuerit mihi a ueltra beatitudine imperatū: quod nec ipse sanctus Matthæus apostolus & euāgelista uoluit in apto cōscribi. Si enī hoc secretū non esset: euāgelio utiq; ipsius quod edidit addidisset: sed fecit hūc libellū hebraicis litteris ob signatū: quē usq; adeo edidit: ut & manu ipsius liber scriptus hebraicis litteris a uiris religiosissimis habeatur: q̄ etiā a suis prioribus per successus temporū susceperūt. Hunc autē ipsum librū nunq̄ alicui transferendū tradiderunt: textū eius aliter atq; aliter narrauerunt. Sed factū est: ut a Manichæi discipulo nomine Seleuco: qui etiā apostolorū gesta falso sermone conscripsit: hic liber editus non ædificationi: sed destructioni materiā exhibuerit: & q̄ talis probaretur in synodo: cui merito aures ecclesiæ nō paterent. Cesset nunc oblatrantū morsus: non istū libellum canonicis nos superaddimus scripturis: sed ad detegendū hæreseos fallaciā apostoli atq; euāgelistæ scripta transferimus. In quo opere non tam piis iubentibus episcopis obtēperamus: q̄ ipsiis hæreticis obuiamus. Amor igitur est Christi: cui satisfacimus credentes q̄ nos suis orationibus adiuuent: qui ad saluatoris nostræ infantiam sanctam per nostram potuerint obedientiam peruenire.

Expolitio seu translatio historiarū Annæ & Ioachim de conceptu uirginis Mariæ prout a beato Matthæo scriptum ferebatur. Epistola. CII.

Petit a me: ut uobis rescribā quid mihi de quodā libello q̄ de natiuitate sanctæ Mariæ a nonnullis habetur: & ideo scire uos uolo multa in eo falsa inueniri. Quidam nanq; Seleucus q̄ passiones apostolorū conscripsit: hunc libellum composuit. Sed sicut de uirtutibus eorum & miraculis per eos factis uera dixit: de doctrina uero eorum plura mentitus est: Ita & hic multa nō uera de corde suo cōfinxit: proinde ut in hebræo habetur: uerbum ex uerbo transferre curabo: siquidem sanctū euāgelistam, Matthæū eundē libellū liquet cōposuisse: & in capite euāgelii sui hebraicis litteris ob signatū opposuisse: qd̄ an uerum sit auctori præfationis & fidei scriptoris cōmitto. Ipse enī ut hæc dubia esse pronuncior: ita liq̄do falsa non

affirmo. Illud autem libere dico: quod fidelium neminem negaturus puto: siue hæc uera sint siue ab aliquo conficta
sacro sancta sanctæ Mariæ magna miracula præcessisse: maxima consecuta fuisse: & iccirco salua fide ab his q
deū ista facere posse credunt sine periculo aīæ suæ credi & legi posse: deniq; inquantū recordari possum: sensū
non uerba scriptoris sequens: & nunc eadē semita non iisdē uestigiis incedens: nūc quibusdā diuerticulis ad eā
dem uīā recurrens: sic narrationis stilū tentabo: & non alia dicā q̄ quæ aut scripta sunt ibi: aut cōsequenter scri
bi potuerunt. Igitur beata & gloriosa semp uirgo Maria de regia & familia Dauid oriunda ī ciuitate Nazareth
nata hierosolymis in tēplo domini nutrita fuit. Pater eius Ioachim: mater uero Anna dicebat: domus paterna
est galilæa: & ciuitate nazareth. Maternū autē genus ex Bethleē erat. Vita eorū simplex & recta apud dominū:
apud hoīes irreprehensibilis erat & pia. Nā oēm substantiam suā trifariā diuiserunt. Vnā partē templo & tem
pli seruitoribus ipendebant: aliā peregrinis & pauperibus erogabāt: tertiā suæ familiæ usibus & sibi reseruabāt
Ita isti deo chari: hoibus pii: per annos circiter. xx. castū domi coniugiū sine liberorū procreatione exercebant.
Vouerunt tamē si forte deus donaret eis sobolē: eam se domini seruitio mancipaturos: cuius rei gratia & tēplū
domini singulis per annū festis frequētare solebant. Factū est autē ut encāniore festiuitas appropiquaret. Vn
de cum nōnullis cōtribulibus suis hierosolymā & Ioachim ascendit. Ea uero tēpestate Isachar ibi pontifex erat
cūq; inter ceteros conciuēs suos etiā Ioachim cū oblatione sua uideret: despexit eum: & munera eius spreuit: in
terrogans cur inter fecundos infecundus ipse stare præsumeret: dicens munera nequa q̄ deo digna posse uide
ri: quē ipse prole idignū iudicasset: scriptura dicente maledictū omnē esse qui non genuisset masculū in israel.
Dicebat ergo prius eū ab hac maledictione sobolis generatione soluendū: & sic demū in conspectu domini cū
oblationibus esse uenturū. Cuius obprobrii obiectu pudore magno suffusus Ioachim ad pastores qui cum pe
cudibus erant: in pascuis suis secessit: neq; enī domū repetere uoluit: ne forte a contribulibus suis qui simul ade
rant: & hoc a sacerdote audierant: eodē obprobrii elogio notareē. Vex̄ cum ibi aliq̄ diu esset: quadā die cum es
set solus: angelus ei domini cū immenso lumine astitit: qui cum ad eius uisionem turbaret: angelus qui ei appa
ruerat: timorē eius cōpescuit: dicens. Noli timere Ioachim: neq; in uisione mea turberis: ego enim sum angelus
domini missus ab ipso ad te: ut annunciē tibi præces tuas esse exauditas: & elemosynas tuas ascendisse in cōspe
ctu eius. Videns quippe uidit pudorem tuū: & audiuit sterilitatis obprobrium non recte tibi obiectum. Pecca
ti nāq; non naturæ ultor est deus: & ideo cū alicuius uterū claudit: ad hoc facit: ut mirabilius denuo aperiat: &
non libidinis esse quod nascitur: sed diuini muneris cognoscatur. Prima enim gentis uestræ Saramater nonne
usq; ad octogelimum annū infecunda fuit: & tamen in ultima senectutis ætate genuit Isaac: cui repromissa erat
benedictio oīum gentiū. Rachel quoq; tantū domino grata: itūq; a sancto Iacob adamata diu sterilis fuit: &
tamen Ioseph genuit non solū dominū ægypti: sed plurimas gentium fame peritura: liberatorē. Quis i du
cibus uel fortior Sāpōne uel sanctior Samuele: & tamen hi ambo steriles matres habuerunt. Si ergo ratio uerbis
meis tibi non persuadet credere dilatos diu conceptus & steriles partus mirabiliores esse solere: proinde Anna
uxor tua pariet tibi filiam: & uocabis nomen eius Mariam: hæc erit ut uouistis ab infantia sua domino cōsecre
ta: & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris. Omne imundum neq; manducabit neq; bibet: neq; inter
populares forinsecus turbas: sed in templo domini conuersatio eius erit: ne quid de ea sinistrū uel suspicari sal
tem possit uel dici. Itaq; ætate procedente sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur: ita incomparabiliter uirgo ge
nerabit altissimi filium. qui Iesus uocatur secundū nominis etymologiam saluator omniū gentium erit. Et hoc
tibi eorum quæ annuncio signum erit. Cum perueneris ad auream in hierosolymis portam: habebis ibi Annā
uxorem tuam: quæ de tuæ regressionis tardatione modo sollicita: tunc in aspectu tuo gaudebit. His dictis an
gelus discessit ab eo. Deinde apparuit Annæ uxori eius: dicens. Ne timeas Anna: neq; fantasma putes esse quod
uides. Ego enim sum angelus ille: qui præces & elemosynas uestras obtuli in conspectu dei: & nunc missus sum
ad uos: ut annunciem uobis nasciturā filiam: quæ Maria uocata super omnes mulieres erit benedicta. Hæc a
natiuitate sua statim domini gratia plena tribus ablactationis suæ annis in domo paterna permanebit: postea
seruitio domini mancipata a templo usq; ad intelligibiles annos non discedet. Ibi deniq; ieiuniis & orationibus
nocte ac die deo seruiens ab omni imundo se abstinebit: uirum nunq; cognoscat: sed sola sine exemplo: sine ma
cula: sine corruptione: sine uirili commixtione uirgo filium: ancilla dominum & gratia & nomine & opere sal
uatorem mundi generabit. Itaq; surge: ascende hierusalem: & cum perueneris ad portā quæ aurea pro eo q̄ de
aurata est uocatur: tibi pro signo uirum tuum pro cuius incolumitatis statu sollicita es: obuium habebis. Cum
hæc igitur ita euenerint: scito q̄ quæ annuncio sine dubio complenda erunt. Igitur iuxta angeli præceptum u
terq; de loco in quo erant: promouentes ascenderunt hierusalem: & cum ad locum peruenerint angelico uati
cinio designatū: tibi se inuicem obuiauerunt. Tunc de mutua sua uisione læti: & promissæ prolis certitudine se
curi: debitas domino humilium exaltatori gratias egerunt. Itaq; adorato domino domum regressi: diuinū pro
missum certi & hilares expectabant. Conceptit ergo Anna: & peperit filiam: & iuxta mandatum angelicū parē
tes uocabant nomen eius Mariam. Cūq; trium annorū circulus uolueret & ablactationis tēpus completū esset:
ad tēplum domini uirginē cū oblationibus adduxerunt. Erant autē circa tēplū iuxta. xv. graduū psalmos. xv
ascensionis gradus. Nā q̄ tēplū erat in mōte constitutū: altare holocausti qd̄ forinsecus erat: adiri gradibus non
ualebat. In hoc itaq; uno beatā uirginē Mariā paruulā parētes cōstituerūt: cūq; ipsi uestimēta q̄ in itinere ha
buerāt exuerēt: & cultioribus ex more uestibus se & mūdioribus iduerēt: uirgo domini cūctos sigillatī gradus
sine ducētis & leuantis manu ita ascendit: ut pfectæ ætati in hac dūtata causa nihil deesse putares. Iā quippe
dominus in uirginis suæ infantia magnū quod operabatur: & quanta futura esset huius miraculi indicio præ
monstrabat.

Ioseph liberator gentium

*Ætate procedente
Hæc*

XV. Gradus

monstrabat. Igitur sacrificio secundū consuetudinē legis celebrato: & uoto suo pfecto: uirginē intra septa tēpli cū aliis uirginibus ibidē educandis dimiserunt. Ipsi uero domū regressi sunt. Virgo autē domini cū ætatis pfectu & uirtutibus proficiebat: & iuxta psalmistā pater & mater dereliquit eam: dominus autē assūpsit eā. Quotidie nāq; ab angelis frēntabatur: quotidie diuina uisione fruebat: quæ eā a malis oibus custodiebat: & bonis oibus redundare faciebat. Itaq; ad quartūdecimū annū usq; puenit: ut non solū nihil de ea mali reprehensione dignū confingere possent: sed & boni oēs qui eā nouerant: uita & cōuersationē eius admiratione dignā iudicarent. Tunc pontifex publice denunciabat: ut uirgines quæ in tēplo cōstituebant: & hoc ætatis tēpus impleissent: domū reuertent: & nuptiū secundū morē gentis & ætatis maturitatē operā darent. Cui mandato cū cæteræ pronæ paruissent: sola uirgo domini Maria hoc se facere nō posse respondit: dicens. Se quidē & patres suos & domini seruitio mancipasse: & insuper seipsā domino uirginitatē uouisse: quā nunq; uiro aliquo commixtionis more cognito uiolare uellet. Pontifex uero ī angustia cōstitutus animi: cū neq; cōtra scripturā quæ dicit uouete & reddite: nouū infringendū putaret: neq; morē genti insuetū introducere auderet: præcepit ut ad festiuitatē quæ iminebat: omnes ex hierosolymis & uicinis locis primores adessent: quos cōsilio scire possent: quid de tam dubia re faciendū esset. Quod cū fieret: oibus in comune placuit: dominū super hac re esse consulendū. Et cūctis quidē orationi incumbentibus: pontifex ad cōsulendū deū ex more accessit. Nec mora: cūctis audiētibus de oraculo & de propiciatori loco uox facta est: secundū Esaiā uaticiniū requirendū esse cui uirgo illa cōdē mēnari & desponsari deberet: liquet enī Esaiā dicere. Egredietur uirga de radice iesaiæ: & flos de radice eius ascendet: & requiescet sup eū spiritus domini: spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientiæ: & pietatis: & repleuit eū spiritus timoris domini. Secundū hanc ergo prophetiā cūctos de domo & familia Dauid nuptui habiles nō coniugatos uirgas suas allaturos ad altare predixit: & cuiuscunq; post allationē uirgula florē germinasset: & in eius cacumine spiritus domini in specie colūbæ cōsedit: ipsū esse cui uirgo cōmendarī & desponsari deberet. Erat autē inter cæteros Ioseph homo de domo & familia Dauid grādæus: cūctis uero uirgas suas iuxta ordinē deferentibus solus ipse suā subtraxit. Vnde cū nihil diuinæ uoci consonum apparuisset: pontifex iterato deū consulendū putauit: qui respondit solū illū ex his qui designati erant: uirgam suam non attulisse: qui uirginē desponsare deberet. Proditus est itaq; Ioseph. Cū enim uirgam suā attulisset: & in acumine eius colūba de cælo ueniens cōsedit: liqdo oibus patuit ei uirginē desponsandā fore. Igitur nuptiæ iure de more celebrato: ipse quidē in bethleē recedit ciuitatē: domū suā dispositurus: & nuptiis necessaria procuraturus. Virgo autē domini Maria cū aliis septē uirginibus coæuis & collactancis quas a sacerdote acceperat: ad domū parentū suorū in galilæam reuersa est. His uero diebus primo scilicet aduentus sui in galilæā tempore missus est ad eam angelus Gabriel a deo: qui ei conceptū dominicū narraret: & cōceptionis uel modū uel ordinē exponeret. Deniq; ingressus ad eā: cubiculū quidē ubi manebat ingenti lumine perfudit: ipsam uero gratantissime salutans dixit. Aue Maria uirgo domini gratissima: uirgo gratia plena: dominus tecū: benedicta tu præ omnibus mulieribus: benedicta præ omnibus hactenus natis hominibus. Virgo autē quæ iam angelicos benouerat uultus: & lumē cæleste insuetū nō habebat: neq; angelica uisione territa: neq; luminis magnitudine stupefacta: sed in solo eius sermone turbata est: & cogitare cœpit qualis ista saluatio tā insolita esse possit: quidue portenderet: uel quē finē esset habitura. Huic cogitationi angelus diuinitus inspiratus occurrens: ne timeas inquit Maria: quasi aliquid contrariū tuæ castitati hac salutatione prætexam. Inuenisti enim gratiā apud dominū: quia castitatē elegisti: ideoq; uirgo sine peccato concipies: & paries filiū: hic erit magnus: quia dominabit a mari usq; ad mare: & a flumine usq; ad terminos orbis terræ: & filius altissimi uocabit: quia qui in terris nascitū humilis: in cælo regnat sublimis: & dabit illi dominus deus sedē. **Dabit** patris eius: & regnabit in domo iacob in æternū: & regni eius nō erit finis. Ipse quippe rex regū & dominus dominantū est: & thronus eius in sæculū sæculi. His angeli uerbis uirgo non incredula: sed modū scire uolens respondit. Quomodo istud fieri potest: Nā cū ipsa uirgine iuxta uotū meum nunq; cognoscā: quomodo sine uirilis seminis incremento parere possū? Ad hoc angelus. Ne existimes inquit Maria q; humano more cōcipias. Nā sine uirili cōmixtione uirgo cōcipies: uirgo paries: uirgo nutries. Spiritus enim sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi contra omnes ardores libidinis. Ideoq; quod nascetur ex te solū erit sanctū: quia solum sine peccato conceptū: & natū uocabit filius dei. Tūc Maria manibus expansis & oculis ad cælū leuatis dixit. Ecce ancilla domini (neq; enim dominæ nomine digna sum) fiat mihi secundū uerbū tuum. Longū forte & quibusdā tædiosum erit: si cūcta huic opusculo inferere uoluerimus: quæ natiuitatē dominicā uel præcessisse uel subsequuta fuisse legimus. Vnde his omnis quæ in euangelio plenius scripta sunt: ad ea quæ minus habentur narranda accedamus. Ioseph igitē a iudæa in galilæā ueniens: desponsatā sibi uirginē uxorem ducere intendebat. Iam nāq; tres fluxerant menses: & quartus instabat ex eo tēpore quo sibi desponsata fuerat. Interea paulatim utero puerperæ intumescente: puerperæ se manifestare cœpit: neq; hoc latere potuit ioseph: nā sponsi more liberius ad uirginē introiens: & familiaris cum ea loquens: grauidam esse deprehendit. Aestuarē itaq; animo & fluctuarē cœpit: quia ignorabat quid sibi potissimū esset faciendū: neq; n. eam traducere uoluit: quia iustus erat: neq; fornicationis suspitione infamare: quia pius. Itaq; cogitabat clā dissoluere coniugiū: & occulte dimittere eam. Hæc autē eo cogitante: ecce angelus domini ei apparuit in sōnis dicens. Ioseph fili Dauid noli timere: hoc est ne uelis fornicationis suspitionem i uirgine habere: uel aliquid sinistrum cogitare: neq; timeas eam in uxore ducere. Quod enim in ea natū est: & nūc animū tuū angit: non hoīs sed spiritus sancti est opus. Pariet enī oīum uirgo sola dei filiū & uocabis nomē eius Iesū: id est saluatorē. Ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Igitur Ioseph secundū angeli præceptum

men
Joseph grandæus
Virgo Ioseph

Gratissima saluans

Trahere infamare

W 11

111

Dauid

111

clviii.

uirginem uxorem duxit: nec tamen cognouit cognouit eam: sed caste procurans custodiuit. Iam nonus a conceptione instabat mensis cum Ioseph uxore cum aliis quae necessaria erant assumpta Bethleem ciuitate unde ipse erat tetedit. Factum est autem cum esset ibi: impleti sunt dies ut pareret: & peperit filium suum primogenitum: sicut sancti euangelistae docuerunt dominum nostrum Iesum Christum: qui cum patre & filio & spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia saecula saeculorum.

Beati Hieronymi ad Mirerium & Alexandrum monachos de resurrectione carnis: ubi exponit illud apostoli ad Corinthios: Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur secundum haereticorum catholicorumque sententias: in fine se excusans quod tomo in aliquibus commentariis Origenis utatur. Epistola. CIII.

In ipso iam profectiois articulo sancti fratris nostri Syllini: qui uestra mihi scripta detulera: haec qualiacumque sunt dictare compellor: nec possum uestra calare prudentiam: & obsecro ne hoc dictum referatis ad gloriam: quin potius ad plenam necessitudinem: dum ita uobis quasi mihi loquor. Multas sanctorum fratrum ac sociorum de uestra prouincia ad me detulit quaestiones: ad quas usque ad diem epiphaniae largissimo spatio me responsurum putabam. Cumque furtiuus nocturnum lucubratiuiculis ad pluraeque dictarem: & expletis aliis me ad uestra quasi ad difficillimam referuarem: subito superuenit asserens se ilico profecturum. Cumque eum roga-rem: ut differret iter: libere mihi cepit famam obtendere monasteriorum aegypti necessitates: nili non plenas aquas multorum: idemque: ut prope offensam esset in dominum illum ultra uelle retinere. Itaque subtegmina & stamina: liciaque & telas quae mihi ad uestra tunica paraueram uobis inconfecta transmisit: ut quicquid mihi deest: uestro textat eloquio. Prudentes estis & eruditi: & de Canina ut ait Appius facundia ad Christi disertitudinem transmigrastis. Nec magno mihi apud uos labore opus est: quod philosophum quendam in suadendo rusticum esse pessimum narrant fabulae uix dum dimidium inquit dixeram: iam intellexerat. Itaque & ego tempore coartatus singulorum uobis qui in sacram scripturam commentariolos reliquerunt sententias protulit: & ad uerbum pluraque interpretatus sum: ut & me liberem quaestione: & uobis ueterum tractatorum mittatur auctoritas: qui in legendis singulis ac probandis non meae uoluntati: sed uestro acquiescatis arbitrio. Quae ritus quo sensu dictum sit: & quomodo in prima ad corinthios epistola Pauli apostoli sit legendum: Omnes quidem dormiemus: non autem omnes immutabimur: an iuxta quadam exemplaria non omnes dormiemus: omnes autem immutabimur: utrumque enim in graecis codicibus inuenit. Super quo Theodorus heracleotes: quae urbs olim perinthus uocabatur: in commentariolis apostoli sic locutus est: omnes quidem non dormiemus: omnes autem immutabimur. Enoch enim & Helias mortis necessitate superata: ita ut erant in corporibus de terrena conuersatione ad caelestia regna translati sunt. Unde & sancti qui die consumationis atque iudicii in corporibus reperiendi sunt cum aliis sanctis: qui ex mortuis resurrecturi sunt: rapientur in nubibus obuiam Christo in aera: & non gustabunt mortem eruntque semper cum domino grauissima mortis necessitate calcata. Unde ait apostolus: omnes quidem non dormiemus: omnes autem immutabimur. Qui enim ex mortuis resurrexerint: & in nubibus uiuentes rapiti fuerint: transibunt ad incorruptionem: & a mortalitate in immortalitatem mutabuntur: non in tempore: non saltim breui spatio: sed in atomo & in puncto temporis atque momento: quo palpebra oculi moueri potest in nouissima taba. Tanta enim fiet celeritate resurrectio mortuorum: ut uiui quos in corporibus suis consumationis tempus inuenerit: mortuos de inferis resurgentes praenire non ualeant. Quod manifestius Paulus differens ait. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile istud induere incorruptionem: & mortale istud induere immortalitatem: ut possit in utraque parte uel in caelis uel in caelorum regno manere perpetuo. Diodorus tharsensis episcopus praeterito hoc capitulo in consequentibus breuiter annotauit: in eo quo scriptum est: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Si inquit incorrupti resurgent mortui: haud dubium quin & ipsi ad meliora mutati: quid necesse fuit dicere & nos immutabimur? An in hoc uoluit intelligi: quod incorruptio communis sit omnium: immutatio autem proprie iustorum: dum non solum incorruptionem & immortalitatem: sed & gloriam consequuntur? Apollinaris licet aliis uerbis eadem quae Theodorus asseruit quosdam non esse morituros: & de praesenti uita rapiendos in futuram: ut mutatis glorificatisque corporibus sint cum Christo: Quod nunc de Enoch & Helia credimus. Didymus non pedibus sed uerbis in Origenis transiens sententiam: contraria uia graditur. Ecce mysterium uobis loquor: omnes quidem dormiemus: non omnes autem immutabimur: quod ita differuit. Si non indigeret resurrectio interprete: nec obscuritatem haberet in sensibus nunquam Paulus post multa quae de resurrectione locutus est intulisset. Ecce mysterium uobis dico: omnes quidem dormiemus: id est moriemur: non omnes autem sed soli sancti immutabuntur. Scio quod in nonnullis codicibus scriptum sit: non quidem omnes dormiemus: omnes autem immutabimur. Sed considerandum: an ei quod praemissum est: omnes immutabimur: possit conuenire quod sequitur: mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur: & hoc commune cum ceteris est: superfluum fuit dicere: & nos immutabimur. Quae ob rem ita legendum est: omnes quidem dormiemus: non omnes autem immutabimur. Si enim in Adae omnes moriuntur: & in morte dormitio est: omnes ergo dormiemus siue moriemur. Dormit autem iuxta idiomata scripturae: qui mortuus est spe resurrectionis futurae. Omnisque qui dormit expugiscitur: si tamen non subitanea uis mortis eum oppresserit: & mors sono fuerit copulata. Cumque omnes ita dormierint lege naturae: soli sancti in corpore & anima in melius mutabuntur: ita ut incorruptio omnium resurgentium sit. Gloria autem atque mutatio proprie sanctorum. Quodque sequitur iuxta graecos εν τριτη ή ροπηφορα λου. Vtrumque enim legitur: & nostri interpretati sunt in momento & in ictu siue in motu oculi: idem praefatus Didymus ita explanauit. Iuncta simul omnium resurrectione rapientur obuiam Christo. Sed hi quos mors dissoluerit quae praesens sermo significat. Quae enim dicitur in puncto temporis & in motu oculi atque momento: futuram omnium resurrectionem cunctam primam & secundam resurrectionis fabulam excludit: ut alii primarii alii nouissimi resurrecturi esse credantur. Atomus autem punctum temporis est: quod secari & diuidi potest. Unde & Epicurus ex suis atomis mundum struit: &

uniuersa

In differre

omnia facundia
Disertitudo

Heracleon
Perinthus

Dormire

Atomus
Epicurus

non reus

uniuersa conformat. Ictusq; oculi siue motus qui graece dicitur ποπή tanta uelocitate transcurrit: ut pene sensum uidentis effugiat. Vex q; in plarissq; codicibus p ποπή idest icu uel motu p ipm legitur: hoc sentire debemus ut quō leuis pluma uel stipula: aut tenue siccūq; foliū uento flatuq; raptat: & de terra ad sublime trāsfertur: sic ad icu oculi: & ad nutū dei: oīum mortuorū corpora mouebunt: parata ad aduentū iudicis. Quodq; iūgit & dicit. In nouissima tuba: canet enī tuba: & mortui resurgēt incorrupti: & nos imutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere icorruptionē: & mortale hoc iduere immortalitātē: duplicē habet itelligentiā: ut clāgor tubæ aut uocis indicet magnitudinē: iuxta illud qd scriptū ē: sicut tuba exalta uocē tuam: Aut aptā oīum resurrectio nē iuxta illud qd i euāgelio legimus: tu autē cū facis elemosynā: noli tuba canere ante te: hoc est abscondite fac misericordiā: & in secreto: ne uidearis de alterius miseria gloriari. Quārimus autē cur ad nouissimā tubā mortuos scripserit resurrecturos. Quādo enī nouissima dicit: utiq; aliā præcesserūt. In apocalypsi Ioānis. vii. describuntur angeli cū tubis: & unoquoq; clangēte: primo uidelicet secūdo & tertio q̄rto & q̄nto & sexto: qd per singulos actū sit: indicat. Nouissimo autē idest septimo clāro tubæ strepitu psonātē: mortui suscitant: corpora quæ prius hūerant corruptibilia: incorrupta recipiētes. Vnde post nouissimā tubā exponit apostolus qd sequat. Canet enī tuba: & mortui resurgēt incorrupti: nos autē imutabimur: q̄do dicit nos: aliū se: & eos: qui secum sunt: præter mortuos esse significat. Ad qd itelligendū: sūt qui dicāt mortuos qui resurgāt incorrupti: esse corpora mortuorū: eos autē qui dicant eē mutādī: aīas debere accipi: quādo in maiore gloriā fuerit cōmutatā: & puenerint in uig; pfectū: & mēsurā ætatis plenitudinis Christi. Alii uero asserūt mortuos debere itelligi pētōres: qui resurgēt incorrupti ut possint æterna iustinare supplicia. Eos autē qui cōmutant: esse sãctos: qui de uirtute in uirtute: & de gloria transferunt in gloriā. Vnde ad icorruptionē mortuorū intulit. Oportet. n. corruptiuū hoc induere icorruptionē. Ad id autē qd dixerat: nos imutabimur: illud adiunxit: & mortale hoc induet immortalitātē: aliud est. n. imortalitas: aliud icorruptio: sicut aliud mortale: & aliud corruptiuū. Quicqd autē mortale est: & corruptiuū est: sed non qd corruptiuū: statim & mortale. Corruptiua q̄ppe sūt corpora quæ carēt aīa: & tamē nō sunt mortalia: quia nunq̄ hūere uitā: qd pprie aīantiū est: unde signāter apostolus: corruptioni icorruptionē: & mortalitati immortalitātē: resurrectiois futurā tpe copulauit. Achatius. Casarā: quæ prius turris Stratonis uocabat: post Eulebiū Pamphili episcopus in quarto συλλεξ των εν τη μετα των idest collectag; quæstionū libro: pponēs sibi hāc eandē quæstionē latius disputauit: & utrūq; suscipiēs qd inter se uideēt esse cōtrariū: post principiū qd omisimus: sic locutus est. Dicamus primū de eo: qd magis in plurimis codicibus inuenit. Ecce mysterium dico uobis: oēs qdem dormiemus: nō oēs autē imutabimur. Mysteriū dixit ut attentiores faceret auditores de resurrectione plenius disserturus. Dormitio autē mortē istā quæ cōis est oīum significat: unde rectissime posuit q; oēs dormiamus: idest moriamur: sicut supra dixit. Quō in Adā oēs moriuntur: sic & in Christo oēs uiuificabuntur. Cū ergo oēs morituri sint: audite sacra quæ dico: oēs quidem dormiemus: sed nō oēs imutabimur. Canet enim tuba haud dubiū quin angelus septimus: & mortui resurgent incorrupti. Si autē incorrupti erunt mortui: quomō nō imutabuntur: cū icorruptio ipsa mutatio sit: Sed hęc cōmutatio qua Paulus mutandus: & sãcti sunt: glorificatio intelligit. Incorruptio autē iccirco cōis est oīum: quia in eo miserabiliores erunt pētōres: ut ad tormēta ppetui sint: & nō mortali & corruptibili corpore dissoluantur: Legimus in eadem epistola apostolo differente secretam diuersitatem resurrectionis: non in natura corporū: sed in uarietate gloriæ: dum alii resurgunt ad pœnas ppetuas: alii ad gloriā sempiternam. Alia enim caro uolatiliū: alia pisciū: alia iumentorū: & corpora cælestia: & corpora terrena: Sic inquit erit & resurrectio mortuorū: cui sententiæ magis acquiescit ecclesia: ut oēs cōi morte moriamur: & non oēs mutemur in gloriā. Iuxta illud qd Daniel scribit: multi dormientes in terræ puluere resurgent: alii in gloriā æternā: alii in confusionē & obprobriū sempiternum. Qui enim resurgent in obprobriū & confusionē sempiternā: non resurgent in æternā gloriā: in quā Paulus & quiescūt eo sūt mutabunt. Quæ cū ita se hēant: & sic itellecta sint a nobis: eorū tantum cōmutationem suscipere: q; resurgent in gloriā. Pētōrū autē & qui mortui infidelium appellantur: & resurgent incorrupti: nequaq; commutationem: sed pœnas ppetuas esse dicendas. Transeamus ad secundam lectionem: quæ ita fertur in plarissq; codicibus: non qdem omnes dormiemus: omnes autē imutabimur: Ex qua nōnulli asserunt multos uiuos in corporibus reperiendos: & si non dormiant omnes: non omnes esse morituros: si autem non moriantur omnes: non omnes resurrecturos. Resurgere enim proprie dicitur: qui prius moriendo cecidit. Vnde & Paulum uolunt scribere in prima ad Thessalonicenses epistola: Nos qui uiuimus: qui residui sumus: in aduentu domini nō præueniemus eos qui dormierunt: quoniam ipse dominus in iussu: in uoce archangeli: in tuba dei dei descēdet de cælo: & mortui in christo resurgent primi: deinde nos qui uiuimus: qui residui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. Et ex his dictis probare conantur apostolum Paulū & qui cum eo scribebant epistolam: putasse se non esse morituros: sed sed reperiendos die consumationis in corpore. Quod si uerū est: errauit Paulus: & humana æstimatione deceptus est: ut arbitraretur se inueniendum in corpore: quod falsum esse re; exitus approbavit. Hoc intellexerant & illi thessalonicenses sacra sermonis mystici nescientes: & coniecturis uariis fluctuabant: dicebantq; si Paulus inueniendus in corpore est: proximus ē dies iudicii. Vnde corrigit eos: secundam epistolam scribens. Rogamus uos fratres per aduentum domini nō strilesu christi: & nostram congregationem in ipsum ut non cito mente moueamini: nec terreamini: neq; p spiritum: neq; per uerbum neq; per epistolam tanq; per nos missam: quasi instet dies domini: ne quis uos seducat ullo modo: quoniam nisi discessio uenerit primum: & reuelatus fuerit homo peccati: filius p̄rditionis qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus: & qd colitur: ita ut in tēplo dei sedeat: ostendens se tanq; sit

dom. Casarā turris Stratonis

Resurgere

deus. Non meministis q̄ cū apud uos esse: hæc dicebā uobis: Quibus dictis hoc agit: ut eos reuocet ab errore: ne putēt diē appropinq̄re iudicii: & id qđ scripserat: nos qui uiuimus: qui residui sumus: in aduētū domini non præueniemus eos qui dormierūt: aliter intelligā: q̄ intelligi uoluit ipse qui scripsit. Neq̄. n. fieri pōt: ut qui ad Timotheū scripserat. Ego enī iā delibor: & tps resolutionis meæ instat: putaret se in carne ppetuū: & nunq̄ esse mortuū: & de uita terrena statim ad regna cælestia transitū: præsertim cū ad Romanos scribens eadē dixerit. Quis me liberabit de corpore mortis huius: Et ad Corinthios: habitātes in corpore pegrinamur a domio: magis aut uolumus exire de corpore: & præfētes esse cū deo: qui hæc dicebat: nouerat utiq̄ se esse mortuū. Melius est igit̄ spiritualiter scire qđ scriptū est: & dormitionē in præfēti loco nō mortē accipe: per quā aīa a corpore separat̄ sed peccatū post fidē & offēsā dei: dormitionēq̄ post bap̄tismū: de qua & ad corinthios loquebatur: Et iō inter uos multi infirmi sūt: & dormiūt plurimi. Et in alio loco. Ergo & qui dormierūt in christo pierūt: qui cū mortui sint nō sūt ppetua morte pituri: q̄ nō in mortali crimie cōtinent̄: sed leui modicoq̄ pctō. Quod & alius factius uitate cupiēs loquebat̄: ne forte obdormiā in morte. Est igit̄ sōnus pcti qui ducit ad mortē: & est alia delicti dormitio quæ mortē nō stringit. Qui ergo uixerit ea uita quæ dicit. Ego sū uita (eteni uita nra abscondita est cum christo i deo & nunq̄ ab ea fuerit separatus: nec ad mortē usq̄ peccauerit: iste de uiuēibus & semp uiuētibus eē dī: de quibus & saluator in euāgelio loānis mystico sermone testat̄. Qui credit i me: nō moriet̄. Et oīs qui uiuit: & credit in me: nō moriet̄ in æternū. Vnde & apostolus domini sui calcās uestigia: ea docuit discipulos: quæ dicit a magistro: oēs itaq̄ non dormiemus. Qui. n. oī custodia seruat cor suū: & ad christi præcepta uigilat: mā datiq̄ eius memor est dicētis: uigilate: q̄ nescitis qua hora fur ueniat. Et in alio loco: ne dederis somnū oculis tuis: & palpebris tuis dormitationē: ut saluus fias: q̄si caprea de uinculis: & q̄si auis de laqueis: iste nō dormiet. Cūq̄ igit̄ quidā nō dormiāt: qui semp in christo uiuūt & uigilat: sequit̄ ut nequaq̄ oēs dormiāt: & cōtrario oēs imitent̄ nō imutatiōe gloria: quæ pprie debet̄ factis: sed ea imutatiōe: qua corruptiuū hoc icorruptiuū efficit̄: ut uel pœnas uel præmia recipiāt sēpiterna. Quod si dormierit aliq̄s in christo: & negligētia sōno obdormierit: debet audire qđ scriptū ē. Nunqđ qui dormit nō resurget̄. Qui uero nō dormit sed uigilat: & semp uiuit i christo de uita ad uitā transiet: siue rapiet̄ in nubibus: ut semp cū domino sit. De istiusmodi dormientibus Lazarus erat: de quo dominus ait: Lazarus amicus nr̄ dormit: & de hoc dormiēte dicebat ad Marthā: qui credit in me: etiā si mortuus fuerit uiuet: & oīs qui uiuit: & credit in me: nō morietur in æternū. Qui. n. tota mēte in christo cōfidit: etiā si ut hō lapsus mortuus fuerit in pctō: fide sua uiuit in ppetuū. Alioqn mors ista cōis est: credētibus & nō credētibus debetur æqliter & oēs pariter resurrecturi sūt. Alii in cōfusiōe æternā: alii ex eo: q̄ credūt: in sempiternā uitā. Et sic stare pōt: ut qui credit in christo: nō moriatur: & etiā si mortuus fuerit uiuat in æternū: quod iuxta corporalē mortem: excepto Enoch & Helia: nulli cōtigisse p̄picuū est. Qui aut̄ fidei magnitudine semp uiuūt in christo: nō dormiēt neq̄ morientur: sed imitatores erūt uitæ apostolicæ: qui absq̄ ulla culpa uixerunt in lege iusticiæ: & ad finē domini trāseuntes: credentesq̄ in eum: qui uita uocatur: & resurrectio: nunq̄ dormire: nunq̄ mortui sunt. Aīa enim quæ peccauerit ipsa morietur: Sicut igitur aīa quæ peccat: uiuente corpore mortua est: & eadem die qua peccauerit: dormit in mortem: dicente ecclesiaste: qui peccauerit: mortuus est ex tunc: sic aīa quæ christi præcepta seruauerit: etiā si corpus mortuum fuerit uiuet in æternū. Hoc aut̄ sciendū: q̄ magis conueniat ueritatē ita legere: oēs quidem dormiemus: non oēs aut̄ imutabimur: maxime quia sequitur. mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Si enim oēs sunt immutandi iuxta alterā lectionē: quō postea dicitur: quasi præcipuum atq̄ priuatum & propriū apostolorū: & nos immutabimur: Quando aut̄ dicit nos: factos quosq̄ significat. Quæritis quō intelligendum sit illud: quod in prima ad Thessalonicenses epistola scribitur. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus: qui residui sumus in aduētū domini nō præueniemus eos: qui dormierunt: quoniam ipse dominus in iussu: & in uoce archangeli: & in tuba dei descendet de cælo: & mortui qui in christo sunt resurgent primi: deinde nos qui uiuimus: qui residui sumus: simul cū illis rapiemur in nubibus obuiam christo in aera: & sic semp cum domino erimus. Super quo quis superior Achatii disputatio plenius disputari: tamen dicēdum est: quid uideatur aliis: Theodoro uidelicet apollinari & diodoro: qui unam sequuntur sniam: quorū Diodorus hæc scripsit residuos: Atq̄ uiuentes Paulus apostolus uocat non quo uelit intelligi: & se & alios resurrectionis tpe in corpore reperiendos: sed nō dixit pro eo quod est iustos: de quorū & ego sum numero. Ipsi enim rapientur obuiam christo & non peccatores. Viuentes autē non iuxta tropologiam sanctos accipimus: qui peccato non mortui sunt: sed omnes quos in corpore adueniens christus inuenerit. Quod sequitur non præueniemus eos qui dormierunt: nequaq̄ ad peccatores referre debemus. Neq̄ enim pctōres cum iustis rapientur obuiam christo: sed eos quos mos dissoluerit. Verū quid ista perquirat: & apostolicis dictis calumniam facio: cum ipse manifestissime scribat qui residui sumus in aduētū domini: Qui sunt autem residui: uerbis discimus Saluatoris: sicut in diebus Noe ducebant uxores & nubebant: & repēte uenit diluuium: & tulit omnes sic erit aduentus filii hominis. Quibus sermonibus approbatur in fine mundi multos uiuos & adhuc in corporibus reperiendos. Sequitur in iussu in uoce archangeli: & mortui resurgent primi. Et hoc rurū Saluator loquitur in euāgelio. Media aut̄ nocte spōsus ueniet: qui utiq̄ uiuētes in corpore deprehendet: quando duo erunt in lectulo uno: unus assumetur: & alius relinquetur: & duæ molentes: una assumetur: & alia relinquetur. Quibus dictis ostenditur: medio noctis: securis omnibus consumationem mundi esse uenturam. Origenes in tertio uolumine ἐκ τῆς γ' καὶ τῆς δ' id est expositionum epistolæ Pauli ad Thessalonicenses primæ: post multa: quæ uario prudentiq̄ sermone differuit: hæc intulit: de quibus nulli dubium est: & Achatium p̄traq̄ libalē. Quid est ergo quod dicunt Thessalonicenses in uerbo dei Paulus & Siluanus: & Timotheus.

Timotheus. Nos qui uiuimus: qui residui sumus in aduentu domini non praeueniemus eos: qui dormierunt: Qui
 sunt isti uiuentes qui loquuntur talia? Vtque Paulus non ab hominibus: nec per homines apostolus: & charissimus eius filius in
 fide Timotheus & Siluanus: qui illis erat in affectu & uirtutibus copulatus. Et hoc non solum illi: sed quicumque pau-
 li & scia & conuersatione similis est: dicere potest: nos qui uiuimus: quorum corpus mortuum est propter peccatum: spiritus autem
 uiuit: propter iustitiam: & quorum mortificata sunt membra super terram: ita ut nequaquam concupiscat caro contra spiritum. Si enim
 adhuc desiderat caro: uiuit: & quia uiuit: desiderat. & non sunt mortificata membra illius super terram. Quod si morti-
 ficata sunt: nequaquam contra spiritum concupiscunt: quae mortificatione sui huiusmodi desiderium perdidit. Sicut igitur qui
 uita caruere praesertim: & ad meliora translati sunt: magis uiuunt: deposito mortis corpore: & uitio: omnium inuentus.
 Sic qui mortificatione Iesu in corpore suo circumferunt: & nequaquam uiuunt iuxta carnem: sed iuxta spiritum: uiuunt in eo qui
 uita est: & uiuit in eis Christus: de quo scriptum est. Viuus est sermo dei & efficax: qui est dei uirtus deique sapientia.
 Viuunt. n. in quibus uiuit uirtus dei: omnia humana fragilitate deposita: & in quibus uiuit sapientia quae abscondita est in deo
 & in quibus uiuit & operatur iustitia. Christus. n. factus est nobis non solum iustitia ex deo: sed & sapientia & omne quod uirtus est.
 Et siquidem in praesenti loco se a dormientibus & in christo mortuis: qui haec scribunt epistolam: separaret: uideret super
 sua annotatio: & ex uno loco assumptum testimonium non ualeret. Nunc uero eodem sensu: quia & eodem spiritu: in prima ad
 Corinthios loquitur: omnes non dormiemus: omnes autem immutabimur: in momento in motu oculi: in nouissima tuba. Canet
 enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Hoc quod in praesenti loco scriptum est: in tuba dei de-
 scendet de caelo: compara illi: quod ad corinthios dicitur: in nouissima tuba. Canet. n. tuba & caetera. Illi autem quod ad Thessa-
 lonicenses dicitur: & mortui in christo resurgent primi: hoc quod ad Corinthios scriptum est: & mortui resurgent incorru-
 pti. Porro quod sequitur: Deinde nos qui uiuimus: qui residui sumus: illi respondet: & nos immutabimur: quorum utrumque
 sic intelligi potest. Nos qui uiuimus: qui residui sumus in aduentu domini: & nos qui immutabimur: & non sumus ex
 his: qui appellantur mortui: sed uiuimus: iccirco praesentiam domini non in morte: sed in uita praestolamur: quia de
 israelitico genere sumus: & electae sunt de nobis reliquiae: de quibus dominus olim loquebatur. Dereliqui mihi septem
 milia uiros: qui non curauerunt genua ante Baal. In Ioannis quoque euangelio uiuorum & non uiuorum duplex ordo descri-
 bitur: Omnes qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet: & omnes qui uiuunt & credit in me: non morietur in aeternum: Si ui-
 uos ita intelligimus: ut iam a nobis dictum est: dormientes & in christo mortuos illos esse credamus: qui cum uelint in
 christo uiuere: tamen peccato mortui sunt. Sin autem reliquiae & electio secundum gratiam appellantur uiuentes: qui non
 ita credunt: nec de israelitica nobilitate generati sunt dormientes & mortui appellabuntur in christo. Sunt qui hunc
 locum ita edisserant. Viui appellantur: qui nunquam peccato mortui sunt. Qui autem peccauerunt: in eo quod peccauerunt
 mortui sunt: & postea conuersi ad penitentiam: purgant antiqua delicta: mortui appellantur: quia peccauerunt: In Chri-
 sto autem mortui: quia plena ad deum mente conuersi sunt. Porro qui uiuunt: & habent testimonium fidei: & necdum rece-
 perunt promissionem dei: qui & de aliis melius quiddam cogitauit: ut non absque his qui iusti sunt coronentur: in eo ha-
 bent beatitudinem: quod fruuntur bono consuetudinis: & uiuunt: & relictum sunt in aduentu domini saluatoris. Sed quia clamens
 est deus: & uult saluare etiam eos qui dormierunt: & in christo mortui sunt: non praeuenient illos neque soli rapiuntur
 in nubibus: sed iuxta exemplum euangelicam parabolam unum denarium: unamque mercedem: & undecimam horam operarii & pri-
 mam qui in uinea missi sunt: salutis praecium accipiet. Nec hoc alicui uideatur iniustum: ut dispar labor unum praemium
 consequatur: Magna quippe diuersitas est eorum qui post uulnera sunt sanati: & eorum qui nunquam uiderunt mortis er-
 rorem. De his puto dictum: quis est homo qui uiuit: & non uidebit mortem: redimet de morte animam suam. Neque. n. ut quidam
 putant: quis pro eo quod est nullus accipitur: sed quasi dixerit quis putas: iuxta illud quod scriptum est. Quis sapiens: & in-
 telliget haec: Et in alio loco. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: Et iterum. Quis cognouit sensum domi-
 ni: Residui ergo erunt de credentibus pauci: qui aduentum domini uideant: secundum illud quod deus uerbum fa-
 ctum est: nequaquam in uilitate carnis: sed in gloria triumphantis: & considerandum quomodo primum appellauerit dor-
 mientes: deinde in christo mortuos: quos uiuentes praeuenire non poterunt. Qui enim non custodierit hoc quod
 scriptum est: ne dederis sonum oculis tuis: neque palpebris tuis dormitionem: ut saluus fias: sicut caprea de uinculis
 suis: & sicut auis de laqueis dormiet: & culpabilis in opere torpescet. Cumque dormierit transibit in mortem: sicut enim
 mouetur qui uigilat: sic qui dormit iacet immotus: & mortis torpet similitudine. Quod autem dormitionem
 sequatur mors: & prima ad corinthios epistola docere non poterit: in qua scriptum est. Nunc autem Christus
 surrexit ex mortuis: primitiae dormientium: quia per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et post
 paululum: non omnes dormiemus: sed omnes immutabimur: in momento: in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet
 enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Cum ergo haec de dormitione dicantur & mor-
 te: & illud legamus in apostolo. Surge qui dormis: & exurge de mortuis: & illuminabit te Christus: iuremus do-
 mino: & uotum faciamus deo Iacob: unusquisque dicens in corde suo: si ascendam super stratum meum: si dedero
 somnum oculis meis: & palpebris meis: dormitionem: donec inueniam locum domino: haud dubium: quin in
 anima sua tabernaculum deo Iacob: ut deus in illo aeterna sede requiescat: sequitur quia ipse dominus in iussu: & re-
 liqua: Descendet enim missus a patre non diuersitate uirtutis: sed dispensatione iudicis: & descendet ad eos: qui
 deorsum sunt uerbum dei & sapientia & ueritas atque iustitia & quae mortui sint ad quos dignatur descendere: non
 tamen sunt ab eo alieni. Mortui enim uocantur in christo: qui autem uiuunt hoc habent priuilegium quod eligun-
 tur e pluribus: attamen utrumque agmen & mortuorum in christo & uiuentium pariter rapietur in nubibus obuiam
 christo: ut non eum expectent: donec ad terrena descendat: sed praesentia illius & contubernio in sublimibus per-
 fruatur. Quaeque clementia christi: ut pro salute nostra: non solum caro factus sit: sed ad mortuos usque descende-
 rit: & in ipsa morte haec signa uiuentium. Aqua. n. & sanguis de latere eius egressi sunt. Descendet igitur sermo di-

Quispius

uinus uoce archangeli præcedente: & præparante sibi uiam: in iis qui eius possunt ferre præsentiam: quod ut queamus intelligere: primi aduentus mysteria cognoscamus. Scriptum est de Ioane: qui præcursor eius fuerat: quod in heremo dixerit. Ego uox clamantis in deserto: & reliquum: quod clamauit uox in deserto: Parate uiam domini: rectas facite semitas eius: ob quod præmiu: quam ue mercedem: Ois uallis implebitur: & ois mons & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta & aspera in uias planas: & uidebit ois caro salutare dei nostri. Hoc autem idem: quia uerbum caro factum est: & habitauit in nobis. Nunc autem nequaquam uox prophetæ in deserto erit: sed uox archangeli parantis uiam: non in carnis humilitate ueniens: sed ei qui est apud patrem uerbum deus: & tunc quidem egrediebatur in desertum: ut audiret assumpti hominis præcursoris: & uideret arundinem uento agitatam: de qua factæ sunt tibia: & uocalis calamus: qui in ore puerorum dulci sonat modulamine canentium in plateis atque dicentium. Cætaui uobis: & non saltastis. Nunc autem in uoce archangeli præcedentis dominum descendente de caelis: & in clarissima tuba unusquisque credentium: uel ad prælium uel ad sacerdotalia ministeria puocat. Legimus in numeroꝝ libro sacratas deo tubas quæ ante hostias personent: Sin autem magna est uox angeli & tubæ & archangeli: quanto maior erit tubæ dei quæ parat uias primū dormientium: & mortuorum in Christo: Deinde eorum qui uiuunt & residui sunt: & sermonis dei præstolant aduentum: forsitan simplicis tubæ clangor dormientibus & mortuis in Christo necessarius est. Vox autem archangeli: & tubæ dei iis qui uiuunt & in præsentia domini reseruant: uideamus quid possit intelligi: & id quod sequitur: simul cum illis rapiemur. Quo uerbo ostendi puto subitum ad meliora transensum: & ideo raptum se uoluisse dicere: ut uelocitas transiens: sensum cogitatis excederet. Quod & in alio loco eiusdem uerbi proprietate signauit. Scio hominem in Christo ante annos. xiiii. siue in corpore: siue extra corpus: nescio: deus scit: raptum istiusmodi usque in tertium caelum: & scio huiusmodi hominem: siue in corpore: siue extra corpus: nescio deus scit: quia raptus est in paradysum: & audiuit uerba ineffabilia: quæ non licet homini loqui. Alii. n. proficientes: & ut ita dicam gradientes ad maiora crescebant: donec fieret iuxta id quod scriptum est: magni ualde nimis: & quosdam in caelum assumptos legimus. Paulus autem uas electionis in tertium caelum raptus ascendit & ideo audiuit uerba ineffabilia. Quo autem si qui rapiuntur in nubibus rapiantur obuiam Christo diligentius contemplandum est: scimus nubes prophetas quibus præcepit deus ne pluerent super israel imbre: quando impleuerunt mensuram patrum suorum: & facta est lex: & prophetæ usque ad Ioannem Baptistam. Et quia deus posuit in ecclesia primū apostolos: secundo prophetas: non solum prophetas: sed & apostoli nubes intelligendi sunt. Siquis igitur rapitur ad Christum: ascendit super nubes legis & euangelii: super prophetas: & apostolos: & assumptis alis colubæ: eorumque doctrina ad excelsa subleuatus occurrit: non deorsum: sed in aere: & spiritali intelligentia scripturas. Occurrens autem in spiritalibus & terrena dimittens: siue ille sit dormiens: siue in Christo mortuus siue uiuens: & in illius præsentiam reseruatus: semper cum illo erit: & persuetur uerbo dei: & sapientia: ueritate atque iusticia. Hæc cæleri sermone dictaui: quid eruditi uiri de utroque sentirent loco: & quibus argumentis suas uellent probare sententias: ueræ prudentiæ exponens. Neque enim tanta est mea pusillanimitatis auctoritas: qui nihil sum: & inuidiosus tantum moribus pateo: quæta eorum quod nos in domino præcellerunt. Nec iuxta Pythagoræ discipulos: præiudicata doctoris opinio. Sed doctrinæ ratio ponderanda est. Siquis autem contrariæ factionis in murmurat: quare eorum explanatio nes legam: quorum dogmatibus non acquiesco: sciat me illud apostoli libenter audire: omnia probare: quod bonum est retinere. Et Saluatoris uerba dicentis: estote probati numularii: ut si quis nummos adulter est: & figuram Cæsaris non habet: nec signatus est moneta publica: reprobetur. Qui autem christi faciem claro præfert lumine: in cordis nostri marsupium recondatur. Etenim si dialecticam scire uolueris: aut philosophorum dogmata: & ut ad nostram redeam: scientiam scripturarum: nequaquam simplices ecclesiæ uiros interrogare debeo: quorum alia gratia est: & unusquisque in suo sensu abundat: præsertim cum in domo magna patris familiæ uasorum diuersitas multa dicatur: sed eos qui artem didicere ab artifice: & in lege domini meditantur die ac nocte. Ego & in adolescentia & in extrema ætate profiteor: & Origenem & Eusebium Cæsariensem uiros esse doctissimos: sed errasse in dogmatum uarietate. Quod e contrario de Theodoro: Achatio: Apollinare possumus dicere: & tamen omnes in explanationibus scripturarum: sudoris sui nobis memoriam reliquerunt: in terra auge: quæritur: & de fluuiorum alueis splendens profertur gloria Pactolusque ditior est cæno. quam fluente. Cur me lacerant amici mei: & aduersum me silentem crassæ sues grunium: Quare omne studium est: immo scientiæ supercilium aliena carpere: & sic ueterum defendere perfidiam: ut perdant fidem suam. Meum propositum est antiquos legere: probare singulare: retinere quæ bona sunt: & a fide ecclesiæ catholicæ non recedere: uolens ad alias quæstiunculas respondere: & uel mea uel aliena dictare: ex tempore a fratre Syinnio admonitus sum: ut & ad uos: & ad cæteros sanctos fratres: quod nos amare dignantur: litteras scriberem. Cohibebo igitur gradum: & si uita comes fuerit: futuro me operi reserua: bo: ut & nobis per partes paream: & fructum ac senile corpusculum onus possit ferre moderatum. Illud autem breuiter in fine comonebo: hoc quod in latinis codicibus legitur: omnes quidem resurgemus: non omnes autem immutabimur: in grecis uolumibus non haberi: sed uel omnes dormiemus: non omnes autem immutabimur: uel non omnes dormiemus: omnes autem immutabimur: quorum quis sensus sit: supra diximus.

Argumentum sequentis epistolæ.

Nomine africanæ ecclesiæ grecos tractatores in latinum uerti præcatur: in quo studio dicit illud utilius uersaturo: quam in traducendis canonicis scripturis a. lxx. interpretibus translatis: quorum concors editio maior est quam unius hominis auctoritate habet: Arguit quoque Hieronymum in expositione epistolæ ad Galathas: quod apostolum Paulum reprehensione Petri simulate locutum & ad leniendos tumultuantium animos dixerit esse mentitum: quoniam si aliquod mendacium in scripturis admittitur: omnis eorum uacillabit auctoritas.

Beati Augustini ad Hieronymum de interpretatione grecorum scriptorum puocantis: & de supflua post. lxx. in-
 terpres editione ac de expositione epistolæ ad galathas carpentis. Epistola. CIII.

d Omino

*Humulariis
Humus adulter*

Amifer paulus.

Si uita comes fuerit

Omino dilectissimo & cultu sincerissimo charitatis obsequendo atq; amplectendo fr̄i & cōpresby-
 tero Hieronymo Augustinus. Nunq̄ æque quisq̄ tā facile cuiuslibet innotuit: q̄ mihi tuor̄: i domo stu-
 dior̄: queta læticia: & uere exercitatio liberalis: quanq̄ ergo percipiā oīno te nosse: tamē exiguū qd̄
 dā tui munus hēo: præsentā uidelicet corporis quā ipsā etiā postea q̄ te beatissimus nunc episcopus
 tūc uero iā episcopatu dignus frater Alpius uidit: remeāsq; a me uisus ē negare nō possū) magna ex parte mi-
 hi cē relatu eius ipressā: & ante reditū cū te ille ibi uidebat: ego uidebā: sed oculis eius. Nō. n. aīo me atq; illū sed
 corpore duos q̄ nouerit: dixerit: cōcordia dūtaxat & familiaritate fidissima: nō meritis q̄bus ille atecellit. Quia
 ergo me primitus coione spūs quo in unū nitimur: deinde illius ex ore iā diligis: nequaq̄ ipudēter q̄si aliq̄s igno-
 tus cōmēdo germanitati tuæ fr̄em pfutur̄: quē n̄ris conatibus: deinde adiutorio tuo uere pfutur̄: spamus. Ni-
 si forte qd̄ talis est: ut ipse tibi per eū siā cōmēdatior: q̄ ille per me. Hactenus fortasse scribere debuerā: si cē uellē
 epistolay solenniū more cōtētus: sed scater animus in loquelas coicandas tecū de studiis n̄ris quæ habemus in
 Christo Iesu domio n̄ro: qui nobis multas utilitates & uariā quædā demōstrati a se itineris etiā p̄ tuā charitatē
 nō mediocriter ministrare dignat̄: Petimus ergo & nobiscū petit oīs africanay ecclesiay studiosā societas: ut in
 interpretādis eor̄ libris qui græce scripturas n̄ras q̄ optime tractauerūt curā atq; opam ipēdere nō graueris. Po-
 tes enī efficere: ut nos quoq; hēamus illos tales uiros: & unū potissimū: quē tu libentius in tuis litteris sonas. De
 uertendis aut̄ in linguā latinā sanctis l̄ris canonicis laborare te nollem: nisi eo mō quo Iob interpretatus es: ut si
 gnis adhibitis quid inter hanc tuā: & lxx. quor̄ est grauissima auctoritas: interpretationē distet̄ appareat. Sa-
 tis aut̄ nequeo mirari: si aliquid adhuc in hebraicis l̄ris & exēplariis inuenitur. qd̄ tot interpretes illius linguæ
 p̄tissimos fugerit. Omitto enim. lxx. de quor̄ uel consiliū: uel maioris spūs concordia: quasi unus hō esset: nō au-
 deo in aliquā partē certā ferre sniam: nisi qd̄ eis præminentē auctoritatē in hoc munere sine cōtrouersia tribuē
 dam existimo. Illi me plus mouent: qui cū posteriores interpretarent̄: & uerbor̄ locutionūq; hebræay: uia atq;
 regulas mordacius ut fertur: tenent: nō solū inter se nō cōsenserunt: sed etiam reliq̄runt multa: quæ tanto post
 eruenda & prodēda remanent. Si. n. obscura sunt: te quoq; in illis falli posse creditur: Si manifesta: illos in eis
 falli potuisse nō creditur. Huius igitur rei pro tua charitate expositis causis: certū me facias obsecrauerim. Legi
 etiā quædā scripta quæ tua dicerentur: in epistolas apostoli Pauli: q̄ ad galathas cū enodare uelles: uenit ī ma-
 nus locus ille: quo apostolus Petrus a p̄niciosa simulatione reuocatur. Ibi patrociniū mēdaciū susceptū esse: uel a
 te tali uiro: uel a quoptā: si alius illa scripsit. Fateor nō mediocriter: donec resellantur: doleo: si forte reselli possūt
 ea quæ me mouent. Mihi. n. uidetur exitiosissime credi: aliquid in sanctis libris hēri mēdaciū. i. eos hoīes p̄ quos
 nobis illa scriptura ministrata est: atq; cōscripta aliquid in libris suis fuisse mentitos: Alia quippe quæstio est: sit
 ne aliquando mentiri uiri boni: & alia quæstio est: utrū scriptorem sanctay scripturay mentiri oportuerit: imo
 uero nō alia: sed nulla est quæstio. Admissio enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mēda-
 cio: nulla illoꝝ libror̄ particula remanebit: quæ non ut cuiq; uidebitur uel ad mores difficilis: uel ad fidē incre-
 dibilis: eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consiliū officiiq; referatur. Si enim mentiebat̄
 apostolus paulus cum apostolum petrū obiurgans diceret: si tu cum sis iudæus: gentiliter & non iudaice uiuis:
 quēadmodū cogis gentes iudaizare? & recte illi uidebatur petrus fecisse: quem non recte fecisse & dixit: & scri-
 psit ut quasi aīos tumultuantium deliniret: quid respondebimus: cum exurrexerint peruersi hoīes prohibentes
 nuptias quos futuros ipse pronunciauit: & dixerint totum illud quod idem apostolus de matrimoniis: iure fir-
 mando locutus est propter hoīes qui dilectione coniugum tumultuari poterant: fuisse mentitum: scilicet nō qd̄
 hoc senserit: sed ut illoꝝ placaretur aduersitas. Non enim opus est: multa cōmemorare: possunt enim uideri eti-
 am de laudibus dei esse officiosa mendacia: ut apud hoīes pigriores dilectio eius ardeat: atq; ita nusq̄ certa erit
 in sanctis l̄ris caste ueritatis auctoritas. Nonne attendimus eundem apostolum cum ingenti cura ueritatis cō-
 mendandæ dicere. Si aut̄ christus non resurrexit: inanis est prædicatio n̄ra: inanis est & fides uestra. Inuenimur
 aut̄ & falsi testes dei: quia testimonium diximus aduersus deum quod suscitauit Christum: quem non suscita-
 uit. Siquis huic diceret: qd̄ in hoc mendacio phor̄rescis: cum id dixeris: qd̄ etiam si falsum sit: ad laudem dei ma-
 xime pertinet. Nonne huius detestatus insaniam quibus posset uerbis & significationibus in lucem penetrabilia
 sui cordis aperiret̄: clamans: non minore aut fortasse etiam maiore scelere in deo laudari falsitatem q̄ ueritatem
 uituperari? Agendum est igitur ut ad cognitionem diuinay scripturay talis hō accedat: qui de sanctis libris tā
 sancte & ueraciter existimet: ut nolit aliqua eor̄ parte delectari per officiosa mendacia: potiusq; id qd̄ non intel-
 ligit transeat: q̄ cor suum præferat illi ueritati. Profecto enim cum hoc dicit: credi sibi expetit: & id agit: ut diui-
 narum scripturarum auctoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuscūq; uiribus quas dominus sugge-
 rit: oīa illa testimonia quæ adhibita sunt astruendæ utilitati mendaciū aliter oportere intelligi ostēderē: ut ubiq;
 eor̄ firma ueritas doceretur. Quam enim testimonia mendacia esse non debent: tam non debent fauere mēda-
 cio. Sed hoc intelligentiæ tuæ relinquo. Admota enim lectiōni diligentiori consideratione: multo id fortasse fa-
 cilis uidebis q̄ ego. Ad hanc autem considerationem coget te pietas: q̄ cognoscis fluctuare auctoritatem scrip-
 turarum diuinarum: ut in eis quod uult: quisq; credat: quod non uult: non credat: si semel fuerit persuasum ali-
 qua illos uiros per quos nobis hæc ministrata sunt in scripturis suis officiole potuisse mentiri: nisi forte regulas
 quasdam daturus es: quibus nouerimus ubi oporteat mentiri: & ubi non oporteat. Quod si fieri potest: nullo
 modo mendacibus dubiisq; rationibus id explices quæso: nec me onerosum aut impudentem iudices: per hu-
 manitatē ueracissimā domini n̄ri: Nā ut nō dicā nulla: certe nō magna culpa meus error ueritati fauet: si recte ī
 te ueritas pot̄ fauere mēdacio. Multa alia cū sincerissimo corde tuo loqui cuperē: & de christiano studio cōferre:

sed huic desiderio meo nulla epistola satis est. Vberius id possum per fratrem quem miscendum & alendum dulcibus atque utilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo: & tamen quantum uellem nec ipse quod eius pace dixerim: forsitan capit: quod in nihilo me illi praeulerim. Ego enim me fateor tui capaciorem: sed ipsum uideo fieri pleniorum: quo me sine dubitatione antecedit: & postea quod redierit: quod domino adiuuante prospero fiat cursu: cum eius pectoris abs te cumulatim particeps fuero: non erit impleturus quod in me adhuc uacuum erit: atque auidum sensuum tuorum. Ita fiet: ut ego etiam tunc egentior sim: ille copiosior. Sane idem frater aliqua scriptura nostra fert secum: quibus legendis si dignatione adhibueris: etiam sinceram fraternamque seueritatem adhibeas quaeso. Non enim aliter intelligo quod scriptum est. Emendabit me iustus in misericordia: & arguet me: oleum autem pectoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat obiurgator sanans: quam adulator ungens caput. Ego autem difficillime bonus iudex lego quod scripserim: sed aut timidior recto aut cupidior. Video etiam interdum uitia mea: sed ea malo audire a melioribus: ne cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandior: & meticulosam mihi uidear in me potius quam iustam tulisse sententiam.

Eiudem ad eundem de rescriptione libri uiroque illustri: & de eodem capitulo apostoli ad galathas: cuius inscribitur argumentum. Librum uiroque illustri commendat: sed incongrue putat epitaphium appellari: cum etiam uiuentium inscribantur opuscula. Monet quoque Hieronymum: ut expositionem suam in apostolum ad galathas ingenua seueritate emendet: ne omittendo officiosa mendacia: scripturae obroget auctoritatem: suam de ea re sententiam aperit: putans instituta legalia sicut conuersis ex gentibus: pernitiosa: sic natura iudaeis fuisse promissa dummodo in illis non ponerentur spe salutis. In fine uero errores Origenis ostendit: & catalogum haereticorum rogat describi.

Epistola Augustini ad Hieronymum. CV.

Domino dilectissimo & cultu sincerissimo charitatis obseruando: atque amplectendo fratri & conpresbytero Hieronymo Augustinus in domino salutem. Hec gratiam quam pro subscripta saluatione mihi plenam epistolam reddidisti: sed breuiorem multum: quam ex te uelle sumere. Tali uiro: a quo tempore quolibet occupet nullus sermo prolixus est. Quamquam itaque nos negotiorum alienorum: eorumque saecularium curis circumstemur: igitur tamen epistolae tuae breuitati facile non ignoscerem: nisi cogitare quod paucioribus uerbis meis redderet. Quare aggredere quaeso istam nobiscum seriam colloquutionem: nec multum ad nos disingentes liceat absente corporali. Quod si minus in domino spiritus unitate coniuncti: etiam si ab stilo quiescamus: & taceamus. Et libri quidem quos de horreo domini eo elaborasti: pene totum nobis te exhibet. Si enim propter te ea non nouimus: quia faciem corporis tui non uidimus: hoc modo nec ipse te nosti: nam tu quoque non uides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es: nisi quia nosti animam tuam: & nos cum non me diocriter nouimus in literis tuis: in quibus benedicimus dominum: quod tibi & nobis oribusque fratribus: qui tua legunt: te tale dedit. Liber quidem tuus inter cetera non diu est: quod uenit in manus nostras: & quae sit eius inscriptio: nescimus adhuc. Non enim hoc codex ipse ut assolet in liminari pagina praeterebat: epitaphium tamen appellari dicebat: si apud quem inuentus est: quod ei nomen tibi placuisse ut uideret: crediderimus: si eorum tantum hominum: uel uitas: uel scripta legissemus: qui iam defuncti essent. Cum uero multorum: & eo tempore: quo scribebat: & nunc usque uiuentium ibi commemorarentur opuscula: miramur cur hunc ei titulum: uel imposueris: uel imposuisse credaris. Tamen utiliter a te conscriptum: eundem librum satis approbamus. In expositione quoque epistolae pauli apostoli ad galathas inuenimus aliquid: quod nos multum moueat. Si enim ad scripturas factas admissa fuerint: uelut officiosa mendacia: quod in eis remanebit auctoritatis: Quare tandem de scripturis illis sententia profertur: cuius potestate contentiose falsitatis subruatur improbitas. Statim enim ut prolixius: si aliter sapit: qui contra nititur: dicit: illud quod prolatum est: honesto aliquo officio scriptorem esse meritum. Vbi enim hoc non poterit: si poterit in ea narratione: quam exorsus apostolus ait. Quare autem scribo uobis: ecce coram deo: quia non mentior credi affirmari: meritum: eo loco: ubi dixit de Petro & Barnaba: cum uideret quia non recte ingrediebantur ad ueritatem euangelii: Si enim recte ingrediebantur illi: iste meritum est. Si autem ibi meritum est: ubi uerum dixit: An ibi uerum dixisse uidebitur: ubi hoc dixerit: quod lector sapit. Cum uero contra sensum lectoris aliquid occurrerit: officioso mendacio deputabitur. Non enim deesse poterunt causae: cur existimetur: non solum potuisse: uerum etiam debuisse mentiri: si huic regulae conceditur locus. Non opus est hanc causam multis uerbis agere: praesertim apud te: cui sapienter providenti dictum satis est: nequaquam uero mihi arrogauerim ut ingenium tuum diuino dono auro: meis obolis ditare contendam: nec est quisquam magis te idoneus qui opus illud emendet: neque enim a me docendus es: quomodo intelligatur: quod idem dicit: factus sum iudaeus tanquam iudaeus: ut iudaeos lucrifacere: & cetera: quae ibi dicuntur: compassione misericordiae non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam aegrotus qui ministrat aegrotis: non cum se febres habere mentitur: sed cum animo condolens cogitat: quemadmodum sibi seruire uellet: si ipse aegrotaret: nam utique iudaeus erat: christianus autem factus: non iudaeorum sacramenta reliquerat: quare conuenienter ille populus: & legitimo tempore quo oportebat: acceperat. Ideoque susceperat ea celebranda: cum iam christi esset apostolus: ut doceret non esse pernitiosa iis: qui ea uellent sicut a parentibus per legem acceperant custodi re: etiam cum in christo credidissent: non tamen in eis etiam constituerent spem salutis: quoniam per dominum Iesum salus ipsa: quae ipsis sacramentis significabatur: aduenerat. Ideoque gentilibus quod in uetus a fide reuocarent onere graui & non necessario nullo modo imponenda esse censebat. Quare uapropter non ideo Petrum emendauit: quod paternas traditiones: obseruaret: quod si facere uellet: nec mendaciter: nec incongrue faceret: quis enim iam superflua: tamen solita non nocerent. Sed quoniam gentes cogebat iudaeizare: quod nullo modo possent: nisi ea sic agerent: tanquam adhuc etiam post domini aduentum necessaria saluti forent: quod uehementer per apostolatam Pauli ueritas dissuasit. Nec apostolus Petrus hoc ignorabat: sed id faciebat: ut inens eos: qui ex circuncisione erant.

2

Ita & ipse uere correctus est. Et paulus uera narrauit: ne sancta scriptura: quæ ad fidem posteris edita est: admiffa auctoritate mendacii tota dubia nutet: & fluctuet. Nō. n. pōt aut oportet lris explicari: q̄ta & q̄ inexplicabilia mala cōsequant: si hoc cōcēserimus. Possēt aut opo: tunc: minusq; piculose demonstrari: si corā inter nos colleq; remur. Hoc ergo iudæos: Paulus dimiserat: qd̄ malū hēbāt. Et in primis illud: qd̄ ignorantes dei iusticiā: & suā iusticiā uolentes cōstitueri: iusticiæ dei: nō sunt subiecti. Deinde q; post passionē & resurrectionē Christi: dato ac manifestato sacro gratiæ secundū ordinē Melchisedech adhuc putabāt uetera sacra: nō ex cōsuetudine solēnitatis: sed ex necessitate salutis esse celebrāda: quæ tamē si nunq̄ fuissent necessaria: infructuose atq; inaniter p̄ eis Machabæi martyres fierent. Postremo illud qd̄ prædicatores græ christiāos: Iudei tanq̄ hostes legis p̄sequēbant: hos atq; huiusmodi errores & uitia dicit se dānare: & ut stercora arbitratū: ut christū lucrifaceret: non obseruatiōes legis: si more patrio celebrarent: sicut & ab ipso celebrata sūt: sine ulla salutis necessitate: nō sicut iudæi celebrādas putabā: aut fallaci simulatiōe: qd̄ in Petro reprehēderat. Nā si p̄pterea illa sacra celebrauit: q̄a simulauit se iudæū: ut illos lucrifaceret: cur etiā nō sacrificauit cū gētibus: q̄a & iis: qui sine lege erāt: tanq̄ sine lege factus est: ut eos quoq; lucrifaceret: nisi q̄a & illud fecit: ut natura iudæus: & hoc totū dixit: nō ut fallaciter se fingeret esse qd̄ nō erat: sed ut misericorditer eis ita subueniēdū esse sc̄tiret: ac se ipse in eodē errore laboraret: nō sc̄licet mētientis astutia: sed cōpatiētis affectu. Sed eo ipso loco generaliter intulit: factus sū infirmis infirmus: ut infirmos lucrifaceret: ut sequens cōclusio: oibus oīa factus sū: ut oēs lucrifaceret: ad hæc referēda intelligatur: ut cuiusq; infirmitatē tanq̄ in se ipso miseratus appareat. Nō. n. & cū diceret: quis infirmatur: & ego nō infirmor: infirmitatē alterius simulasse potius q̄ cōdoluisse uolebāt intelligi. Quare aripe obsecro te genuā & uere christianā cū charitate seuaritate ad illud opus corrigendū atq; emendandū: & *ωαλινοδία* ut dicitur cane: In cōparabiliter. n. pulchrior est ueritas christianorū: q̄ Helena græcorū. Pro ista. n. fortius nr̄i martyres aduersus hanc Sodomā: q̄ pro illa Heroes aduersus Troiā dimicauerunt. Neq; ego hoc idē dico: ut oculos cordis recipias: que absit ut amiseris: sed ut aduertas: quos cū hēas sanos & uigiles: nescio qua dissimulatiōe auertisti: ut nō intenderes: quæ cōsequantē aduersa: si semel creditū fuerit posse honeste atq; pie accipi: scriptorē diuinorū librorū in alia qua sui opis parte mentiri. Scripserā iā hinc aliquādo ad te epistolā: quæ nō perlata est quia nec is prexit: cui p̄ferendā tradiderā: ex qua illud mihi suggestū est: cū istā dicitare: qd̄ in hac quoq; prætermittere nō debui: ut si alia est snia tua: eadēq; melior: timori meo libenter ignoscas. Si enim aliter sentis: uerūq; tu sentis: nam nisi ueritas sit: melius esse non pōt: ut nō dicā nulla certe nō magna culpa: meus error ueritati fauet: si recte in quoq; ueritas pōt fauere mendacio. De Origene aut qd̄ rescribere dignatus est: iā sciebā: non tantum in ecclesiasticis lris: sed i oibus recta & uera quæ inuenerimus approbare atq; laudare: falsa uero & praua improbare atq; reprehendere. Sed illud de prudentia doctrinaq; tua desiderabam: & adhuc desidero: ut nota nobis facias ea ipsa eius errata: quibus a fide ueritatis ille uir tantus recessisse cognoscitur. In libro etiam quo cunctos quoq; meminisse potuisti scriptores ecclesiasticos & eos scripta cōmemorasti: cōmodius fieret: ut arbitror: si nominatis eis quos hæc resarchas esse nosti: quando ne ipsos quidem prætermittere uolueris: subiungeres etiam in quibus cauendi essent: q̄q; non ullos etiam prætermiseris: qd̄ scire cuperem: quo consilio factum sit. Aut si illud uolumen forte onerare noluisti: ut commemoratis hæreticis non adderes: in quibus eos catholica damnarit auctoritas: quæ lo ne graue sit lfarrio labori tuo: quo non mediocriter per domini nostri gratiam in latinam linguam sanctorū studia & accendisti & adiuuisti: id quod ibi per humilitatem meam fraterna charitas indicuit: ut si occupationes tuæ sinunt oium hæreticorū diuersa dogmata: qui rectitudinem fidei christianæ usq; ad hoc tempus uel impudentia uel pertinacia deprauare conati sunt: uno libello breuiter digesta edas in notitiam eorum: quibus autem nō uacat propter negocia: aut nō ualent propter alienam linguam tam multa legere atq; cognoscere. Diu te roga rem: nisi hoc soleret esse indicium minus de charitate præsumptis. Nunc in terea fratrem nostrum in Christo paulum multū commendo benignitati tuæ: cuius in nr̄is regionibus existimatiōi bonū corā deo testimonium

Palmodia

perhibemus.

Argumentum.

AD duas priores epistolas rescripta postulat: miratur q; noua eius editio libri Job ex hebræo a ueteri secundū. lxx. interpretes dissonaret: hortat ut potius uterē editionē græcā secundū. lxx. latine ueritati reddat p̄ illos auctoritatē etiā ab apostolis approbatā: q̄ nouā textat ex hebræo: q̄ ecclesia haud facile sit receptura.

Beati Augustini episcopi ad beatū Hieronymū presbyterū ad rescribēdū prouocatis & ad interpretationē scripturarū ex græco secundum. lxx. interpretes exhortantis. Epistola. CVI.

Domino uenerabili & desiderabili sancto fratri & cōpresbytero Hieronymo Augustinus in domio salutē. Ex quo cœpi ad te scribere: aut tua scripta desiderare: nunq̄ mihi occurrit occasio: q̄ ut p̄ dei seruū ac minist̄y fidelissimū mihiq; p̄charissimū mea tibi offerretur epistola: qualis filius nr̄i Cyprianus diaconus. per hunc certe ita spero lras tuas: ut certius in hoc res; genere quicq̄ sperare nō possim. Nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit: nec gratia in promerendis: nec diligentia in custodiendis: nec alacritas in perferendis: nec fides in reddendis: tantum si aliquo modo merear. Adiuuet domius & ad sit cordi tuo & desiderio meo: ut fraternam uoluntatem nulla maior uoluntas impediatur. Quia duas ergo iā epistolas misi: nullam autem tuam postea recepi: eadem ipsas rursus mittere uoluit: credens eas non peruenisse. Quæ si & peruenierunt: ac fortasse tuæ potius ad me minime peruenire potuerunt: ea ipsa scripta quæ iam misisti: iterum mitte: si forte referuata sunt. Sin minus rursus dicta quod legam: dum tamen his respondere ne graueris: quod iam diu est ut expecto: primas etiam quas ad te adhuc presbyter lras præparaueram mittendas per quendam fr̄em nr̄m profuturū: qui postea nobis collega factus iam ex hac uita migrauit: nec eas tunc

*Asteriscus
Obelus.*

ipse pferre potuit: q̄a cōtinuo dū p̄fici disposuit: episcopatus sarcina detētus: ac deide in breui defūctus ē: etiā nūc mittere uoluit: ut scias in tua colloq̄a q̄ oli inardesc̄a: quā uī patiar: q̄ a me tā lōge absūt sēsus corporis tui: p̄ quos adire possit ad aīum tuū aīus meus mi s̄i dulcissime & ī domini mēbris honorāde. In hac aut̄ epistola hoc addo: qd̄ postea didicimus ex hebræo loba te interpretatū: cū iā quādā hēremus interpretationē tuā eiusdē p̄pheta ex græco eloq̄o uersā in latinū: ubi tamē asteriscis notasti: quæ in hebræo sūt: & in græco defūt: obelis aut̄ quæ in græco inueniunt: & in hebræo nō sūt tā mirabli diligētia: ut quibsdā in locis ad uerba singulas stellas si gnificātes uideamus eadē uerba eē in hebræo: in græco aut̄ nō esse. Porro in hac posteriore interpretationē: quæ uersā ē ex hebræo: nō eadē uerborū fides occurrit: nec par̄ turbat cogitatē: uel cur in illa priā tāta diligētia figā tur asterisci: ut minimas etiā particulas ofonis indicēt deesse codicibus græcis quæ sūt in hebræis: uel cur in hac altera quæ ex hebræis est: negligētius hoc curatū sit: ut nō eadē particula locis suis inuenirent: aliqd̄ inde exē pli grā uolui ponere. Sed mihi ad horā codex defuit: qui ex hebræo est. Verūtāmē q̄a prauales īgenio: nō solū qd̄ dixerim: uerū etiā qd̄ dicere uoluerim: satis ut opinor itelligis: ut causa rēdita qd̄ mouet: rēdisseras. Ego sane tē mallē græcas potius canonicas nobis it̄pretari scripturas: quæ .lxx. it̄pretū auctoritate p̄hibent. Perduz .n. erit si tua it̄pretatio p̄ multas ecclesias frequētius cōperit lectitari: qd̄ a græcis ecclesiis latinæ ecclesia dis sonabūt: maxie q̄a facile cōtradictor cōuincit: græco plato libro. i. linguæ notissima. Q̄ uisq̄ aut̄ in eo: qd̄ ex hebræo trāslatū est aliquo insolito p̄motus fuerit: & falsi crimē intēderit: uix aut̄ nunq̄ ad hebræa testimonia p̄ uenit: q̄bus defēdat̄ obiectū. Q̄ uod si etiam p̄uentum fuerit: tot latinæ & græcæ auctoritates dānari: quis se rat: Huc accedit: quia etiā cōsuli hebræi possūt aliqd̄ respōdere: ut tu solus necessarius uidearis: q̄ etiā ipsos pos sis cōuincere: sed tamē q̄ iudicet: miq̄ si potueris inuenire. Nā qdā frater n̄r episcopus cum lectitare constituis set ī ecclesia: cui præst̄ interpretationē tuā: mouit qdā lōge aliter abs te positū apud Ionā p̄phetā: q̄ erat oīum sensibus memoriæq̄ inueteratū: & tot atatū successiōibus decātatū. Factus est aut̄ tātus tumultus ī pl̄be: ma xime græcis arguētibus & inclamatibus calūniā falsitatis: ut cogere episcopus ciuitatis iudæorū testimoniū fla gitare. Vtrū aut̄ illi īperitia an malitia: hoc esse in hebræis codicibus respōderunt: qd̄ & græci & latini hēbant: atq̄ dicebant. Q̄ uid plura: coactus est hō uelut mēdositate corrigere uolens post magnū periculū nō remane re sine pl̄be: unde etiā nobis uidet̄ aliquando te quoq̄ in nōnullis falli potuisse: & ut de hoc quale sit in eis lris quæ nō possunt collatis usitatæ linguæ testimoniis emēdari. Proinde non paruas deo gr̄as agimus de opere tuo: q̄ euangelium ex græco interpretatus es: quia pene in oibus nulla offēnsio est: cum scripturā græcā cōtule rimus. Vnde si quisq̄ ueteri falsitati cōtēntiosus fauerit: prolatis collatisq̄ codicibus: uel docetur facillime uel re fellitur. Et si quādā rarissima merito mouent quis tā durus es: qui labori tā utili nō facile ignoscat: cui uicē lau dis referre nō sufficit: Q̄ uid tibi aut̄ uideatur: cur ī multis aliter se hēat hebræorū codicū auctoritas: aliter græ corū: quæ dicitur .lxx. uelle dignareri aperire. Neq̄ .n. paruū pondus habet illa: quæ sic meruit diffamari. Et q̄a uos apostolos: non solum res ipsa indicat: sed etiā te attestatū esse memini: ac p̄ hoc plurimum profueris: si eam scripturam græcā: quā .lxx. opati sūt: latinæ ueritati reddideris: quæ in diuersis codicibus ita uaria est: ut tolle rari uix possit: & ita suspecta: ne in græco aliud inueniatur: ut inde aliquid proferret: aut probare dubitetur. Bre uem purabam futuram hanc epistolam: sed nescio quō ita mihi dulce factum est in ea progredi ac ī tecū loque rer. Sed obsecro per dominum: ne te pigeat ad oia responderē: & præstare mihi quantum potueris: præsentiā tuam.

Argumentum.

Secentet Hieronymus tribus epistolis sub titulo quæstionum sua opuscula esse reprehensa: & ad sin gula quæq̄ respōdet. Libz̄ de ecclesiasticis scriptoribus nō epitaphiū ut ille opinabatur: sed de illustri bus uiris asserit prænnotatum. Suā expositionē epistolæ de reprehensione petri in epistola ad galathas: & aucto ritate ueterū & ex apostolicis actibus cōfirmat. Cōtra uero Augustini sn̄iam inter eos qui ex gentibus uel ex cir cuncisione crediderant improbat: dicens illam chæriti & Ebionis hæresi conuenire. In fine uero suā interpreta tionem ex hebræo tanq̄ ecclesiæ fructuosam tuctur obiecta refellens.

Beati Hieronymi ad augustinū ad tres priores respōsua de titulo uiroz̄ illustriū: de expositionē epistolæ ad ga lathas: & de suā ex hebræo scripturæ traductione. Epistola. CVII.

Omino uere scō & bñssimo papæ Augustino Hieronymus in christo. Tres simul epistolas imo bre ues libellos p̄ diaconū cyprianū tuæ dignationis accepi: diuersas ut tu noīas q̄stiones: ut ego sentio reprehēsiōes meoz̄ opusculoz̄ cōtinentes: ad quas si respōdere uoluerō: libri magnitudie opus erit: tamē conabor quātū facere possū: modū nō egredi epistole lōgioris: & festināu s̄i morā nō facere: q̄a aīe tridūū q̄ p̄fectus erata me epistolas flagitauit: ut pene in procinctu hæc q̄liacūq̄ sūt efficere cōpellat: & tumultuario respōdere sermone: nō maturitate scribentis: sed dictātis temeritate: q̄ pl̄rūq̄ nō in doctrinā sed in casū uertit: ut fortissimos quoq̄ milites subita bella conturbant: & an̄ cogunt fugere: q̄ possint arma corripere. Ceterū n̄ra armatura christus est: & apostoli Pauli institutio: qui scribit ad ephesios. Assumite arma dei ut possitis resistere in die malo: & rursum: State succincti lumbos uos in ueritate: & induti lorica iusticia: & calciati pedes in præ parationē euangelij pacis sup̄ oia accipientes scutū fidei: in quo possitis uniuersa tela maligni ignita extingue re: & galeā salutis assumite: & gladiam spūs: qd̄ est uerbum dei. His quondam telis rex David armatus proce debat ad prælium: & quinq̄ lapides de torrente accipiens leuigatos: nihil asperitatis & sordium inter huius sæ culi turbines in sensibus suis esse monstrabat: bibens de torrente in uia: & iccirco exaltatus caput superbissimū Goliā suo potissimū mucrone truncauit: pcutiens in frōte blasphemū: & in ea parte corporis uulnerās: in q̄ & præ sumptor sacerdotii Ozias lepra pcutitur: & factus gloria in domino dicens: signatū est sup̄ nos lumen uultus tui dominet

tui domine. Dicamus & nos: paratū cor meū deus: paratū cor meū: cantabo & psallā i gloria mea. Exurge psalteriū & cithara: exurgā diluculo: ut i nobis possit ipleri. Apios tuū: & ego i plebo illud: & dominus dabit uerbu euāgelizantibus uirtute multa. Te quoq; ipsū orare nō dubito: ut iter nos cōtendentes ueritas supet. Non enim tuā qris gloriā sed christi: cūq; tu uiceris: & ego uincā: si meū errorem itellexero: & ecōuerso me uincētē tu supas: qā nō filii parētibus sed parētes liberis thesaurizāt. Et in paralipomeno libro legimus: q; filii israel ad pugnadū pcesserint mēte pacifica: iter ipsos quoq; gladios: & effusiones sanguinis & cadauera pstratorū: nō suā sed pacis uictoriā cogitantes. Respondeamus igit ad oīa: ac multiplices q̄stiones breui si deus iusserit sermone solua mus. Prætermitto salutationis officia: quibus meū demulces caput. Taceo de blāditiis: quibus reprehensionē mei niteris cōsolari. Ad ipsas causas ueniā: Dicis accepisse te librū meū a quodā fratre q̄ titulū nō habereti quo scriptores ecclesiasticos tā graecos q̄ latinos enumeraueri. Cūq; ab eo q̄reres: ut tuis uerbis utar: cur liminaris pagina nō esset inscripta: uel quo censeret noīe: respōdit se appellari epitaphiū: & argumētariis q̄ recte uocaret: si eoz; tantū uel uitas uel scripta ibi legisses: qui iā defūcti essent. Cū uero multoz; in eo tēpore quo scribebat: & nunc usq; uiuentiū: ibi cōmemorarent opulculas: mirari te dicis: cur ei hunc titulū iposueri. Puto itelligere prudentiā tuā: q; ex opere ipso titulū potueris itelligere. Legisti eni & graecos: & latinos qui uitas uiroz; illustriū descripserunt: qd' nunq̄ epitaphiū huic opi iscripserint: sed de illustribus uiris: uerbi gratia ducibus: philosophis: oratoribus: historicis: poetis: episcis: tragicis: comicis. Epitaphiū aut proprie scribit mortuoz;. Quod quidē in dormitione sancte memorie Nepotiani presbyteri oli fecisse me noui. Ergo hic liber de illustribus uiris uel proprie de scriptoribus ecclesiasticis appellāndus est: licet a plarissq; emēdatoribus i peritis de auctoribus dicat inscriptus. Secūdo loco qris dixerit in cōmētariis epistolae ad galathas paulū id ipetro nō potuisse reprehendere: quod ipse fecerat: nec i alio arguere simulationē: cuius ipse tenebat reus: & asseris reprehensionē apostolicā nō fuisse dispensatoriā sed uerā: & me nō debere docere mendaciū: sed uniuersa q̄ scripta sunt ita sonare: ut scripta sint. Ad q̄ primū respondeo debuisse prudentiā præfatiūculae cōmentarioz; meoz; meminisse dicētis ex plona mea. Quid igit ego stultus aut temerarius: q̄ pollicear qd' ille nō potuit: minime: quin potius i eo mihi uideor cautior: atq; timidior: q; ibecillitatē uiriū meaz; sentiēs: Origenis cōmentarios sū secutus. Scripsit eni ille uir in epistola Pauli ad galathas quinq; proprie uolumina: & decimū stromatū suoz; libroz; comatico sup expletionē eius sermone cōpleuit. Tractatus quoq; uarios & excerpta q̄ uel sola possent sufficere cōposuit. Prætermitto Didymū uidentē meū & Apollinarē laodicenū de ecclesia nup egressū: & Alexandrū ueterē hāreticum Eusebiū quoq; emisenū & Theodorū heracleotē: q; ipsi nōnullos sup hac re cōmentarios reliq̄rūt. E quibus si pauca decerpere fieret aliqui: quod nō penitus contēneret. Itaq; ut simpliciter fatear: legi hęc oīa: & in mente mea plurima coaceruans: accito notario: uel mea uel aliena dictaui: nec ordinis nec uerboz; interdū: nec sensuū memor. Iā domini misericordiae est: ne p imperitiā nostrā ab aliis benedicta dispāreant: & nō placeant inter extraneos: q̄ placent inter suos. Si qd' igit reprehensione dignū putaueras in explanatione nostra: eruditionis tua fuerat q̄rere: ut tū ea quæ scripsimus haberent in graecis ut si illi non dixissent: tunc meā proprie sententiā cōdēnare: præserti cū libere præfatione cōfessus sim Origenis cōmentarios me esse secutū: & uel mea uel aliena dictasse. Et in fine eiusdē capituli: qd' reprehēdis scripseri. Sicui nō placet iste sensus: quo nec Petrus peccasset: nec Paulus procaciter ostēditur arguisse maiore: debet exponere: q̄ consequentia Paulus in altero reprehēdat: quod ipse cōmisit. Ex quo ostēdi me nō definite id defendere: quod i graecis legerā: sed ea expressisse q̄ legerā: ut lectoris arbitrio derelinquerē: utrū pbanda essent an iprobanda. Tu igit ne qd' ego petierā: nō faceres nouum argumentū reppisti: ut asseres gentiles: qui in christū credidissent: legis onere liberos: eos aut qui ex iudæis crederent legi esse subiectos: ut p utrorūq; psonā: & Paulus recte reprehēderet eos: qui legē seruarent: q̄si doctor gētū. Et Petrus iure reprehēderet qui princeps circūcisionis: id ipauerit gētibus quod soli qui ex iudæis erant debuerunt obseruare. Hoc si placet: imo quia placet: ut quēq; credunt ex iudæis: debitores sint legis faciēdæ: tu & ut episcopus in toto orbe notissimus: debes hanc pnuulgare sententiā: & in assensū tuū oēs coepiscopos tradere. Ego i paruo tuguriūculo: cū monachis. i. cū cōpeccatoribus meis de magnis statuere nō audeo: nisi hoc in genue confiteri: me maiore scripta legere: & in cōmentariis secundū oīum consuetudinē uarias ponere explanationes ut e multis sequat unusq; qd' uelit. Quod quidē te puto i seculari litteratura: & i diuinis libris legisse: & probasse. Hęc aut expositionē quā primus Origenes in decimo Stromatū libro: ubi epistola pauli ad galathas interpretat: & ceteri deiceps interpretes sūt secuti: illa uel maxime causa subitroducūt: ut Porphyrio respondeat blasphemati: q̄ pauli arguit peccitatē: q; p̄cipē apostolorū petrū aulus est iprehēdere: & arguere i faciē: ac rōne cōstrigere: q; male fecerit. i. eo errore fuerit: i quo fuit ipse: q̄ aliū arguit delinquentē. Quid dicā de Ioāne: q̄ dudū i pōsicali gradu cōstātinopolitanā rexit ecclesiā: & pprie sup hoc capitulo latissimū exarauit librū: in quo Origenis & uetoz; sententiā est secutus. Si igit me reprehēdis errāte: patere me q̄so errare cū talibus: & cū erroris mei multos socios hīc ppexeris: tu ueritatis tuæ saltē unū ad stipulatorē pferre debebis. Hoc de explanationē unius capituli epistolae ad galathas. Sed ne uidear aduersus rōnē tuā niti testiū nūcro & occasione uiroz; illustriū subterfugere ueritatē: nec manū audere cōserere: breuiter de scripturis exēpla pponā: in actibus apostolorū uox facta est ad petrū dicens: surge petre occide: & māduca. i. oīa aialia q̄ dru pedū & serpentiū terræ: & uolatiū cæli. Quo dicto ostēdit nullū hoīem secūdū naturā esse pollutū: sed eq̄lites omnes ad christi euangeliū puocari. Ad quod petrus respōdit absit. Quia nunq̄ māducaui cōmune & imundū. Et uox ad eū de cælo facta est dicēs: quæ deus māducauit tu ne cōmune dixeris. Iuit itaq; caesareā: & ingressus ad Cornelīū aperiens os suū dixit i ueritate cōpeti: qā nō est psonaz; acceptor deus: sed i omni gēte q̄ timet eū: & opat iusticiā: acceptus

Epist.

Ita uox Epitaphium

Legimus

est illi. Deniq; cecidit spiritus sanctus super eos & obstupuerunt ex circuncisione fideles qui uenerant cum Petro: q; & in nationes gratia spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: nunquid aqua quis prohibere potest ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt: sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine iesu christi. Au-
dierunt autem apostoli & fratres qui erant in iudaea: quia & gentes acceperunt uerbum dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam: disceptabant aduersum illum: qui erant ex circuncisione dicentes: quare introisti ad uiros praeputium habentes & manducaisti cum illis? Quibus omni ratione exposita: nouissime orationem suam hoc sermone concludit: si ergo eadem gratia dedit illis deus: sicut & nobis qui credidimus in dominum iesum christum: ego quis eram qui posse prohibere deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt deum dicentes. Ergo & gentibus poenitentia deus ad uitam dedit. Rursum cum multo post tempore paulus & Barnabas uenissent Antiochiam: & congregata ecclesia retulissent: quia fecisset deus cum illis: & quia apuisset deus gentibus ostium fidei: quidam descendentes de iudaea docebant fratres: atque dicebant: nisi circumdamini secundum morem Moysi: non potestis salui fieri. Comota igitur seditione non minima aduersus paulum & Barnabam: statuerunt ascendere: & ipsi qui accusabant: & hi qui accusabant ad apostolos & presbyteros hierosolymam super hac questione. Cumque hierosolymam prexissent exurrexerunt: quidam de haereticis pharisaeorum qui crediderant in christum dicentes. Oportet circumcidi eos: & praecipere illis: ut seruet legem Moysi. Et cum magna super hoc uerbo oriret questione: petrus solita libertate. Viri inquit fratres uos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum ad dire uerbum euangelii: & credere: & qui nouit corda deus testimonium phibuit: dicens illis spiritum sanctum: sicut & nobis & nihil discreuit iter nos & illos fide purificans corda illorum. Nunc autem quid tentatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorum: quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri iesu christi credimus saluari: quem admodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo: & in sententiam eius iacobus apostolus & omnes simul presbyteri transierunt. Haec non debent molesta esse lectori: sed & mihi & illi utilia: ut probemus ante apostolum paulum non ignorasse petrum imo principem huius esse decreti: legem post euangelium non esse seruandam. Denique tanta auctoritatis petrus fuit: ut paulus in epistola sua scripserit. Deinde post annos tres ueni hierosolymam uidere petrum: & mansi apud eum diebus. xv. Rursusque in consequentibus post annos. xiiii. ascendi iterum hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & exposui eis euangelium: quod praedico in gentibus ostendens non habuisse securitatem praedicandi euangelium: nisi petri & qui cum eo erat fuisset sententia roboratum. Statimque sequitur. Separati autem his qui uidebantur aliquid esse: ne forte in uacuum currere aut cucurrissem. Quare separati & non publice? Ne forte fidelibus ex numero iudeorum qui legem putabant esse seruandam: & sic credendum in dominum saluatore: fidei scandalum nasceretur. Ergo eo tempore cum petrus uenisset antiochiam (licet hoc apostolorum acta non scribant: sed affirmanti paulo credendum sit) in facie illi paulus restitisse se scribit: quia reprehensibilis erat. prius enim quod uenirent quidam ab iacobis: cum gentibus edebat. Cum autem uenissent: subtraherebat se: & segregabat timens eos: qui ex circuncisione erant: & conseruerunt cum illo caeteri iudei: ita ut barnabas adduceret ab his in illam simulationem. Sed cum uidisset: inquit quod non recte ingrediebantur ad ueritatem euangelii: dixi petro coram omnibus. Si tu cum sis iudeus gentiliter & non iudaice uiuis: quomodo cogis gentes iudaizare? & caetera. Nulli ergo dubium est: quod petrus apostolus sententiam huius: cuius nunc praearica tor arguit: primus auctor extiterit. Causa autem praearicationis timor est iudeorum. Dicit enim scriptura: quod primum edebat cum gentibus. Cum autem uenissent quidam a iacobo: subtraherebat se: & segregabat: timens eos: qui ex circuncisione erant. Timet autem iudeos: quos erat apostolus: ne per occasionem gentiliu a fide christi recederent: & imitator pastoris boni perderet gregem sibi creditum. Sicut igitur ostendimus petrum bene quidem sensisse de abolitione legis moysae: sed ad simulationem obseruandae eius timor compulsum. Videamus an ipse paulus: qui alium arguit: tale quid fecerit. Legimus quidem in eodem libro: pambulabat autem paulus syriam & ciliciam: confirmans ecclesias: puenitque in Derbem & Listram: & ecce discipulus quidam erat ibi: nomine Timotheus filius mulieris iudaicae fidelis: patre autem gentili. Huius testimonium reddebant: qui in listris erant & Iconio fratres hunc uoluit paulus secum proficisci: & assumens circumcidi eum propter iudeos: qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset. O beate apostole paulus qui in petro reprehendas simulationem: quare se subtraxisset a gentibus propter metum iudeorum: qui a iacobo uenerant: cur Timotheum filium hominis gentilis utique & ipsum gentilem (neque enim iudeus erat qui non fuerat circumcissus) contra sententiam tuam circumcidere cogis? Respondebis mihi: propter iudeos: qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circuncisione discipuli uenientis ex gentibus: ignosce & petro praedecessori tuo: quod aliqua fecerit metu fidelium iudeorum. Rursus scriptum est: paulus uero cum adhuc sustinuisset dies multos: fratribus uale dicens: nauigauit syriam & cum eo priscilla & Aquila: & totondit sibi in Cenchris caput: uotum enim habuerat. Esto ut ibi timore iudeorum timore compulsum sit facere quod uolebat: quare comam nutriuit ex uoto: & postea eam in cenchris totondit ex lege: quod Nazarei qui se deuouerint iuxta praecipitum Moysi facere consueuerunt. Verum haec ad comparationem eius rei quae sequitur: parua sunt. Refert Lucas sacrae scriptor historiae: cum uenisset hierosolymam: libenter susceperunt nos fratres: & sequenti die iacobus & omnes seniores qui cum eo erant: euangelio illius comprobato dixerunt ei. Vides frater quot milia sunt in iudaea: qui crediderunt in christum: & hi omnes aemulatores sunt legis. Audierunt autem a te quod discessionem doceas a Moyses eorum: qui pergentes sunt iudeorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos: neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtique oportet conuenire multitudinem. Audierunt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super se: his assumptis sanctifica te cum ipsis: & impende in eos: ut redeant capita: & scient omnes quia quae de te audierunt: falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. Tunc paulus assumptis uiris postera die purificatus: intrauit cum illis in templum annuncians expletionem dierum purificationis: donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. O paulus & in hoc te rursus interrogo: cur ca-

put

*Pauli uotum in Cenchris
Caput*

put raseris: ut nudipe: alia exueris de ceremoniis iudæorum: cur obtuleris sacrificia: & secundū legem pro te hodie hostiæ fuerint in olate: Vtiq; respondebis: ne scandalizarent qui ex iudæis crediderant. Simulasti ergo iudæū: ut iudæos lucrifaceres: & hanc ipsā simulationē iacobus & ceteri te docuere presbyteris: sed tamen euade re nō potuisti. Orta enī seditione: cū occidens esses: raptus es a tribuno: & ab eo mil'ius Cæsareā: sub custodia militū diligentē te iudæi quasi simulatorē ac destructorē legis occiderent: atq; in de Romā pueniens: i hospitio quod tibi conduxeras: Christū & iudæis & gentibus prædicasti: & sententia tua Neronis gladio cōfirmata est. Didicimus q; propter metū iudæorū & Petrus & Paulus equaliter finxerūt le legis præcepta seruare. Quā igitur fronte: quā audacia Paulus in altero reprehendat: quod ipse cōmiserit: Ego imo alii ante me exposuerunt causam: quā putauerunt: non officiosū mendaciū defendentes sicut tu scribis: sed dicentes honestā dispensationē: ut & apostolorū prudentiā demonstrarent: & blasphemantis porphyrii impudentiā coercerent: qui Paulū & Petrū puerili dicit inter se certasse certamine: imo exarsisse Paulū in inuidiā uirtutū petri: & ea scripsisse iactanter: uel quæ non fecerit uel si fecerit: procaciter fecerit: id in alio reprehendens: quod ipse cōmiserit. Interpretati sunt illi ut potuerunt. Tu quomodo istū locū edisseras: utiq; meliora dicturus: qui ueterē scientiā reprobasti. Scribis ad me in epistola tua (neq; enī a me docendus es) quomodo intelligat quod idē dicit: factus sum iudæis tanq; iudæus & cætera: quæ ibi dicuntur cōpassione misericordiæ: non simulatione fallaciæ. Fit enī tanq; æger qui ministrat ægrotō: non cū se febres habere mentit: sed cū animo cōdolentis cogitat: quē admodū sibi seruari uellet: si ipse ægrotaret nā utiq; iudæus erat: christianus aut factus non iudæorū sacramēta reliquit: quæ conueniēter ille populus & legitime tēpore quo oportebat: acceperat. Ideoq; suscepit ea celebranda: cū iam christi esset apostolus: ut doceret nō esse punitiosa his qui ea uellent: sicut a parentibus p legē acceperant custodire: etiā cū i christo credidissent: non tamen in eis iā constituerent spē salutis quoniā per dominū iesū salus ipsa: quæ ipsis sacramentis significabat: aduenerat. Totius sermonis tui: quē disputatione longissima praxisti: hic sensus est: ut petrus non errauerit in eo: q; iis qui ex iudæis crediderant: putauerit legē esse seruandā sed in eo a recta linea deuiarū: q; gentes cogeret iudæizare. Cogeret aut non docentis imperio: sed cōuersationis exēplo. Et paulus nō cōtraria sit locutus iis: quæ ipse gesserat: sed quare petrus eos qui ex gentibus erant: iudæizare cōpelleret. Hæc ergo summa est q̄stionis: imo sententiæ tuæ: post euangeliū christi: benefaciant credentes iudæi: si legis mandata custodiant: hoc est: si sacrificia offerat: quæ obtulit paulus: si filios circumcidant si sabbatū seruent: ut paulus in Timotheo: & obseruare iudæi omnes. Si hoc uerū est in Cherinti: & Hebionis heresim dilabimur: qui credentes in christū: propter hoc solū a patribus anathematizati sunt: q; legis ceremonias christi euangelio miscuerunt: & sic noua confelli sunt: ut uetera non amitterent. Quid dicā de Hebionitis: qui christianos se esse simulāt: Vtq; hodie p totas orientis synagogas: inter iudæos hæresis est: q̄ dicit Minæorū: & a pharisæis nunc usq; dānat: quos uulgo Nazareos nūcupant: qui credunt in christū filiū dei: natū ex Maria uirgine: & eū dicunt esse q sub pōtio pilato passus est: & resurrexit. In quē & nos credimus. Sed dū uolunt & iudæi esse: & christiani: nec iudæi sunt nec christiani. Oro igitur te: ut qui nostro uulnuscūlo medendū putas: quod acu foratū: imo punctū dicit: huius sententiæ medearis uulneri: quod lancea: & ut ita dicā phalarice mole pculsū est. Neq; enī eiudē esse criminis: & in explanatione scripturā: diuersas maiorū sententias ponere: & hæresim sceleratissimā rursus i ecclesiā ducere. Sin autē hæc nobis incūbit necessitas: ut iudæos cū legitimis suis suscipiamus: & licebit eos obseruare i ecclesiis christi: quod exerceuerunt in synagogis sathanæ: dicā quod sentio: non illi christiani sient: sed nos iudæos facient. Quis enī hoc christianorū patietur audiat: quod in tua epistola continet. Iudæus erat paulus: christianus aut factus nō iudæorū sacramēta reliquerat: quæ cōueniēter ille populus: & legitimo tēpore quo oportebat acceperat. Ideoq; suscepit ea celebranda: cū iam christi esset apostolus: ut doceret nō esse punitiosa his qui ea uellent: sicut a parentibus p legē acceperant custodire: Rursus obsecro te: ut pace tua mecū dolorē audias iudæorū: paulus ceremonias obseruabat: cum iam christi esset apostolus: & dicit eas non esse punitiosas his: qui eas uelint sicut a parentibus acceperint custodire. Ego e contrario loquar: & reclamante mecū mundo libera uoce pronuncie: ceremonias iudæorū & punitiosas esse & mortiferas christianis: & quicūq; eas obseruauerit: siue ex iudæis siue ex gentibus: eū in barathrū diaboli deuolutū. Finis enī legis christus est ad iusticiā omni credenti: iudæo. Satq; gentili. Neq; enī omni credenti erit finis ad iusticiā: si iudæus excipit. In euangelio legimus. lex & ppheta usq; ad ioānē Bāptistā. Et in alio loco: ppterea q̄rebant iudæi eū magis interficere: q̄a non solū soluebat sabbatū: sed & patrē suū dicebat esse deū: & qualē se faciens deo. Et iterū: de plenitudine eius nos oēs accepimus gratiā pro gratiā: q̄a lex p Moysē data est: gratiā autē & ueritas p iesū christū facta est: pro legis gratiā q̄ præterit gratiā euāgelii accepimus pmanētē: & p umbris & imaginibus: ueteris instrumenti ueritas p iesū christū facta est. Hieremias quoq; ex psona dei uaticinat: ecce dies ueniunt dicit dominus: & cōfirmabo domui israel & domui iuda testamētū nouū: non secundū testamētū qd̄ disposui p̄ribus eorū i die q̄ apprehēdi manū eorū: ut educerē eos de terra ægypti. Obserua qd̄ dicat: q; nō populo gētiliū q̄ ante nō recepat testamētū: sed populo iudæorū: cui lex data est p moysē: testamētū nouū euāgelii repromittat: ut nequāq; uiuāt i uetustate l̄æ: sed i nouitate spiritus. Paulus aut sup cuius nunc nomine q̄stio uentilat: crebras huiusmodi ponit sententiāste q̄bus breuitatis studio pauca subnectā. Ecce ego Paulus dico uobis: quoniā si circumcidamini Christus uobis nihil prodest. Et iterum. Eucauati estis a Christo: qui ex lege iustificamini: a gratia excidistis. Et infra: si spiritu ducimini: iam non estis sub lege. Ex quo apparet: qui sub lege est non dispensatione ut nostri uoluerit maiores: sed uere ut si intelligis cum spiritu sanctū non habere: qualia aut sint præcepta legalia deo docente discamus. Ego inq; dedi eis præcepta nō bona: & iustificationes i q̄bus non uiuāt i eis. Hæc dicimus nō quo legē iuxta Manichæū

Cherinti heresis
Hebionis

Minæorū heresis et
Nazareorū idem est

eucauati

& Martionē destruamus: q̄ & Sanctā & Spiritale iuxta apostolū nouimus. Sed quia postq̄ uenit fides & tēporē
 plenitudo: misit deus filiū suū natū ex muliere factū sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionē
 filiorū recipemus: & nequaq̄ sub p̄dago: sed sub adulto & domino h̄rede uiuamus. Sequit̄ in epistola tua.
 Nō ideo Petrū emendauit: q̄ paternās traditiones obseruaret: qd̄ si facere uellet: nec mēdaciter nec incōgrue fa
 ceret. Itē dico episcopus es: ecclesiā christi magister: ut probes uerū esse qd̄ asseris: suscipe aliq̄ iud̄os: q̄
 factus christianus natū sibi filiū circumcidat: qui obseruet sabbatū: q̄ abstineat a cibis: quos deus creauit ad utē
 dū cū gratiā actione: qui quartadecima mēsis primi agnū mactet ad uesperā: & cū hoc feceris: imo nō fece
 ris (Scio enī te christianū: & rē sacrilegā nō facturū) uelis: nolis: tuā sententiā reprobabis: & tūc scieps ope diffi
 cilius esse cōfirmare sua: q̄ aliena reprehēdere. Ac ne forsītā tibi nō credere mus: imo nō intelligeremus quod di
 ceres (Frēq̄nter enī in longū sermo p̄tractus caret intelligentiā: & dū non sentit̄: minus reprehendit̄) i culcas &
 replicas: hoc ergo iud̄os: Paulus dimiserat: qd̄ malū non habebāt. Quod est malū iud̄os: quod Paulus di
 miserat. Vtiq̄ illud qd̄ sequit̄: q̄ ignorātes dei iusticiā: & suā uolentes cōstitueret: iusticiā dei nō sunt subiecti.
 Deinde q̄ post passionē & resurrectionē christi: dato ac manifestato sacramēto gratiā secundū ordinē Melchi
 sedech: adhuc putabāt uetera sacramēta: non ex cōsuetudine solēnitatis: sed ex necessitate salutis esse celebrāda:
 quā tamē si nunq̄ fuissent necessaria: infructuose atq̄ inaniter pro eis machabari martyres fierent. Postremo il
 lud qd̄ p̄dicatores gratiā christianos iud̄i tanq̄ hostes p̄sequerent̄. Hos atq̄ huiusmodi errores & uitiā di
 cit se dānare: & ut stercora arbitrat̄ ut christū lucrifaceret. Didicimus p̄ te: quā apostolus Paulus mala relique
 rit iud̄os. Rursū te docēte discamus q̄ bona eorū tenuerit. Obseruationes inquit legis: quas more patrio cele
 brabant: sicut ab ipso Paulo celebrat̄ sunt sine ulla salutis necessitate. Id quod uelis dicere sine ulla salutis ne
 cessitate: nō satis intelligo. Si enī salutē nō afferunt: cur obseruant̄? Si autē obseruāda sunt: utiq̄ salutē afferunt
 maxime q̄ seruata martyres faciunt. Nō enī obseruant̄: nisi afferrent salutē. Neq̄ enī indifferentia sunt inter
 bonū & malū: sicut philosophi disputant. Bonū est continētia: malū est luxuria: inter utrūq̄ indifferentia: ambu
 lare: digerere: alui stercora: capitis naribus purgamentā proicere: sputis rehumata iacere: hoc nec bonū: nec ma
 lū est: siue enī feceris: siue nō feceris: nec iusticiā habebis nec iniusticiā. Obseruare autē legis cerimonias non po
 test esse indifferentis: sed aut bonū est aut malū est: tu dicis bonū: ego assero malū: & malū nō solū iis qui ex gen
 tibus: sed & iis qui ex iud̄ico populo crediderunt. In hoc ni fallor loco: dū aliud uitas: ad aliud deuolueris. Dū
 enī metuis porphyriū blasphemantē: in Hebionis incurris laqueos: iis qui credūt ex iud̄is: obseruandā legē esse
 decernens. Et q̄a periculōsū intelligis esse: quod dicis: rursū illud sup̄fluis uerbis tēperare conaris: sine ulla salu
 tis necessitate: sicut iud̄i celebrāda putabant: aut fallaci simulatione: qd̄ paulus in petro reprehēderat. petrus
 igit̄ simulauit legis custodiā. Ille autē reprehensor petri audaciter obseruauit legitima. Sequit̄ enī in epistola tua
 nā si propterea illa sacramēta celebrauit: qui se simulauit iud̄i: ut iud̄os lucrifaceret: cur etiā non sacrificauit
 cū gentibus: quia & iis qui sine lege erant: tanq̄ sine lege factus est: ut eos quoq̄ lucrifaceret: nisi quia & illud fe
 cit: ut natura iud̄is: & hoc totū dixit: nōn ut paulus se fingeret esse qd̄ non erat: sed ut misericorditer ita subue
 niendū esse sentiret: ac si ipse in eo errore laboraret: non. s. mentientis astu: sed cōpatientis affectu. Bene desēdis
 paulū: q̄ non simulauerit errorē iud̄os: sed uere fuerit in errore. Neq̄ imitari petrū uoluerit mētē: ut qd̄
 erat metu iud̄os: dissimularet: sed tota libertate iud̄i esse se diceret. Noua clāmētia apostoli: cū iud̄os chri
 stianos uult facere: ipse iud̄is factus est. Non enī poterat luxuriosos ad frugalitātē reducere: nisi se luxuriōsū
 probasset: & misericorditer ut ipse dicis: subuenire miseris: nisi se miser: ipse sentiret. Vere enī miseri illi: & mise
 ricorditer deplorādi: qui cōtentione sua & amore legis abolita: apostolū christi fecere iud̄i. Nec mulū inter est
 inter meā & tuā sententiā: quia ego dico: & petrū & paulū timore fidelitū iud̄os: legis exercuisse imo simulal
 se mandata. Tu autē asseris: hoc eos fecisse clāmēnter: nō mentientis astu: sed cōpatientis affectu: dū modo illud
 cōstet uel metu uel misericordiā: eos simulasse se esse: quod nō erant. Illud autē argumentū quo aduersū nos ute
 ris: q̄ & gentilibus debuerit gentilis fieri: si iud̄is iud̄is factus est: magis pro nobis facit: sicut enī non fuit ue
 re iud̄is: sic nec uere gentilis erat. Et sicut non fuit uere gentilis: sic nec uere iud̄is erat. In eo autem imi
 tator gentium est: quia p̄putium recipit in fide christi: & indifferenter permittit uesci cibis: quod dam
 nant iud̄i: non cultum: ut tu putas idolorum. In christo enim iesu nec circumcisio est aliquid: nec p̄putium.
 Sed obseruatio mandatorum dei. Quae igitur te: & iterum atq̄ iterum obsecro: ut ignoscas disputatiō
 culā meā: & q̄ modum meum egressus sum: tibi imputes: qui coegisti: ut scriberē: & mihi cū Sthescoro oculos
 abstulisti. Nec me putes magistrū esse mēdaciū: qui sequor christū dicentē: ego sū uia ueritas: & uita: nec pōtē
 ri ut ueritatis cultor mēdacio colla submittā. Neq̄ mihi i peritorū plābeculā concites: qui te uenerat̄ ut episco
 pū: & in ecclesia declamantē: sacerdotii honore suscipiunt: me autē aetatis ultimā: & pene decrepitū: ac monaste
 rii & ruris secreta sectantē: paruipēdunt. Et q̄ras tibi quos doceas: siue reprehēdas. Ad nos enī tantis maris atq̄
 terrarū spatii a te diuisos: uix uocis tuā sonus puenit. Et si forsītā literas scripseris: atē eas italia ac roma suscipi
 ent: q̄ ad me cui mittēde sūt deferant. Quod autē i aliis q̄ris epistolis: cur prior mea i libris canonicis interpreta
 tio asteriscos habeat: & uirgulas p̄notatas: & postea aliā trāslationē absq̄ his signis edideri. pace tua dixerit ui
 deris mihi nō intelligere: qd̄ q̄sisti: illa enī interpretatio. lxx. interpretatū est. Et ubiq̄ uirgula: i. obeli sūt: signi
 ficatur q̄. lxx. plus dixerint: q̄ habetur in hebraeo. Vbi autem asterisci. i. stella p̄lucētes: ex Theodotionis e
 ditione ab Origene additum est. Et ibi grāca trāstulimus. Hic de ipso Hebraico quod intelligebamus: ex
 pressimus: sensuum potius ueritatem: q̄ uerborum ordinem interdum conseruantes. Et miror quomodo
 lxx. interpretum libros legas: non puros: ut ab eis editi sunt: sed ab Origene emendatos: siue corruptos per
 obelos:

purgamenta

*Obel. v. uirgula
Asteriscus quid nōt*

obelos: & osteriscos: & christiani hominis interpretatiunculam non sequaris: præsertim cū ea quæ addita sunt: ex hominis iudici atq; blasfemi post passionē christi: editione transtulerit. Vis amator esse uerus. lxx. interpretum: non legas ea quæ sub asteriscis sunt imo rade de uoluminibus: ut ueteres te fauorē probes: qd' si feceris omnes ecclesiarū bibliothecas dānare coges. Vix enī unus aut alter inueniet liber: qui ista non habeat. Porro qd' dicis nō debuisse me interpretari post ueteres: & nouo ueteris syllogismo: aut obscura fuerunt quæ interpretati sunt. lxx. aut manifesta. Si obscura te quoq; in illis falli potuisse credendū est. Si manifesta: illos i eis nō falli potuisse p̄picuū est: tuo tibi sermone respondeo. Omnes ueteres tractatores qui nos in domino præcesserunt: & q̄ scripturas sanctas interpretati sunt: aut obscura interpretati sunt: aut manifesta. Si obscura tu quomodo ausus es post eos disserere: quod illi explanare nō potuerunt. Si manifesta: sup̄fluū est te uoluisse disserere: quod illos laerere nō potuit: maxime in explanatione psalmoz: quos apud gr̄acos interpretati sunt multis uoluminibus. Primus Origenes: secundus Eusebius cæsariensis: tertius Theodorus heracleotes: q̄rtus Asterius scythopolitanus: quintus Apollinaris laodicensis: sextus Didymus alexandrinus. Feruntur & diuersos in paucos psalmos opuscula: sed nunc de integro psalmoz corpore dicimus. Apud latinos aut̄ Hilarius pictaniensis: & Eusebius uercellensis episcopus Origenē & Eusebiū transtulerunt: quoz priorē & noster Ambrosius in quibusdā securus est. Respondeat mihi prudētia tua: quare tu post tantos & tales interpretes i explanatione psalmoz diuersa senseris. Si enī obscuri sunt psalmi: te quoq; in eis falli potuisse credendū est. Si manifesta: illos in eis falli potuisse nō creditur: ac p̄ hoc utroq; modo sup̄flua erit interpretatio tua: & hac lege post priores nullus loqui audebit: & qd' cūq; alius occupauerit: alius de eo licentiā scribēdū non habebit: quin potius humanitatis tuæ est: i quo ueniā tibi tribuis indulgere & cæteris. Ego enī nō tā uetera abolere conatus sū: q̄ linguæ meæ hoibus emendata de gr̄aco in latinū trāstulsi: q̄ ea testimonia: q̄ a iudæis prætermissa sunt uel corrupta: p̄ferre in mediū: ut scirēt nostri quid hebræa ueritas cōtineret: sicui legere non placeat: nemo cōpellit inuitū: bibat uinū uetus cū suauitate: & non stra multa contēnat: q̄ in explanatione prioroz edita sunt: ut sicubi illa nō intelligunt: ex nostris manifestiora siant. Quod aut̄ genus interpretationis in scripturis sanctis sequēdū sit: liber quē scripsi de optimo genere interpretandi & omnes præfatiunculæ diuinorū uoluminū: q̄s editioni nostræ præposuimus: explicat: ad illasq; prudentē lectore mittendū puto. Et si me ut dicis in noui testamēti emendatione suscipis exponisq; causā: cur suscipias: quia plurimi linguæ gr̄acæ habētes scientiā: de meo possint ope iudicare: eandē integritatē debueras etiā in ueteri credere testamētis: nō nostra confinximus: sed ut apud hebræos inuenimus: diuina transtulimus. Si cubi dubitas: hebræos interroga: dices quid si hebræi aut respondere noluerint: aut mentiri uoluerint: Tota fretuētia iudæoz in mea interpretatione reticebit. Nullus inueniri poterit: qui hebrææ linguæ habeat notionē: aut omnes imitabunt illos iudæos: quos dicis in africæ reptos oppidulo: in meā calūniā conspirasse. Huiusmodi enī in epistola tua texis fabulā. Quidā frater noster episcopus: cū lectitare instituisset in ecclesia cui præest interpretationē tuā: mouit quiddā longe aliter a te positū apud Ionā prophetā: q̄ erat oīum sensibus: memoriæq; inueteratū: & tot ætatū successione: bus & iclamantibus calūniā falsitatis: ut cogeret episcopus ciuitatis iudæoz: ab ipsis testimoniū flagitare. Vtq; aut̄ illi iperitia an malitia: hoc esse in hebræis codicibus gr̄acis responderūt: qd' gr̄aci & latini habebāt: atq; dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendaciū corrigere uolens post magnū periculū nō remanere sine plæbe: unde etiā nobis uidef aliq̄do in nōnullis te quoq; falli potuisse. Dicis me in Ionā p̄pheta male quiddā interpretatū: & seditione populi cōclamante p̄pter unius uerbi dissonantiā episcopū pene sacerdotiū pdidisse: & quid sit illud quod male interpretatus sum subtrahis: auferens mihi occasionē defensionis meæ: ne quicqd' dixeris: me responde te soluat: nisi forte ut ante ānos plurimos cucurbita uenit in mediū: asserēte illis tēporibus Cornelio & Asinio Pollione me hederā pro cucurbita trāstulisse. Sup̄ q̄ re i cōmētario Ionæ p̄phete plenius respondimus: hoc tātū nūc dixisse cōtēti: q̄ i eo loco ubi. lxx. interpretes: cucurbitā: & aqla cū reliqs hederā trāstulerit. i. cariacō: in hebræo uolūine ciceion scriptū ē: quā uulgo Syri cicerā uocāt. Est aut̄ genus uirgulti lata habēs folia i modū p̄pini: cūq; plātātū fuerit: cito cōsurgit i arbusculā absq; ullis calamo: & hastiliū admiculis: q̄bus & cucurbita & hederæ idigent suo trūco se sustinēs. Hoc ergo uerbū de uerbo edisserēs: si ciceion trāstierre uoluisse: nullus itelligeret: si cucurbitā id diceret qd' i hebraico nō habet: hederā posui: ut cæteris interpretibus cōfētir. Si aut̄ iudæi uestri ut ipse asseris malitia: ut ip̄tia hoc dixerūt esse i uolūinibus hebræoz: qd' i gr̄acis & i latinis codicibus cōtinet: manifestū est: eos aut hebræas lras ignorare: aut ad irridēdos Cucurbitarios uoluisse mētiri. Peto i sine epistola ut q̄scētē senē: oīq; ueteranū: militare nō cogas: & rurū de uita piclitari: tu q̄ iuuenis es & i p̄uicili culmīe cōstitutus: doceto populos: & nouis africæ frugibus romana tecta locupleta. Mihi sufficit cū audire & lectore paupculo in angulo monasterii susurrare.

Argumentum.

Epistola Augustini qua Hieronymū in expositione epistolæ ad galathas redarguerat priuēq; ad eū puenire: Rōæ & p̄ italiā disseminata fuerat: qd' Hieronymus callide factū suspicabat ad sui æmulationē & gloriā populū requirendā: de qua re Augustinus se sequenti epistola purgat non contēdendi studio sed inquirendæ ueritatis gratia dissemissis scribens: & petens similiter sua scripta corrigi. Hieronymus uero magis ceatari ac prouocari se credens: duabus epistolis acrius duriusq; respondet: donec altera epistola Augustini ueniam petens plenius satisfaciāt.

Beati Augustini ad hieronymū se purgātis de libro quē asserbat cōtra eū romā misisse. Epistola. CVIII. Omino charissimo & desideratissimo & honorādo i xp̄o fratri & cōpresbytero Hieronymo Augustini i domino salutē. Audiui peruenisse i manus tuas litteras meas: sed q̄ adhuc rescripta nō merui: ne
clxv.

quaquam imputauerim dilectioni tuae. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnosco dominum a me potius deprecandum: ut tuae uoluntati det facultatem mittendi quod rescripseris. Nam rescribendi iam dedit: quia cum uolueris facillime poteris. Etiam hoc ad me sane placitum utrum quidem credere dubitauis: sed hinc quoque tibi aliquid utrum scriberem dubitare non debui. Hoc autem breue est suggestum esse charitati tuae: a nescio quibus fratribus mihi dictum est: quod librum aduersus te scripserim: romamque miserim. Hoc falsum esse noueris: dominum deum meum Iesum testor hoc me non fecisse: sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis inueniuntur in quibus aliter aliquid quam tu sensisse superior non contra te dictum: sed quid mihi uidebatur me scriptum esse: puto te debere cognoscere: aut si cognosci non potest credere debere. Ita sane hoc dixerim: ut ego non tantum paratus sim si quid te in meis scriptis mouerit frater ne accipere: quod contra sentias aut de correctione mea aut de ipsa tua beniuolentia gauisus: uerum etiam hoc a te postulare & flagitare. O si licuisset & si non cohabitante saltem uicino te in domino profui ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id non est datum peto ut hoc ipsum qua in domino possumus simul sumus conseruari studeas: & augeri ac perfici: & rescripta quibus rara non spernere: saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum & omnes fratres qui tecum ac de te in domino gloriantur. Memor nostri exaudiaris a domino in omni sancto desiderio tuo domine charissime: & desideratissime: & honorande in christo frater.

Beati Hieronymi ad Augustinum contentionem super epistola ad galathas & reprehensionem librorum ipsius detractantis ad uanam contentionem & puerilem iactantiam declinandam: in qua meminit de Ruffino: dicens libelli contra eum eam exemplar mittere. Epistola. CIX.

Domino uere sancto & beatissimo papae Augustino Hieronymus in domino salutem. In ipso profecto articulo sancti filii nostri Asterii Hipodiaconi necessarii mei beatitudinis tuae litterae ad me peruenierunt: quibus satisfacis te contra paruositatem meam librum Romae non misisse. Hoc nec ego factum audieram: sed epistola cuiusdam quasi ad me scriptae per fratrem nostrum Sysinnium diaconum huc exemplaria peruenierunt. In qua hortaris me ut $\omega\lambda\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\rho\varsigma$ super quodam apostoli capitulo canam: & imiteri Sthelae cogit inter uituperationes & laudes Helenae fluctuantem: ut qui detrahendo oculos perdiderat: laudando reciperet. Ego simpliciter fateor dignationi tuae licet stilis & $\epsilon\pi\iota\chi\epsilon\rho\iota\sigma\tau\alpha$ tua mihi uiderentur: tamen non temere exemplaribus litterarum credendum putauis: ne forte me respondente laesus iuste exposculares quod probare ante debuissem tuum esse sermonem: sic rescribere. Accessit ad moram sanctae & uenerabilis Paulae longa infirmitas. Dum enim languenti multo tempore assedimus: pene epistola tuae uel eius qui sub tuo nomine scripserat: obliuismos memores illius uersiculi. Musica in luctu inopportuna narratio. Itaque si tua est epistola aperte scribe: uel mitte exemplaria ueriora: ut absque ullo rancore stomachi in scripturarum disputatione uerseremur: ut uel nostrum emendamus errorem: uel alium frustra reprehendisse doceamus. Absit autem a me: ut quicquam de libris beatitudinis tuae attingere audeam: sufficit enim mihi probare mea: & aliena non carpere. Caeterum optime nouit prudentia tua: unumquemque in suo sensu abundare: & puerilis esse iactantia: quod olim facere consueuerant adolescentuli: acculando illustres uiros: suo nomini famam querere. Nec tam stultus sum: ut diuersitate explanationum tuarum me laedi putem: quia nec tu laederis: si nos contraria senserimus. Sed illa est uera inter amicos reprehensio: si nostra nostra opera non uidentes: alios iuxta Persium manticam consideremus. Superest ut diligas diligenter: & in scripturarum capto iuuenis senem non prouoces. Nos nostra habuimus tempora: & cucurrimus quum potuimus. Nunc te currente: & longa spatia transmittente: nobis debet otium simulque ut cum honore tuo & uenia dixerim: ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse uidearis: memeto Daretis & Entelli: & uulgaris prouerbii: quod bos lassus fortius figat pedem. Tristes haec dictauimus. Vtinam mereremur complexus tuos: & collatione mutua uel doceremus aliqua: uel disceremus. Mixtum mihi temeritate solita sua maledicta Calphurnius: cognomento Lanarius: quae ad Africam quoque studio eius didici peruenisse. Ad quae breuiter ex parte respondi: & libelli eius uobis misi exemplaria: latius opus cum opportuno fuerit primo missurus tempore: in quo illud caui: ne in quoque aestimatione laedere christianam: sed tantum ut delirantis imperitiam mendacium ac uerecundiam confutarerem. Memento mei sancte & uenerabilis papae: uide quantum te diligam: ut ne prouocatus quidem uoluerim respondere: ne crederem tuum esse quod in altero forte reprehenderem. Frater communis simpliciter te salutat.

Eiisdem ad eundem de epistola Romae in reprehensione expositionis suae in epistola ad Galathas sciscitatis: atque comonentis: ut iuuenibus congregans se senem & ueteranum non prouocet ad certamen. Epistola. CX.

Domino uere sancto & beatissimo papae Augustino Hieronymus in christo salutem. Crebras ad me epistolas dirigis: & saepe compellis: ut respondeam cuiusdam epistolae tuae: cuius ad me ut ante iam scripsi: per fratrem Sysinnium diaconum exemplaria peruenierunt absque subscriptione tua. Et quae primum per fratrem Profuturum: secundo per quemdam alium te misisse significas: & interim Profuturum retractum de itinere: & episcopum constitutum ueloci morte subtractum illum cuius nomen retices: maris timuisse discrimina: & nauigationis mutasse consilium. Quae cum ita sint: satis mirari nequeo: quomodo epistola tua & romae & Italia haberi a plerisque dicat: & ad me solum non peruenit: cui soli missa est: praesertim cum idem frater Sysinnius inter caeteros tractatus tuos dixerit: eam se non in Africa: non apud te: sed in insula Adriae ante hoc ferme quinquennium reperisse. De amicitia omnis tollenda suspitio est: & sic cum amico quasi cum altero se est loquendum. Nonnulli familiaris mei & uasa christi: quos hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est: suggererent: non simplici animo a te factum: sed laudem atque rumusculos & gloriolam populi regentem: ut de nobis cresceres: ut multi cognoscerent te. prouocare me timere: te scribere ut doctum me tacere ut imperitum: & tandem reppisse: quod garrulitati meae modum poneret. Ego autem ut simpliciter fatear: dignationi tuae primum iccirco respondere nolui: quia tuae siquidem epistolae non credebam:

*Palinodia Superbia
et Corini*

Profutur

Insula

credebam: nec ut uulgi de quibusdā prouerbiū est: litū melle gl'idiū: deinde illud eauebam: ne episcopo co-
munionis meae uiderer procaciter respondere: & aliqua in reprehēditis epistola reprehēdere: praesertim cum q̄
dam i illa haeretica iudicārē. Ad extremū: ne tu iure expostulares: & diceris: quid enī epistolam meā uideras &
notā tibi manus in subscriptione signa deprehēderas: ut tā facile amicū laederes: & alterius malitiā in meā uer-
teres cōtumeliā: Igitur ut ante iam scripsi aut mitte eandē epistolam tua subscriptam manu: aut senē latitantē
in cellula lacessere desine. Sin aut tuā uis uel exercere uel ostendere doctrinam quare iuuenes & disertos & no-
biles: quorum Romae dicuntur esse q̄ plurimi: qui possint & audeant tecum congregari: & i disputatione sancta
rum scripturarum iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles nunc ueteranus & tuas & aliorum de-
beo laudare uictorias: non ipse rursus effeto corpore dimicare: ne si me frequenter ad rescribendum impule-
ris: illius recorder historiarū q̄ annibalem iuueniliter exultantem. **Qu.** Maximus patientia sua fregerit.
Omnia fert aetas: animum quoq; saepe ego longos,
Cantando puerum memini me condere soles.

Nunc oblita mihi tot carmina: uox quoq; Meirim.

Iam fugit ipsa.

Et ut magis de scripturis sanctis loquar: Berzellai ille Galadites regis Dauid beneficia: omnesq; delicias iuueni
delegans filio: ostendit senectutē hanc appetere nō debere: nec oblata suscipere. **Quod** aut iuras te aduersū me li-
brū nō scripsisse: neq; Romā misisse: quē nō scripseris: sed si forte aliqua i tuis scriptis repianf: quae a meo sensu
discrepent: nō me a te laesū: sed a te scriptū: qd' tibi rectū uidebat: **Qua**eso: ut me patienter audias. Nō scripsisti
librū: Et quomodo mihi reprehensionis a te meae palios scripta delata sunt: Cur habet italia: quod tu non scri-
psisti: **Qua** ratione possis: ut rescribā ad ea: quae scripsisse te denegas: Nec tā hebes sū: ut si diuersa senseris: me
a te laesū putē. Sed si mea cominus dicta reprehēdas: & rationē scriptorū expetas: & quae scripseris: emendare cō-
pellas: & ad τολύωδ' iuocō: & oculos mihi reddas: in hoc laedis amicitia: in hoc necessitudinis iura uiol-
lant: ne uideamur certare pueriliter: & fautoribus iuicē: uel detractoribus nostris tribuere materiā contenden-
di. Hanc scribo: quia te pure & christiane diligere cupio: nec quicq; in mea mente retinere: qd' distet a labiis. Nō
enī conuenit: ut ab adolescentiā usq; ad hanc aetate in monasterio cū sanctis fratribus laborare desudans: aliquid
cōtra episcopū cōmunionis meae scribere audeā: & eum episcopū: quē ante cōepi amare: q̄ nosse: qui me prius
ad amicitia prouocauit: quē post me orientē in scripturas eruditione laetatus sū. Igitur aut tuū negato librū: si for-
te non tuus est: & desine flagitare rescriptū: ad ea quae nō scripsisti. Aut si tuus est: ingenue confitere: ut si in de-
fensionē mei aliqua scripsero in te culpa sit: qui prouocasti: non in me: qui responderē cōpulsus sum. Addis pra-
terea te paratū esse: ut si quid me in tuis scriptis mouerit: aut corrigere uoluerō: fraterne accipias: & nō solū mea
in te beniuolentia gauisus: sed ut hoc ipsum faciā: deprecari. **Rursum** dico: quod sentio. Prouocas senē: tacen-
tem stimulas: uideris iactare doctrinā. Non est autem aetatis meae: putari maliuolum erga eum: cui magis fauo-
rem debeo. Et si in euangeliis & prophetis peruersi homines inueniunt quod nitantur reprehendere: miraris si
in tuis libris & maxime in scripturas expositione: quae uel obscurissimae sunt: quaedam a recta linea discrepa-
re uideantur. Et hoc dico: non q; in operibus tuis quaedam reprehendenda iam censeam: neq; enim lectioni eorū
unq; operam dedit: nec horū exemplarios: apud nos copia est: praeter soliloquiorū tuorū libros: & quosdā cōmen-
tarios in psalmis: quos si uellem discutere non dicā a me qui nihil sum: sed a ueterū graecoꝝ docerem interpreta-
tionibus discrepare. Vale mihi amice charissime: aetate filii dignitate parens. Et hoc a me rogatus obserua: ut quod
quid mihi scripseris: ad me primum facias peruenire.

Beati Augustini episcopi ad beatū Hieronymū presbyterū de praedicta epistola se accurate purgatis: & si lae-
serit: ueniat deprecantis. In qua etiā deplorat inter Hieronymū & Ruffinū quondā amicissimos tantā exortam
esse discordiā: quos ad pristinam charitatem nititur reuocare.

Epistola. CXI.

Domino uenerando & desideratissimo fratri: & cōpresbytero Hieronymo Augustinus in domino salu-
tem. **Qua**uis existimē ante q̄ istas sumeres: uenisse in manus tuas litteras meas: quas per dei seruum
aliū nostrum Cyprianū diaconum mihi: quibus certissime agnosceres: meā esse epistolam: cuius exem-
plariā illuc uenisse cōmemorasti: unde iam me arbitror rescriptis tuis uelut Entellinis gradibus atq; acribus ce-
stibus: tanq̄ audacē dareta cōepisse pulsari: atq; uersari. Nunc tamen eis ipsis respōdeo litteris tuis: quas mihi p
sanctū filium nostrum Asterium iam mittere dignatus es. In quibus multa in me cōperi: tua beniuolentissimae
charitatis: & rursus nonnullius a me tuae offensionis indicia. Itaq; ubi mulcebar legens: ibi cōtinuo feriebar: hoc
sane uel maxime admirans: q; cum te dicas exemplaribus litterarū mearū: ideo temere non putauisse credendū:
ne forte te respondente laesus iuste expostularē: q; probare ante debuisses meū esse sermonē: & sic rescribere: po-
stea iubeas si mea est epistola: aperte scribere: aut mittere exemplaria ueriora: ut absq; ullo rancore stomachi in
scripturarum disputatione uersemur. **Quo** pacto enim possumus in hac disputatione: sine rancore uersari: si
me laedere paras: aut si non laedere paras: quomodo ergo te non laedente iuste expostularem: quod probare an-
te debuisses meum esse sermonem: & sic rescribere: hoc est & sic laedere. Nisi enim rescribendo laesisses: ego iuste
expostulare non possem. Proinde cum ita rescribis ut laedas: quis locus nobis relinquatur in disputatione scriptu-
rarum sine ullo rancore uersandi: Ego quidem absit ut laedar: si mihi certa ratione uolueris & potueris demon-
strare: illud ex epistola apostoli: uel quid aliud scripturarum sanctarū te uerius intellexisse: q̄ me: imo uero absit:
ut non cū gratiarū actione lucris meis deputem: si fuero te docente instructus: aut emendante correctus. Verū-
tamen tu mihi frater charissime: nisi te putares laesum scriptis meis: non me putares laedi posse rescriptis tuis.
Nullo enim modo id de te opinatus fuero: q; te non arbitraris laesum: si sic tamen rescribis: ut laedas. Aut si te

.clxvi.

*Seni latitantem la
repperit desina.*

*Annibal
R. Max. Fabio*

Senem iuuenis.

Arct. C. Ant. Estell.

non sic rescribente: ego propter nimiam stultitiam meam laedi posse putatus sum: hoc ipso laesisti plane quod de me ita
sensisti. Sed nullo modo tu me: quem nunquam tale expertus es: temere tale crederes: quod litterarum mearum exemplaribus: etiam
cum stilum meum noscires: temere credere noluisti. Si enim non immerito uidisti me: iuste ex postulatorem fuisse si temere cre
deres esse litteras meas: quae non essent meae: quanto iustius ex postulare me ipsum temere putatum tale: quale me non
nosset: qui putauisset: Nequaquam ergo ita prolabereris: ut te non rescribente quo laederer: me tamen existimares ni
mis insipientem etiam tali tuo rescripto laedi potuisse. Restat igitur: ut laedere me scribendo disponderes: si certo docu
mento meas esse illas litteras nosceres. Atque ita quia non credo quod iniuste me laedendum putares: super est ut agnoscam
peccatum meum: quod prior te illis litteris laeserim: quas meas esse negare non possum. Cur itaque conor contra fluminis
tractum: ac non potius ueniam peto? Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi: ut si te laesi: dimittas mihi: nec me ui
cissim laedendo malum pro malo reddas. Laedes autem me: si mihi tacueris errorem meum: quem forte inueneris in factis
uel dictis meis. Nam si ea in me reprehendis: quae non reprehendenda sunt: te potius laedis: quam me: quod absit a mori
bus & a sancto proposito tuo: ut hoc facias uoluntate laedendi: culpans in me aliquid dente maledico: quod me te ue
ridica sententia non esse culpandum. Ac per hoc aut beniuolo corde arguas etiam si caret delicto: quod arguendum putas:
aut paterno affectu mulceas: quem abicere nequeas. Potest enim fieri: ut tibi uideatur aliquid quod ueritas habet: dum ta
men aliud abs te non fiat quam charitas habet. Nam & ego amicissimam reprehensionem tuam grauissime accipiam etiam
si reprehendi non meruit: quod recte defendi potest: ut agnoscam simul & beniuolentiam tuam & culpam meam: & quantum
dominus donat: in alio gratus: in alio emendatus inueniar. Quid ergo fortasse dura: sed certe salubria uerba tua
tanquam cestus Entelli pertimescam: Caedebat ille: non curabatur: & ideo uincebatur: non sanabatur. Ego autem si medici
nalem correptionem tuam tranquillus acceperim: non dolebo. Si uero infirmitas uel humanitas mea etiam cum ueraci
ter arguor: non potest nisi aliquantulum contristari: melius tumor capitis dolet cum curatur: quam dum ei parci non sana
tur. Hoc est enim quod acute uidit: qui dixit utiliores esse pluresque inimicos iurgantes: quam amicos obiurgare metu
tes. Illi enim dum rixant: dicunt aliquando uera quae corrigamus. Illi autem minore quam oportet: exhibent iustitiae liberta
tem: dum amicitiae timent exaspere dulcedinem. Quapropter sis: & bos ut tibi uideris: lassus senectute corporis:
non uigore animi: tamen in area dominica fructuoso labore desudans: ecce sum: siquid prospera dixi: fortius fige pe
dem. Non mihi esse debet molestum pondus aetatis tuae: dummodo conteratur palea culpa mea. Proinde illud quod
in extremo epistolae tuae posuisti: cum magni desiderii suspitio uel lego uel recolo: utinam inquis mereremur com
plexus tuos: & collatione mutua uel doceremus aliqua: uel disceremus. Ego autem dico: utinam saltem propinquis lit
terarum locis habitarem: ut si non possent misceri nostra eloquia: litterae possent esse crebriores. Nunc uero tanto
loco: interuallo abs sumus a sensibus nostris: ut de illis uerbis apostoli ad galathas: inueniam me scripsisse memi
neri: & ecce iam senex necdum rescripta meruerim: faciliusque ad te exemplaria epistolae meae pueniant: nescio qua oc
casionem proueniens: quam ipsa epistola me curante. Homo enim qui ea tunc acceperat: nec ad te pertulit: nec ad me re
tulit. Tanta autem mihi in litteris tuis: quam in manus nostras puenire potuerunt: appareret res: ut nihil studiorum meorum
malle si posse: quam inhaerere lateri tuo. Quod ego quae non possum: aliquid nostrorum in domino filiorum: erudiendum nobis
ad te mittere cogito: si etiam de hac re tua rescripta meruero. Nam neque in me tantum scientiae diuinae scripturae est:
aut esse iam poterit: quantum inesse tibi uideo: & siquid in hac re habeo facultatis: utcumque ipendo populis dei. Vacare
autem studiosis diligentius quam quae populi audiunt instruentis propter ecclesiasticas occupationes omino non possum. Ne
scio quae scripta maledica super tuo nomine ad Africam puenisse audiui. Accepimus tamen: quod dignatus es mittere: il
lis respondens maledictis: quo plecto fateor multum dolui: inter tam charas familiaresque personas: cum tunc pene ecclesi
is nouissimo amicitiae uinculo copulatas: tantum malum extitisse discordiae. Et tu quidem quantum tibi modereris: quam
tunc teneas aculeos indignationis tuae: ne reddas maledictum pro maledicto: satis in tuis litteris eminet. Verum tamen
eas ipsas cum legisse: contabui dolore: & obrigui timore: quod de me illa facerent: quae in te ille scripsit: si in manus meas
forte uenissent. Ve mundo ab scadalibus: ecce sit ecce prorius implet: quod ueritas ait: quoniam abundabit iniquitas: refri
gescet charitas multorum. Quae sibi enim iam fida pectora tuto refundant? In cuius sensu tuo se proiciat secunda di
lectio? Quis denique amicus non formidet: quam si futurus inimicus: si potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc: quod
nos plangimus exoriri? O misera & miseranda conditio. O infida in uoluntatibus amicorum scientia praesentium:
ubi nulla est praesentia futurorum. Sed quid ad hoc alteri de altero gemendum putet: quando nec ipse quidem sibi ho
mo est notus in posterum? Nouit enim utcumque uix forte nunc qualis sit: qualis autem postea sit futurus ignorat. Hac
portio non tantum scientia qualis quisque sit: uerum etiam praesentia qualis futurus sit si est in sanctis & beatis angelis:
quomodo fuerit beatus diabolus aliquando cum adhuc angelus bonus esset: sciens futuram iniquitatem suam: & sem
piternum supplicium: omnino non uideo: de qua re si tamen eam nosse opus est uelle audire quid sentias. Vide quid
faciant terrae ac maria: quae nos corporaliter dirimunt: si haec epistola mea quam legis: ego essem: iam mihi diceret
quod quaesui. Nunc uero quando rescribes: quando mittes: quando pueniet: quod accipiam? Et tamen utinam quam
documque fiat: quod tam cito fieri non posse: quam uolumus: quam possumus tolerantia sustinemus. Unde recurro ad illa
uerba epistolae tuae dulcissima: sanctique desiderii plenissima: & ea facio uicissim meae: utinam mereremur comple
xus tuos: & collatione mutua uel doceremus aliqua: uel disceremus: si tamen esse ullo modo possent: quod ego te doce
re. In his autem uerbis non iam tuis tantum: sed etiam meis ubi delector: & reficior & ipso quod quis pendente: & non attingen
te: utriusque nostrum desiderio: non parua ex parte consolabor: ubi rursus acerrimis dolorum stimulis fodior: dum cogito
inter nos: quibus deus hoc ipsum: quod uterque nostrum optauit largum plixumque concesserat: ut coniunctissimi & fami
liarissimi in sella scripturae sanctarum pariter laberetur: sic tanta amaritudinis irrepsisse perniciem: quando non
ubi: non cui: non homini formidanda: cum eo tempore: quo abiectis iam sarcinis saecularibus iam expediti:
dominum

Acute dicitur

dominū sc̄q̄bamini: & in ea terra uiuebatis simul: in qua domus humanis pedibus ambulās: pacē inquit meā do uobis: pacē meā relinquo uobis: uiris ætate maturis: & in eloquio domini hitāibus: uobis accidere potuit: Verē tatio est uita humana sup̄ terrā. Heu mihi: quia uos simul alicubi iuenire nō possū: forte ut moueor: ut doleo ut timico: p̄cidere ad pedes uros: fletū quantū ualerē: rogare quantum amare. Nunc unūquēq; uisum pro seipso nūc utroq; pro alterutro: & pro aliis maxime infirmis: p̄ quibus Christus mortuus est: quos tanq̄ in theatro uitæ huius cū magno sui periculi spectant: ne de uobis ea cōscribēdos pargatis: quæ q̄doq; cōcordantes delere nō poteritis: qui nūc concordare nolitis: aut quæ cōcordes legere timeatis: ne itē litigetis. Verē dico charitati tuæ: nihil me magis: q̄ hoc exēplū tremuisse: cū quædā ad me in epistola tua legerē tuæ indignationis indicia: & nō tā illa de Entello & boue laso: ubi mihi tā hilariter iocari: q̄ iracūdiæ minarē uisus es: q̄ illud qd̄ serio te scripsisse satulares. Rogo te si fieri pōt: ut inter nos q̄ramus: & differamus aliqd̄: quo sine amaritudine discordiæ corda nra pascantur: fiat: si autē nō possū dicere: quid mihi emēdandū uideat̄ in scriptis tuis: nec tu in meis: nisi cū suspitōe inuidiæ aut læsiōe amicitia quiescamus ab his: & nra uitæ salutiq; parcamus: minus certe assequatur illa: quæ inflat: dū nō offendat illa: quæ ædificat. Ego me lōge esse sentio ab illa p̄fectiōe de qua scriptū est: si quis in uerbo non offendit: hic p̄fectus est uir. Sed plane in dei misericordia puto me posse facile abs te petere ueniam: si quid offēdi: qd̄ mihi apire debes: ut cū te audiero lucreris frēm tuū. Neq; n. quia hoc p̄p̄ lōginquitatē terrarū nō potes facere inter me & te: propterea debes sinere errare me: prorsus: qd̄ ad ipsas res: quas nosse uolumus attinet liquid ueri me tenere uel scio uel puto uel credo: in quo tu aliter sentis: q̄tum dat dominus sine tua iniuria conabor asserere. Quod autē p̄tinet ad offensionē tuā: cū te indignatū sensero: nihil aliud q̄ ueniā deprecabor. Nec oino arbitror te succensere potuisse: nisi aut hoc dicerē qd̄ dicere non debui: quia nec miror nos minus scire in uicē: q̄ scimur a coniunctissimis & familiarissimis nris. In quorū ego charitatē fateor: facile me totum proiicio: p̄sertim fatigatum scandalis sæculi: & in ea sine ulla sollicitudine requiesco. Deum quippe illō esse sentio: in quem me securum proiicio: & in quo securus requiesco. Nec i hac mea securitate craftinum illud humana fragilitatis incertum: de quo sup̄ius genui: oino formido. Cum enim hoīem christiana charitate flagrantē: atq; mihi in hoc fidelem amicum factum esse sentio: quicquid ei consiliorū meorū cogitationūq; cōmitto: nō hoī cōmitto: sed illi in quo manet: ut talis sit. Deus enim charitas est: & qui manet in charitate: in deo manet: quā si deseruerit: tantū faciat necesse est dolorē: q̄tum manens fecerat gaudiū. Verūtamē ex amico intimo factus inimicus: q̄rat sibi potius qd̄ fingat astutus: nō iueniat qd̄ prodat iratus. Hoc autē unusq; facile assequit̄: nō occultādo qd̄ fecerit: sed nō faciendo qd̄ occultare uelit. Quod si misericordia dei bonis piisq; cōcedit: ut iter inimicos quoslibet futuros liberi securiq; uer sentur: aliena peccata sibi cōmissa non prodant: quæ prodi timeant: ipsi nulla committant. Cum enim falsum quid a maledico fingitur: aut oino nō læditur: aut certe integra salute sola fama uexatur. Cū autē malū p̄petrat: hostis est imunis: etiā si nullius intimi loquacitate aut lite uulgetur. Quapropter quis prudentium non uideat: etiam tu q̄ tolerabiliter seras amicissimi quondam & familiarissimi incredibiles nunc inimicitias consolante conscientia: & quemadmodum uel quod iactitat uel qd̄ a quibusdam forsitan creditur: in sinistris armis deputes: quibus nō minus q̄ dextris contra diabolu dimicatur. Verūtamē illū maluerim aliquo modo mitiorē: q̄ te isto modo armatorē. Hoc magnum & triste miraculū est ex amicitia talibus ad has inimicitias peruenisse. lætum erit: & multo maius ex inimicitia talibus ad pristinam concordiam reuertisse.

Beati augustini episcopi ad Præsidium rogantis: ut prædictam epistolam beato Hieronymo contra se cōmōto transmittat.

Epistola. CVII. .x.ij.

Domino beatissimo & merito uenerando fratri & consacerdoti Præsidio augustinus in domino salutem. Sicut præsens rogauī sinceritatem tuam: nunc quoq; cōmoneo: ut lras meas sancto fratri & cōpresbytero nostro Hieronymo mittere nō graueris. Ut autem nouerit charitas tua: quemadmodū etiam tu illi pro mea causa scribere debeas: nisi exemplaria lras & mearū ad ipsum: & ad me ipsius. Quibus lectis pro tua sancta prudentia sicile uidebis & modum meum quem seruandum putauī: & motum eius: quem non frustra timui. Aut si ego quod non debui aliquid scripsi: non ad illum de me: sed ad me ipsum potius frater na dilectione mitte sermonem: quo correctus petam: ut ignoscat: si meam culpam ipse cognouero.

Beati Hieronymi post acceptā satisfactiōe mitius sancto augustino episcopo rescribētis de acriore suæ expositionis in Galathas se excusantis: & deinceps ad mutuā charitatē exhortantis. Epistola. CXIII.

Domino uere sancto & beatissimo papæ augustino Hieronymus in christo salutem. Cum a sancto fratre nostro Firmo sollicitè quærerem quid ageres: sospitem te lætus audiui. Rursum cum litteras nō dico sperare sed exigerem: nesciēte te ex africa p̄fectū esse se dixit. Itaq; reddo tibi per eū salutationis officia: qui te unico amore complectitur: simulq; obsecro: ut ignoscas pudori meo: q̄ diu ut rescriberem præcipienti negare non potui: nec ego tibi: sed causa causæ respondit. Et si culpa est respondisse: quæso ut patier audias multo maior est prouocasse. Sed cessent istiusmodi querimonia: sit inter nos pura germanitas: & deinceps non quæstionum sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres qui nobiscum domino seruiunt affatim te salutant. Sanctos qui tecum christi leue trahunt iugum: præcipue sanctum & suscipiendum papā Alipium: ut meo obsequio salutes præcor. Incolumen te & memorem mei Christus deus noster teneatur oīp̄o tens. Domine uere sancte & beatissime papa: si legisti librum explanationum in Ionam: puto q̄ ridiculam curbitæ nō recipias quæstionē. Sin autē amicus q̄ me primus gladio petiit: stilo repulsus ē: sit humanitatis tuæ atq; iusticiæ accusantē reprehēdere: nō respōdentē. In scripturæ si placet cāpo sine nro inuicē dolore ludamus.

Argumentum.

Prioribus contra se pro expositione apostolicae reprehensionis a beato Hieronymo scriptis epistolis & illius commentario respondet: confirmans ueram fuisse reprehensionem Petri non dispensatoriam & simulatam: in qua dicit contra Porphyrium iustam libertatem in defensione euangelii in paulo: & sanctam humilitatem in Petro commendari. In uno tamen Hieronymo consentiens atque confirmans: sicut ab initio primitiis iudeorum legalia fuisse promissa sine spe salutis: sic ipse progressu & reuelata fidei gratia tantum iudeis quae gentibus conuersis effecta mortifera.

Augustini ad beatum Hieronymum epistola prioris: omnium responsiua: in qua suam sententiam tuetur: ostendens non dispensatoriam aut simulatam: sed dignam & ueram fuisse Petri reprehensionem a paulo. Epistola. CXIII.

Quoniam dilectissimo & in Christi uisceribus honorando sancto fratri & coprelbytero Hieronymo Augustinus in domino salutem. Jam pridem charitati tuae prolixam epistolam misi: respondens illi tuae: quam per sanctum filium tuum Asterium: nunc iam non solum fratrem: uerum etiam collegam meum misisse te recolis: quae utrum in manus tuas peruenire meruerit: adhuc nescio: nisi quod per fratrem sincerissimum firmum scribis. Si ille qui primum gladio petiit: stilo repulsus est: ut sit humanitatis meae atque iusticiae accusantem reprehendere: non respondentem: hoc solo tenuissimo indicio: utrumque conicio: legisse te illam epistolam meam. In ea quippe deploraui tantam inter uos extitisse discordiam: de quoque tanta amicitia quaque uersum eam fama diffuderat: charitas fraterna gaudebat. Quod non feci: reprehendendo in aliquo germanitatem tuam: cuius in ea te aliquam culpam me cognouisse non ausus sum dicere: sed dolendo humanam miseriam: cuius in amicitia tua charitate retinendis: quae libet illa sit: incerta permansio est. Verum illud malueram tuis nosse rescriptis: utrum mihi ueniam quam poposceram: dederis quod apertius mihi intimari cupio: quis hilarior quidem uultus frater tuus: etiam hoc me impetrasse: significare uideatur: si tamen post lectam illam missa sunt: quod in eis minime apparet: petis: uel potius fiducia charitatis iubet: ut in scripturae campo: sine nostro inuicem dolore ludamus. Et quidem quantum ad me atque tunc serio nos ista: quae ludo agere mallem. Quod si hoc uerbum tibi propter facilitatem ponere placuit ego fateor maius aliquid ex peto a benignitate tuae uirium: prudentiaque tam docta: & ociosa: annosa: studio sae ingeniosa: diligentia: haec tibi non tantum donante: uerum etiam dictante spiritu sancto: ut in magnis & laboriosis quaestionibus: non tanquam ludentem in campo scripturae: sed in montibus anhelantem adiuues. Si autem propter hilaritatem: quam esse inter charissimos differentes decet: putasti dicendum esse ludamus: siue illud apertum & planum sit: unde colloquimur: siue arduum atque difficile: hoc ipse edoce: obsecro te: quoniam modo assequi ualeamus: ut cum forte nos aliquid mouet: quod nobis: & si non cauti attendentibus: certe tardius intelligentibus: non probatum est. Et quid nobis uideatur: contra conamur asserere: si haec aliquando securiore libertate dicamus: non incidamus in suspitiones puerilis iactantiae: quasi non nos famam uiros illustres accusando queramus. Si autem aliquid asperum quod refellendi necessitate: de proptum fuerit: quo tolerabile fiat: leniore circumdamus eloquio licet melle gladium stringere non iudicemur. Nisi forte ille modus est: quo utrumque hoc uitium: uel uitii suspitionem cauemus si cum doctiore amico sic disputamus: ut quicquid dixerit: necesse sit approbare: nec querendi saltem causa: liceat aliquotulum reluctari. Tum uero sine ullo timore offensionis: quasi in campo luditur: sed mihi si nobis non illud rem: honoremque deferre: ut nullum eorum scribendo errasse auctorem aliquid: firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero: si quis quod uideatur contrarium ueritati: nihil aliud quam uel mendosum esse codicem: uel interpretem: non esse secutum esse quod dictum est: uel me minime intellexisse: non ambigam. Alios autem ita lego: ut quilibet sanctitate doctrina praepropolleant non ideo uerum putem: quia ipsi ita senserunt. Sed quia mihi: uel per illos auctores canonicos: uel probabili ratione: quae uero non abhorreat persuadere potuerunt. Nec te mihi frater sentire aliquid aliter existimo. Proferus inquam non te arbitror: sic legi tuos libros uelle: tanquam prophetarum & apostolorum: de quoque scriptis quod omni errore careant: dubitare nefarium est. Absit hoc a pia humilitate & ueraci de temetipso cogitatione qua nisi esses perditus: non utique diceres: utinam mereremur complexus tuos: & collatione mutua uel doceremus aliqua: uel aliqua disceremus. Quod si te ipsum consideratione uitae ac morum tuorum non simulate non fallaciter dixisse credo: quanto magis aequum est me credere apostolum paulum non aliud sensisse quam scripsisti: tibi ait de petro & Barnaba cum uiderem quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii: dixi petro coram omnibus. Si tu cum sis iudeus gentiliter & non iudaice uiuis: quomodo gentes cogis iudaizare? De quo enim certus sum: quod me scribendo uel loquendo non fallat: si fallebat apostolus filios suos: quos itaque patrie uidebat: donec in eis christus: id est ueritas formaretur: quibus cum praemisisset dicens: Quae autem scribo uobis ecce coram deo quia non mentior: non tamen ueraciter scribebat: sed nescio qua dispensatoria simulatione fallebat uidisse se petrum & Barnabam non recte ingredienti ad ueritatem euangelii: ac petro in faciem testis fuisse: non ob aliud nisi quod gentes cogeret iudaizare. At enim satius est credere apostolum paulum aliquid non uere scripsisse: quam apostolum petrum aliquid non recte egisse. Hoc si ita est: dicamus quod absit: satius esse credere mentiri euangelium: quam negatum esse a petro Christum: & mentiri regnum: librum: quam tantum prophetam a domino deo tam excellenter electum in concupiscenda atque abducenda uxore aliena commisisse adulterium: & in marito eius necando tam horridum homicidium. Immo uero sanctam scripturam in summo & caelesti auctoritatis culmine collocatam de ueritate eius certius ac securius legam: & in ea homines uel approbatos uel emendatos uel damnatos ueraciter discam potius quam humana facta: dum in quibusdam laudabilis excellentiae personis aliquando credere timeo reprehendenda ipsa diuina eloquia mihi sunt ubique suspecta. Manichaei plurima diuinae scripturae: quibus eorum nefarius error clarissima sententia: perspicuitate conuincitur: quia in alium sensum detorque non possunt: falsa esse contendunt ita

Temporis progressu

Dis. nom. . . Ego scilicet

Na

ita tamen ut eandē falsitatē nō scribentibus apostolis tribuant: sed neseio quibus codicū corruptoribus. Quod ta-
men quā nec pluribus nec antiquioribus exemplaribus nec præcedētis linguæ auctoritate; unde latini libri interpretati
sunt: probate aliquādo potuerūt: notissima oībus ueritate sup̄ati: cōfusiq; discedūt: ita ne nō intelligit facta pru-
dētia tua quā malitia eorū pateat occasio: si nō ab aliis apostolicas lras esse falsatas: sed ipsos apostolos falsā scri-
psisse dicamus: Nō inq; credibile est hoc in petro paulū qđ ipse paulus fecerat arguisse. Nō nūc quō qđ fecerit:
sed qđ scripserit quō. Hoc ad quēstionē quā suscepi maxie ptinet: ut ueritas diuinay scripturay ad nrām fidē adi-
ficandā memoriā cōmendata: nō a quibuslibet: sed ab ipsis apostolis: ac p hoc in canonicū auctoritatis culmē re-
cepta ex oī parte uerax atq; indubitanda p̄sistat. Nā si hoc fecit Petrus: qđ facere debuit: mentitus est paulus: q;
eū uiderit nō recte ingredientē ad ueritatē euāgelii. Quisq; n. hoc facit: qđ facere debet: recte utiq; facit & ideo
falsū de eo dicit: qui dicit eū nō recte fecisse: qđ eū nouit facere debuisse. Si aut̄ uerū scripsit paulus uerū est q; pe-
trus tunc nō recte ingrediebat̄ ad ueritatē euāgelii. Id ergo faciebat: qđ facere nō debeat: & si tale quid paulus ip-
se iā fecerat: correptū potius etiā ipsū credā coapostoli sui correptionē non potuisse negligere: qđ mendaciter ali-
quid in sua epistola posuisse: & epistola qualibet: quō magis in illa: in qua prælocutus ait: Quæ scribo uobis: ec-
ce corā deo: quia nō mentior: Et qđ illud petrū sic egisse credo: ut gētes cogeret iudaizare. Hoc. n. lego scripsit
se paulū: quē mentitū esse nō credo: & ideo nō recte agebat hic petrus. Erat. n. cōtra euāgelii ueritatē: ut putarēt
qui credebat̄ in Christū sine illis ueteribus sacris: saluos se esse nō posse. Hac. n. contendebāt Antiochia: qui ex
circuncisiōe crediderant: cōtra quos paulus p̄seueranter acriterq; cōfligit. Ipsū uero paulū nō ad hoc id egisse: q;
uel Timotheū circuncidit: uel cenchris uotū p̄soluit: uel hierosolymis a iacobo admonitus cū eis qui nouerāt le-
gitima illa celebrāda suscepit: ut putari uideretur p̄ ea facta etiā christianā salutē dari: sed ne illa quæ prioribus
ut cōgruebat t̄pibus: in umbris regē futuray deus fieri iusserat: tanq̄ idolatriā gentiliū dānare crederetur. Hoc ē
enim qđ illi iacobus ait auditū de illo esse: q; discipulōne doceat a Moysē: qđ utiq; nefas esset: ut credētes in Chri-
stum discendantur a p̄pheta Christi: tanq̄ eius doctrinā detestantes atq; dānātes. De quo ipse christus dicit: Si
credideritis Moysi: crederetis & mihi. De me. n. ille scripsit. Attende enim obsecro ipsa uerba iacobi. Vides inquit
frater quot milia sunt in iudæa: qui crediderunt in Christū: & hi oēs æmulatores sunt legis. Audierunt aut̄ de te
quia discipulōne doces a Moysē eorū: qui per gentes sunt iudæorū: dicens non debere eos circūcidere filios suos
neq; secundū consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet cōuenire multitudinem. Audierunt enim te
sup̄uenisse. Hoc ergo fac: quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes sup̄ se: iis assumptis s̄a-
c̄rificata te cum ipsis: & impende in eos: ut radant capita sua: & scient oēs: quia quæ de te audierint falsa sint: sed se
queris & ipse custodiens legem. De gentibus aut̄ qui crediderunt: nos mandauimus: iudicantes nihil huiusmo-
di seruare illos: nisi ut se obseruent ab idolis inmolando: & a sanguine & a fornicatione. Nō ut opinor obscurum
est: & iacobum hoc non monuisse: ut scirent falsa esse: quæ de illo audierant hi: qui cum in christū ex iudæis cre-
didissent: tamen æmulatores erant legis: me per doctrinam Christi: uelut sacrilega nec deo mandante conscrip-
ta damnari putarentur: quæ per Moysē patribus fuerat ministrata. Hoc enim de paulo iactauerant: nō illi qui
intelligebant quo aīo a iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent: propter commendandam scilicet auctori-
tatem diuinā & sacrorū illoꝝ propheticam sanctitatem: non propter adipiscendā salutē quæ iam in christo re-
uelabatur: & per baptismi sacramentum ministrabatur: sed illi hoc de paulo sparserant: qui sic ea uolebant ob-
seruari: tanq̄ sine iis in euāgelio salus credentibus esse non posset. Ipsum enim senserant uehementissimū gr̄a
prædicatorem: & intentioni eorū maxime aduersum docentem: non per illam hoīem iustificari: sed per gratiā
iesu christi: cuius prænunciandæ causā: ille umbræ in lege mandata sunt: & ideo illi inuidiam & persecutionis in-
concitare molientes: tanq̄ inimicum legis mandatorūq; diuinorū criminabantur. Cuius falsæ criminationis in-
uidiam congruētus deuitare non posset: qđ ut ea ipse celebraret: quæ damnare tanq̄ sacrilega putabatur: atq; ita
ostenderet: nec iudæos tunc ab eis: tanq̄ a nefariis prohibendos: nec gentiles ad ea tanq̄ ad necessaria compellen-
dos: nam si re uera sic ea reprobarēt: quemadmodum de illo auditum erat: & ideo celebrāda susciperet: ut actio-
ne simulata: suam posset occultare sniam: non ei diceret iacobus. Et scient oēs: sed diceret: & putabunt oēs: quo-
niam quæ de te audierunt: falsa sunt: præsertim quia in ipsis hierosolymis apostoli iā decreuerant: ne quisq; gen-
tes cogeret iudaizare: non aut̄ decreuerant ne quisq; tunc iudæos iudaizare phiberet: quis etiam ipsos iā doctri-
na christiana nō cogeret. Proinde si post hoc apostolorū decretum: petrus habuit illam in Antiochia simulatio-
nem: quæ gentes cogeret iudaizare: qđ iam nec ipse cogebatur: quis propter commendanda eloquia dei: quæ
iudæis sunt credita: non prohibebatur. Quid mirū: si constringebat eum paulus libere asserere: qđ cum cæteris
apostolis se hierosolymis decreuisse meminerat? Si aut̄ hoc qđ magis arbitror ante hierosolymitanū cōcilium
petrus fecit: nec sic mirū est: q; eum uolebat paulus: non timide obtigere: sed fidenter asserere: qđ eum pariter se-
tire iam nouerat: siue qđ eum eo obtulerat euāgelium: siue qđ in cornelii centurionis uocatione etiam diuini-
tus eum de hac re admonitum acceperat: siue q; ante qđ illi quos timuerat: uenissent antiochiam: cum gentibus
eum conuesci uiderat. Neq; enim negamus: hac snia fuisse iam petrum: in qua & paulus fuit. Non itaq; tunc
eum quid in ea re uerū esset: docebat sed eius simulationem: qua gentes iudaizare cogebantur arguebat: non ob
aliud: nisi quia sic oīa illa simulatoria gerebantur: tanq̄ uerum esset: qđ dicebant illi: qui sine circuncisione præ-
putii atq; aliis obseruationibus umbræ futurorū putabant: credentes saluos esse non posse. Ergo & Timotheū
propterea circuncidit: ne iudæis & maxime cognationi eius maternæ sic uiderentur qui ex gentilibus in Chri-
stum crediderant: detestari circuncisionem: sicut idolatria detestanda est: cum illam deus fieri præceperit. Hac
fathanas persuaserit: & Timotheum propterea non circuncidit: ne occasionem daret eis: qui sine circuncisione dice-

bant credentes saluos esse non posse. Et ad deceptionem gentium: hoc etiam Paulum iactarent: quod ipse satis significat: ubi ait. Sed neque Titus: qui mecum erat: cum esset græcus cõpulsus est circumcidi: propter subintroductos aut falsos fratres: qui subintroierat perscrutari libertatem nostram ut nos in seruitutem redigerent. Quibus nec ad horam cessimus subiectioni: ut ueritas euangelii pueniat ad uos. Sic apparet: quid eos captare intellexerit: ut non faceret: quod in Timotheo fecerat: & quæ ea libertate facere poterat: qua ostenderet illa facta: nec tanquam necessaria debere appeti: nec tanquam sacrilegia debere dånari. Sed cauendum est uidelicet in hac disputatione: ne sicut philosophi quædam facta hominum media dicamus: inter recte factum: & peccatum: quæ neque in recte factis: neque in peccatis numeretur. Et urgeamur eo quod obseruare legis ceremonias: non potest esse indifferens: sed aut bonum: aut malum. Vbi si bonum dixerimus: eas nos quoque obseruare cogamur. Si autem malum: non uerè sed simulate ab apostolis esse seruatas credamus. Ego uero apostolis non tam exemplum philosophorum timeo: quando & illi in sua disputatione ueri aliquid dicunt: quod forensium aduocatorum: quando in alienarum causarum actione metiuntur. Quorum similitudo si in ipsa expositione epistolæ ad Galathas ad cõfirmandam simulationem petri & pauli putata est: deceter iduci: quod ego apud te timeam nomen philosophorum: qui non propterea uani sunt quia omnia falsa dicunt: sed quia & falsis plerisque cõsident: & ubi uera inueniunt dicere: christiana gratia quæ est ipsa ueritas alieni sunt. Cur autem non dicam præcepta illa ueteris sacramentorum: nec bona esse: quia non eis homines iustificant (sumbræ sunt. n. prænunciates gratiam: qua iustificamur) nec tam mala: quia diuinitus præcepta sunt ipsi personisque cõgruentia: cum me adiuuet etiam prophetica sententia: quod dicit deus se illi populo dedisse præcepta non bona. Forte. n. propterea dixit non mala: sed tantum non bona. id est non talia ut illis homines boni fiant: aut sine illis boni fiant. Velle me doceret benigna sinceritas tua utrum simulare quis sanctus orientalis cum romam uenerit ieiunet sabbato: excepto illo die paschalis uigilia. Quod si malum esse dixerimus: non solum romanam ecclesiam: sed etiam multa ei uicina & aliquo remotiora dånabimus: ubi mos idem tenet & manet. Si autem non ieiunare sabbato malum putauerimus: tot ecclesias orientis & multo maiorem orbis christiani partem qua temeritate criminabimur? Placeat ne tibi: ut medium quiddam esse dicamus: quod tamen acceptabile sit eis: qui hoc non simulate: sed cõgruenti societate atque obseruantia fecerit: & tamen nihil inde legimus in canonicis libris præceptum esse christianis. Quamto magis illud malum dicere non audeo: quod dominum præcepisse ipsa christiana fide negare non possum: qua didici non eo me iustificari: se gratia dei per Iesum christum dominum nostrum. Dico ergo circumcisionem præputii & cetera huiusmodi priori populo per testamentum quod uetus dicitur diuinitus data ad significationem futurorum: quæ per christum oportebat impleri: quibus aduentibus remansisse illa christianis legenda tantum ad intelligentiam præmissæ prophetiæ: non autem necessario faciendæ: quasi adhuc expectandum esset: ut ueniret fidei reuelatio: quæ his significabatur esse uentura: sed quibus gentibus imponenda non essent: non tamen sic debuisse auferrî a cõsuetudine iudeorum tanquam detestanda atque dånanda: sensum proinde atque paulatim seruente prædicatione gratia christi: qua sola nosserent credentes se iustificari: saluosque fieri: non illis umbris rebus ante futuram: tunc iam uenientium atque præsertim: ut in illorum iudeorum uocatione quos præsertim carnis christi & apostolica tempora inuenerunt: sic omnis illa actio cõsumaretur habere: hoc eis suffecisse ad cõmendationem: ut non tanquam detestanda & similis idolatriæ uitaret: ultra uero non haberet progressum: ne putaretur necessaria: tanquam uel ab illa salus esset: uel sine illa esse non posset. Quod putauerunt hæretici: qui dum uolunt & iudei esse & christiani: nec iudei nec christiani esse potuerunt: quorum sententiam mihi cauendam: quibus in ea nunquam fuerim: tamen beneuolentissime admonere dignatus es. In cuius sententia non cõfessionem sed simulationem timore Petrus inciderat: ut de illo paulus uerissime scriberet: quod eum uidisset non recte ingredientem ad ueritatem euangelii: eique uerissime diceret: quod gentes iudaizare cogebat: quod paulus utique cogebat: ob hoc illa uetera ueraciter: ubi opus esset obseruans: ut damanda non esse monstraret: prædicans tamen instantem non eis: sed reuelata fidei gratia saluos fieri fideles: ne ad ea quæ uelut necessaria suscipienda cõpelleret. Sic autem apostolum paulum credo ueraciter cuncta illa gessisse: nec tamen nunc quæ factum ex iudaismo christianum uel cogo uel sino talia ueraciter celebrare: sicut nec tu: cui uidetur paulus simulasse: ea cogis istum uel sinis talia simulare. An uis ut etiam ego dicam: hanc esse summam quæstionis immo sententia tua: ut post euangelium christi benefaciant credentes iudei: si sacrificia offerant quæ obtulit paulus: si filios circumcidant: si sabbatum obseruent: ut paulus in Timotheo: & omnes obseruauerunt iudei: dummodo hæc simulate ac fallaciter agant? Hoc si ita est: non iam in hæresim Hebræorum: uel eorum quos uulgo Nazareos uocant: uel quolibet alia uerterem: sed in nescio quam nouam delabimur: quæ sit cõpernitiosior: quo non errore sed proposito est ac uoluntate fallaci. Quod si respondens: ut te purges ab hac sententia: tunc apostolos laudabiliter ista simulasse: ne scandalizarentur infirmi: qui ex iudeis multi crediderant: & ea respuenda nondum intelligebant. Nunc uero cõfirmata per tot gentes doctrina gratiæ christianæ: cõfirmata etiam per omnes christi ecclesias lectione legis & prophetarum: quomodo hæc intelligenda non obseruanda retinentur? Quisquis ea simulando agere uoluerit: uideatur insanire: cur mihi non licet dicere apostolum paulum & alios rectæ fidei christianos tunc illa uetera sacramenta paulum obseruando ueraciter cõmendare debuisse: ne putarentur illarum prophetiæ significationis obseruationes a piissimis patribus custoditæ tanquam sacrilegia diabolica a posteris detestata. Jam enim cum uenisset fides: quæ prius illis obseruationibus prænunciata post mortem & resurrectionem domini reuelata est: amiserunt tanquam uitam officii sui. Verum tamen sicut defuncta corpora necessario deducenda erant quodammodo ad sepulturam: nec simulate: sed religiose: non autem deserenda continuo: uel inimicorum obreccationibus tanquam canum morsibus proicienda. Proinde nunc quisquis christiano: quis sit ex iudeis similiter ea celebrare uoluerit: tanquam sopitos cineres seruans: non erit pius deductor uel baiulus corporis: sed impius sepulcræ uiolator. Fateor factum in eo quod epistola mea continet: quod ideo sacra iudeorum paulus celebranda susceperat cum iam christi esset apostolus:

Quedam media facta sunt

111011

11011

*heresis Hebræorum
& Nazareorum*

stolus: ut doceret: nō esse p̄nitiosū iis: qui ea uellent: sicut a parentibus p̄ legē acceperant: custodire: minus me po-
fuisse illo dūtaxat tpe: quo primū fidei gr̄a reuelata est. Tunc. n. hoc nō erat p̄nitiosū. Progressu uero t̄pis erat p̄-
nitiosū: nisi illa: obseruationes ab oibus christianis desererentur: ne si tunc fierēt: nō discerneret qd̄ deus p̄ Moy-
sē populo suo pr̄cepit: ab eo qd̄ in tēplis d̄amoniōz sp̄s imundus instituit. Proinde potius culpanda est ne-
gligētia mea: quia hīc nō addidi quā obiurgatio tua: uerūtamen longe ante q̄ lras tuas acceperim: scribens cō-
tra Faustū manichæū quō eundē locū quis breuiter explicauerim: & hoc illic nō pr̄ter miserim: & legere pote-
rit: & nō dedignetur benignitas tua: & a charissimis nris: per quos hęc scripta nunc misi: quō uolueris: tibi fides
fieri: illud me ante dictaslet mihiq; de aīo meo credere: qd̄ corā deo loq̄ns: iure charitatis exposco nunq̄ mihi uisū
fuisse etiā nunc christianos ex iudæis factos sacra mēta illa uetera quolibet affectu: quolibet aīo celebrare debe-
re: aut eis ullo modo licere: eū illud de paulo semp̄ ita scripserim: ex quo illius lra mihi innotuerunt: sicut nec ti-
bi uidetur hoc tpe cuiq̄ ista esse simulanda: eū hoc fecisse apostolos credas. Proinde sicut tē cōtrario loq̄ris: & li-
cet reclamātes: sicut tu scribis mundos: libera uoce pronuncias: ceremonias iudæoz p̄nitiosas esse & mortiferas
christianis: & quicūq; eas obserauerit: siue ex iudæis: siue ex gentibus: eū in barathrū diaboli deuolutū: ita ego
hanc uocē tuā oīno confirmo: & addo: quicūq; obserauerit eas: nō solū ueraciter: ueq; etiā simulate: eum in ba-
rathrum diaboli deuolutum. Quid q̄ris amplius: Sed sicut tu simulationē apostolorū ab huius t̄pis rōne secer-
nis: ita ego apostoli pauli ueracem tunc in his oibus conuersationē ab huius t̄pis: quis minime simulata cerimo-
niaz iudæicaz obseruatione secerno: quoniā tunc fuit approbanda: nunc detestanda. Ita quis legerimus: lex &
propheta: usq; ad Ioannē baptistā: quia propterea q̄rebant iudæi Christum interficere: quia non solum solu-
bat sabbatum: sed etiam patrem suum dicebat deum: & qualem se faciens deo: & quia gratiam pro gratia accepi-
mus: & quoniam lex p̄ Moyse data est: gratia & ueritas per Iesum facta est: & p̄ Hieremiā promissum est: datu-
rum deum testamentum nouum domui iuda: non secundum testamentum: qd̄ disposuit patribus eoz: non ta-
men arbitror ipsum dominum fallaciter a parentibus circumcissum: aut si hoc propter aetatem minime prohibe-
at: nec eum arbitror illud dixisse fallaciter leproso: quem certe non illa per Moyse pr̄cepta obseruatio: sed ipse
mundauerat: uade & offer pro te sacrificium: quod pr̄cepit Moyses in testimonium illius. Nec fallaciter ascē-
dit ad diem festum: usq; adeo non causa ostentationis coram hoibus: ut non euidenter ascenderit: sed latenter.

At enim dixit idem apostolus: ecce ego paulus dico uobis: quia si circumcidamini: Christus uobis nihil prodest.
Decepit ergo Timotheum: & fecit ei nihil prodesse Christum. An quia fallaciter factum est: ideo non obfuit?
At ipse hoc non posuit: nec ait: si circumcidamini ueraciter: sicut nec fallaciter: sed sine ulla expositione dixit: Si
circumcidamini: Christus uobis nihil proderit. Sicut ergo tu uis hic locū dare sn̄x tuæ: ut uellis subintelligi nisi
fallaciter: ita non impudenter flagito: ut nos etiam illic intelligere sinas: eis dictum: si circumcidamini: qui p̄pte-
rea uolebant circumcidi: q; aliter se putabant in Christo saluos esse non posse. Hoc ergo aīo: hac uoluntate: ista i-
tentione quisquis tunc circumcidebatur: Christus ei nihil oīno proderat: sicut alibi aperte dicit. Nam si per legē
iusticia: ergo Christus mortuus est gratis: hoc declarabat: & qd̄ ipse cōmemorasti: Euacuati estis a Christo: qui
iu lege iustificamini: gratia excidistis. Illos itaq; arguit: qui se iustificari in lege credebant: non qui legitima il-
la in eius honorem a quo mandata sunt: obseruabant intelligentes: & qua pr̄nunciandæ ueritatis ratione man-
data sunt: & quousq; debeant perdurare. Vnde illud quod ait si spiritu ducemini: non adhuc estis sub lege. Vn-
de uelut colligis apparere qui sub lege est non dispensatiue ut nostros putas uoluisse maiores: sed uere ut ego in-
telligo eum spiritum sanctum nō habere: Magna mihi uidetur quæstio: quid sit esse sub lege sic quemadmodū
apostolus culpatur. Neq; hoc enim eum propter circumcissionē arbitror dicere: aut propter illa sacrificia: quæ tūc
facta a patribus: nunc a christianis non sunt: & cætera huiusmodi: sed etiam hoc ipsum: quod lex dicit: non con-
piscēs: quod fatemur: certe christianos obseruare debere: atq; euangelica maxime illustratione pr̄dicari. Legē
dicit esse sanctam: & mandatum sanctum & iustum & bonum. Deinde subiungit: quod ergo bonum est: mihi
factum est mors: Absit: sed peccatum: ut appareat peccatum: per bonum mihi operatum est mortem: ut fiat su-
pra modum peccans peccatum per mandatum. Quod autem hic dicit peccatum per mandatū fieri supra mo-
dum: hoc alibi. Lex subintravit ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum: superabundauit & gr̄a.
Et alibi: cum superius de dispensatione gratiæ loqueretur qd̄ ipsa iustificet: uelut interrogatus ait. Quid ergo
lex: atq; huic interrogationi continuo respondit. Præuicationis gratia posita est: donec ueniet semen cui pro-
missum est. Hos ergo damnabiliter dicit esse sub lege: quos reos facit lex: non implentes legem: dū non intelligē-
do gratiæ beneficium ad faciendā dei pr̄cepta quasi de suis uiribus superba elatione pr̄sumunt. plenitudo e-
nim legis charitas. Charitas uero dei diffusa est in cordibus nostris: non per nos ipsos: sed spiritum sanctum: q
datus est nobis. Sed huic rei quantum satis est explicandæ prolixius fortasse & sui proprii uoluminis sermo de-
betur si ergo istud quod lex ait: Non concupiscēs: si humana infirmitas gratia dei adiuta nō fuerit: sub se reum
tenet: & præuicatorē potius damnat q̄ liberat peccatorē: quāto magis illa quæ significationis causa pr̄-
cepta sunt: circuncisio & cætera: quæ gratiæ reuelatione latius innotescēte necesse fuerit aboleri iustificare ne-
minem poterant. Non tamen ideo fuerant tanq̄ diabolica gentium sacrilegia damnanda: etiam cum ipsa gra-
tia iam inci peret reuelari: quæ umbris talibus fuerat pr̄nunciata: sed permittenda paululum eis maxime qui
ex illo populo cui data sunt uenerant postea uero tanq̄ cum honore sepulta sunt: a christianis omnibus irrepa-
rabliter deferenda. Hoc autem quod dicitis non dispensatiue ut maiores nostri uoluerē: quid sibi uult orote?
Aut enim hoc est quod ego appello officiosum mendacium: ut hęc dispensatio sit officium uelut honeste men-
tiendi: aut quid aliud sit omnino non intelligo: nisi forte addico nomine dispensationis sit: ut mendacium non

fit mendacium. Quod si absurdum est: cur ergo non aperte dicis officiosum mendacium defendendum: Nisi forte nomen te mouet: quia non tam usitatum est in ecclesiasticis libris uocabulum officii: quod Ambrosius non timuit: qui suos quosdam libros utilium præceptorum plenos de officiis uoluit appellare. An si officiose mentiatur culpandus est quisque: si dispensatiue approbandus: Rogo te mentiatur ubi legerit: qui hoc purat: quæ & in hoc magna quæstio est: sine aliquando boni uiri in uero christiani: qualibus dictum est: sit in ore uestro est est: non non. ut non sub iudicio decidatis: & qui fide audiunt: perdes oēs qui loquuntur mendaciū. Sed hæc ut dixi & alia & magna quæstio est. Eligat quod uoluerit: qui hoc existimat ut mentiatur: dum tamen ab scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum & maxime canonicarum inconcussus credatur: & defendatur abesse oino mendacium: ne dispensatores Christi: de quibus dictum est: hic iam queritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur: tanquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse uideantur pro ueritatis dispensatione mentiri: cum ipsa si des in latino sermone ab eo dicatur appellata: quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur: mentiendi utique non est locus. Fidelis igitur dispensator apostolus paulus proculdubio nobis exhibet in scribendo fidem: quia ueritatis dispensator erat non falsitatis: ac per hoc uerum scripsit uidisse se petrum non recte ingrediente in ad ueritatem euangelii: eique in faciem restituisse: quæ gentes iudaizare cogeret. Iple uero petrus quod a paulo fiebat utiliter libertate charitatis: sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius & sanctius exemplum præbuit posteris: quo non dedignaretur sicubi forte recti tramite reliquissent: etiam a posterioribus corrigi: quæ paulus quod confidenter auderet etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate salua fraterna charitate resistere. Nam cum satius multo sit a tenendo itinere in nullo quam in aliquo declinare: multo est tamen mirabilius & laudabilius libenter accipere corrigentem: quam audacter corrigere deuantem. Laus itaque iuxta libertatis in paulo: & sanctæ humilitatis in petro quantum mihi pro modulo meo uidetur: magis fuerat aduersus calumniantem Porphyrium defendenda: quam ut ei daretur obrectandi maior occasio: qua multo inordinatius criminaretur christianos fallaciter uel suas litteras scribere: uel dei sui sacramenta tractare. Flagita a me: ut aliquem saltem unum ostendam: cuius in hac re sententiam sim secutus: cum tu tam plures nominatim commemoraueris: qui te in eo quod astruis præcesserunt petens: ut si te reprehendo errantem: patiar te errare cum talibus quorum ego fateor neminem legi. Sed cum sint ferme sex aut septem: horum quatuor auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenum: cuius nomen taces: dicitis nuper de ecclesia egressum. Alexandrum autem ueterem hæreticum: Origenem uero ac Didymum reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis: & non mediocriter: nec de mediocribus quæstionibus quibus Origenem mirabiliter ante laudaueris. Cum uis ergo errare puto: quia nec te ipse patieris: quis hoc perinde dicatur: ac si in hac sententia non errauerint. Nam quis est: qui se uelit cum quolibet errare: Tres igitur restant. Eusebius: Emisenus: Theodorus Heracleotes: & quem paulo post commemoras Ioannes: qui dudum in pontificali gradu constantinopolitanam rexerat ecclesiam. Porro si queras: uel recolas quid hinc senserit noster Ambrosius: quid noster itidem Cyprianus: inuenies fortasse nec nobis deuisse: quos in eo: quod asserimus sequemur: quæ sicut paulo ante dixi: tantummodo scripturis canonicis: hanc ingenuam debeam seruitutem: qua eas solas ita sequar: ut scriptores earum: nihil oino in eis errasse: nihil fallaciter posuisse: non dubitem. Proinde cum quæro tertium: ut tres etiam ego tribus opponam. Possim quidem ut arbitror facile reperire: si multa legissem. Verum tamen ipse mihi pro his omnibus: immo super hos oēs apostolus paulus occurrit. Ad ipsum confugio: ad ipsum ab omnibus qui aliud sentiunt litterarum eius tractatoribus prouocor: ipsum interrogans appello: & requiro in eo quod scripsit ad galathas: uidisse se petrum: non recte ingrediente in ad ueritatem euangelii: eique propterea in faciem restituisse: quæ illa simulatioe gentes iudaizare cogebat. Vtrum uerum scripserit: an forte nescio qua dispensatiua fallitate mentitus sit: & audio eum paulo superius in eiusdem narrationis exordio religiosa mihi uoce clamantem. Quæ autem scribo uobis: ecce coram deo: quia non mentior. Dent ueniam quilibet aliud opinantes: Ego magis credo tanto apostolo in suis & pro suis litteris iuranti: quam cuique doctissimo de alienis litteris disputanti. Nec dicit timeo sic Paulum offendere: quæ non simularit errorem iudeorum: sed uere fuerit in errore: quoniam neque simulabat errorem: qui libertate apostolica: sicut illi ipsi congruebat: uetera illa sacramenta ubi opus erat agendo commendabat ea: non sathanæ uerluta decipiendis hominibus: sed dei prouidentia pronuntiandis rebus futuris prophetice constituta: nec uere fuerat in errore iudeorum: qui non solum nouerat: sed etiam instanter & acriter prædicabat eos errare: qui putabant gentibus imponenda: uel iustificationi quorumque fidelium necessaria. Quod autem dixi: eum factum iudæis: tanquam iudæum: & tanquam gentilem gentilibus: non mentientis astu: sed compatientis affectu: quemadmodum dixerim: parum mihi uisus es attendisse: immo ego fortasse non satis hoc explanare poterim. Neque enim hoc ideo dixi: quæ misericorditer illa simulauerit: sed quia non ea sic simulauit: quæ faciebat similia iudæis: quemadmodum nec illa quæ faciebat similia gentibus quæ tu quoque commemorasti: atque in eo me: quod non ingræte fateor adiuuisti. Cum enim abs te quesisset in epistola mea: quomodo putaretur: ideo factus iudæis tanquam iudæus: quia fallaciter suscepit sacramenta iudeorum: & cum gentibus tanquam gentilis factus sit: nec tamen suscepit fallaciter sacrificia gentium. Tu respondisti in eo factum gentibus tanquam gentilem: quæ præputium recepit: quæ indifferenter permiserit uesci cibis quos dānant iudæi: ubi quæro utrum & hoc simulate fecerit. Quod si absurdissimum atque fallissimum est: sic ergo & illa in quibus iudeorum consuetudini congruebat: libertate prudenti: non necessitate seruili: aut quod est indignius: dispensatione fallaci: potius quam fideli. Fidelibus enim & iis quæ cognouerunt ueritatem: sicut ipse testatur. nisi forte & hic fallit: omnis creatura dei bona est: & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione accipitur. Ergo & ipsi paulo non solum uero: uerum etiam dispensatori: maxime fideli: non solum cognitori: uerum etiam doctori ueritatis: omnis utique in cibis creatura dei: non simulate sed

Fidelis quia fit et dicitur

uere bona erat. Cur ergo nihil simulate accipiendo sacrorum ceremoniarumque gentiliū: sed de cibis: & præputio:
uerum sentiendo: ac docendo: tamen tanquam gentilis factus est gentibus: & non potuit fieri iudæis tanquam iudæus:
nisi fallaciter suscipiendo sacra iudæorum: Cur oleastro inserto obseruauit dispensationis ueracem fidem & natu-
ralibus ramis: non extra sed in arbore constitutus: nescio quid dispensationis uelamen simulationis obtendit? Cur
factus tanquam gentilis gentibus: quod sentit docet: quod agit sentit: factus autem tanquam iudæus iudæis: aliud claudit in
pectore: aliud promittit in uerbis: in factis: in scriptis. Sed absit hoc sapere. Veritas enim debebat charitate de cor-
de puro & conscientia bona & fide non ficta: ac per hoc oibus oia factus est: ut oēs lucrifaceret non mentientis astu:
sed cōpatientis affectu. i. non oia mala hoīum fallaciter agendo: sed aliorum oīum malis oibus tanquam si sua essent mi-
sericordes medicinæ diligentia procurando: Cū itaque illa testamenti ueteris sacra etiam sibi agenda minime re-
cusabat: non misericorditer fallebat: sed oīno non fallens: atque hoc modo a domino deo illā uisum ad certi tēpōris dis-
pensationem iusta esse cōmendā: a sacrilegis sacrīs gentium distinguebat. Tunc autē nō mentientis astu: sed cō-
patientis affectu: iudæis tanquam iudæus fiebat: quando illos ab illo errore: quo uel in Christum credere nolebant
uel per uetera sacerdotia sua ceremoniarum obseruationes se a peccatis posse mundari: fierique saluos existimabant
sic liberare cupiebat: tanquam ipse illo errore teneretur: diligens utique proximum tanquam se ipsum: & hæc aliis faciens
quæ sibi ab aliis fieri uellet: si hoc opus esset. Quod cum dominus monuisset: adiunxit. Hæc est autē lex & pro-
pheta: hunc cōpatientis affectum in eadem epistola ad Galathas præcipit dicens. Si præoccupatus fuerit ho-
mo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis intendens te ipsum ne & tu
teateris. Vide si non dixit fieri tanquam ille: ut illum lucrifacias: non utique ut ipsum delictum fallaciter ageret: aut
se id hæc simularet: sed ut in alterius delicto quid etiam sibi accidere posset attenderet: atque ita alteri tanquam sibi al-
tero uellet misericorditer subuenire: hoc est non mentientis astu: sed cōpatientis affectu. Sic iudæo: sic gentili:
sic cui libet hoī Paulus in errore uel peccato aliquo constituto: non simulando quod non erat: sed compatiedo: quæ
esse potuisset: tanquam qui se hoīem cogitare: omnibus oia factus est: ut omnes lucrifaceret. Te ipsum si placet ob-
secro re pauli sper intueri: te ipsum inquam erga me ipsum & recolere: uel si habes conscripta relege uerba tua in illa e-
pistola: quam mihi per fratrem nostrum iam collegam meum Cyprianum breuiorem misisti quam ueracem quam germa-
no quam pleno charitatis affectu: cum quædam me in te cōmisisse expostulasses grauius subiunxisti. In hoc lædi-
tur amicitia: in hoc necessitudinis iura uiolantur: ne uideamur certare pueriliter: & fautoribus inuicem uel de-
tractoibus nris tribuere materiam contendendi. Hæc abs te uerba non solum ex aīo dicta sentio: uerum etiam bey-
nigno aīo ad consulendum mihi. Denique addis quod etiam si non adderes appareret: & dicis hoc scribo: quia te pu-
re & christiane diligere cupio: nec quicquam in mea mente retinere quod distet a labiis. O uir sancte mihi que ut deus
uidet aīam meam ueraci corde dilecti: hoc ipsum quod posuisti in lris tuis: quod te mihi exhibuisse non dubito: hoc
ipsum oīno apostolum Paulū credo exhibuisse in lris suis non unicuique hoī: sed iudæis & græcis & oibus gen-
tibus filiis suis: quos in euangelio genuerat: & quos pariendos parturiebat: & deinde posterorum tot milibus fide-
lium christianorum: propter quos illa memorie cōmendabatur epistola: ut nihil in sua mente retineret: quod di-
staret a labiis: Certe factus es etiam tu tanquam ego non mentientis astu: sed cōpatientis affectu: cum cogitares tã
me non relinquendum in ea culpa in quã me prolapsus existimasti: que nec te uelles si eo modo prolapsus esses.
Vnde agens gratias beniuolæ menti erga me tuæ simul posco: ut etiam mihi non succenseas: quæ cum in opus-
culis tuis aliqua me mouerent: motum meum intimaui: tibi hoc erga me ab oibus obseruari uolens: quod erga
te ipse seruauit: ut quicquid improbandum putat in scriptis: nec claudant subdolo pectore: nec ita reprehendant
apud alios: ut taceant apud me: hinc potius existimans lædi amicitiam: & necessitudinis iura uiolari. Nescio. n.
ut uerū amicitia christiana putanda sint: in quibus magis ualet uulgare prouerbiū. Obsequiū amicos ueritas odii
um parit: que ecclesiasticum: Fideliora sunt uulnera amici: quam uoluntaria oscula inimici. Proinde charissimos nros
qui nris laboribus sincerissime fauerit hoc potius quãta possumus instantia doceamus: quo sciant fieri posse:
ut inter charissimos nihil aliquid alterutro sermone contradicatur: nec tamen ipsa charitas minuatur: nec ueri-
tas odium pariat: quæ debetur amicitia: siue illud uerum sit quod contra dicitur: siue corde ueraci quæcūque dicitur:
nō retinendo in mente quod a labiis distet. Credat igitur fratres nostri familiares tui: quibus testimonium phibes
que sint uasa Christi: me inuito factū: nec mediocriter de hac re dolore esse cordi meo: que litteræ meæ prius in multo-
rum manus uenerint: que ad te ad quem scriptæ sunt puenire potuerunt. Quod autē modo id acciderit: & longū est nar-
rare: & nisi fallor superfluum: cū sufficiat siquid mihi in hoc credatur: nō eo factum aīo quo putatur: nec oīno meæ
fuisse uoluntatis aut dispositionis aut consensionis aut saltem cognitionis: ut fieret. Hæc si non credunt quod te-
ste deo loquor: quid amplius faciã: non habeo. Ego tamen absit ut eos credam: hoc tuæ sanctitati maliuola mente
suggerere ad excitandas inter nos inimicitias: quas misericordia domini dei nri auertat a nobis sed sine ullo no-
cendi aīo facile de hoīe humana uicia suspicari. Hoc enim me de illis æquum est credere: si uasa sunt Christi: nō
in contumeliam: sed in honorem facta: & disposita in domo magna: deo ad omne opus bonum. Quod si post
hanc attestationem meam: si in noticiã eorum uenerit: facere uoluerint: que non recte faciãt: & tu uides: quod sane scri-
pseram: nullū me librū aduersus te romam misisse: ideo scripseram: quia & libri nomen: ab ipsa epistola discernebam.
Vnde omnino nescio quid aliud te audisse existimaueram: & romam nec ipsam epistolam: sed tibi miseram: & aduersus
te non esse arbitrabar: quod sinceritate amicitia siue ad admonendum: siue ad te uel me abs te corrigendum:
fecisse me noueram: exceptis autem familiaribus tuis. te ipsum obsecro per grām: qua redempti sumus: ut quæ-
cūque tua bona quæ domini pietate tibi concessa sunt: in litteris meis posui: non me existimes insidioso blandi-
loquio posuisse. Siquid autem in te peccauit: dimittas mihi. Nec illud quod de te nescio cuius poetæ factum:

ineptius fortasse: q̄ litteratius a me commemoratum est: amplius q̄ dixi: ad te trahas: cum continuo subiecerim: nō hoc ideo me dixisse: ut oculos cordis reciperes: quos absit unq̄ ut amiseris: sed ut aduerteres: quos sanos & uigiles haberes: propter solam ergo palinodiam si scripserimus aliquid: quod scripto posteriore destruere debeamus imitandam: non propter Stesichori cæcitatem: quam cordi tuo nec tribui: nec timui: attingendū illud existimaui: atq; idētidem rogo: ut me fidēter corrigas: ubi mihi hoc opus esse prospexeris. Quāq̄ enim secundū honorum uocabula: quæ iam ecclesiæ usus obtinuit: episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Licet etiam a minore quolibet non sit refugienda uel dedignāda correptio. De interpretatione tua iam mihi persuasisti: q̄ utilitate scripturas uolueris transferre de hebræis: ut scilicet ea: q̄ a iudæis prætermissa uel corrupta sunt: proferres in medium: sed peto insinuare digneris: a quibus iudæis utrū ab eis ipsis: qui ante aduentum domini interpretati sunt: Et si ita est: quibus uel quonam eorum? An ab istis posterioribus: qui propterea putari possūt aliqua de codicibus græcis uel subtraxisse: uel in eis corrupisse: ne illis testimoniis de christiana fide uincerentur: Illi autem anteriores: cur hoc facere uoluerint: non inuenio. Deinde non bis mittas obsecro interpretationem tuam de .lxx. quam te edidisse nesciebam: librum quoq; tuum: cuius mentionem fecisti: de optimo genere interpretandi: cupio legere: & adhuc nosse: quomodo coarctanda sit in interpretatione peritua linguarū: coniecturis eorū: qui scripturas edisserendo pertractant: quos necesse est etiā si recte atq; uni us fidei fuerint uarias parere in multoq; locorum obscuritate sententias: quis nequāq̄ ipsa uarietas: ab eiusdē fidei unitate discordet: sicut etiam unius tractator: secundū eandem fidē aliter atq; aliter eundem locū potest exponere: quia hoc eius obscuritas patitur. Ideo autē desidero interpretationē tuam de .lxx. ut tanta latinorū interpretū qui qualescūq; hoc ausi sunt: quantum possumus: iperitia careamus: & hi qui me inuidere putāt utilibus laboribus tuis: tandem aliquādo si fieri potest: intelligant: propterea me nolle tuā ex hebræo interpretationē in ecclesiis legi: ne contra .lxx. auctoritatē tanq̄ nouū aliquid proferentes: magno scādalo perturbemus plābes christi: quæ aures & corda illam interpretationē audire consueuerunt: quæ etiam ab apostolis approbata est. Unde illud apud Ionam uirgultum si in hebræo: nec hedera est: nec cucurbita: sed nescio quid aliud: quod trunco suo nixum nullis sustentandum ad miniculis erigatur: mallet iam in omnibus latinis cucurbitam legi. Nō enī frustra hoc puo septuaginta posuisse: nisi quia & huic simile sciebant. Satis me immo fortasse plus q̄ satis: tribus epistolis tuis respondisse arbitror: quarum duas p̄ Cyprianum accepi: unam per firmum. Rescribe quod uisum fuerit ad nos uel alios instruendos. Dabo autem operam diligentiorē: quantum me adiuuat dominus ut litteræ: quas ad te scribō: prius ad te perueniant: q̄ ad quenq̄: a quo latius dispergantur. Fateor enim nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me: quod de meis ad te factū: iustissime postulas. Tamen placet nobis inuicē non rantū charitas: uerū etiam libertas amicitie: ne apud me taceas uel ego apud te: quod in nostris lris uicissimi nos mouet: eo scilicet aio qui oculis dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis pernitiōsa offensione nō putas: nō fiat. Illa. n. charitas: quā tecū habere uelle profiteor: maior est: sed melior hæc minor q̄ nulla est.

Sancti Augustini episcopi ad beatum Hieronymum presbyterum expositionem petentis de eo quod scribit in canonica Iacobi. Siquis totam legem seruauerit: offēdat autem in uno: factus est omnium reus: ubi plurima tractat de connexionione uirtutum ac uitiorum secūdum philosophorum catholicorumq; sententias.

Epistola. CXV.

Quod ad te scripsi honorande mihi in Christo frater Hieronyme quærens de anima humana: si nascentibus singulis nouæ singulæ nunc usq; sunt: ubi peccati uinculum contrahunt: quod per sacramentum gratiæ Christi etiam in infantibus recenter natis soluendum esse non dubitamus: cum in non paruū uolumen procederet: nolui nulla alia onerare quæstione: sed quod urget acrius: multo minus est negligendum. Proinde quæro: & per deum obsecro: ut exponas mihi quod multis existimo profuturum: aut si iam uel abs te uel ab alio aliquo expositum habes: dirigas nobis quomodo accipiendum sit: quod in epistola Iacobi apostoli scriptum est. Quicumq; enim totam legem seruauerit: offēdat autem in uno: factus est omnium reus: quæ res talis ac tanta est: ut quod hinc tibi non iam olim scripsi: multum me poeniteat. De agenda namq; præsentis uitæ quomodo ad uitam perueniamus æternam: non de præterita perscrutanda: quam penitus demersit obliuio: sicut est illud quod de anima quærendum putauī: hæc uertitur quæstio. Eleganter autem dictum esse narratur: quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam ruisset in puteum: ubi aqua tanta erat: ut eum magis exciperet ne moreretur: q̄ suffocaret: ne loqueretur: accessit alius: & eo uiso admirans ait. Quomodo huc cecidisti? At ille. Obsecro inquit cogita quomodo hinc me liberēs: non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur: & fide catholica tenemus de reatu peccati tanq̄ de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam: satis est ei: q̄ modum quomodo salua fiat nouimus: etiam si nunq̄ quomodo in malum illud deueniret nouerimus. Sed ideo putauī esse quærendum: ne forte ex illis opinionibus incarnationis animæ: aliquam teneamus incautius: quæ liberanda prius animam paruuli contradicat: negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento: q̄ anima paruuli de reatu peccati liberanda est: nec alio modo liberanda nisi gratia dei per Iesum christum dominum nostrum si possumus etiam ipsius mali causam & originem nosse: uaniloquis non disputatoribus: sed litigatoribus paratius instructiusq; resistimus. Si autē nō possumus: nō quia latet miseræ principiū: ideo pigrescere misericordie debet officium. Aduersus eos autem qui sibi uidentur scire quod nesciunt: hoc tuiores sumus: q̄ hanc ignorantiam

Hinc deducitur cor
repto a minore.

Elegans dictu nō

rantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est: aliud quod sciri uel non potest: uel non opus est uel ad uitam quam quærimus indifferens est. Hoc est uero quod de litteris apostoli Iacobi nunc re-
 quiro: in hac ipsa qua uiuimus & ut semper uiuamus deo placere studemus actione uersatur. Quomodo igitur
 intelligendum est obsecro te: quicumque totam legem seruauerit: offendat autem in uno: factus est omnium reus. Ita
 ne qui furtum fecerit: imo uero qui dixerit diuiti: sede hic: pauperi autem tu ista illic: & homicidii & adulterii &
 sacrilegii reus est: Quod si non est: quomodo qui uno offendit factus est omnium reus? An illud quod dixit de
 diuite & paupere ad ista non pertinet: quorum si quis offenderit: fiet omnium reus? Sed recolendum est unde uenerit
 illa sententia: & quæ illa superiora pepererint: quibusque conexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in persona-
 rum acceptione habere fidem domini nostri Iesu christi gloria. Etenim si introierit in conuentu nostro uir annulum
 aureum habens in ueste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus ue-
 ste præclara: & dicatis ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu ista illic: aut sede sub scabello pedum meorum
 nonne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi:
 nonne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide: & hæc redes regni: quod repromisit deus diligētibus se?
 Vos autem exhonoraſtis pauperem: propter illum scilicet cui dictum est: ista illic: cum habenti annulum aureum
 dictum esset: tu sede hic bene. Ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius uersans & explicans: nonne i-
 quit diuites per potentiam opprimunt uos: & trahunt ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen: quod i-
 uocatum est super uos? Siquidem legem perficitis regalem secundum scripturam: diliges proximum tuum si-
 cut teipsum: benefacitis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege quasi transgressores.
 Vide quemadmodum transgressores legis appellat: qui dicunt diuiti sede hic: & pauperi ista illic. Vnde ne puta-
 rent contempibile esse peccatum: in hac una re legem transgredi: secutus adiunxit. Quicumque totam legem ser-
 uauerit: offendat autem in uno: factus est omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis: dixit: & non occi-
 des. Quod si non occidis: mœchaberis autem: factus es transgressor legis: propter id quod dixerat redarguti a
 lege: quasi transgressores. Quæ cum ita sint consequens uidetur: nisi alio modo intelligendum ostendatur: ut
 qui dixerit diuiti: sede hic: & pauperi ista illic: huic non honorem: quem illi deferens: & idolatra & blasphemus &
 adulter & homicida: & ne quod longum est: cuncta commemorem: reus omnium criminum iudicandus est. Of-
 fendens quippe in uno factus est omnium reus. At enim qui unam uirtutem habet: omnes habet: & qui unam
 non habet: nullam habet. Hoc si uerum est: confirmatur ista sententia: sed ego eam exponi uolo: non confirma-
 ri: quæ per se ipsam apud nos omnibus philosophorum auctoritatibus firmior est. Et illud quidem de uirtuti-
 bus & uitii: si ueraciter dicitur: non est consequens: ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de in-
 separabilitate uirtutum: nisi forsitan fallor: tamē si uerum memini: quod uix memini: omnibus philosophis pla-
 cuit: qui easdem uirtutes agenda uitæ necessarias esse dixerunt. Hoc autem de paritate peccatorum soli Stoi-
 ci ausi sunt disputare: contra omnem sensum generis humani. quam eorum uanitatem in Iouiniano illo qui in
 hac sententia Stoicus erat: in aucupandis autem & defendendis uoluptatibus Epicureus de scripturis sanctis di-
 lucidissime conuicisti. In qua tua suauissima & præclarissima disputatione satis euidenter apparuit: non pla-
 cuisse auctoribus nostris: uel ipsi potius: quæ per eos locuta est ueritati: omnia paria esse peccata. Quomodo
 autem fieri possit: ut etiam si hoc de uirtutibus uerum est: non tamen ideo cogamur fateri æqualitatem omnium
 peccatorum quantum possum adiuuante domino aperire conabor. Quod si effecero approbabis: ubi uero cau-
 sa defuerit: tu supplebis: certe hinc persuadet: qui unam uirtutem habuerit: habere omnes: & omnes deesse: cui
 una defuerit: prudentia: nec ignaua: nec iniusta: nec interpretans potest esse: nam si aliquid horum fuerit pru-
 dentia non erit. Porro si prudentia tunc erit si & fortis & iusta: & temperans sit: profecto ubi fuerit: secum ha-
 bet cæteras. Sic & fortitudo imprudens esse non potest: uel intemperans: uel iniusta: sic temperantia necesse est
 ut prudens: fortis: & iusta sit. Sic iusticia non est nisi sit prudens: fortis: temperans: ita ubi est una uera aliqua
 earum: & alia similiter sunt. Vbi autem alia defunt: uera una illa non est: etiam si aliquo modo similis esse ui-
 deatur. Sunt enim ut scis quædam uitia uirtutibus aperta discretionem contraria: ut imprudentia prudentia.
 Sunt autem quædam quæ tantum uitia sunt: ideo contraria: quadam tamen specie fallaci similia: ut eidem pru-
 dentia: non imprudentia: sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam: quæ usitatius in malitiosis intelligi: & uo-
 cari solet: non sicut nostra loqui scriptura consueuit: quæ sæpe astutiam in bono ponit. Vnde estote astuti: ut
 serpentes: & illud: ut & innocentibus det astutiam: quæ & apud illos: romana lingua disertissimus dixerit: neque
 illi tamen ad cauendum dolus: aut astutia deerant: astutiam ponens in bono: sed apud illos rarissimum: apud
 nostros frequentissimum est. Itemque in partibus temperantia: apertissime contraria est effusio parsimonie:
 ea uero quæ tenacitas dici uulgo solet: uitium quidem est: tamen parsimonie simile: non natura: sed fal-
 lacissima specie. Item dissimilitudine manifesta contraria est iniusticia iusticie. Solet autem quasi imita-
 ri iusticiam uindicandi se libido: sed uitium est. Ignauia fortitudini perspicue contraria est: duritia uero di-
 stat natura: fallit similitudine. Constantia pars quædam uirtutis est. Ab hac inconstantia longe abhorret:
 & indubie contra sistit. Pettinacia uero constantia dici affectat: & non est: quia illa est uirtus: hoc uitium. Ut
 ergo non iterum hæc eadem commemorare necesse sit: exempli gratia ponamus aliquid: unde possint cæ-
 tera intelligi. Catilina ut de illo scripserunt: qui nosse potuerunt: frigus: sitim: famem: ferre poterat: eratque
 patiens inedia: algoris: uigilia: supraque cuique credibile est: ac per hoc & sibi & suis magna præditus forti-
 tudine uidebatur: sed hæc fortitudo prudens non erat: mala enim pro bonis eligebat. Temperans non
 erat: corruptelis enim turpissimis fœdebatur. Iustus non erat: nam contra patriam coniurauerat. Et ideo

*Peccatorum paritatem
 asserunt stoici.*

Intemperans

*Salus dicitur
 Astutia in bono*

De Catilina

nec fortitudo erat: sed duritia sibi: ut stultos falleret: nomē fortitudinis iponebat. Nā si fortitudo esset: non uitiū sed uirtus esset. Si autē uirtus esset: ceteris uirtutibus tanq̄ inseparabilibus comitibus nunq̄ relinq̄retur. Quia propter dū quærēt etiā de uitiis: utrū ipsa similiter omnia sint: ubi unū erit: aut nulla sint: ubi unū nō erit: laboriosū est id ostēdere: propterea quia unī uirtuti duo uitia opponi solent. Et quod apte cōtrariū est: & quod specie similitudinis adumbrat. Vnde illa Catilinæ quia fortitudo nō erat: quæ esset cū secū uirtutes alias nō haberat: facilius uidebatur. Quod uero ignauia fuerit: ubi exercitatio q̄libet grauissimas molestias ppetiendi atq; tollerandi: supraq̄ cuiq̄ credibile est fuit ægre psuadere potest. Sed forte acutius intuētibus: ignauia apparet ipsa duritia: quia labore bonorū studiorū quibus uera acquirīt fortitudo neglexerat. Verūtamen quia sunt audaces qui timidi non sunt: & rursus timidi a quibus abest audacia: cū sit utrūq; uitiū: quoniā qui uera uirtute fortis est: nec temere audet: nec inconsulte timet: cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vnde aliq̄do uitiū uirtio tollitur: ut amore laudis: amor pecuniæ: aliq̄do unū cedit: ut plura succedāt: uelut qui ebriosus fuerit: si modicū biberit: & tenacitatē & ambitionē didicerit. Possunt itaq; uitia etiā cedere uitiis succedentibus non uirtutibus: & ideo plura sunt. Virtus uero quo una ingressa fuerit: quoniā secū ceteras ducit: profecto uitia cedēt oia q̄cūq; inerant. Non enī omnia inerant: sed aliquando totidē: aliquando plura paucioribus uel pauciora pluribus succedebant. Hæc utrū ita se habeant: diligentius inquirendū est. Non enī & ista diuina sententia est: quia dicitur: qui unā uirtutē habuerit: omnes habet: eiq; nulla inest: cui una defuerit: sed hoibus hoc uisū est: multū quidē ingeniosus: studiosus: sed tamē hominibus. Ego uero nescio quē admodū dicā: non dico uisū a quo denominata dicitur uirtus: sed etiā mulierē: q̄ uiro suo seruat: thori fidē si hoc faciat propter præceptū & promissum dei: & quæ primitus sit fidelis nō habere pudicitia: aut pudicitia nullā uel paruā esse uirtutē. Sic & maritū qui hoc idē seruat uxori: & tamē sunt plurimi tales: quorū sine aliquo peccato esse: neminem dixerim: & utiq; illud qualecūq; peccatū ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia coniugalis in uiris foeminisq; religiosis cū procul dubio uirtus sit: non enī aut nihil aut uitiū est: non tamē secū habet omnes uirtutes. Nā si omnes ibi essent: nullū esset uitiū: nullū omnino peccatū. Quis autē sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo uitio: id est fomite quodā uel quasi radice peccati: cū clamet qui supra pectus domini recūbebat: si dixerimus quia peccatū nō habemus: nos ipsos seducimus: & ueritas in nobis non est. Neq; hoc apud te diutius agendū est: sed propter alios qui forte hoc legerint dico. Nā tu quidē in eodē ipso opere splendido cōtra Iouinianū etiā hoc de scripturis factis diligenter probasti. Vbi etiā ex hac ipsa epistola cuius uerba sunt: quorū nunc intellectū requirimus posuisti: quod scriptū est: in multis enī offendimus omnes: non enī ait offenditis: sed offendimus omnes: cū christo loqueret apostolus: & cū hoc loco dicat. Quicūq; autē totā legē seruauerit: offendat autē in uno: factus est oium reus. Ibi non in uno sed in multis: nec quosdā sed omnes dicit offendere. Absit autē ut quisq; fidelis existimet tot milia seruorū christi: qui ueraciter dicunt se habere peccatū: ne se ipsos decipiant: & ueritas in eis nō sit nullā habere uirtutē: cū uirtus magna sit sapientia. Dixit autē ipsa sapientia homini. Ecce pietas est sapientia. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines dei non habere pietatē quā græci uel eusebiani uel expressius & plenius theosebia uocant. Quid autē pietas est: nisi dei cultus: & unde ille colit nisi charitate. Charitas igitur de corde puro & cōscientia bona & fide nō ficta magna & uera uirtus est: quia ipsa est & finis præcepti. Merito dicta est fortis sicut mors: quia siue nemo eā uincit sicut mortē: siue quia in hac uita usq; ad mortem est mensura charitatis: sicut dominus ait. Maiorē hac charitatē nemo habet: q̄ ut animā suam ponat pro amicis suis: siue potius: quia sicut mors aīam euellit a sensibus carnis: sic charitas a cōcupiscentiis carnalibus. Huic subleuit scientia cū est utilis: nā sine illa inflat. Quod uero illa ædificando impleuerit: nihil ibi ista inane quod inflat inueniet. Utile porro scientiā definiendo monstrauit: ubi cū dixisset. Ecce pietas est sapientia continuo subiunxit. Abstineret uero a malis: scientia est. Cur ergo non dicimus qui hanc uirtutem habet habere omnes: cū plenitudo legis sit charitas. An quanto magis est in homine: tanto magis est uirtute præditus. Quanto autem minus: tanto minus est uirtus: quia ipsa est uirtus: & quanto minus est uirtus: tanto minus est uitiū. Vbi ergo illa plena & perfecta erit: nihil ex uitio remanebit. Proinde mihi uidentur stoici falli: quia proficiētē hoīem in sapientia non lunt omnino habere sapientiā: sed tunc habere cū in ea omnino perfectus fuerit: non quia illum perfectum negant: sed nisi ex profundo quodā emergendo repente emicetur in auras sapientiæ liberās: nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim nihil interest ad hominē præfocandū utrū aquam stadiis multis super se habeat altā: aut unū palmū aut digitū: sic illos qui tendunt ad sapientiā proficere quidē dicunt: tanq̄ ab imo surgentes gurgitis in aerē: sed nisi totā stultitiā uelut opprimentē aquā proficiendo uelut emergendo euaserint: non habere uirtutem: nec esse sapientes. Vbi autē euaserint mox habere totā: nec quicq; stultitiæ remanere: unde omnino ullū peccatū possit existere. Hæc similitudo: ubi stultitia: uelut aqua & sapientia: uelut aer ponit: ut animus a præfocatione stultitiæ tanq̄ emergens in sapientia repente respiret: nō mihi uidetur satis accommodata nostrarū scripturarū auctoritati. Sed illa potius: ut uitiū uel stultitia tenebris luci aut uirtus & sapientia cōparetur: quantum ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt: non itaq; sicut de aquis in aerem surgens: ubi eas summū transierit repente quantum sufficit inspiratur: sed sicut de tenebris in lucē procedens: paulatim progrediendo illuminatur. Quod donec plenissime fiat: iam eum tamen dicimus tanq̄ de abditissima spelunca egredientē: uici-nia lucis afflatū tanto magis: quanto magis propinquat egressus: ut illud qd̄ in eo lucet: sit utiq; ex lumine: quo progreditur. Illud autem quod adhuc obscurum est: sit ex tenebris unde egreditur. Itaq; & non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens: & tamen iustus ex fide uiuit. Et indui sunt sancti iusticia: aliis maius: aliis minus. Et nemo hic uiuit sine peccato: & hoc aliis maius: aliis minus. Optimus autem est qui minimum.

Sed

Virtus a uero dicitur

Eusebia
Theosebia
Pietas
Charitas

1 Corin. 13

Stoici error

Sed quid ego tanq̄ oblitus cui loquor: doctore simili factus sum: cū proposuerim qd abs te discere uelim: Sed quia de peccator: paritate: unde ad id quod aieba incidit q̄stio: examinādā tibi sententiā meā promere statue ram: iam eā tandē aliq̄do concludā. Quia & si ueḡ est: eū qui habet unā omnes habere uirtutes: eū qui unā nō habet: nullā habere: nec sic peccata sunt paria: quia ubi uirtus nulla est: nihil quidē rectū est: nec tamē ideo nō prauo prauius est: distortoq; distortius. Si autē: quod puto esse uerius: sacriscq; litteris cōgruentius: ita sūt animæ minus: aliud omnino caret lumine: & tenebroso inumbrat̄ obstaculo: pfecto ita ut quisq; illustratione piæ charitatis affectus est: in alio actu magis: in alio minus: in aliquo nihil: sic potest dici habere aliā: & aliā non habere: aliā magis: aliā minus habere uirtutē. Nā & maior est in isto charitas: q̄ in alio: recte possumus dicere: & aliqua in isto: nulla in illo: quantum p̄tinet ad charitatē: quæ pietatis est: & in ipso uno homine q̄ maiore habuit pudicitia: q̄ patientia: & maiore hodie q̄ heri: si pficit: & adhuc non habeat continentia: & habeat non paruam misericordia: & ut generaliter breuiterq; cōplectar: quæ de uirtute habeā notionē: quod ad recte uiuendū attinet: uirtus est charitas: qua id quod diligendū est: diligit. Hæc in aliis maior: in aliis minor: in aliis nulla est. Plenissima minus est: q̄ debet ex uitio est. Ex quo uitio nō est iustus in terra q̄ faciat bonū & non peccet. Ex quo uitio nō iustificabitur in cōspectu dei omnis uiuēs. Propter quod uitii: si dixerimus: quia peccatū nō habemus: nosmetipsos seducimus: & ueritas in nobis nō est: propter quod etiā: quantumlibet profecerimus: necessariū est nobis dicerē: dimitte nobis debita nostra: cū iam oīa in baptismo dicta: facta: cogitata: dimissa sint. Quid itaq; qui recte uidet: unde & quando & ubi speranda sit illa profectio cui nō sit: qd̄ adici possit: Si autē præcepta nō essent nō utiq; esset: ubi se homo certius inspiceret: & uideret: unde auerteret: quo conaret: quare gratularet quid præcatur. Magna est ergo utilitas præceptor: si libero arbitrio tantū detur: ut gratia dei amplius honoret. Quia si ita se habet: unde fiet oīum reus: si in uno offenderit: qui totā legē seruauerit: An forte quia plenitudo legis charitas est: quæ deus proximusq; diligit: in quibus præceptis charitatis tota lex pendet & propheta: merito sit reus oīum: qui cōtra illā facit: in qua p̄dēt oīa: Nemo autē peccat nisi aduersus illā faciendo: quia nō adulterabis: non homicidiū facies nō furaberis: non cōcupisces: & si quod est aliud mandatū: in hoc sermone recapitulat̄: in eo q̄ diligit proximiū tuū tanq̄ teip̄sū. Dilectio pximi malū non operat̄. Plenitudo autē legis charitas. Nemo autē diligit proximiū: nisi diligens deū: & hoc q̄tū potest: proximo ip̄ndat: quē diligit tanq̄ seip̄sū: & ut ille diligit deū: quē si ipse nō diligit: nec se nec proximiū diligit. Ac p̄ hoc qui totā legē seruauerit: si in uno offenderit sit oīum reus: quia cōtra charitatē facit: unde tota lex p̄dēt. Reus itaq; sit oīum: faciendo cōtra eā: in qua p̄dēt oīa. Cur ergo non dicant̄ paria peccata: An forte quia magis facit cōtra charitatē: qui grauius peccat: minus qui leuius. Et hoc ipso quod admittit: sit quidē oīum reus: sed grauius peccans uel i pluribus peccans magis reus. Leuius autē uel in paucioribus peccans minus reus: tanto maiore scilicet reatu q̄to amplius: tātō minore quanto minus peccauerit: tamē etiā si in uno offenderit reus est: quia cōtra eā facit: in qua pendēt omnia. Quia si uera sūt: eodem modo & illud absoluit: quod ait homo: etiā apostolicæ gratiæ. In multis enī offendimus oēs. Omnes enī offendimus: sed alius grauius: alius leuius. Quāto quisq; grauius leuiusq; peccauerit: tātō in peccato cōmittēdo maior: quāto in diligēdo deo & proximo minor. Et rursum tātō minor in peccati p̄p̄tatione: quāto maior in dei & pximi dilectione. Tātō itaq; plenior iniquitatis: quāto inanior charitatis. Et tūc p̄fecti sumus in charitate: quādo nihil restat ex infirmitate. Nec sane quantum arbitror putandū est leue esse peccatū i personæ acceptione habere fidē domini Iesu christi: si illā distantia sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore atq; sanctiore: Si autē de quotidianis confessibus loquitur: quis non hic peccat: si tamen peccat: nisi cū apud se ip̄sū intus ita iudicat: ut ei tanto melior quanto ditior illo uideatur. Hoc enim uidetur significasse eum dicit. Nōne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices iniquarū cogitationum. Lex itaq; libertatis lex charitatis est: de qua dicit: si tamen legem p̄ficiatis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut teip̄sum: benefacis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege tanq̄ transgressores. Et post illam sententiam ad intelligendum diffillimam de qua satis dixi: quod est dicendum putauī eandem legem libertatis cōmemorans: sic loquamini inquit: & sic facite: sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Et quoniam quid paulo ante dixerit nouit: quoniam in multis offendimus omnes: suggerit dominicam tanq̄ quotidianam quotidianis: & si leuioribus tamen uulneribus medicinam. Iudicium enim inquit sine misericordia illi: qui non facit misericordiam. Hinc enim & dominus dimitte inquit: & dimitetur uobis: date: & dabitur uobis. Superexaltat autem misericordia iudicium: non enim est aduerso iudicio: sed sepe exaltat: quia plures per misericordiam colliguntur. Sed qui misericordiam præstiterūt (Beati enim misericordes: quia ipsis miserebitur deus) & hoc utiq; iustum est: ut dimittatur eis: quia dimiserunt: & detur eis: quia dederunt. Inest quippe deo & misericordia iudicantis: & iudicium miserantis: propter quod ei dicitur. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nam quisquis uelut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus expectat: irā iustissimam prouocat quam timens ille dicit. Ne intres in iudiciū cū seruo tuo. Vnde dicitur populo cōtumaci. Quid uultis mecum iudicio cōtendere: Cū enim rex iustus sederit in throno: quis gloriat̄ castū se habere cor: Aut quis gloriabit̄ mundū se esse a peccato: Quia igit̄ spes est: nisi superexaltet misericordia iudiciū: Sed erga illos q̄ misericordia fecerunt: ueraciter dicendo: Dimitte nobis: sicut & nos dimittimus: & sine murmuratione dādo: hilarē enī datorē diligit deus. Deniq; sanctus lacobus iam ex isto loco de misericordiæ operibus loquitur: ut quos uehementer illa sententia terruerat consoletur

700. 3

Luce 6

Matth. 5

Psalm. 100

Psalm. 117

1. Cor. 13

Matth. 5

2. Cor. 13

cum admonet: quomodo etiā quotidiana peccata sine quibus hic non uiuūt: quotidianis remediis expiētur: ne homo qui cū in uno offenderit: sit oīum reus: in multis offendēdo: quia in multis offendimur: propter magnū aggerē reatus sui minutatū collectū ad tribunal tāti iudicis pueniat: & cā quā non fecit misericordiā non inueniat: sed potius dimittēdo atq; dando mereat sibi dimitti peccata: reddiq; promissa. Multa dixit: quibus tibi tādū fortassis inferrē: qui hęc quæ tamē approbas: nō expectes discere: q; ea docere consueuisti. Siquid autē est in eis: quum ad rē ipsā pūnet: nā quali eloquio explicata sint: nō nimis curo: siquid ergo in eis est qd' eruditionē offendat tuā: q; io ut rescribendo admoncas: & me corrigere non graueris. Infelix est enī qui non tantos etiā sanctos tuos: studio: labores: & digne honorat: & de his domino deo nostro: cuius munere talis es: gratias agit. Vnde cū libentius debēā a quolibet discere quod inutiliter ignoro: q; prōptius quoslibet docere quod scio: q; to iustus abs te hoc charitatis debitū flagito: cuius doctrina in nomine & adiutorio domini tantū in latina lingua ecclesiastica littera adiuta sunt: quum unq; antea potuerunt. Maxime tamē istā sententiā: quicūq; totā legem serua uerit: offendat autē in uno: factus est oīum reus: si quo alio modo exponi melius posse nouit tua dilectio: per domini obsecro: ut id nobiscum communicare digneris.

CA. gumētū excerptū ex secūdo libro retractationū beati Augustini de duabus epistolis siue tractatibus directis beato Hieronymo: uidelicet de pximo precedēti: & alio q; habet inter q̄stiones de origine animæ.

Scripsi etiā duos libros ad presbyterū Hieronymū si dentē in Bethleē. Vnū de origine animæ hominis Aliege de sententiā Iacobi apostoli: ubi ait. Quicūq; totā legē serua uerit: offendat autē in uno: factus est oīum reus: de utroq; cōsulens eū: sed in illo priore q̄stione quā proposui ipse nō solui. In posteriore autē quid mihi de illa soluenda uidere: non tacui: sed utrū hoc approbaret etiam ille consuluit: rescripsit autē laudans eandē cōsulationē meā: sibi tamen ad respondendū oīū non esse respondit. Ego uero quousq; esset cor porē: hos libros edere nolui: ne forte responderet aliq; do: & cū ipsa responsione eius potius ederent. Illo autē de sancto ad hoc edidi priorē: ut qui legit admoneatur aut non q̄rere omnino quomodo detur anima nascentibus: aut certe de re obscurissima eā solutionē q̄stionis huius admittere: quæ contraria non sit apūssimis rebus quas de originali peccato fides catholica nouit in paruulis nisi regenerentur in christo sine dubitatione dānādis. Posteriorē uero ad hoc ut q̄stionis de qua ubi agitur: etiam quæ nobis uisa est solutō ipsa noscatur. Hoc opus sic incipit dominum nostrum qui uos uocauit.

Beati Hieronymi de corpore & sanguine christi.

Epistola. CXVI.

Magnitudo celestium beneficiorum angustias humanæ mentis excedit. Et propterea ordinauit ita diuina prouidentia: ut quod capere in nobis ratio reus mole uicta non poterat: fides deuota conciperet: & intellectū credulitatis robusta nutrirēt. Cū ergo propter transgressionem Adæ origini: & morti teneremur obnoxii: prospiciens ex alto deus ex quo essemus graui debitores iuxta qualitatem captiuitatis: reparauit munus redemptionis: id est pro debita morte offerret indebitā: quia nec nos habebamus unde uiueremus: nec iste unde moreretur. Materiam ergo de nostra mortalitate suscepit: ut de sua immortalitate collata mori possit uita pro mortuis. Et quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris: & syderibus illaturus necessarium erat: ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret: ut coleretur: uel iugiter iure per mysterium quod semel offerebatur in præcium: ut quia quotidiana & ineffesa currebat pro hominum salute redemptio perpetua esset etiam redemptionis oblatio: & perennis illa uictima uiueret in memoria: & præsens semper esset in gratia. Vera tunica & perfecta hostia fide æstimandi non specie: nec exterioris cōfenda uisu hominis sed interioris affectu. Vnde merito celestis confirmat auctoritas: quia caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quādo quidem qui auctor est muneris ipse est etiam testis ueritatis. Nam uisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui: uerbo suo secreta potestate conuertit: ita dicens Accipite & comedite hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: Accipite inquit: & bibite hic est sanguis meus. Ergo ut ad nutum præcipientis domini repente ex nihilo substituerunt excelsa cælorum: profunda fluctuum: uasta terrarum: parem potentiā in spiritalibus sacramentis uerbi præbet uirtus: & rei seruit effectus. Quanta itaq; & q̄ celebrāda uis diuinæ benedictionis operetur: & quomodo tibi nouū & impossibile uideri non debeat: q; in christi substantiā terrena & mortalia commutantur: te ipsum qui iam in christo es regeneratus interroga dudū alienus a uita: peregrinus a misericordia: a salutis uia intrinsecus mortuus exulabas: subito initiatus christi legibus & salutaribus mysteriis innouatus in corpore ecclesiæ non uidēdo sed credēdo trāsiuisti. Et de filio pditionis adoptiuus dei fieri occulta puritate meruisti in mensura uisibili permanens maior factus es teipso uisibiliter sine quātatis augmento: cū ipse atq; idem esses multo aliter fidei processibus extitisti: in exteriorē nihil additū est: & totum in interiorē mutatum est: ac si homo christi filius effectus: & christus in hominis mēte formatus est: sicut ego sine corporali sensu præterita uisitate deposita subito noua indutus es dignitate: & sicut hęc quæ in te deus læsa curauit: infecta diluuit: maculata deterisit: non sunt oculis nec sensibus tuis credita: ita cum reuerendo altari celestibus cibus faciendis accedis sacrum dei tui corpus & sanguinem respice: honora: mirare: mente cōtinge: cordis manu suscipe: & maxime haustu interiori assume. Quod si illius ueteris legis māna: de quo legitur pluit eis māna: ut ederent: hoc unicuiq; sapiebat quod desideris cōcupierat. Aliudq; erat quod sumebatur: aliud quod uidebatur: inuisibiliterq; sapor ille in singulorū sensibus formabat. Si ergo illud ueteris legis manna cælitus elapsum per multumodas suauitates naturæ suæ meritū & generis sui excedebat intuitum: & si creaturam suam dispensatio largitoris multiplici diuersitate cōsiderat: ut præberet gustus: quod ignorabat aspectus: quia iuxta recipiētis desiderium esse illius nouitas

nouitas & dignitas nascebat. Vñ quęq; eni uariis & alienis saporibus reficiebat mellifluū pluuię illius donū: & multiplex sicci imbris obsequiū: quę cū ita sint: quod illic auiditas faciebat: hic fides faciat: & sicut in corpore cibibus sapiebat: in pectore deus crudelitate proficiat: sicut legimus: Accedat homo ad cor altū: & exaltabitur deus. Ideo quod ibi delectatio obtinebat in faucibus: hic benedictio operet in sensibus. Ad cognoscendū & percipiendū sacrificiū ueri dominici corporis: ipsa te roborat potentia cōsecratoris: & qui tunc latuit pręfiguratus in mānā: sic tibi nunc manifestatus in gratia. Ipsū autē fuisse in mānā illius specie pręfiguratū etiā propheta euidenter ostēdit dicēs: panē cęli dedit eis: panē angelorū māducauit homo. Et q̄s panis est angelorū: nisi christus: qui cibo suę charitatis & lumine claritatis nos satiat. Et hūc dat panē: dicēte propheta: Sexta die duplum colliges: dū eni primo a dominica die in lege tribuit: & i solo sabbato denegat: iā tūc christus ab ecclesia cui domini cū resurrectionis diē consecrauit: recipiendus ostendit: & synagogę ad quā cultus sabbati pertinebat: negādus esse p̄cipit: dū dies qui est dies septimus cęlestis panis fraude multat: de quo panis uetus narrat historia: nec quę plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperit minus: eo quę eucharistię p̄ceptio nō in q̄titate: sed i uirtute cōsistat: quę corpus domini sacerdote dispensante tantū est i exiguo: q̄tū esse cōstat i toto: quę cū ecclesia fidelium sumit: sicut plenū in uniuersis: ita integrū esse p̄bat in singulis: de quo sēsu apostolica sentētia derivata est dicēs: quę multa habet nō abūdabit: & qui modicū habet nō miorabit. Nō eni de cōmuni pane accipi dīctū potest: quę si forte esuriētibus apponeremus: nō ex toto pueniret ad singulos: quia particulati & minutati p̄portioe sua unusquisq; pręsumeret: de hoc uero pane cū assumit nihil minus habet singuli: quę uniuersi: totū unns totū duo: totū plures sine diminutioe accipiūt: quia benedictio huius sacramēti scit distribui: nec scit distributioe cōsumi. Sacramēti itaq; huius formā etiā in iudæorū paginis uidemus expressā. Nā de Melchisedech in Genesi legimus. Et Melchisedech rex Salē obtulit panē & uinum: & benedixit Abraham. Fuit autē sacerdos dei altissimi: dūq; a pręputio: id est a gētili circūcisio futura benedicti: ecclesię gloria prędicat: & synagogę i fidelis populus ex gēnibus acquisitus pręponit. Huius ergo Melchisedech genealogia uel origo notitiā illius tēporis latuit: & oblatione panis & uini hoc christi sacrificiū pręfigurauit: de quo p̄pheta pronūciat. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Nā & Moyses de eo mysterio loquēs: uinū & sanguinē sub una appellatione significat: & i benedictione patriarchę dominicā passionē multo amplius demōstrat: ita i quiens. Lauabit i uino stolā suā: & i sanguine uuę palliū suū. Aduerte quę euidenter cōstat uini creaturā christi sanguine occupatam: & quid adhuc de hac duplici specie inquirere debeas: ipso domino attestante cognosce. Nisi inquit manducaueritis carnē filiū hominis: & biberitis eius sanguinē: non habebitis uitā in uobis. Quod testimoniū contra Pellagium blasphemias euidentissimū atq; ualidissimū est: qui afferere arrepta impietate pręsumit: nō propter uitā: sed p̄pter regnū cęlorū baptismū paruulis cōferendū. Sub his eni dei uerbis: quibus euangelista pronūciat nō habebitis uitā in uobis: aperte intelligendū est: quę omnis anima munere baptismi uacua non solū gloria careat: sed & uitā. Hoc itaq; dominici sanguinis uinū aqua esse miscendū non solū traditione: sed ipso genere passionis ostēdit: cuius sacro latere sanguis & aqua lacę illusione profluxit sicut & propheta multo ante pręcinit dicēs. Percussit petrā: & effluerūt aquę. Et apostolus. Bibebāt inq; de cōsequēte eos petra. Vides quę qui biberit de christi gratia: sequit eū christi misericordia. Sed & i Salomone de ipso deo prędictū legimus: sapiētia iquit ædificauit sibi domū: id est corpus hoīs assūpsit: in quo habitat plenitudo diuinitatis. Excidit colūnas septē: quia illū benedictio gratię sepius impleuit: imactauit hostias suas: miscuit in cratere uinū suū: & parauit mensā suā. Et in se quēt. Venite: & edite de meis panibus: & bibite uinū quod miscui uobis. Admixtū ergo aqua uinum legimus. Nūc causā quare utrūq; dominus misceri uoluerit inquiramus. Quādo i iudæorū cōuiuio nuptiali uinū: id est fides in eis deficiebat: uinū inquit deficiebat: quia uinea fructū negabat: de qua dicit. Expectabā ut faceret uuas fecit autē spineas: unde & sertū spineū capiti redēptoris iposuit: quādo dominus nuptiali tēpore: id est quādo sponsus se ecclesię suę paschali exultatione iungēdo aquas in uinū cōuertit: manifeste pręfigurās multitudines gentiū de sanguinis sui gratia esse uēturas. Per aquas eni populos significari satis aperitur eloquiis: sicut legitur. Aquę istę quas uidisti populi sunt & gentes & linguę. Vnde & aduertimus in aquis figurā gentiū demonstrari: i uino autē sanguinē dominicę passionis ostēdi. Ac sic cū in sacramentis uino aqua miscetur christo fidelis populus incorporatur: & iungitur: & quadā ei copula perfectę charitatis unitur: ut possit dicere cū apostolo. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an āgustia: an persecutio: & reliquę. Deus autem homini suscepta sanctificatione miscetur: quam fides in ipso peccatore: affectus iusticię: misericordia pietatis infundunt. Etiam in hoc ipso: quę in numerosis tritici granis panem confici nouimus: unitatem cōstat assignare populorum. Sicut enim frumentum quod sola purgantis sollicitudine ad candidam speciem molarę labore perficitur ac per aquā & ignem in unius panis substantiam congregatur: sic uarię gentes diuersęq; nationes: in unam fidem cōueniētis unum de se christi corpus efficiunt: & christianus populus quasi tritici grana innumerabilia in sacrilegis nationibus fide purgata atq; cribrata discernitur: Et in unū: quasi infidelium lolio per transeunte colligitur: & duorum testamentorum instructione: uelut frumentum gemino molarum opere curatum nitescit. Et in illā primę originis dignitatem natiuo candore mutatur: ac per aquam baptismi uel per ignem spiritus sancti: æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo separari grana ab illius confectione panis ad unationem non possunt: & sicut aquę ad propriam redire substantiam in uinum permixtę iam non possunt: sic & fideles quicq; atq; sapientes: quę redemptos se christi sanguine & passione cognoscunt: ita debent quasi inseparabili membra: capiti suo: fidei obseruatione: & ardentissima religione sociari: ut ab eo non uoluntate: non necessitate sciungi: nō illa terrenę spectatione: nō deniq; ipsa possint morte diuelli. Nec dubitet quisq; primarias creaturas: nutu diuinę potentię:

praesentia summa maiestatis i dominici corporis transire posse natura: cum ipsu hoim uideat artificio caelestis misericordiae christi corpus effectum. Sicut aut quicumq; ad fide christi ueniens ante uerba baptismi: adhuc i uiculo e ueteris debiti: his uere memoratis mox exiit omne faece peccati: ita qdo benedicenda uerbis caelestibus creaturae sacris altaribus iponunt: ante q iuocatioe sui nominis consecrant: substantia illic e panis & uini: post uerba aut te corpus & sanguis est christi: qd aut mix est: si ea q uerbo potuit creare: uerba possit creata couerte. Immo ia minoris uidet esse miraculi: si id qd de nihilo agnoscit condidisse: ia conditu i melius ualeat comutare. Reque qd ei possit esse difficile: cui facile fuit hoim de limi materia figurare: imaginē etiā suae diuinitatis iducere: cui proptu est eu rursu reuocare de iseris: restituere de pditione: reparare de puluere: de terra i calu leuare: de hoie angelu facere: corpus humanu cōforme corpori suae claritatis reddere: & figmētū suū i regni sui cōsortio sublimare: ut qui corpus nostrae fragilitatis assūperat: nos i corpus suae immortalitatis assumat: ad quā gloriosam resurrectionē piis nos operibus praeparare dignet: qui uiuit & regnat in saecula saeculorū Amen.

Incerta Homelia super euangelio secundum Matthaum.

.CXVII.

Sanctus euangelista docet nos necessitate inopiae tolerantes subsidii causa amicū debere perquirere: & id qd deest ad refectiōe alterius: oportere ab altero mutuari. In tātu aut ad postulatū peruiacacē esse uoluit petitorē: ut nec nocturnis horis pulsare amicum ianuā desinat: nec excitare eū dubitet qescente: ita etiā ut tādū inferēs ipudētia mereat: qd amicitia nō mereat: & cōmunicatiōe panis extorqat iportunitas: quā non iperat humanitas. Ait enī. Quis uestrū habebit amicū: & ibit ad illū media nocte &c. Videt ergo secundū litterā aliquid persuadere: ut media nocte quiescenti amico: & clauso cubiculo dormienti molesti esse minime desinamus. Sed si ad spiritalē nos intelligentiā reuocemus: inueniemus non dure dominū: sed utiliter praecipisse. Nā utiq; postq discipulos orationē dominicā docuit: hanc subiicit parabolā: ut teligeremus iportunos nos amicos esse debere: non exostulando aliquid: sed potius praecando: id est christū nō carnali manu percutiendos: sed spiritali oratione pulsando. Ipse enim si recte uiuimus amicus noster est. Nam quis amicitior nobis est: q ille qui precio sui sanguinis nos redemit. Ipse inq amicitior omnibus est: qui cū sit dominus: amicus esse dicatur: dicens ad apostolos. Iam nō dicam uos seruos: sed amicos. Huius ergo amici ostium incessabiliter pulsare debemus: & horis eū inquietare nocturnis: & usq; adeo molesti esse: ut iportuni etiā iudicemur. Sed non huius iportunitatis uereamur: offensam: quia haec apud dominū iportunitas opportuna ē. Acceptor enī est illi ipudens deprecatio: q̄ secura praesumptio: hoc est plus meretur qui sollicitus orat instanter: q̄ qui confidens dissimulat negligenter. Ait enim & ille si perseuerauerit pulsans: perseuerans igitur meretur accipere: quod alibi euidentius dicit. Qui perseuerauerit usq; in finē: hic saluus erit. Non multū ergo iuuat frequentare orare: cui contingerit aliquando cessare. Semp igitur & sine intermissione petendū est: & pullandū: ne praecatio ante acta nihil prosit: si non ad finē eodē quo coeperit tenore peruenerit. Dico inquit uobis & si non dabit illi surgens eo q amicus eius sit: propter iportunitatē eius surget & dabit: magna p̄seueratiō est: quā quis iportuna est: q̄ molesta sit deo: tamē plus amica est q̄ amicus. Ecce enī quod amico negatur: perseuerantia promeretur. Illi recusat de fiducia: huic de contētiōe cōpatitur. Illi non largitur familiariter pulsanti: huic pertinaciter miseretur oranti. Pulsemus igitur ostiū domini non solū per fidē: sed etiā perseuerantia: ut aperiatur nobis & media nocte pulsemus: ne grauis nos ad uigilandū peccatorū sonus inuadat. Quod scriptum est: beati serui quos cū uenerit dominus inuenerit uigilantes. Hoc aut ostiū aperiiri sibi apostolus exposcit: non solū suis: sed et propriis orationibus obsecrans se iuari: dicens. Ut aperiatur mihi ostiū ad loquendū mysterium christi: scilicet aperto ostio illos sacramenti panes accipere desiderans: de quibus esurientis gentilis populi ad cognoscendū dominū inedia saturatur. Et nos ergo pulsemus hoc ostiū: & perseueranter oremus: ut ex ipso sapientiae & scientiae panē accipere mereamur. Nā nisi substantiā exinde sūperimus: fraternitatis istius desiderium proprio sermone reficere non ualemus: uel homo iste quilibet christianus intelligitur: qui fidē trinitatis tantūmodo intelligit: & quod necessariū est: nisi alter eū doceat ignorat. Amicus uero eius ut diximus christus est. Quod dicit uadit ad illū media nocte: id est i nouissimo tēpore: & dicit illi cōmoda mihi tres panes: ac si dicat aia illa ad christū: Cōmoda mihi fidē trinitatis: & fac me intelligere quē admodū operari me oportet. Amicus meus uenit de uia: ac si dicat sensus meus ambulauit per diuersas regiones: & rediens ad me uacuus est: non habeo alimēta spiritalia quae ante illū ponam: nisi in me doceas fidem trinitatis: sp̄e charitatem: & omne quod ei tribuā: nec unde eū doceā habeo. Ad quē ille respondēs deintus dicat. Noli mihi molestus esse &c. Distulit quidē desideriu: sed non abstulit: ut plus nos q̄ramus: & inuentus strictius teneatur: quod uero dicit: Pueri mei mecū sūt: ac si dicat dominus christus omnipotens: sancti mei quos uolui iam mecū sūt. Non possum surgere: & dare tibi: ideo negat petitiōe: ut probet cuiuslibet perseuerantiā. Et quod dicit si non dabit illi surgens: eo q amicus est: ppter iprobitatē tamē eius surget: & dabit illi quotquot habet necessarios: sic & dominus Iesus amicus noster & frater christianorū: omni iportune fideliterq; petenti: pro uigi petitione quicquid in nomine eius petierit: sine difficultate tribuet. Sicut & sequitur: ego uobis dico: Petite & dabitur uobis: q̄rite & inuenietis: pulsate & aperiatur uobis: id est petite patrē: q̄rite filiū: pulsate spiritū sanctū: uel petite cogitationibus: q̄rite uerbis: pulsate operibus: siue petite fide: q̄rite opere: & pulsate scientia: & ecce omnia aperiuntur uobis. Quis autē ex uobis patrē petit panē: nūquid lapidē dabit illi? Ac si dicat: qui petit a domino charitatē & dilectiōe: non illi dat duritiā cordis. Aut pisce: nūquid pro pisce serpentem dabit illi? per pisce fides intelligitur: per serpentem infidelitas: ac si dicat: si petis a domino fidem: non tribuit tibi infidelitatem. Aut si petit ouum: nūquid porriget illi scorpionem? ac si dicat: si habes in deū spem ueram: siue cogitationem sanctam in corde tuo cogitaueris: non contrarietatem nec

Deo in digne

in digne

nec insidiarum calūniā a domino pertimescas. Si ergo uos cum sitis mali: nostis bona dare filiis uestris: quāto magis pater uester de cælo dabit uobis spiritū bonū timētibus se. Ac si diceret: si homines carnales inter bonum & malū discernitis: & nō uultis ut quisq; uesterū de manu uestra malū pro bono recipiat: quāto magis deus qui cūcta cōdidit homini: quē ad imaginē suam fecit: fideliter sibi petenti tribuet bona? Ignē ueni mittere in terrā: & quid uolo nisi ut accendatur: quid hoc loco ignē nisi spiritū sanctū intelligimus: quē dominus in terrā misit: ut urat uitia & peccata: & accendat per charitatem atq; illuminet.

Peri Pauli uergerii Iustinopolitani sermo de laudibus sancti Hieronymi presbyteri habitus i anniuersario natalis eius. CXVIII.

Sanctissimū doctore fidei nostræ Hieronymū: cuius diēs solēnis adest: ita mihi dari cupio recte laudare: ut in eo laudādo laudē ipse meā nō quærā. Sed sit ei quēadmodū sermo: ita & mens ppria intentione dedicata: quā quid sperandū sit laudis locuturo non uideo: ubi magnitudine rege eloquentiā uis omnis obruit: & excellentiā meritorū: omnis ipar est sermo. Me uero minime oīum sperare id conuenit: ac siquid taliū mentē subeat: plane desipio: qui cū obire quorannis munus hoc laudū soleo: semp̄ tamen postea quid ceperit: ita deinceps p̄ annos affectus sum: ut augeri mihi desiderū sentiā: minui facultatē. Euenit aut̄ hoc fortasse: siue q; nōdū satis sint mihi uires ingenii mei p̄pensā: qui subire tanti oneris causā non uerear: quā quantū sit: & intellexi tātis per dudū: & indies p̄spicio magis: siue q; illius merita apud plurimos quidē diligēter parā: aīad uersata me uero etiā sūmo studio cōsiderata: quo magis elucescunt: eo magis affectū mētis alliciunt: & a cōsequēdi spe ingenii acūmē magis magisq; deterrent. Siue q; prax desiderio meo studioq; religionis in illū: tāto mihi retardari facultas uidef̄ ingenii: quāto praxcurrit studiū uoluntatis. Quare equidē rege ut subesse utrāq; primarum nō negotia adeste postremā magnope mihi cupio. Nā officio quidē ille meo aut cuiusq; alterius in reddendis de se laudibus nihil indiget: ac nō delectari opinor nisi boni profectusq; nostri gratia: cū p̄ se ipse infinito pprio bono in beata illa æternaq; uita fruaf̄: deuotione uero cultu religione pietate ac fide: cū i hunc: tum in reliquos cælites nos ipsi nostra causa indigemus. Atq; i primis ego qui meritis huius sancti gloriosi: multa magnaq; sēp̄ penumero beneficia apud deū immortalē consecutū manifesta fide me deprehēdi: & difficillimis tēporibus suis se de grauissimis periculis eius ope atq; intercessione liberatū. Quod si ante hac deuotionis ullū studiū a me debeat: multo certe nunc amplius adhibendū est mihi: ut parentis nup̄ime diē functi: qui erat deuotissimus tibi sancte pater Hieronyme uicē hic referā: cuius apud te praces mea causa plurimū ualuisse sum crebro expertus: ut quēadmodū praxclari huius instituti familiarisq; deuotionis discipulus uiuentis fuis: ita & ei quoq; defuncto sim hæres: & quod mihi patrociniū in illo erat: nunc omne sit in me ipso: quāquā eū confido tuis meritis atq; praxcibus: praxterea q; rectus homo erat: & timens deū: excedentē ex hac luce in ea loca deductū: ubi a te & per te multo facilius cōsequi: quiduis possit. Quod igit̄ ad me atinet: quēadmodū deuotio animi & seruanda & augmētanda est: ita munus hoc annuū reddendā: laudū nullatenus negligendū: in quo qualisq; sit sermo: dū mens sit integra: ac penitus illi deuota: non magnificendū arbitror: q; in eū magis esse gratus cupio quā disertus. Nec me fallit: eum qui laudare quempiam ex illustribus accedat: maxime uero q; ad rem diuinam atinet: debere & ipsum quoq; laude dignum esse: labeq; omni carere: ne dicentis uitam reprehendat oratio: Verbisq; speciosis mores sordidi fidem abrogent. Quod ut in me non sit: boni tamen piq; ingenii solet esse argumentum: laudare studiose uirtutem: & rebus sacris cultum adhibere praxcipuum. Quod si ex me quispiam quærat: quā huius sancti gloriosi primā potissimāq; laudem existimē: hanc scilicet incōtanter respondebo: q; meo quidē iudicio nō possit digne humano ore laudari: deinde q; in unoquoq; genere laudū earū: quæ ad doctū rectūq; hominē: ac plane religiosissimū christiānū pertinent: laudari eximie de singulis potest: q; si iam in eo laudando cœpero litterarū peritiā cōmemorare: diuersarū experiētiā linguarū: orationis facundiā: rectos fabularū sensus: multam historiā: memoriā: naturalium rerum cognitiōnē: moraliumq; sermonū: tum uero scripturæ sacræ uerāq; theologiæ perceptionem: non uidebor forsitā aliquid magnum dicere. Quod hæc ipsa malis etiā hominibus possunt aduenire: neq; enī ista bonos faciunt: sed eruditos. Aut si praxterea continentia: fortitudinē: prudentiā: constantiā: mansuetudinē: patientiā: benignitatēq; in illis laudibus recognouero: nec sic quidem forsitā magno pere eum ornare iudicabor: q; & his uirtutibus plurimi gentiliū praxditi fuere: sūtq; hæc laudes: ut debita quidē uiro bono: ita plane non propriæ homini christiāno: postremo si fidem constantem: spē certam: charitatē intēsam: omnēq; sanctimoniā & cerimoniarū cultum: religionisq; studiū demonstrauero: nec sic quoq; fortassis laus erit eximia: q; hæc ipsa debet unusquisq; de se rectus fidelisq; christiānus exhibere. At uero si hæc omnia & quæcūq; his nominibus aut omnino uirtutis nomine continentur in eo fuisse uniuersa cōtester: eaq; ipsa non mediocriter aut uulgari quodā sūmotenus modo: sed excellentissime atq; incōparabiliter affuisse constet: nōne hoc diuinum quiddam in homine uideri necesse est? Ego sane cum trita ista uulgo uocabula eruditionem: eloquentiam: fortitudinem: prudentiam: fidem: ac charitatem & cætera huiusmodi cōmemoro: alia quædam dicere mihi uideo: qualia solent in cōmuni hominum uita reperiri: & non eminentissimas illas uirtutes quas in excellentissimis uiris paucis illis quidem omni ætate fuisse constat. Quam ob rem ægre ferre soleo: & latinæ orationi i dignari: q; propriis atq; exquisitis nominibus exquisitissimas laudes efferre non licet: quæ tantum pene a communibus distant uirtutibus: quantum ferme uirtus a uitio. Verum quod orationi deest: oro suppleat audientis intellectus: & non quod dicam: sed quod dicere uelim accipiat. Quod & hinc quoq; licebit intelligere: nam solent pauca horum aut singula quædam: dum intenso gradu cupiam adfunt: magnum uirum constituere: admirabilisq; excellentiæ eum uideri: qui plura ex his sit assecutus. Quod ergo his debet existimari: clxxiiii.

Retinere praxceptum.

